B

BASILII MAGNI

Cæsariensium in Cappadocia Antistitis sanctissimi OPERA plane diuina, variis e locis sedulo collecta: & accuratione Iodoci Badii Ascensii nuper diligentius recognita: eiusdemq; opera & impẽsis augustius coimpressa: Cum duplici rerum, operumq; tabella.

Ex Bibliotheca Conu. Carmelitarum



S. Chrysogoni de Urbe

❡ Venundantur eidem Ascẽsio sub gratia & priuilegio quibus in superioribus.



¶ Reuerendiss. P. ac D. D. Stephano Poncherio Senonen. Archiepiscopo. Iodocus Badius Ascensius. S.



IACOBVS FABER Stapulensis, Philosophus insignis, & omni disciplina laudabili extra inuidię aleam ornatus, tuæq; Archiepiscope dignissime, sapientissimæ excellétiæ multis magnisq; nominibus (id quod accepi) charus, & (quod certo scio) deditissimus: vbi in adulescentia sua cũ experiundi, tum religionis ergo, varias regiones peragrasset: multasq; bibliothecas inuisisset, perinde ac apes dædalea, solerti indagine tanq̃ e floribus fragrantissimis: optima & liquidissima mella, p̃stantissima summi cuiusq; scriptoris opera delegit: eaq; honustis alis ad nos vsq; transuexit. Inter quæ superioribus annis, diui Hilarii, Aegesippi, Nicolai Cusani, & quasdam alias neutiq̃ pœnitendas lucubrationes ipso authore emisimus: Nuper autẽ diui Basilii vere Magni, monumenta, æterna cedro dignissima, ab Vrbe Roma ad nos vsq; perlata, hinc ad negocia sua profecturus prelo nostro commisit, ea stipulatione, vt quanta maxima valerem diligentia, recognita, nec segniter coimpressa, faustissimo nomini tuo Pater amplissime, nuncuparem: quatinus incõparabilis viri diuina scripta, sapientissimi & potentissimi Antistitis præsidio ab inuidulorum defenderẽtur morsiculis. Operæ siquidem precium videbar illi, etiam non vulgare, facturus: si meis vel importunis precibus exorarem, vt eius viri qui vnus post Christũ Dominum Magni cognomentum vere meruit: & irrefragabilem authoritatem obtinuit (vsqueadeo vt non minus apud ipsius, q̃ olim apud Pythagoræ discipulos pro summa dicti comprobatione suffecerit, si quispiam mutiuerit, ipse, vel magister, dixit) eius Pręsulis clypeo protegerentur, cuius maxima quondam in primario Senatu, & nunc in tota Christianissimi Regis curia, authoritas eloquẽtissima suffulta sapientia prænitet. Accesserunt ad Fabri nostri æquissima mandata, Nicolai Beraldi, hominis summa cum scientia tum eloquentia præditi, & magnificentiæ tuę vt alacris ita indefessi buccinatoris, exhortationes neutiq̃ vulgares: quibus quod antea subuerebar (nam ne de facie quidem notum opinor) audere cœperim. Boni itaq; consules Præsul humanissime, & huius lucubratiunculæ nostræ dulcissimo præsidio tuo dicatæ protectionem, cum ob Basilii excellẽtiam, tum ob amborum & Fabri & Beraldi nostrorum desideria non aspernabere. Vale. E chalcographia nostra ad. XV. Calend. Decemb. M.D.XX.

OPERA DIVI BASILII MAGNI Cæsariensium in Cappadocia episcopi, q̃ serie subsequunt̃ impssa.

Finis Lemmatum ab Raphaele Volaterrano traductorum.

Quæ quia paucis chartis voluendis conspici illic possunt, & res in illis contentæ in tabula subsequente literaria serie indicabuntur, repetenda non duximus.

FINIS.



Tabella adnotabiliū in operibus diui Basilii Magni serie literaria denuo collecta & aucta.

FINIS.

EPISTOLA

¶IOANNES ARGYROPILVS BEATISSIMO PATRI SIXTO Quarto Pontifici Maximo Salutem,perpetuamq́ felicitatem.



Rǫclariſſima queq́ munera pręclariſſimis hominibus pręſtātiſſimiſq́ ſunt offerenda,beatiſſime pater,ſi decorum in offerendis rebus ſeruandum ſit: ſi libero homine talis actio digna rectę rationis imperio non carere oporteat:ſine quo ſane nihil in agēdis rebus iure,nihil honeſte omnino, nihil ad humanū officiū, nihil ad ſocietatem ciuilem aut ſtatuendam aut conſeruandam accommodatum,aut agi aut excogitari etiam poteſt . Nam ſi non naturæ compulſu, ſi non temere, ſi non fortuito : ſed libere, ſed mora,ſed conſulto, deliberationeq́ præmiſſa dūtaxat in medium iis allatis atq́ animaduerſis quæ neceſſario quoduis officii genus complectitur gerenda, queq́ res eſt homini mētis cōpoti vereq́ ſuæ nobilitatis ſueq́ dignitatis haud ignaro:recte profecto patendū eſt cuiq́ dū rem agendam ſibi proponit ſolius iudicio ſemper imperioq́ rationis:quā omnis probitatis ſolam, omnis honeſtatis parentē eſſe nemo eſt qui ignoret. Q; ſi honores,ſi magiſtratus,ſi dignitates,ſi facultates pmia merito ſolius recta ratio probitatis eſſe ſtatuit,nō quorūuis hominū:& qbus bene recteq́ res ſeſe haberet,ſi bonis etiā hiſce carerēt,ſi ſuū cuiq́ reddendū,ſi nō ante ferendū eſſe iure naturę,iure gentiū, inſtitutis vitæ legibus,cēſuit,pręſcripſit, ſanciuit:pclariſſima queq́ munera nimirū his hominibus ſunt offerenda q pręſtabiliſſimi ſunt,quiq́

Sixti probitate cęteris antecellunt. At quē te pręſtabiliorē noſtra tēpeſtas conſpexerit! Quis tibi
IIII. primas etiā exſuperatione nō mediocri nō tribuerit,in omni natura probitatis,in omni bo
laudes. norū genere parteis! Quis eſt (ſit illi modo nota nobilitas tuę naturę,mores,ingenii excellentia tāta:mētis,ingenii vigor ad vtrāq́ vitā accōmodatus agendā atq́ propēſus,exactiſſimarū animi copia facultatū:deniq́ nō ſine diuino numine virtuti,perinde vt decet,ſubminiſtrāte fortuna:ſumma cū dignitate,ſummo cū imperio,bonorꝝ externorū omniū affluentia) qui non eorū hominū qui nūc ſunt (ſi qua eſt) probitate poſthabita, te cū antiquitatis memoria cōparauerit: hiſce parē aſſeruerit euaſiſſe:quorū nomē in cęlū vſq́ miris fama meritiſq́ laudibus extulit! Percuperē & facultatē & tēpus adeſſe mihi, quo tuæ tātā copiā probitatis,tantā ſupellectilē bonorū, tātā excellentiā deniq́ vitę non ſolū iis qui veſcuntur nūc aura,ſed etiā poſteritati tradere poſſem. Noui ego te:noui atq́ auſim dicere ferme ſolus non modo propter honeſtiſſimā illā nobiliſſimorū ſtudiorū olim noſtrorū ſocietatē:in qua me ſola perbene pbeateq́ vixiſſe luceq́ vere potitū fuiſſe nō iuficias vnq̄ ierim:ſed etiā alicuius peritię ratione qua ſane fieri ſolet vt exactius quęuis res diſcernēda, diiudicādaq́ percipiatur. Noui mores ipſe tuos optimos omneis,omneq́ virtutis genus ad eos accōmodatū,ſingulas tuas ſemp exactiones ad vniuſcuiuſq́ probitatis rectā referendo naturā.quā niſi quiſpiā exacte perſpexerit concordeſq́ differētias eius ad cęteras,varietateſq́ nouerit: neq́ certo ſcire inſit nec ne,neq́ aſſerere tuto poſſet. Noui tuā ipſe modeſtiā, fortitudinē, liberalitatē,magnificētiā,magnitudinē animi,iuſtitiā,ęquitatē,vrbanitatē deniq́,ſummāq́ humanitatē ac grauitatē . Atq́ harū omniū officia ſingula muneraq́ ſemp in te mihi perſpecta pbitatū, ī mediū attuliſſem, anteq́ oculos omniū poſuiſſem,illiſq́ te palā oſtēdiſſem exactiſſime totā humanorū morū probitatē accumulatiſſimeq́ cōſecutū fuiſſe: q̄q̄ nūc nōnullarū virtutū opera vulgus etiā ſentit:liberalitatis inquā atq́ magnificētię tuę:homines innumeros haud iniuria muneribus beneficiiſq́ affectos,cōplures ædes ſacras ex ipſis imis fundamētis erectas, quę tā ornatu q̄ faſtu ſuo ſuperbo tui quoad poſſunt amplitudinē animi decorēq́ declarāt. Inſtaurata phana innumera,pōtes,portus,haud mediocris molis extructos. Vrbē deniq́ (pp̄e dixerim) vniuerſam ſumptibus pmagnis regiiſq́ cōdecoratam. Noui prudētiā tuā:q̄ mediocritatē ea in re veluti pūctū tā affectuū q̄ actuū,q̄ etiā habituū ſtatuit:vltra quā citraq́ nullū oīno rectū,nullū officiū hūanū cōſiſtere pōt. Atq́ cū prudētia ratio q̄dā ſit,quā ī pſpiciēdis,diſponēdis, exequēdiſue rebus agēdis opportune p cōſequēdo fine ſemp honeſto verſari nemo eſt q ignoret:nemine ſane te aut ī iueniēdis illis acutiorē,aut ī diſponēdis habiliorē,aut ī executioni mādādis celeriorē,aut eē aut fuiſſe,ex iis quę abs te bello paceq́ pclare acta ſunt atq́ agūtur,ampliſſime demōſtraſſem. Noui preterea nobiliſſimā tuā,ampliſſimāq́ mētē id oīno ſummo ſtudio cōſecutā,gratia cuius tot tātiſq́ viribus eſt ipſa ſuapte natura facultatibuſq́ cōdecorata,oēm artē plane libero hoīe dignā,

omne sciẽdi genus omniũ perspiciendarum rerum est formas exacte rationesq; cõplexa. Nihil prsus eã pteriit, nihil fugit, qd obiectare sese mẽti atq; offerre possit. Quis acutiꝰ te q̃so? Quis celeriꝰ? Quis exactius rerũ pspiciẽdarũ quosuis solos cõceptus synceros, putos, veluti suapte sunt essentia, ptingere põt? Oĩbus his inde nõ iniuria sublaris quoq; nihil ad illos attiner nisi fortasse quodã ordine postero, sine quo rñ eẽ priora semp essentia possunt: hoc admiratione filiũ Aristonis antiq̃tas afficere potissimũ cõsueuit, q; primꝰ rerũ formas adeo rationesq; sciũxisse videref, vt demũ ipsasmet etiã solitarias vt exẽplaria rerũ pcreãdi viribus opificis omniũ obiecisset. Quis vniuscuiusq; rei naturã exactius re pcepit? Quis discrimina distinctius posuit, inter eẽntias naturasq; rerũ? Illis, diffinitio dũtaxat vbi cõcedit, naturis, demonstrationẽ haud iniuria tribuisti. Quis diffinitiones vnq̃ accõmodatiꝰ assignare, vt demõstratiões extrueret, faciliꝰ potuit? Eq̃dẽ sępenumero disserẽtẽ etiã demõstratiões exactissimas vri materia & flagitabat te cõsicere sensi, vel longe sane facilius q̃ q̃sq̃ eoq; qui iã ętatẽ ĩ disserẽdi studio consumpsere, verisimiles pbabilesq; rationes extrueret. Quis te fessum vnq̃ disserẽtẽ cõspexit? Quis nõ victorẽ? Quis nõ vrgentẽ miris aduersariũ modis? Inficias etiam semp eunte: nec vllũ interualloq; exitũ admittẽtẽ? At quãta cũ elegãtia, grauitate, vehementia, dilucid itate, suauitateq;, omnis illa tua disserẽdi copiosa fluebat oratio? Iã vero neminẽ vnq̃ hoĩem peculiaris nostrę religionis sapiẽtię facultatisq; tãtũ fuisse cõsecutũ assererẽ: q̃ra est in tua nobilissima mẽte. Si quos ĩ ea sublimes hoĩes habemꝰ eoq; acumina maximope pcepisti, nõnihil insup semp addẽdo qd in illis desiderabas: si vt nemo vnq̃ explicasti eã docẽdo, si vt nemo de arcanis ipsiꝰ altissimisq; rebꝰ ita exacte tã disseruisti q̃ edidisti. Natum ad hãc habẽdã ipse te sapiẽtiã experiẽtia doctꝰ asserui, assero, atq; asserã semp: nec vllũ prorsus in hac facultate me tibi parẽ hoĩem vsq̃ vidisse his etiã in locis vbi studio facultatis huius opa nõ mediocris nauaf. Noui deniq; res oẽs externas, adminicula tũ naturę, tũ etiã fortunę, genus egregiũ, pios parẽteis, ortũ nõ sine numine diuino peculiari: liberã ac ĩgenuã educationẽ: ex ipsis ĩcunabulis ordini pstãtissimo religiõis, in quo fides, spes, charitasq;, peculiares inquã nostrę virtutes potissimũ vigẽt: ita diuino cõpellẽte fato dedicã vitã, honores varios, innumera munera, pulcherrimos magistratꝰ, hoc demũ amplissimũ imperiũ atq; maximũ tibi sine dubio diuinitus oblatũ: vt & probitati tãtę sit quoad fieri potetat, satisfactũ, vt resp. religionis bene recteq; gubernef. Tũc eñ resp. sententia pclarissima verete, ptbene perrecteq; sese habebunt cũ aut Reges Philosophiã fuerint assecuti, aut philosophi Reges fuerint cõstituti. Ex his oĩbus bonis cęterisq; humanis ab optima tua natura facultati dicẽdi locupletissime nimirũ oblatis, amplissime ptractis, ac enarratis, id tãdẽ inferrẽ qd sequif: qd tãtã comitaf necessario pbitatẽ, ex virtutibusq; cũctis rã exactis emergere suapte natura solet: & felicissimũ sine vlla formidine te beatissimũq; iã euasisse pdicarẽ, atq; assererẽ: ea felicitate sane eaq; bearitudine quã accumulatissima pbitas oĩs, nullo gñe bonoq; deficiente, cõficere, cõflareq; potest: quãq; coruo albo rariorẽ eẽ nemo est q ignoret. Atq; vt formã; vt statuã, vt exẽplar in rõne rerũ humanarũ genus sapiẽtũ elegãtissimũ posuere: qbꝰ efficeretur vt vniuersum te genus humanũ felicẽ pinde atq; Phidię Palladẽ, formã atq; exẽplar haberet: Ad quẽ respiciẽtes hoĩes oẽs felicitatis hominũq; feliciũ si quas vnq̃ habuerint metiri gradus, indeq; virtutũ exẽpla pbitatisq; oĩs humanę sumere possent. Hęc cũ ita sint, est q̃ te dubitauerit pstabilissimũ ac optimũ oĩm hoĩm esse? Nec primas ĩ bonis humanis oĩbꝰ vel exuperatione nõ mediocri te parteis asseruerit occupare? Nemo eoq; hoĩm pfecto q virtutẽ magno interuallo rebus oĩbꝰ anteponũt, exterinaq; soli bona pbitati, instituto naturæ optimo legeq; rectę rõnis cĩno tribuẽda esse cẽsent: qq; penitus oĩ pturbatione posthabita; res singulas bene pspectas, vti sunt, discernere recte diiudicareq; solẽt. At istoq; iudiciũ solũ est credẽdũ, solũ est magnifaciẽdũ, cęteroq; vt haud sanę mẽtis, vt inscię, vt corruptę, negligere, nihiliq; pẽdere oportet: quippe cũ neq; vitio lippitudinis affectis coloq; discrimina iudicãda: neq; bili linguę infectę sapoq; differẽtię discernẽdę sunt cõmittẽdę. Atq; munusculũ hoc & si mole paruũ est, vi tñ magnũ: qd neq; paruifaciẽdũ esse tũ genus, tũ materies, tũ authores ipsius declarãt. Est eñ nostrę sanctę religionis opus cuiꝰ res peculiares cęteris anteponere eũ oportet, q verũ sese ciuitatis huiusce nostrę, reiq;pub. ciuẽ esse faret: neq; id simulat, nõ sine maximo suo nimirũ emolumẽto. Deĩde id ĩ eo tractaf, id agif, qd fit oportet (si locus vllus nostrę sit sanctę cõcedẽdus religioni) vt exitus interuallis, vt ferrũ pugioni; vt pbitas felicitati. Nam de ortu rerum in eo tractatur, effectioneq; mũdi quã eã ad reli


gionem,fideq́ ratione͂ subire constat,quã ad pugione͂ ferrũ, aut ad exitũ principia subeũt.
Operis cõme͂datio. Est ꝑterea nõ vnius & cuiusuis authoris hoc opus,sed Dei primũ peculiare:deinde duorũ hominũ ꝑstabilissimoꝝ,atq; sanctoꝝ Mosis inquã,atq; Basilii Magni:illius vti ministri Dei atq; prophetę:huius vt interpretis eorũ, quæ de creatione mũdi vir ille diuus rece͂suit ab ipso rerũ opificis ore percepta.Atq; qualis qde͂ Moses ille fuit,& q̃ gratissimus atq; charissimus Deo,nemo est q ignoret. Basilii vero diui laudes in mediũ afferre, neq; facultatis est nostrę,neq; te͂poris huiusce cõditio patitur:& hominis est profecto claras res enitentis,vt obscuras oste͂dere.qđ ei vitio nõ mediocri mea sente͂tia tribuet,q que͂ laudat ex pte,tũ etiã qui notũ, suis verbis,vt ignotũ facere ce͂set.Cur em̃ si cõpos est me͂tis,ea q̃ nõ ignorantur docere pergit?Aut cur,si sapit,eius detrahere sese dignitati non sentit,que͂ opera sua clarũ quasi nõ esset efficere putat? Clarus est ille sane,famaq; sup æthera notus,neq; sanctitate, neq; doctrina inferior vllo ꝑclaro hoi͂e fuit.Quid plurib⁹ opus?extat Naziãzeni Grægorii sanctissimi viri,summi qde͂ illius & Philosophi,& Theologi,& veheme͂tissimi Oratoris ele
Opera Basilii. gãtissima,pulcherrima,lõgaq; oratio:qua vitã exactissime Basilii totam describit, & miris ipm in cęlũ laudibus effert: Cuius in pte cũ ipsius opa laudat,q̃ triptito diuisa sunt,in instituta morũ,in nostrę fidei firmame͂ta,& ĩ naturę cognitione͂:hisce fere verbis hãc de hoc ope sente͂tiã affert.Cũ opus ipsius(inqt) de opificio mũdi sex dierũ in manib⁹ capio,plego q;:videor videre me cũ opifice rerũ esse,& creationis pcipio rõnes,& admiratione creatore͂ ipm afficio plusq̃ antea:cũ ad idipm aspectu dũtaxat vterer ꝑceptore.Q; si opus hoc ꝑstantissimũ qde͂ vt luce iã clarius extitit: & felicitatis humanę testať exe͂plar nemo est q ignoret modo pbitatis tãtã copiã bonorũq; oĩm oĩno cõcursum cogitatione capere me͂teq; cõphe͂dere possit:Quid causę q̃so fuerit vt id tibi veluti peculiare munus,& vnico,merito nõ offerreť, nisi vel ignoratio vel iniqtas ac inuide͂tia fuerit ei⁹ ĩ quo sita est hui⁹ offere͂di facultas?At nos haud tãta rerũ ĩ obscuritate versamur,nec ĩ distribue͂dis bonis(vti vulgus ipitaq; multitudo,cuius a libidine moribusq; veluti peste totis nos virib⁹ seiũgere separareq; debemus)affecti sum⁹:& tibi semp oĩa q̃ fingi quoq; beneuole͂tia sũma possunt.pcupiuim⁹, exoptauimus,expetiuimus bona.qđ qde͂ amicitię ratio pbe summeq; flagitat suoq; optimo iure ve͂dicare sibi videť.Quapropter & traductũ hoc opus sanctitati tuę q̃gratissima me͂te statim obtulimus actione tota bene recteq; sese habe͂te; & oĩ ex pte pinde vt recta ꝑscribere ratio cõsueuit muneris seruato decoro.Qđ si plegeris(fieri aũt id ipm potest:si cũ animus tuus ex occupatione tãta negocioꝝ ad relaxationem (vti fit) & quiete͂, sese necessitudine cõfert:huic interdũ veluti ioco tibi peculiari mediocre͂ operã dederis.Noui em̃ ocia tua ꝑclara.Noui iocos honestos.Noui deniq; voluptates haud vulgares qde͂ illas,ad quas cõfugere sole͂t q nobilissimas illas alias liberalissimas atq; ad hoi͂em accõmodatas vt est qd diuinũ aut diuinę cuiusdã priceps sortis,nõ degustarũt) si id inquã opus plegeris, inueneris ĩ eo pfecto optimã,exactissimã,atq; ad te͂ ipsam accõmodatissimã interꝑtatione͂ extructionis Mũdi:quã e Deo sibi traditã Moses edidit ille diuus nostrę religionis sanctęq; fidei nõ inualida firmame͂ta,externarũ cõpluriũ a recta regiaq; via nostrę veritatis exorbitãtiũ, opinationũ extenuationes,elegãtissima pulcherrimaq; morũ ꝑcepta:deniq; cõmunes peculiaresq; tã inanimãtiũ q̃ animãtiũ rerũ explicatas serio atq; ordine creationis vniuersi Mũdi naturas:qbus cõpertis ac cognitis cõpereris & Ambrosii diui nõ iniucũda furta,si liceat ĩterdũ aut sanctis furari,aut nobis illos accersere furti.At em̃ vnũ si dixero iã fine͂ dice͂di faciã,vt te sãcte Pater,nõ diu meis verbis detineã ad ipm Magnũ Basiliũ orãte͂ iã audie͂dũ ppe͂sum, huic opi nihil prorsus deesse dixeris si numerũ dierũ operũq; cõspexeris, ita dies oe͂s opaq; singuloꝝ oĩa nullo prorsus ꝑtermisso cõplectiť.Sin ad exactã oĩm discussione͂ operũ animũ referre volueris,deesse qd & haud mediocre qde͂ inueneris. Nã opificiũ hominis extremũ inquã opus creationis cũ iis insup quæ ad ipsum homine͂ pertine͂t ita taleq; creandũ nõ ita vt cętera discussum pertractatũq; continet.Huius aũt causam,occupationes obitũq; demũ authoris fuisse constat.Nam & in operis ipsius calce diuus Basilius exactiorem accuratione͂ue rerũ inquisitione͂ sexto die propositarũ ad hominis ipsius pertinentiũ ortũ , deinceps
Basilii frater. facturũ sese pollicetur, & frater ipsius Gregorius Nissenus id qđ defuit quoad potuit supleuisse videtur. Vale sancte pater perpetuo felix,perpetuoq; beatus : & tibi persuade mihi te chariorem ob eximiam probitatem tuam neminem hominem esse.

τέλος.

¶Basilii Magni Cęsariensis ecclesię Archiepiscopi longe venerandi, opus Hexameron .i. sex dierum quibus deus mundum creauit, operibus: Per Ioannem Argyropilum virum eruditissimũ, accurante id Sixto. IIII. Pont. Maxi. ad Ro. linguã tralatũ: & cura Iacobi Fabri Stapulẽsis, viri multis & magnis nominibus semp laudãdi ad Ascensianam vsq officinam ab Roma transuectum.

¶CONGRESSIO PRIMA.

¶IN PRINCIPIO FECIT DEVS COELVM ET TERRAM.



DECENS EST ACCOMMODATVMQVE PRINCIPIVM; ei qui mũdi constitutionem enarraturus est eorum ornatus, quæ cõspiciũtur, dispositionisq principiũ in oratione sua ante omnia posuisse. Nam extructio cœli, terręq tradenda est: quę nõ euentu fortuito, casuq orta est, perinde vt quidã sunt opinati: sed originem ab ipso deo, atq causam sumpsit. Qualisnam auditus dignus est eorũ quæ dicũtur magnitudine tanta? Qua pręparatione pręditam animam taliũ auscultationi sermonũ obuiam ire oportet? Nempe carnis affectionibus expurgatã: Curis vitæ nõ occupatã, ac obfuscatam: sed patientẽ laboris: indagatricem, omni ex parte circũspectantem, ac explorantẽ, si quo ex loco dignũ deo conceptũ, atq sentẽtiam accipere possit. Sed antea q̃ insitam his verbis diligentiã inquiramus: quantęq sint perbreuiũ harũ vocũ sentẽtię perscrutemur. Quisnam is est qui nos alloquitur animaduertamus oportet. Nam si cor auctoris altũ ob mentis imbecillitatem nostræ non attingamus, at fidei mentẽ adhibentes, dignitatiq differentis: sponte ad assentiendum iis quæ dicta sunt adducemur. Moyses igitur is est: qui commentationẽ hanc scripsit. Moyses ille: qui testimonio habitus est apud deũ vrbanus esse: cũ adhuc infans esset: ac alimẽtũ sugeret primũ. Quẽ Pharaonis filia adoptauit: regioq modo sapientibus Aegyptiorũ adhibitis pręceptoribus, educauit, ac erudiuit. Qui tyrãnidis aspernatus fastũ, humilitatẽq gentis, nationisq suę complexus, ærumnas illas populi dei calamitatesq subire maluit: q̃ breui tempore peccãdo voluptate potiri. Qui summo amore: suapte natura iustitiã prosequutus est semp ac æquitatẽ: vbi & antea q̃ principatus ipsi populi, magistratusq traditus esset: ad necem vsq nimirũ ob improbitatis odiũ insitũ ipsius naturę: malos puniuisse viciososq videt. Qui ab iis est expulsus, in quos ipse beneficia cõtulit. Et Aegypti quidem liberi animo tumultus reliquit. Ad Aethiopiã autẽ vsq profectus, ibiq ociũ nactus, totos quadraginta annos cõtemplationi rerũ indulsit. Qui natus iam annos. lxxx. deũ vidit quoad homo videre potest: Immo vero, vt cęterorũ contigit nemini, teste Deo. Si qs dicente, fuerit inter vos propheta domini: in visione videbor ei, vel per somnũ eũ alloquar. At nõ talis est, seruus meus Moyses. Qui in tota mea domo fidelissimus est ore ad os ipsum alloquar, in forma palã & nõ per sirpos. Is igitur q deũ æque, atq Angeli ipsa facie vidit: hęc ex iis nobis refert, quę ab ipso Deo percepit, ac audiuit. Audiamus igitur veritatis verba, nõ ab humana sapientia, sed a spiritus sancti vera doctrina prolata: quę nõ auditoribus laudẽ, atq plausum expetũt: sed eorũ q docentur salutẽ affectãt. In principio fecit deus cœlũ & terrã: cõprimit sistitq linguã, oratio neq: meã admiratio mentis. Quid primũ dicam? Vnde exordiar? externorũ ne sapientum vanitatẽ redarguã: an veritatẽ nostram laudibus efferam? Complura de rerum natura sapientes externi disseruerunt: & nulla prorsus apud illos ratio: nulla sentẽtia fixa, stabilis, immobilisq permansit: posteriore semper antecedentẽ eiiciente: atq adeo, vt opus nobis nõ sit opiniones illorũ euertere: quippe cũ satis ab illis vti diximus, sint euersæ. Qui nãq deũ ignorauerunt, ii mentis compotem causam ortui rerũ pręesse non concesserunt: sed ea quę deinceps emergere vidẽtur: ad suam illa accommodata primam ignorationem in medium attulerunt, ac concluserunt. Quam ob rem: quidam ad materiales suppositiones confugerunt: Vniuersiq causam ad elementa mũdi redegerunt, atq accommodarũt. Quidam indiuidua expertiaq corpora partium: & moles: atq meatus rerũ earum omniũ: quæ conspi-

Cœlũ & terra a deo creata:

Pręparatio ad creatio nẽ contẽplandã.

Moyses.

Moysi ẽ conia.

Verba Mosis verba dei.

Philosophorũ varia opinio.

ciuntur,continere naturã affeuerunt:& ortus occasusq; concursionibus, semotionibusq; corpusculorum illorũ partibus vacantiũ fieri: validioremq; connexionem eorũdem diuturniorum corporũ durationis causam esse. Stamen aranei qui hęc scribunt profecto texunt, qui talia tã temere de mũdo effutiunt: qui pertenues adeo causas,exiguaq; principia cęli, terręq;,marisq; supponũt:quęq; in ratione rerũ esse nõ possunt. Non enim dicere sciuerũt. In principio fecit Deus cælũ,& terrã. Quapropter sine gubernatione vlla prorsus administrationeq; hoc vniuersum esse,ferriq; casu,fortunaq; putarũt: sua opinione propria sane decepti,qua deũ esse negabant. In quod absurdũ ne nos incidamus:is qui rerũ effectionem mũdiq; conscripsit:in primis continuo verbis ipsius dei nomine nostrã illustrauit mẽtem, hoc exorsus modo. In principio fecit Deus cælũ,& terrã. Pulcher orationis profecto est ordo:principiũ in primis posuit:ne mũdũ aliqui principio carere arbitraretur. Deinde addidit,fecit, Vt ipse mũdus effectus minima pars viriũ opificis ostẽdatur. Nã vt cũ ab eadem arte figulus vascula mille finxisset,neq; artẽ,neq; vires absumpsit: sic & huius opifex vniuersi non ad vnũ mũdũ procreandũ accõmodatã potẽtiam habens, sed in infinitũ exuperantẽ,rerũ earũ omniũ,quæ spectãtur magnitudines, solo sane volũtatis momẽto creauit. Q; si principio mũdus nõ careat,factusq; sit,quęrere velis,inuestigareq;,quis est qui principiũ ipsi pręstitit,& quisnã est ipsius effector? Quin potius,ne rationibus fortasse nostris quęritãtes,cogitationibusq; humanis,a via recta,veritateq; exorbitemus:hac nostros animos doctrina Moyses ipse pręoccupauit,dei pciosissimo nomine, perinde atq; imagine, sigillo,monimẽroq; quodã in ipsos impresso: In principio dicẽdo fecit deus calũ,& terram. Natura ipsa beata,abundãs,infinitaq; bonitas,id qd cunctis iis est charissimũ,quę prędita sunt ratione,pulchritudo summe desiderabilis,principiũ eorũ,quę sunt omniũ,fons, origoq; vitę:lux accõmodatissima mẽti,immẽsa sapiẽtia dei,hic in principio Cęlũ terrãq; fecit. Noli igitur homo res eas,quę cernunt principio carere putare:neq; propterea q in orbẽ cęli,circũq; ferũtur,orbisq; principiũ nostro facile sensu capi nõ potest,corpoꝶ eoꝶ quę versantur,naturã carere principio arbitrare. Neq; enim hic orbis,plana inquã ea figura, quę linea vna circũdatur si nostrũ desugit sensum,& neq; id vnde incipit, neq; id in qd desinit inuenire possumus:iã & principio supponere carere ipsum debemus. Sed etsi sensum id fugit, re vera tamẽ is ab aliquo pũcto coepit, qui centro ac interuallo quodã ipsum descripsit. Sic & tibi nõ si in seipsa versantur ea corpora,quę in orbẽ motu cientur,motionis ipsoꝶ æquabilitas,nullaq; prorsus intercidẽte quiete cõtinuatio errorẽ illũ imprimat,atq; relinquat:mũdũ inquã principio,fineq; carere. Transit enim huiuscemodi figura,& cęlum preteribit & terra. Opinionũ sentẽtiarũq; prędictio de cõsummatione,deq; mũdi mutatione. Sunt ea sane,quę nunc perpaucis tradita sunt ab ea doctrina,quę a deo inspirata est. In principio Deus fecit cælũ,& terrã. Quę tẽpore coeperũt esse,tẽpore quoq; definant,ac finiãtur necesse est.& si tẽporis initiũ habẽt noli dubitare de fine: Facultates metiendi dimẽsiones,vię docẽdi numeros,rationesq;,tractationes de solidis, ipsa deniq; peruulgata stellarũ sciẽtia,negotiosissima vanitas,ad quẽ quęso pergũt proficiscũturq; finẽ? Si qui in his ipsis studio indulserũt:hũc quoq; mũdũ qui cernitur,æternũ esse perinde atq; deũ ipsum opificem omniũ rerũ,creatoremq; putarũt: ad eandẽ opinionẽ porro cõditionẽq; definitũ ipsum materialiq; corpore præditũ reducẽtes,quæ naturę soli tribuenda ei quæ cõprehendi,conspiciq; minime potest.neq; tamẽ animaduertere potuerũt:cuius partes corruptioni, mutationiq; subiiciũtur:id quoq; totũ easdẽ affectiones quibus & ipsę partes afficiũtur, subire tandẽ necessariũ esse. Sed adeo suis cogitationibus vani sunt facti, adeo tenebris cor eorũ imprudens affectũ est,adeo deniq; sese sapiẽtes esse dicẽtes,stulti sunt facti:vt cęlũ partim ab æterno vna cũ deo esse:partim deum esse principio,fineq; carentem afferãt,singularũq; partium administrationes causam esse. Locuples ista profecto sapientia mũdi, poenas ipsis asperas olim accumulabit:quippe qui cũ adeo vanis in rebus acute perspicerent,in apprehendẽda veritate suapte sponte sunt occęcati. Atq; qui stellarũ interualla spatiaq; permetiuntur,& eas stellas quę semper conspiciũtur septentrionalesq; assignant, eas,quæ in australi polo sitũ obtinent nõnullis hominibus esse notas asserũt,nobis ignotas:tum aquiloniam latitudinem,orbẽq; signiferum mille spatiis secant,& regressiones siderum,stationes declinationes,omniũq; pręcipuam motionem,quanto deniq; tempore suũ quęq; stellarum errantiũ cursum peragit exactissime,reditionẽq; conficit, obseruarunt: vnam ex omnibus

Stamen aranei texẽtes.
Deũ esse infinitę q poten tię.
Pricipiũ habent creata omnia.
Orbis principium.
Finẽ habitura omnia.
Cælum æternũ putãtes arguit.

viam rationemq; non inuenerunt: qua deum opificem vniuersi, iustumq; iudicem esse pro dignitate eorũ, quæ acta sunt in vita, remunerationem tribuentem animaduertissent, atq; nouissent, cõsummationisq; sentẽtiam, quæ rationẽ omnino sequitur iudicii, percepissent, cõmutatũ inquã iri necessario mundũ, si status animarũ ad aliam vitę sit formã mutãdus. Nam vti vita pręsens affinem huiusce mũdi naturam obtinuit, ita futurus etiã animarũ nostrarũ viuendi modus accõmodatum exitum suo statui sortietur. Illi vero adeo ab his abhorrere vidẽtur, & mẽtẽ his vti veris adhibere nõ patiũtur: vt cum de consummatione nos huiusce mũdi, regenerationeq; differimus: latũ quoq; risum in nos effundere soleant. Atqui cũ principiũ, ea quę prodeũt ab ipso, natura pcedere videatur: de his differens ipse Moyses, quę in tẽpore sunt, hãc necessario vocẽ pceteris protulit, In principio inquã fecit. Erat eñ. vt videt, & ante hũc mũdũ qd mẽte quidẽ perspici potest. omissum est autem, neq; de ipso quicq; est dictũ, ob mẽtis eorũ qui initiantur inhabilitatẽ, suntq; adhuc in huiusce modi rebus percipiẽdis infantes. Erat quidã vetustior ortu mundi status, ad essentias eas accõmodatus, quę pręstabiliores sunt mũdo, tẽpus nimirũ exuperans, æternus, perpetuus. Creaturas aũt in ipso rerũ omniũ opifex procreauit. Lucẽ intelligibilẽ ad eorũ qui deum amant beatitudinẽ accõmodatã, ipsas ratione pditas inuisibilesq; naturas, & oẽm intelligibiliũ rerũ ornatũ, quotquot nostrę mẽtis exuperant vires: quorũ neq; nomina possumus inuenire, hęc inuisibilis ipsius mũdi substãtiã complẽt: queadmodũ nos Diuus Paulus docet In ipso dicẽs, oĩa cõdita sunt, siue visibilia, siue inuisibilia, siue Throni, siue Dominationes, siue Principatus, siue Potestates, siue Potẽtię, siue Angelorũ exercitus, siue Archangelorũ etiã pręfecturę. Cũ autẽ & mũdũ hũc eorũ quę sunt ingredi numerũ oporteret: præcipue quidẽ eruditionis animarũ hominũ doctrinęq; locũ, ac domiciliũ: deinde tñ & omniũ eorũ oĩno q oriunt & occidũt, accõmodatissimũ diuersoriũ: vna cũ ipso mũdo, temporis quoq; curriculũ, tã animalibus, q̃ stirpibus, oĩbusq; oĩno partibus ipsius insitũ exortũ est: accedẽs semp atq; decedẽs, & nũq̃ cessans a talis cursus cõditione. An talis quęso natura temporis nõ est: cuius trãsactũ quidẽ euanuit, futurũ autẽ nondũ adest, & præsens antea q̃ noscatur sensum fugit, atq; dilabitur? Talẽ sane quãdã, & eorũ quę sunt orta cõstat esse naturã, quippe quę aut incremẽta, aut decremẽta suscipiũt: fixionẽ autẽ stabilitatẽq; nullam, aut perpetuem obtinẽt. Par igitur erat animaliũ corpora stirpiũq;, quasi cuidã profluẽti necessario alligata, agitationiq; motionis obnoxia, qua nimirũ ad ortũ, occasumq; pergitur, a tẽporis ipsius cõtineri natura, cõditio cuius iis est propinqua, quę cõmutationi subiiciũtur. Hinc haud incõgrue Moyses, qui sapiẽter ortũ mũdi nos docet, hoc pacto de ipso sermonem aggressus est: In principio fecit, id est in eo principio, qd est tẽpori tribuẽdũ. Non eñ in principio mũdũ factũ fuisse dicit, ortu res omneis eas asserẽs ipsum pcedere, quę a deo sunt factę, sed post eas res, quę nõ aspectu, sed mẽte percipiũtur, rerũ istarũ quas cernimus sensuq; oĩno percipimus, ortus principiũ narrat. Dicitur itaq; principiũ ipsa motio prima: quo pacto vitę probę principiũ esse dicit, agere iusta. Nã a iustis actionibus primũ ad beatã mouemur, atq; proficiscimur vitã. Dicitur item & id vnde fit quippiã, cum vti causa quædam inest in ipso, quale quid est in ædibus fundamẽtũ, & in nauigio carina. Quo pacto dictũ est Principiũ sapientiæ timor dñi. Est enim ipse metus veluti fundamẽtũ ad perfectionẽ ipsam sumendã. Est pręterea principiũ, & artificiosorũ operũ ars, vt Beseleelis sapientiã ornatus tabernaculi principiũ esse constat. principium insuper actuũ sępenumero dicitur ipse finis eorũ quę fiũt, atq; agũtur, Vt beneficẽtię, misericordięq; principiũ dicitur acceptatio Dei, omnisq; actionis eius oĩno, quę puenit a virtute, finis is q studiosis sanctisq; promittitur. Cũ hęc ita sint, totq; modis principiũ dici soleat, cõsideres velim, si nõ oĩbus accõmodari vox pręsens possit. Nã dicere sane potes quonã tẽpore cœpit ortus huiusce mũdi, si hoc ex tẽpore pſenti regrediens, diẽ extructionis primũ tandẽ offendere mũdi cõtẽderis. Inueneris enim hoc pacto, vnde prima tẽpori motio est exorta. Deinde cęlũ, & terram ante totius extructionẽ vniuersi quasi fundamẽta iacta fuisse: præterea quãdã artificiosam esse rationẽ a qua prodiit oĩs earũ rerũ quę cõspiciũtur, ornatus. Deniq; vocẽ ipsam principii, nõ temere, nõ frustra, sed ad aliquẽ finẽ conducentẽ, vtilitatẽq; rerũ nõ mediocrem innuere, demõstrareq; mundum excogitatum fuisse, si sine dubio ratione preditis animis, eruditionis est diuersoriũ, facultatiq; domicilium eius, qua Deus noscitur: mentis modum, visq; præstans per ea quę cõspiciũtur, sensuiq; sese offerũt, ad eas res contẽplãdas, quæ visu cerni minime

Mundũ hunc qd pcessit.

Principiũ qd.

Beseleelis ars.

possunt. Vt & ipse diuus Apostolus asserit, Inuisibilia dicēs, ipsius a creatura mūdi per ea quę facta sunt, intellecta cōspiciūtur. Ateni ob tēporis etiā actus fortasse creādi vacuitatē, dictū est in principio fecit: quippe cū partibus ipm principiū careat, dimēsionūq; sit expers. Nā vti vię principiū nōdū est via, & domus principiū pari modo domus nō est, sic tēporis quoq; principiū nōdū est tēpus, quin neq; minima pars ipsius esse videtur. Q; si quispiā cōtēdēdo tēporis principiū tēpus dixerit esse, nō ignoret oportet, sese diuisurū ipsum in tem poris esse partes, in principiū inquā mediū atq; finē: Atqui principii concipere principiū mēte, perridiculū esse. Et quę bipertito principiū secat, eum duo nimirū principia pro vno facturū, immo vero cōplura ac infinita. quippe cū id qđ est diuisum, in alias semper partes sit diuidēdū. Vt igitur cū Deus opifex mūdū creare voluit, vniuersum ipsum extitisse cōtinuo sine tēpore doceamur, dictū est, In principio fecit. Cuius interpretes alii dilucidius sententiā explicātes, in summā Deus fecit dixerūt, id est cōtinuo atq; simul. Sed de principio quidē vt perpauca de multis dicamus, eousq; sit dictū.

Principium rei non est res ipsa. Pricipiū indiuisibile.

Cū aūt artes partim effectrices, partim actrices, partim cōtēplatrices dicantur, & harum quidē finis sit operatio mentis, & secūdarū ipsa corporis agitatio, quę cū cessauerit, nihil ortū inde cōspicitur, nihil persistēs (saltationis enim modulationisq; nullus est finis, sed ipsamet in seipsam desinit operatio) effectricū autē post operationē extet qđ & pmaneat opus, vt ędificandi facultates, excudēdi, texendi, cęteratūq; similiū, in qbus etiā si nō assit artifex, satis prę sese rationes ipsas artificiosas opera ferūt, ac ędificationē admiratione tibi operis aspectu licet afficere, & excusorē, item atq; textorē. Vt artificiosum opus esse mūdus ante oculos omniū positū demōstretur, quo p ipsum eius sapiētia, qui fecit ipsum percipiatur, nulla prorsus alia, q̄ hac voce de ipso, sapientissimus Moyses vsus est. In principio fecit Deus, nō egit, nō cōstituit sed fecit. Et quia complures eorū qui mūdū ab ęterno simul esse cum Deo sunt opinati nō ab ipso factū esse, sed quasi viriū vmbraculū ipsius esset, sponte emersisse ipsum asseruerūt, atq; causam quidem ipsius deum esse fatentur: causam tamen voluntate non concurrente perinde atq; corpus vmbrę, lucidumq; splendoris est causa: Ideo talem et rorem emendare propheta percupiēs, hęc exactissima verba protulit. In principio fecit. Nō vt sit, ipsi mūdo causam pręstitit: sed fecit vt bonus qđ vtile est: vt sapiens, qđ pulcherrimū est: vt potentia prędìtus, qđ maximū est, & omnino quasi artificem sane tibi Deū in ipsam rerū substantiā omniū ingressum, ac partes singulas inter sese coniūgētē atq; accōmodantē, consentaneasq; sibi consonūq; totū vniuersum efficientē, ostendit. In principio fecit Deus cælum & terrā.

Artes triplices

Fecit.

Ex duobus extremis, vniuersi sane totius innuit ortum, cælo quidē primis ortus redditis partis, terrę vero secundis. Quicquid autem istorum medium est, id vna cū ipsis omnino finibus exortū esse, consentaneū est rationi. Itaq; si nihil etiam de cęteris dixerit elementis, igne inquā, aere, atq; aqua, tute tamen ipse tua solertia mente capere velis. Primū quidem in cunctis immixta omnia esse, atq; in terra tam aquam, q̄ aerem, q̄ etiā ignem inueneris, si tam e silice q̄ e ferro, quę suam originē e terra trahere constar, ignis exiliat, frictionibusve copiosus emergens eluceat. Vbi dignū id est etiā admiratione, quonam pacto cum in ipsis corporibus inest ignis, nō officit, cū egressus fuerit, ea quę tūc seruabant ipsum, absumit. Aquę vero naturam ipsis insitam terrę viribus ii demonstrant, qui puteos confossa terra conficiūt. Et aeris itē naturā ipsi vapores quos ab humectata terra sole tepefacta resultare sursumq; ferri conspicimus. Deinde si cælum natura locū superū occupat, humus infimū obtinet, propterea q; leuia cælum suapte natura petunt, ad humum pondera suopte nutu ferūtur, aduersanturq; sibi mutuo maxime, superus inferusq; locus, qui mētionē eorū fecit: quę plurimū inter sese suapte natura distant: eum constat, & ea profecto significasse ac innuisse, quę mediam inter illam regionē occupāt atq; implēt. Quare singulorū enarrationē quęrere noli: sed ea quę silētio pręterita sunt, per ea quę dicta, declarataq; sunt, intelligere velis. In principio fecit Deus cælum & terram. Inquisitio de rerum essentiis, aut earū quas contemplamur, aut earum quę sensibus nostris obiiciuntur, longū profecto atq; a re proposita seiunctum admodum interpretationi sermonem affert, vt in exquirendis illis verba longe plura reliquis sint consumenda, quę de singulis eorum quę quęrimus dici possunt. Adde etiam, neq; quicq; ad extructionem ecclesię tale studium negociūq; conferre. Sed de substātia cæli satisfaciunt ea nobis quę ab Esaia propheta sunt dicta, qui simplicibus verbis naturam cęli satis aperuit cum dixisset. Qui cęlum perinde atq; fumū constituit. Id est

Sūmū & imū.

Ignis natura.

qui tenuē naturā nō solidā atq̧ crassam ad cōstituēdā cęli substātiā fecit. De figura quoq̧ satis sunt ea q̄ idē ille dixit, dei gloriā enarrando. Qui constituit vt fornicem cælum. Hæc eadem, & de terra nobisipsis consulimus, nō ipsius inquam nos: quęnam sit tādem essentia perscrutari: neq̧ nosipsos cōterere, macerareq̧ cogitationibus in ipso perquirēdo subiecto: neq̧ naturā aliquam spoliatam nudam exturbatāq̧ qualitatibus quęrere, sua qualitatibus ipsis ratione vacantem. Sed certo scire cuncta quibus est prodita: quæq̧ contemplamur in ipsa ad eius rationem accōmodari, quippe cum ad essentiam ipsius pertineant. In nihilum enim omnino defieris: si singulas eas quas obtinet qualitates, enixus fueris auferre libera cogitatione. Nā si nigredinē, si frigiditatē, si grauitatē, si dēsitatem, si deniq̧ qualitates eas, quas sibi gustatus vendicat: aut si quas alias inesse terrę videmus amoueris, nihil prorsus fuerit ipsum tibi subiectū. His igitur posthabitis, nec illud te quęrere moneo: super quonā velut fundamento subiecto terra fundetur atq̧ quiescat. Et hoc enim pacto mens perturbabitur, atq̧ deficiet, ad nullum certum exitum sane, sineq̧ cogitatione proficiscēte. Nam si latitudini terrę substratum dixeris aerem esse, dubitaueris protinus, certo scio, quonam pacto permollis illa natura laxa, meatibusq̧ referta pondere tanto compressa, resistit, atq̧ renititur: sed non collisa resilit, atq̧ diffunditur: nec superas semper ad parteis prementis cedit ac vndequaq̧ dilabitur? Sin aquę rursum tibi supposueris terrę subiectā esse naturā, hoc quoq̧ pacto profecto quęsieris, cur pergraue densumq̧ corpus nō penetrat atq̧ ingreditur aquam. sed a debiliore natura adeo pondere corpus exuperās detinetur? Insup ipsius etiam aquę sedem sine dubio perquisieris: iterūq̧ dubitaueris cuinam corpori substanti renitentiq̧ vltimus ipsius insidet fundus. Q: si corpus quodpiam terra robustius prohibere supposuetis, terram ne deorsum feratur: & illud itidem alicuius continuo corporis: haud iniuria similis animaduerteris indigere, qd detineret ipsum, atq̧ arceret, nec ad ima sineret ruere: & si quippiam illi libera fictū cogitatione supponere possimus, sedem illius iterū mens nostra sane fundamētūq̧ quęret: atq̧ hoc pacto proficiscentes in infinitū abibimus, sedibus, ac fundamētis inuētis: alia rursum insuper semper subiicientes. Deniq̧ quo plures eiusmodi sedes accumulamus, eo maiorem afferre subducereq̧ vim renitendi cogimur, ad totam illam molem impositam sustinendam. Quamobrem, manū finesq̧ ponere menti velis: ne tuam nimiā inuestigationē, qua perscrutaris ea quæ comprehendi minime possunt Iobis sentētia carpat: interrogatusq̧ ab eo tu quoq̧ fueris, super quo telluris orbes firmati sunt fixiq̧, si nosti. Atq̧ si in Psalmis audieris vnq̄. Ego firmaui columnas ipsius: vim eam qua continetur, atq̧ stabilis est, dictam esse columnas puta. Nam illud. Super maria inquā fundauit eam, nil aliud plane, q̄ vndiq̧ terram aquæ natura circūfusam esse significat. At cum fluida sit, inquies, aqua, atq̧ loca pręceps infera suapte natura petere solet, cur quæso sublimis manet. & non cadit, non defluit? At terram etiam seipsa suspensam atq̧ pendentē ipse non animaduertis: eandem, immo vero maiorē dubitationem afferre, quippe cū longe grauior sit aqua natura? Verum siue per seipsam consistere concesserimus terram, siue sup aquis stabilitam esse dixerimus, non discedamus vnq̄ a religionis sanctæ nostræ sententia: sed a creatoris omnis vniuersi pari potentia contiuere fateamur necesse est. Hæc igitur & nobisipsis dicamus, & iis qui nos percontantur, cuinam corpori veluti subiecto fundamento tam immensum hoc, intolerabileq̧ terræ pondus innititur, respondeamus oportet. In Dei manu fines sunt terræ. Id nimirum, & nobis ad notitiam tutissimū est: & audientibus conducibile. Iam vero quidam interpretes naturæ: terram immobilem persistere tales etiā ob causas afferunt. Nam ipsam necessario manere dicunt, in eodēq̧ semper persistere loco propterea q̧ regionem vniuersi mediam occupat: nec ei conceditur ob interuallum vndiq̧ par inter ipsam atq̧ extremū, quonam sese potius flecteret: quippe cū omni ex parte circūdans similitudo, momentū ad aliquē assequēdum ei motione locum auferat: medium autē locum non libidine, non forte fortuna, non casu terram occupare dicunt, sed naturalem hanc esse necessariamq̧ terræ positionem. Nam cum locum versus supera cæleste corpus extremum obtineat, quæ nos inquiunt, inde cadere supposuerimus atq̧ ruere pondera, ea suopte nutu medium vndiq̧ petent, ad ipsumq̧ ferentur, atq̧ concurrent. At ad quod cuiuspiam partes suapte natura ferūtur, ad id & totum ipsum itidem feretur, ac impelletur. Quod si glebę, si lapides, si ligna, si res omnes omnino terrę, ad inferum suopte momento locum mouētur ibiq̧ quiescūt, hæc eadem etiam & toti sane propria fuerit accōmodataq̧

Terram qd sustineat.

Iobis.

Aquę natura.

Physica ratio de terræ situ & psistentia.

positio terræ. Enimuero si quod leuitate præditū corpus suapte natura motu ciebitur,id a medio mūdi supera loca proculdubio petet. Quare constat eū ponderibus grauissimisq; corporibus propriū esse motum,quo infera loca petantur. At vniuersi medium inferū esse locū nostra iā oratio demōstrauit.Noli itaq; mirari si terra stabilis est,neq; excidit:quippe quæ mediū ipsum occupet vniuersi,locū accommodatissimū sibi natura.omnino enim aut manere ipsam eo in loco natura quiescereq; oportet : aut si motu cieatur præter naturam egredi a sua propria dimouerīq; sede necesse est.Si quid eorū quę dicta sunt,probabile tibi verīq; simile videatur,ad Architecti Dei sapiētiā, quæ res omneis ita instituit,atq; disposuit,admirationē redigere,transferreq; velis. Nō enim admiratio,quæ pro maximis rebus emergit,cum modus obsquem fit aliquid admirabile fuerit inuentum,imminui solet. Sin minus, at simplicitas fidei validior tibi sit rationalis demōstrationibus facultatis. Hæc eadem de cæli quoq; natura dixerimus.Cōplures enim varięq; sapientū mundi sententiæ de cæli natura fuere.Quidam enim quattuor ex elementis ipsum constare dixerūt,quippe cū tangi possit,atq; conspiciatur,& terræ quidem soliditatis ratione,ignis autem ob aspectū, & cæterorū mistionis causa particeps esse. Quidā hac opinione veluti non probabili posthabita,repulsaq;,quintam quādā naturā corporis ac cęlum constituēdum ex sese,atq; a seipsis excitatam in rationem rerū introduxerunt.Estq; qui apud eos ipsum ætheris corpus, qd nec ignis est (vt inquiunt) nec aer,nec terra,nec aqua, nec omnino quid vnū ipsorum simplicium corporum,propterea q simplicibus quidem rectus modus accōmodatur:leuia nāq; supera,grauia infera loca petunt. Cælum autem versatur,conuersioneq; mouetur,& neq; motio qua rursum pergitur,aut deorsum idē est qd cōuersio,& magni interest inter motionem rectam,ac ipsam conuersionem.Atq; quorum naturales diuersæ sunt motiones eorum diuersas (vt aiunt) & essentias esse necesse est.At neq; supponere possumus,ex primis corporibus,quæ quidē & elementa vocamus,Cælum cōstare,propterea q ea corpora, quæ composita sunt ex diuersis,æquabili motione, vīq; violēta carēte moueri nō possunt, cum singulis simplicibus quæ in ipsis insunt compositis , aliud alii momentum competat suapte natura.Quocirca res compositæ cum continuo motu cientur,obnoxię sunt labori. Quippe cum vnus motus omnibus cōtrariis accōmodatus,atq; amicus esse non possit,sed qui leui rei conuenit:grauissimę aduersetur.Nam cum ad supera nos mouemur,terrea natura tum premimur,cum infera petimus,vim tum inferimus igni,deorsum contra naturam ipsum trahentes.Elementorum autem ad contraria loca distractio causa profecto fit dissolutionis.Qđ enim cogitur præterq̄ naturam vix cum violētiaq; resistit, id omne cito admodum in ea dissolui nimirum ex quibus constitit, solet : vnoquoq; componentium in locum proprium redeunte.ob has itaq; rationū (vt aiunt) necessitates,maiorum suorum rationibus sentētiisq; posthabitis,nouam suā opinionē ii,peculiareq; sententiā attulerunt qui quintam quādam corporis essentiam ad cælum gignendum sideraq; constituenda supposuerunt.Ecce autem alius quidā eorū, qui in probabilibus afferendis rationibus vigens exurgit,opinationisq; istius auctores aggressus,illa quidē omnia diluit,atq; dissoluit,propriam autem & ipse de cælo sententiam a se fictam in medium attulit . De quibus si nunc dicere aggrediamur,in nugas sane perinde atq; illi,locutionemq; superuacaneam inciderēmus.Sed illos quidē inter sese contēdere,dimicare,atq; ita vinci, deiiciq; nos cōmittamus. De telluris autem essentia cæliq; sermone posthabito fideq; adhibita Moysi diuo, Deum Cælum & terrā fecisse dicenti,optimū illum summūq; architectum,qui sapienter exactissimaq; cum arte,res omnes extruxit,atq; creauit,admiratione, gloriaq;, perinde vti decet, afficiamus.deniq; tū a rerū earū pulchritudine quę conspiciūtur, illū pulcherrimū opificē animaduertamus.Tum a sensibiliū horū definitorūq; corporum magnitudine, immēsum illum ac infinitum,omnēq; mētem in copia illius concipienda virium exuperantem excogitemus.Nam etsi naturā eorū quæ facta sunt ignoramus, id tamen omne quod sensibus cōfuse nostris obiicitur,adeo mirū est,adeo magnas excitat admirationes, vt & strēnuissima quęq; mens longe inferior etiam eorum quæ sunt in mūdo minimo videatur in eo digne percipiēdo, ac pertractādo, aut in debitis absoluendis illius gratia laudibus Creatori. Quem omnis gloria decet in secula seculorum.

Cæli natura.

Quinta essentia.

CONGRESSIO SECVNDA.

Terra autem inuiſibilis erat ac inextructa.



Ora perpaucis in verbis a primo diluculo tracta, tantam in illis occultam
inuenimus ſententiarum profunditatem : vt de iis,quæ deinceps ſequitur
penitus deſperemus. Nam ſi ſanctorum atria talia ſunt: & templi veſtibula
Atria ſanctuariorũ.
adeo glorioſa ſunt,adeo faſtu ſuperba: vt exuperatione ſuæ pulchritudinis
veluti fulgetris oculos noſtræ mẽtis exagitent:qualia quæſo ſunt ipſa ſan-
cta ſanctorum ! & quis adeo ſeſe ſufficientem exiſtimat, vt conclaue ipſum
penitiſſimaſq; ædes audeat ingredi! aut quiſnam ſecreta illa atq; arcana conſpexerit ! Nam
& conſpectus illorum impoſſibilis eſſe videtur:& rationis eorum interpretatio quæ intelle-
cta ſunt:non niſi cum ſumma difficultate fieri poteſt. Verum cum apud ipſum iudicem iu-
ſtum : pro ſolo quoq; voluntatis ad res bonas agendas, decenteſq; momento definitæ ſint,
haud deſpiciendæ mercedes:non deſiſtamus ab incepta propoſitarum inueſtigatione rerum
oportet . Nam tametſi rerum attingere dignitatem minime poſſumus,ſi tamen a ſcripturæ
voluntate ſententiaq; ſpiritus ſubſidio ſancti non aberrabimus : & ipſi profecto non abiecti
penitus iudicabimur: & eccleſia Dei nonnihil extructionis ſuæ per nos diuina concurrente
gratia conſequetur.¶Terra autẽ inuiſibilis erat,ac inextructa.Cur vtriſq; tam cælo q̃ terra
æque ſine diſcrimine factis, cælum quidem exactum eſt, ortum atq; perfectum: terra autem
imperfecta,atq; inculta! Quid præterea ſit id quod dicitur inextructam terram! & quam ob
Inextructa terra
cauſam ipſa tellus inuiſibilis erat! Eſt igitur extructio telluris exacta atq; perfecta: fertilitas
ea quæ ab ipſamet exoritur,atq; emergit,ſtirpium omnis generis germinationes , arborum
altiſſimarum,tam fructuoſarum q̃ haud fructuoſarum proceritates:florũ diuerſi variiq; co
lores,atq; odores ſuaues,cæteraq; omnia quæ paulo poſt exorta præcepto dei ſuam ſunt cõ
decoratura parentem.Quorum cum nõdum quicq̃ exiſteret,inextructam oratio terrã haud
immerito nũcupauit.Eadem prope de cælo quoq; dixerimus. Et ipſum enim nõdũ expolitũ
eſt: neq; ſuũ proprium obtinuit ornamẽtum:quippe quod nondum a luna ſoleq; illuſtretur
aut cæteris ſtellis tanq̃ ſertis ſit redimitum.Itaq; non aberraueris ſane,ſi cælum etiam dixe-
ris inextructum.Atqui duas terram ob cauſas inuiſibilem dixit:aut quia nondũ erat ſpecta-
Inuiſibilis terra.
tor ipſius homo:aut ꝙ cerni nõ poterat,cum obruta fluitantibus aquis eſſet .Nondũ enim
erant aggregatę ſuis in locis aquæ: quas deus cum aggregaſſet maria nũcupauit.Enimuero
cum inuiſibile dici ſoleat : tum id qđ oculis corporis videri non poteſt, qualis eſt mens hu-
mana:tum id qđ natura quidem eiſdem conſpici poteſt,obiectu tamen corporis occultatur,
vt ferrum,vt ſaxum,qđ in alto gurgite iacet:hoc modo ſecundo nũc inuiſibilem terrã dictã
eſſe putamus aquea natura velatam.Adde tamen & lucem nondum exortam fuiſſe:abſentia
cuius haud mirum videtur,ſitam in media mundi parte tellurem, inuiſibilem ob id ipſum
etiam a ſcriptura fuiſſe dictam,ꝙ aer vndiq; circa ipſam diffuſus luce careret. Sed veritatis
deprauatores non ſuam ſcripturę mentem accommodantes:ſed ad ſuam voluntatem mentẽ
ſcripturarum ſententiarũq; trahentes ac peruertentes,materiam hiſce verbis innui dicunt.
Hæc eſt enim , & inuiſibilis inquiũt:& inextructa ſuapte natura : quippe cum omni prorſus
qualitate ſua careat ratione, atq; ab omni penitus forma figuraq; ſit ſeparata, quam opifex
vniuerſi ſumptam informauit in ordinẽq; redegit,atq; ita per ipſam rerum earũ omniũ,quę
conſpiciuntur,eſſentias fecit.Si igitur hæc ingenita ſit, nec vlla prorſus ipſius extet origo,
primũ quidem honores ei tribuendi ſunt iidem,qui deo tribui ſolent,ſi primas eaſdem par-
tes obtinere cenſetur.Quo quid abſurdius! quid magis impiũ fieri poteſt! eam inquã ipſam
Informitas.
quæ qualitatis omnis eſt expers,quę forma penitus omni caret,quę informitas eſt extrema,q̃
informis eſt turpitudo (verbis.n.eiſdẽ vtor,qbus illi naturã ipſius explicare conãtur) eodẽ
ſtatu ſupremo,quẽ ſapiẽs & potens,& formoſiſſimus opifex,creatorq; rerum omniũ,ſibi ſuo
iure optimo vendicauit,dignã eſſe exiſtimare! Deinde ſi tãtę ſit quãtitatis,vt totã ſuſcipiat
ſciẽtiam dei,hoc quoq; pacto ſubſtantiã ipſius æqualẽ aliquo modo inueſtigabili dei potẽtię
facultatiq; opponũt,ſi dei ſeſe prudẽtiam totam,ipſamq; facultatẽ metiri poſſit. Sin minor
ſit operatione diuina,hoc etiam ſane pacto in abſurdius longe maledictũ in deũ,hæc ipſorũ
ſententia vertetur ac incidet, ocioſum detinentiũ ipſum deũ,ac actione ſuorũ operũ,crea-
tioneve propter materię defectionẽ,vacãtẽ.At enĩ humana paupertas, inopſq; natura illos
decepiſſe profecto videtur.Atq; quoniã humanis in rebus ſingulę artes ĩ aliqua materia de-

finite versantur, vt excusoria quidem facultas in ferro, fabrilis autē in lignis, atq; in his ipsis aliud quid est ipsum subiectū, aliud forma, aliud item id quod ex subiecto formaq; cōficitur, & materia foris assumitur, forma accommodatur ab arte. efficitur autem id quod ex vtrisq; cōponitur: ex materia inquā, & forma: sic & in operatione diuina creationeq; rerū vsu iam euenisse putarūt: mūdi quidē figurā, a creatoris allatam arte sapientiaq; fuisse: materiā autē foris opifici subiectā fuisse: mundū ipsum ex hisce compositū emersisse: subiectum, & essentiā aliunde, figurā a deo, formāq; habentē ex quibus ipsis euenire videtur. Inficias quidem iere maximū ipsum deū, auctorē esse cōstitutionis mūdi, ortuiq; rerū pręesse, quasi vero cuiuspiā totius & ipse partē conferret, in ortū rerū paruā cōtulisse quādā portionē, ipsum asseruere. Nec ob ingenii vilitatē, humilesq; cogitationes, ac rationes, altitudinem, apicēq; veritatis attigisse suspexisseq; potuerūt. Nec animaduerterūt hic quidē, vsus nimirū necessitate, post ipsas materias artes inuētas, ac introductas in vitā fuisse. Erat enim antea vellus, texēdi post facultas sequuta est, supplēdę causa defectionis natura. & lignū itidē erat, ars aūt fabrilis ipm occurrētis necessitatis varię ratione veluti sibi materiā oblatā, atq; subiectā informās, vtilitatē, vsumq; lignorū ostēdit, nauitis remū, agricolis ararrū, militibus hastā pstādo. Deū aūt omniū rerū opificē anteq̄ qcq̄ eorū q̄ cōspiciūtur exortū esset, vniuersa mēte cōcepisse, cōceptaq; facere voluisse, atq; qualē esse mundū oporteret, intellexisse, & vna cū forma protinus ipsius materiā accōmodatā creasse, atq; cęlo qdē eā pstitisse naturā, quę cęlū ipsum decebat: figurę aūt terrę debitā cōuenietēq; substātiā subiecisse. Ignēq; deniq;, aerē, atq; aquā ī eā quę sibi libuit redegisse figurā, in essentiāq; oīno cūcta deduxisse, perinde atq; vniuscuiusq; ratio flagitabat. Mūdū pterea totū dissimilibus cōstantē ex pribus, & inter se dissidētibus, firmissimo quodā cōcordię vinculo colligasse, ac cōuinxisse, adeoq; in vnā societatē, concētūq; conflasse, vt & ea q̄ lōgissimo inter sese interuallo suapte natura distāt, vnita miro cōsensu cōiūctaq;, videātur. Proinde desināt a fabulosis hisce figmētis, nec eā potētiā q̄ mētibus cōprehēdi minime potest, quęq; voce humana penitus ineffabilis est, suarū imbecillitate cogitationū rationūq; metiri velint. Fecit Deus cęlū & terrā haud dimidia ex parte, sed totū cęlū, totāq; tellurē. Ipsam inquā essentiā, materiā simul cū forma. Nō enim figurarū inuētor est deus, sed ipsius naturę rerū creator. Nāq; respōdeāt nobis quęso, quonā pacto cōgressę fuerūt inter se faciēdi dei potētia, & patiēdi materiei natura. hæc sine forma subiectū pręstās, illa figurarū scientiā habēs, facultatēq; sine materia, vt qd alteri deest, ab altero cōferatur, opifici qdē vt habeat, vbi suā artē ostentet materiei vero, vt informitatē deponat priuationēq; formæ. Sed de his hactenus. ad ea redeamus vnde digressi sumus. Terra autē inuisibilis erat, ac inextructa. Multa sane post hæc, in principio inquā, fecit Deus cęlum & terram. silētio pręterita sunt ignis, aer, aqua, ex his ipsis emergentes effectiones, quæ cuncta quidem vti mūdi partes vna cū ipso mūdo sunt orta, omissa tamē de industria sunt, vt ad discurrēdū sese noster exerceat animus, ex paucisq; veluti principiis, ea quæ restant, agitatione sua inferre perciperēq; ratione subducta possit. Itaq; cum dictum quidē non esset: aquam deum fecisse, dictū aūt esset inuisibilem esse terrā, cogitare ipse considerareq; velis, quo velamine tellus operta non videbatur. Nec igitur ignis operire poterat terrā. Illuminate enim, luciditateq; potius ea corpo-

Ignis. ra qbus est psens, q̄ tenebris, ignis afficere solet. Neq; terrę tū aer erat velamen. Est eñ aeris perrara perspicuaq; natura, terūq; omniū visibiliū suscipiens formas, ac cernentiū eas oculos aspectusq; transmittit. Restat ergo nos aquam intelligere fluitare oportere, terręq; superficiē occupare ac tegere, nondū propriis in locis humoris substātia segregata. Ex qbus perspicuū esse constat, Terram tum non solū inuisibilem, sed inextructā etiā, atq; vacuā esse, quippe cū humoris exuperatio etiam nūc in gignendis ferēdisq; fructibus impedimēto terrę soleat esse. Idem igitur esse terrę tum causę constat, & vt nō videretur, & vt extructa non esset si terræ sit extructio proprius ornatus accōmodatus ipsi natura: Segetes planis in regionibus inundantes, prata pruirescētia, copiaq; florū, varietateq; depicta, opacę, densę, frondosęq; valles, montiū deniq; cacumina, verticesq; syluis vmbrosi. Quoq; nondū quicq̄ ipsa tellus habebat: sed pruriebat qdē omniū ortum, earū plane virium ratione: quæ cū crearetur ab opifice sibi fuerūt impressę, oppteibatur aūt idonea definitaq; tēpora quo diuino pcepto cōceptus suos

Tenebrę su.fa.a. in lucem ac foetus edat. Sed & tenebrę dicit, erāt sup faciem abyssi. Alię rursum hinc fabularum occasiones, alia figmentorū principia magis ac magis impiorū emergunt, ad suas non nullis hoibus & opiniones proprias, sensaq; peruertētibus verba. Tenebras eñ nō vt sunt ita

interpretantur:aerem aliquem lucis expertem,aut locũ obiectu corpis obumbratum,aut quã cunq causa carentem lumine locum:sed vim malã:quin potius ipsum malũ inde a sese principium atq originem trahens:oppositum,aduersarium,contrariumq bonitati diuinę:tenebras ipsas interpretantur.Nam si Deus est lux,eam vim & potentiam:quæ contra ipsum militat,eiq aduersatur:constare dicunt ita ratione sententię flagitante tenebras esse. Tenebras haud ab alio genitas:sed genitum ac ortum a seipso malum.Tenebras hostes animarũ,mortis effectrices:virtutis aduersarias.Quas & in ratione rerum esse:& non a Deo prodiisse,verbis his ipsis Prophetę significari dicunt:haud mediocriter aberrantes.Ex hoc itaq figmẽto: quęnam opinio perdita,perniciosa,deoq repugnans nõ exorta:nõ ficta est? Qui lupi pergraues dei dissipantes distrahentesq gregem: animas humanas ab hac tam praua voce pricipio sumpto,non inuaserunt? Non Valentini,non Marciones hinc sunt exorti? Nõ abominabilis Manicheorũ scelestaq secta:quã si quispiã pestem ecclesię,putredinẽq dixerit,a veritate nõ aberrauerit.Cur ita lõge a veritate discedis,atq exorbitas homo?Cur exitii tibi causas excogitare qnęrereq pergis?Simplex est hęc oratio:atq ab oĩbus comprehendi facile põt.Erat inuisibilis inquit terra.Quam ob causam quęso? quia circũfusa vndiq erat abysso.Quid abyssus significat?copiosam aquam:exitus cuius ac finis attingi nõ sine difficultate versus ifeta põt. At compluta p tenuem aquam corpora sæpenumero nouimus, perspicuamq videri. Quam ob rem igitur aspectui pars nulla prsus sese tũc offerre telluris,atq obiicere poterat?Quia lumine carebat is aer,tenebrisq totus affectus erat,qui totam obibat aquę naturam. Radius eñ solis cũm aquas penetrat,calculos in fundo collocatos pssępe demonstrat:pfunda vero in nocte nullo mõ qsq ea q̃ sunt sub aqua cõspicere põt.Quę cũ ita sint,luce clari⁹ extat, huius ce snię inuisibilẽ inquã esse tellurẽ,rõnem id esse,cõfirmationemq qd post affertur:abyssum inquã esse q̃ terrã occupabat atq tegebat,& ipsam lumine vacare tenebrisq affectã esse.Neq igitur abyssus oppositarũ facultatũ,ac virium vlla multitudo,perinde vt quidam imaginati sunt.neq tenebrę principatus sunt qdã in rõne rerũ atq potẽtia summo contraria bono.Nã siqua duo parib⁹ eẽnt cõtraria virib⁹,exitio sibi mutuo nimirũ eẽnt,molestiasq cõtinuo sibi mutuo nõ mediocres afferrẽt:inter ipa bello ppetuo,pugnaq sine vllo fine,sine vllis induciis semp instante.Q; si virib⁹ alterũ exuparet,victũ oĩno cõficeret alterũ, atq cõsumeret.quare si mali vires summiq boni pares,inqunt eẽ iceflabile pfecto bellũ,alternã victoriã,interitũq cõtinuũ introducũt.Sin exupat summi boni potẽtia,quid causę est,vt mali natura nõ funditus sit sublata?Sin,qd nephas est dicere,miror quonã pacto seipsos ipsi nõ defugiũt,ad tã nefanda maledicta cõuitiaq labentes.At neq tñ a Deo malũ ipm pfluxisse,ideq ortũ habuisse credere rectũ est:ppterea q nihil cõtrarioꝝ a cõtrario sno gignitur. Neq.n.vita mortem parere solet,neq tenebrę lucis principiũ est,neq valetudinẽ morbus efficit vnq:sed in effectuũ qdẽ mutationib⁹ e cõtrariis ad contraria fit migratio.In gñatione vero nõ a cõtrariis,sed ab iis:q̃ genus idẽ subeũt,singula fiunt,ac pficiscuntur.At si nec ingenitũ est inqes ipm malum nec a deo pfluxit:vndenã essentiã q̃sotvnde naturã sortitur?Nam eoꝝ q vitę hũanæ pricipes sunt,in eaq versantur,mala eẽ inficias ierit nemo.Quid igitur est dicẽdũ? An malũ ipsum asseramus oportet:nõ essentiã viuẽtẽ aĩaq preditã esse,sed affectionẽ aĩe virtuti contrariã a pbitatis finib⁹ lapsu nimirũ in ipsis desidiosis ac inertibus emergentẽ?Noli itaq malũ foris explorare atq inqrere:neq vetustã quandã naturã principem malignitatis imaginare:sed mali sui qsq vitiiq seipm auctorem,atq originẽ noscat.Nam si ea q̃ nobis eueniunt:partim a natura pficiscunt,vt senectus,vt morb⁹:partim sua sponte pueniũt:quales sunt casus rõne vacãtes alienis pricipiis accidẽtes:aduersarũ sępenumero rerũ,aut etiã secũdarũ,vt iuẽtio thesauri puteũ fodiẽti,aut canis occursatio rabidi pficiscenti in forũ:partim in nobis ipsis sunt collocata,vt cupiditates supare:volupratib⁹ modũ nõ ponere,cõtinere irã:aut in eũ immitere,q iniuria lacessiuit,vera dicere,ant falsa,moderatũ,ac mediocrẽ moribus esse,aut fastu supbum arrogantiaq elatũ:quorũ rute ipse dñs es,eorũ principia nõ aliunde qrere velis:sed qd pprie malũ est:id a voluntate sumpsisse principiũ electioneq scito.Nõ eñ,si nobis inuitis euenirer, situmq in nobis nõ esset,tantus quidem a legibus metus iis,qui iniuria afficiũt,immineret: iudiciorũ aũt supplicia poeneq tam indepcabiles essent:q̃ maleficis p meritis flagitiorũ scelerumq definiunt.Atq hęc a nobis de pprie malo sint dicta,morbus eñ ignobilitas,paupertas, mors:cęteraq id gen⁹,haud sane mala putãda sunt:ppterea q neq ea quę istis aduersantur, inter maxima bona nos enumerare solemus.quę quidẽ partim a natura pdeũt:ptim non,sive

Hęreticorũ origo.

Abyssus

Apostolo pesis.

Malum.

Vñ malum.

Malũ pprie dictum.

quoquo modo compluribus accidisse videtur. Quę cū ita sint, oī prorsus in pñti p modos, p aduentitios sensus interptatione posthabita tenebrarū simplr absoluteq̨ sensum nō curiose scripturę sequētes volūtatem, suscipiamus oportet. At.n. oſo q̄ritat, sunt ne tenebrę cū mundo simul exortę, antecedunt ne lucē antiquitate? Deniq̨ cur id qd' est deterius antecessit? Dicim⁹ itaq̨ vel hasce tenebras, nō pinde atq̨ substantiā extitisse: sed vt affectionē aeri priuatione luminis accidisse. At cuiusnā is locus queso, quē mūdus ambit subito luminis expers inuētus est, vt essent tenebrę sup aquas? An aīaduertamus oportet, si qd erat ante mundi sensibus sese obiicientis huiusce, caduciq̨ cōstitutionē, id in lumine nimirū esse: id in luce versari. Neq̨.n. angelorū dignitates, neq̨ cęlestē exercitū vniuersum, neq̨ oīno siq̨ naturæ sunt pricipes rōnis, aut nomen sortitę, aut noīe carentes, spūsq̨ subministrantes in tenebris degere, versari q̨: sed in hac commodatissima sibi luce, lętitiaq̨ spiritali suū statū habere, cōsentaneū esse rōni. Atq̨ his obstiterit nemo: non is saltē q supcęlestem lucē inter bonorū pmissiones expectat De qua Salomō ait. Lux iustis semp est pñs. Et apostolus Paulus. Gr̄as agimus pr̄i, q nobis satisfecit in pte sortis sanctorū in luce. Et.n. siq̨ cōdānant, i tenebras exteriores mittūt: q digne egerūt volūtate diuina, eos in lumine supcælesti, suā habere requiē cōstat. Cū igitur ortū im pετio diuinū cælū extēsumq̨ ptinus, ac circumactū anfractibus vndiq̨ suis, ac ambitu: ea quę sunt in ipso cōplexū esset, corpus cōtinuū obtinēs, ab exteriusq̨ sufficiēs interna seiūgere cōprehensum a se locum necessario carentem lumine reddidit, tenebrisq̨ affecit: externo intercisō splēdore. Nā vt fit vmbra, tria cōcurrant oportet: lux, corpus obiectū luci, locus luminis exps. Tenebrę itaq̨ iā dictę ob corpis vmbrā cęlestis obortę sunt. Atq̨ id qd dicim⁹ aptissimo plane exēplo pceperis, si tibi meridie dēsa ex materia tabernaculū opacave circūposueris, ac i tenebris hoc exaratis mō teipm̄ icluseris, tales & tenebras illas suppone tibi fuisse, nō primū neq̨ de industria ortas: sed res alias dicto mō sequutas. Has aūt & sup abyssum esse scriptura dicit, ppterea q̨ aeris fines cū corpoꝝ oīm finib⁹ superficieq̨ copulari, atq̨ accommodari sua pte natura solent. Aqua vero tūc fluitabat: oīaq̨ tegebat. Idcirco tenebras necessario dictū est sup abyssi faciē esse. Et spūs dei ferebat sup aquas, siue id dicat spūm, diffusionē iquā aeris naturę spirabilis, suscipe tibi Moysen mūdi singulas ptes enumerātem. Fecit de⁹ cælū & terrā, aquā, aerē, & hūc, & fluētē, ptisq̨ in oēs sese diffundētē. Siue, qd & veri⁹ est, & a maiorib⁹ nr̄is pbatū, spūs sctūs dei sit dict⁹ ppterea q̨ obseruatū est: talē de illo peculiari mō scripturā pcipueq̨ facere mētionē, & nihil aliud Dei spm̄ appellare, q̄ ipm̄ spm̄ sctm̄, q diuinę beatęq̨ trinitatis numerū complet. Hanc quoq̨ sniam si concesseris, maiorē ex hac vtilitatem pfecto fueris cōsequutus. At quonā pacto dixeris sup aquas hic ferebatur? Eqdem nō meā tibi, sed viri cuiusdā Syri sniam recensebo: qui tātū a sapiētia mūdi distabat, quāto verarū scientię rerum propinquior erat. Aiebat igitur ille Syrorum linguam indicantiorem esse: & ob affinitatem quam habet cum hebraica lingua, sententias aliquo mō scripturarū magis attingere. Itaq̨ talem huiusce dicti sniam esse dicebat. Verbum hoc, ferebatur, p fouebat: vitalemq̨ fœcunditatem aquarum naturę prębebat, sumunt, atq̨ interpretant: incubantis auis effigie vimq̨ vitalem quandam imprimentis in ea quę ab ipsa fouentur. Talem hanc vocem asserimus sententiam indicare, super aquas inquā spiritum Dei ferri, idest ad fœcunditatem vitalē aquę naturam sanctum spm̄ prępatare. Quare satis ex hoc id ostenditur: quod a nōnullis quæritur, nec ab actu creandi spm̄ sanctum abesse. ℭEt dixit De⁹, fiat lux, & facta est lux. prima vox Dei lucis naturam creauit: tenebras deleuit: mœstitiam dissoluit: mundū clarū fecit: vniuersis continuo gratū attulit iucundumq̨ cōspectum. Namq̨ cælum qdem apertum fuit, ac extitit, tenebris antea occlusum, atq̨ velatum: pulchritudinemq̨ tantā vltro suam obtulit, tantamq̨ ostendit, quantā etiam nunc aspectus, oculiq̨ testantur. Aer aūt omni ex parte illustrabatur. Immo vero totam immixtam sibi toti lucem habebat, celeriterq̨ splendorē ipsius p fines vndiq̨ suos cunctis distribuebat. Etenim ptes superas versus ętherem ipm̄ cæluq̨ pertingebat: in latitudine vero tam aquilonias mundi partes, ac australes, momento punctove temporis, q̄ ipsum ortū, atq̨ occasum illuminabat. Talis est eīn ipsi⁹ natura, tam ptenuis inquā atq̨ perspicua, vt lumen p ipm̄ transiens spatio nullo prorsus tpis egeat. Nā vt sine tpe nostros aspectus ad ea quę conspiciuntur deducit: sic & luminis accessus ad fines vsq̨ suos pūcto tēporis suscipit, quo sane minus tpis momentum vllum vel mente nemo cape pōt. Aether deniq̨ iocundior post ortam lucem euasit, & aquā magis pspicue nō solū lumen suscipiēdo, verū etiā emittendo refractione nimirum ipsius, splendoribus ab ipsis vndiq̨ resilientibus aqs: oīa tunc

Vmbræ ratio.

Spirit⁹.

Ferri.

Lucis creatio.

Aether.

omnino diuina vox ad iocundissimã pręstabilissimamq̃ cõditionem statumq̃ mutauit.Nã vt ii q oleũ in altum infundunt,luciditatem,ac claritatem illum in locũ inducunt: sic oĩm creator verũ locutus,lucis repente gratiã in ipm mundũ impssit.Dixit De⁹,fiat lux,& facta est lux.iussit,& imperiũ ꝓrinus opus erat,naturaq̃ fiebat,qua ne libera qdẽ cogitatione gc q̃ fruendũ delectabilius fingi potest.Cum autem vocem in Deo verbum,imperium, ꝓceptũ ꝙ dicimus,non eum intelligim⁹ sonum,qui ꝑ instrumenta vocis elicitur:nec aerem lingua formatũ orationem diuinam esse asserimus:sed ꝑ voluntatis momento vocem atq̃ ꝓceptũ ob auditorum facilem sumi pceptionẽ diciq̃ censemus. ❡Et vidit deus lucem esse bonam. Quas laudes nos dixerimus ipã luce dignas:q̃ testem suę pulchritudinis ipsum iã suum ha buit creatorẽ:si bonam ꝑ pulchra sumpserim⁹.Nã & apud nos oratio cedit oculis,iudicio ꝙ ipsoꝝ,quippe cũ tãtũ de ipa dicere nequeat,quãtũ aspectus antecedens testat̃. At si bonũ pulchritudoq̃ corporis priũ inter sese moderatione,coloreq̃ ꝓbo resultat,quonam q̃so pa cto ratio pulchri in ipsa luce simplici ꝑdita natura,ptibusq̃ similibus consistit, ac conserua tur?An moderamentum in luce:nõ eius ꝓpriis ptibus,sed in congressione cum visu mode rata,dolore vacante blandaq̃ cõsistit?Sic eĩm & aurũ pulchrum esse constat:non partiũ in ter sese moderatione:sed ꝙ suo solo probo colore visum inuitat,ac allicit:aspectuiq̃ iocun dum est.Sic & Lucifer Hesperusq̃ pulcherrim⁹ est stellarũ,nõ ꝓpterea ꝙ eas ptes ex quibus constat,ratã rationẽ obtineat subeuntes:sed quia splendorẽ suum ad oculos cũ indolentia voluntateq̃ appellat.At.n.dei iudiciũ in pñtia de bonitate lucis,nõ ad oblectamentũ omni no visus mõ respicientis est allatũ:sed ad cõmodũ etiã ꝓspicientis ab ipsa luce postea ꝓuen turũ.Nõdũ eĩm erant oculi,q de lucis pulchritudine dignoscere iudicareq̃ possent. Et diui sit deus lucẽ a tenebris.Id est naturã istarũ talẽ effecit,vt misceri nõ possint,oppositeq̃ sint perinde,atq̃ contraria.Nam maximo interuallo eas seiunxit,& inter se separauit.Appella uitq̃ lucẽ qdem diem,tenebras autẽ noctẽ.Nunc qdem post solẽ factũ:dies is aer est,quẽ sol illuminet,cũ est in eo dimidio globo:q sup terrã est collocat⁹.Nox vmbra terrę,quę fit oc cultãte se sole.Tũc aũt dies fiebat,viciſſimq̃ nox accedebat,nõ motiõe,lustratiõe solis: sed illa primogenita luce sese diffundente,rursumq̃ cõtrahẽte,ea sane mensura:q̃ a deo fuerat definita.Et facta est vespera,& factũ est mane dies vnus.Vespa quidẽ terminus diei,noctisq̃ cõis est.Mane aũt ad diẽ noctis,& simili modo vicinitas accedentem. Vt igitur primas diei ptes Moyses reddat,finẽ prius diei memorat:deinde noctis vltimũ affert:quippe quę sequi tur ipsum diem.Ante nãq̃ lucẽ exortam haud nox erat in mũdo:sed tenebrę. Quod tñ ad diem,vt oppositũ est distinctum,id est nox nũcupatũ.& id, & nouã post diem sortitum est appellationẽ.Facta est igitur inqt vespera : factũ est mane,quibus diem noctemq̃ significat. Non tamen diem,& noctem hęc nuncupauit:sed ꝓstabiliori totã tribuit appellationẽ. Hãc vtiq̃ consuetudinẽ inueneris in tota quoq̃ scriptura:in metiendo tẽpore non vna cum die bus noctes enumerari.Psalmoꝝ cãtor. Dies annoꝝ nostrorum dicit.Et Iacob.Dies vitę meę parui sunt atq̃ mali.& rursum.Oẽs dies vitę meę.Quo patet ea q̃ nunc historię forma tra dita sunt,institutiones ac leges esse ad ea q̃ deinceps dicẽda essent,atq̃ agenda. Et facta est vespa,& factũ est mane dies vnus.Quã ob cãm nõ dixit primũ diẽ sed vnũ, vbi magis cõue niebat allaturũ ordine scdm diẽ,& tertiũ atq̃ quartũ eum qui oẽs anteibat primũ appellas se diem nõ vnũ?An diei spatiũ noctisq̃ coercẽs,tempusq̃ vtriusq̃ quatuor inquã vigintiq̃ horas cõiũgens ita dixit,qppe ꝙ vnius diei noctẽ etiã vna cũ ipso die cõphendendo spatiũ cõpleat,vt etsi ĩ solstitiis exupat altera,definitio tñ totũ vtriusq̃ simul spatiũ tpe sit descri ptũ,quasi diceret,quatuor vigitiq̃ horę spatiũ est vnius diei. An qa cęlestis corpis ab eodẽ in idẽ pũctũ reditio,vno in die agitur,vt semp cũ vespera diluculũq̃ cõuersione solis, occu pat mũdũ:haud maiore tpe:sed vnius diei spatio cõpleat̃.An ea ratio potior est,quę in ar chanis,secretisq̃ traditur.Deus inquit qui temporis naturã creauit, mensuras ipsi,signaq̃ spatia dierũ adiunxit:Septimanaq̃ ipsum metiens in orbem septimanam,in sese semp ver sari iussit,curricula temporis,ac motiones enumerantem,& vnum itẽ diẽ, septimanam cõ ficere ipsum in sese septies redeuntem.Id autem orbis subit effigiem:a sese inquam incipere & in seipm desinere,qđ iam & seculi proprium esse constat in seipsum conuerti,& huiusce nullum exitum esse.Quamobrem caput ipsius tpis nõ diem primũ sed vnũ appellauit:vt ex appellatione etiã affinitatẽ ad ipm seculum sortiatur.Is.n.q vnici principii, ac incõmunica bilis ad aliud prę sese fert formã,accommodate sane atq̃ apposite vnus est nũcupatus. Q̃

Vox dei

Lux bona.

Dies.

Nox.

Vespera

Dies vnus.

si secula plura scriptura nobis afferre solet, seculi seculũ seculorũq; secula cõpluribꝰ ĩ locis dicendo, tñ & illic necprimũ, neq; scdm seculũ nobis enumerat, vt statuũ potius variarũq; differẽtiæ rerũ, sed nõ descriptiões ac fines ex hoc seculoꝝ nobis successionesq; demõstrent. Dies.n. inqt dñi, magnus est & pclarus. Et rursum, cur vos qritis diẽ dñi? Atq; hic est non lux, sed tenebre. Tenebre videlicet iis q digni tenebris sunt. Nõ & vespis diẽ illũ verbũ diui nũ scit, & successione ac fine carere: quẽ & octauum Psalmoꝝ auctor appellauit: ppterea q extra tps id situs est qd septimanę metiri solent. Quare si diẽ dixeris, si seculum, eandẽ sane sniam dixeris. Siue igit dies statꝰ ille dicatur, vnus est: & nõ plures. Siue sclm appellet vnicũ vtiq; fuerit, & nõ subierit ordinẽ, cõneq; partis. Quæ cũ ita sint vt ad futurũ illũ vitã, statũ q futurũ illũ nostram Moyses mentẽ erigat, atq; deducat, vnum eũ appellauit diẽ, q seculi ipsius imago, q dierũ origo, q lucis ęqualis est. Ipsum ĩquã dñicũ diẽ: quẽ resurrectio dñi pornauit, honoribusq; summis affecit. Facta est igit vespa inqt, & fctm est mane dies vnꝰ. Sed nimirũ hi nostri de illa vespa sermones ab hac vespa iã occupati, exitũ hic oroni nrę sineq; ponunt: pater aũt verissimę lucis, qui diẽ cęlesti lumine decorauit, q noctẽ ignis splẽdoribꝰ perornauit: q futuro in seculo resurrectionẽ ob ęternã requietẽ accõmodata mentibus icessabiliq; luce sua parauit, vestra omniũ corda notitia veritatis illuminet, vestramq; vitã omĩ prorsus impedimẽto vacuam incõmodoq; conseruet: ambulandi facultatem vobis præstando, perinde atq; in die semper decore: vt in sanctorum demum splendoribus veluti sol eluceatis, pro mea gloria, pro die Christi: quem gloria decet in secula seculorum.

Dies dominici.

CONGRESSIO TERTIA. DIES SECVNDVS.

¶Et dixit Deus: Fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis.



OPERA diei primi, immo vero vnius. nõ eñ eã ab ipso dignitatẽ auferamꝰ oportet: quã obtinet in natura ab opifice rerũ per seipsum editus nõ ordine cęteroꝝ enumeratus dierũ. Oratio nostra hesterno diẽ ĩ mediũ attulit interpretationisq; biptito diuisę. ptẽ alterã matutinũ alimentũ, alterũ vespertinam lętitiã aiarũ auditoribus obtulit, atq; apposuit. Hodierno autẽ die ad res mirãdas diei scdi transit. Neq; vero haec dico: ad interptis id vires sed ad eorũ gratiam quę scripta sunt referendo: quę facile suapte natura probatur ac acceptatur: cordibusq; eoꝝ accommodatur, qui res veras pbabilibus anteponunt. Qua sententia nimirũ, & psalmoꝝ auctor apertissime: quę a veritate percepta pdeunt indicans oblectamenta: Vt dulcia dicit, faucibus meis eloquia tua sunt: superq; mel ori meo. Hesterno itaq; die vestris quoad facultates nostrę suppeditabãt, animis ĩ eloquiis dei studio delectatis, hodie rursum accessimus hoc secundo die mirandas secũdi diei res, atq; opera spectaturi. At enim me non præterit complures artium sordidarum artifices, opera quotidiana sibi victũ comparantes: nos cingere, atq; stipare. Qui nostram perstringunt orationem: perbreuemq; esse percupiunt, ne suis ab officiis longo tempore distrahantur. Hi sciant velim eam temporis partẽ, quę deo mutuo datur, nõ deleri neq; amitti: sed ab eo magna cum accessione, lataq; fœnore reddi solere. Nam si q negociosę difficultates in vita accidunt, eas dominꝰ submouebit, & corpori robur, & promptitudinem animo, & cõmutandarũ rerum facilitatem & vniuersa in vita prosperitatem, iis: qui spiritalia cęteris anteponunt prestando. & si psenti in vita forsasse non vt speramus ea euenerint: in quibus studemus, ad euum tamen accedens, bonus certe nobis thesaurus ipsa doctrina spiritus erit. Tolle igit omnẽ a corde quæso, tolle vitę curam: totumq; te ipsum hoc mihi collige loco. Nihil enim profecto corporis psentia prodest, si cor tuũ circa terrenum thesaurum elaborat. Et dixit deus: Fiat firmamẽtũ in medio aquarũ: & diuidat aquas ab aquis. Iam & pridie dei verba præceptumq; percepimus, fiat lux. Et hodie etiam audimus: fiat firmamentum. plus tamen aliquid præsentia verba videntur habere, propterea q oratio non modo constitit in præcepto: sed & causam cur ipsa requirit extructio firmamenti, sine cunctatione ptinus addidit. Vt diuidat ingens aquas ab aquis. Primũ igitur quonam pacto Deus loquatur inuestigemus oportet. Nũ vti nos loquit nostroq; mõ: prius ne in imaginatione, menteve formæ rerũ generatiõe: deinde pprias accõmodatasq; deligẽs vniuscuiusq; significatiões enũciat. postea iis q itellecta sũt ĩstrumẽtoꝝ vocis officio subministratiõiq; traditis, hoc pacto p aeris affirmationẽ, motiõe vocis articulatę, q mẽte cõcepta sũt sesaq; edit, atq; explanat. Et q nõ fabulosũ fuerit, deũ talĩ indigere pcessiõis asserere, ad ea tãdẽ exprimẽda: q ab ipo sunt itellecta? An accõmodatius

Tempꝰ deo impensum nõ amittitur.

Attẽtos facit.

Deus nõ loquat vti nos.

magisq piũ esse videtur diuinã quidẽ voluntatem primãq appetitionẽ momẽti mẽtis orationem esse dei,locutionẽq putare atq asserere:in figuram antẽ ipsam trãsitionis scripturam sanctã cẽsere redigere,vt non modo creaturã factam esse voluisse deum: sed etiam per socium quendam exortam esse ostenderet.Nã potuisset vt a principio dixit,de omnib⁹ pari modo tractare,omniaq transigere.In principio fecit deus cælum & terrã: deinde fecit lucem:deinde firmamentum.Nunc vero deum iubentẽ inducens ac disserentem,cum sane taciturnitate cui iubet:& quicum disserit insinuat,ac subostẽdit:haud inuidẽs nobis, ne illi⁹ notitiã consequamur: sed ad illius desiderium nos incendens:gratia cuius vestigia quædã indiciaq secrete rei submittit.Quod enim labore quispiã est cõsequutus:id & lubens suscipit,& non sine cura sibi partum ac diligentia conseruat.At quæ facile acquiri possunt,eorũ comparatio perfacile sperni põt.Idcirco via quadã,ac ordine nos ad vnigeniti filii dei sapiẽtię animaduersionẽ:conceptũq scriptura deducit.Q̃q̃ vel hoc pacto corpore vacanti naturæ non opus erat ea prorsus oratione:quę in voce cõsistit,vbi mentis ipsimet conceptus cõmunicari cũ socio possunt.Itaq quid opus est iis oratione:qui possunt ex ipsis mentis conceptibus inter sese mutuo,deliberata definitaq cõmunicare?Etenĩ vox ob auditũ ẽ,& auditus vocis est gr̃a.Vbi vero nec aer,nec lingua,nec auris est,nec flexuosus meatus ad sedem vsq sensus in capite deferens sonos:ibi nullis omnino verbis est opus.Sed ex ipsis vt q̃spiã dixerit cordis cõceptibus,cõmunicatio fit voluntatis.Vt igit̃ ad eã inq̃rẽdã p̃sonã,per quã verba dirigunt̃,noster animus excitetur:quod quidem pauloante diximus,hæc sumpta est sapiẽter artificioseq locutionis figura. Secũdum exquirendum esse videbitur si diuersum quid sit a cælo iam facto firmamentum id,quod & ipsum nuncupatum est cælum,& si omino duo sint cæli.Nam qui de cælo locuti sunt,suas potius pertruncandas prodiderint linguas,q̃ duos esse cælos vti verum,concesserint. Vnum enim cælum in ratione rerum esse: nec insuper oriri secundum aut tertium,aut quotũuis posse supponunt.Corporis tota cælestis essentia,in vnius cæli constitutione,vt arbitrantur,consumpta.Etenĩ vnum quidẽ in quiunt,corpus esse:q̃d orbe fertur,idq finitum esse: quo si vniuerso primũ cælum est cõstitutum,nihil prorsus ad secũdi,tertiiq generationẽ ortũq restitisse.Hæc igitur imaginantur ii:qui materiã ingenitã offerũt opifici rerũ:ex illa iam prima fabula ficta,in hãc falsam inde sequentẽ sententiã dilabẽtes.Nos autẽ dignum esse censemus,sapiẽtes externos,haud antea nos irridere ac floccipendere,q̃ eas quas inter sese controuersias habent, dissensionesq̃ componerent.Sunt enim inter ipsos qui cælos infinitos,& mundos esse p̃diderunt. Quorũ sententiam cum redarguerint veluti nõ p̃babilẽ, ii qui grauioribus demonstrationibus robustioribusq vtunt̃,atq necessitatib⁹ geometricis cõfirmauerint,ferre patiq naturã minime posse vt p̃ter hoc vnũ cælũ aliud oriretur:tunc ipsorũ artificiosa deliberamẽta magis ac magis,designationesq linearũ nos irridebim⁹:si similes ob causas,& vnã , & plures fieri bullas cernẽtes.Deinde ambigũt,an credẽdi facultas cælos plures efficere possit:quorũ vires ac magnitudinẽ nihil ab eo humore cõcauo differre cẽsem⁹:q de imis ad supera flatu pulsus effert̃,cũ ad imẽsam illã exuperationẽ diuinę potẽtię respexerim⁹.Quare deridendę sunt eę rõnes:q̃bus illi duos in ratione rerũ cælos esse nõ p̃babant.Nos aũt adeo sentẽtiis his assentiendũ esse non censemus:cæluq secũdũ nõ esse non credimus,vt & tertiũ insup quærendũ esse arbitremur:aspectu cui⁹ olim diuus haud imerito Paulus est potit⁹: Psalmos etiam cælos cælorũ dicẽres,docere nos existimare oportere cælorũ copiã esse remur. Nec vero magis hęc mira vident̃,q̃ septẽ illi orbes,in quib⁹ septẽ inhęrẽtia sidera cursum agere suũ fere ab oĩbus vno ore dicunt̃.Quos & ita sese habere ferũt,vt alius ab alio perinde cõtineatur, vt ea vasa:quorũ alterũ inter sese positũ alterum ambit,atq coercet:versariq retro contrario motu,ac vniuersum.Cũq circũfusus æther incitata cõuersione scindat̃,sonorũ quẽdam edere sonitũ,interuallis cõiunctũ imparib⁹:sed p̃ rata partiũ rõne distinctis oẽm oĩno cõcẽtuũ exuperãtẽ suauitatẽ.Sed cũ ab illis sonit⁹ huiusce p̃ sensum petitur fides:q̃d aiũt?Nos inquiũt,ob assuetudinẽ ab ipso primo iã ortu cõpletis hoc aurib⁹ sonitu obsurdescere,seu suq illi⁹ audiẽdi carere:perinde atq hoĩm ii,quorũ aures sonitu cõtinue malleorũ excusoriis in officinis pulsant̃.Horũ cauillatoriã hãc sententiã debilissimãq redarguere adeo palam auditu prio talẽ sese oĩb⁹ offerẽtẽ,nõ hoĩs est p̃fecto,aut tẽpori pcere sciẽtis,aut sagacitatẽ auditorũ,ac ĩgeniũ cõiectãtis.Sed externis hoĩb⁹ opiniõibusq externis omissis,ad ecc̃lię sermonẽ nr̃ę nos redeam⁹.Dictũ ẽ a nõnullis nr̃is maiorib⁹:nõ eẽ sc̃di cęli hũc ortũ:sed expla-

Laborẽ pta nobis accęptiora.

Firmamẽtũ an sit cælũ: & verũ cęli duo

Priorũ error.

Cæli plures.

Planetarũ orbes

Cõcẽtus ridicul⁹

nationē quādā interpretationēq; prioris: ppterea q illic scriptura cęli creationē ī summa terręq; tradidit, hic modos, qbus singula facta sunt, exactius explicare videt. Nos aūt dicimus cū nomē diuersum officiumq; peculiare cæli secundi traditū sit, aliud hoc pter id esse: qd ī principio est effectū, solidioris sane naturę, vniuersoq; præcipuū officiū subministrās. Et dixit deus: Fiat firmamētū ī medio aquarū, & diuidat aquas ab aqs, & fecit de⁹ firmamētū, diuisitq; aquas q̄ erāt sub firmamēto ab iis q̄ erāt sup firmamētū. Sed antea q̄ scripturę sniam

Aqua q supra firmamentum per sistat.

afferam⁹, id qd ab aliis obiicit dissoluere enitamur. Percōtant.n. si firmamēti corpus globosum ē, vt aspect⁹ ipse declarat: defluit aūt aq̄ suapte natura: ab altisq; delabit: q fieri posset, vt aqua ī curua firmamēti circūferētia collocata psisteret? Ad qd dicēdū est, nō si qppiā orbis interna pte spēciē obtinete cernit, id & externa supficie, globatā in formā redactū eē: totūq; exacte summaq; cū leuitate, quasi torno adhibito, circūductū esse necessario oporteret: vbi lapidea balneoꝝ tegmina, extructiōesq; cauernosas ita sese habere videm⁹: vt interna q dē ex pte semicirculi figurā obtineāt: supnis aūt in ptib⁹, atq; tegmine: plana nonnunq̄ æqli ve supficie terminent. Quapropter hac de re saltē neq; sibi molestias ipsi sumere: neq; nobis

Firmamēti natura.

pstare velint, qsi supis aquā in locis detinere, coercereq; nō valeam⁹. ¶Post hęc dicēdū eē videt quænā sit ipsi⁹ firmamēti natura, & quā ob causam inter aquas separādas institutū est esse. Scriptura sacra hoc noīe firmamēto, in iis reb⁹, q̄ robore viribusq; exuperāt, vti cōsueuit. Queadmodū cū dicit. Dn̄s firmamētū meū, & cōfugiū meū. Et ego firmaui colūnas ei⁹, & laudate ipm in firmamēto virtutis ei⁹. Nā externi quidē hoīes id firmū corpus solidūq; dicūt qd quasi plenū est, atq; refertū: ad mathematicū corpus ita dictū atq; distinctū. Est em̄

Corpus mathematicū & firmū

mathematicū qdē corpus, qd in dimēsiōib⁹ solis cōsistit, lōgitudine īquā, latitudine atq; p funditate. Firmū aūt, solidū: qd cū dimēsionib⁹, & reniti resistereq; pōt. Scriptura aūt sacra qd perrobustū est, neq; cedit: id oīe firmamētū dicere cōsueuit, atq; adeo, vt & in aere denso hac ipsa voce vti videat, veluti cū dicit. qui tonitruū firmat. Soliditatē.n. & resistētiam ei⁹ spiritus, q in nubiū finib⁹ includit, atq; ob violentā eruptionē inde sonos ac strepit⁹ eos efficit, quos tonitrua dicim⁹, firmitudinē tonitrui nuncupauit. Igit & nūc etiā p quādā firma solidaq; natura: ad detinēdas aquas ac coercēdas idonea, q̄ suapte natura dilabunt, pfacileq; dissoluūtur, hanc a scriptura vocē allatā esse arbitramur. Nec tn̄ ipsum firmamentū cum, vti vulgo putat, ex aqua videat ortum habuisse suū, aut aquę coactę aut naturę cuiq̄

Crystallus.

tali q̄ sui principiū ortus ex humore collato sumit simile cēsendū est esse: qualē crystalli lapidis naturā esse constat, quē ob exuperantē aquę cōgelationē, in eā essentiā quā obtinet autumāt veteri, aut speculi naturā inter metalla cōstantē. Est aūt & ipse lapis pellucēs, & peculiari quadā purissimaq; pdicus pspicuitate: q si suo in genere fuerit exact⁹ inuētus, neq; putredine vlla cōsumpt⁹, neq; prupt⁹ vlla ex pte, cū aere sane cōtēdit: eiq; fere perspicuitate similis esse videt. Ex his igit nulli simile firmamātū esse cēsem⁹. Est.n. puerilis simplicisq; pfecto mētis, tales de corporib⁹ cęlestib⁹ opiniōes habere. Neq; tn̄ si cūcta ī cūctis insunt, ignis in aere, aer in aqua, cęterorūq; similiter aliud inest in alio, & nullū omnino sensui sese obiiciēs elementū syncerū est mixtioneq; caret, vt nō sit aut medii, aut oppositi sibi pticeps, firmamētū ob id ipm, aut ex vno simplicium corpoꝝ, aut ex oībus immixtū esse asserere nobis placet. qui iā ab ipsa diuina scriptura ita īstituti sum⁹, vt nihil vltra ea q̄ nobis sunt cōcessa mēti nostrę, imaginari, cogitareq; cōcedam⁹. At vero nec illud haud aīaduersum hoc loco nos qso ptereat. Post hoc em̄ ipriū Dei, fiat firmamētū non dictū est simplici modo, & factum est firmamentum, Sed fecit deus firmamentū. & rursum. Diuisit Deus aquas q̄ erāt sub firmamento, ab iis quę erant sup firmamētum. Exaudire vos exaudite, qui surdi estis, respicite vos, respicite qui cęci estis. Et quis quęso surd⁹ est, nisi q nō exaudit adeo magna voce spm̄ sctm̄ clamantē? Quis deniq; cęcus est, nisi qui non cernit ac inspicit adeo apertas,

Filii psona signi ficata.

adeo claras de vnigenito Dei filio demonstrationes? Fiat firmamentum. Hæc vox profecto causę principis est. Fecit Deus firmamētū. Hęc effectricis est sane creatricisq; potētię filii testis. Sed ad interptationē cōtinuandam nostrā orationē flectamus. Et diuidat inquit, aquas ab aquis. Infinita quidē vt videt aquarum erat diffusio, vndequaq; nimirum inundantium terræ, sublimiumq;, vt & ad elementa cętera sane comparandarum rationum æquabilitatē aggredi videantur. Quapropter & antea dicebatur, abyssum vndiq; circundare terrā. Causam autem humoꝝ copię tātę, in iis quæ deinceps dicent nos assignare oportet. Nemo vero, vel eoꝝ oīno, quorum animus nō mediocriter in pspiciētia rerum sese exercuit, quiq;

in hac caduca fluenteq; natura perq̃ acute cõspiciũt, nostrã increpabit opinionẽ, quasi q̃dã impossibilia supponẽtem, atq; figmenta: neq; a nobis petet quanam in sede cõsistebat aquarũ natura. Qua namq; ratione tellurẽ quã aqua longe grauiorẽ esse nemo est qui ignoret, ab extremis finib⁹ adducẽtes in vniuersi medio collocãt, indeq; suspẽdũt: eadẽ & copiosam illã aquã: tũ ob ęquale oĩ ex pte momẽtũ circa tellurẽ stare quiescereq; pfecto cõcedent. Igitur humoris ĩmensa natura circa terrã vndiq; diffundebat: nõ tẽperate sese habens ad illã: sed longo exuperãs ĩteruallo: ita iã in vniuersi primordiis a magno rerũ artifice futura re pspecta, & pr̃mis dispositis rebus ob cõmoditatẽ sequentẽ. Quęnam igit necessitudo fuit: vt adeo exuperet aquę natura? An cũ essentia qdẽ ignis necessaria sit vniuerso, non solũ ad terrestriũ rerũ administrationẽ: sed ad ipsius etiam vniuersi totius integritatẽ? Mutilum.n. esset: si vnũ hoc ipsi maximũ elementorũ oĩm, opportunissimũq; deesset. aduersent aũt hæc sibi mutuo: alterũq; alterum corrumpere possit. ignis qdem aquã cum excedit vincit virib⁹, ignẽ aũt aqua cũ exuperat copia: nec aut seditionẽ inter hęc esse, aut alterius defectiõe causam emersisse oportet, vt vniuersũ dissoluat, ac pereat tantã humoris naturã paterfamilias vniuersi De⁹ parauit, atq; recõdidit, vt ad definitos vsq;, certosq; fines ipsius mũdi, cũ paulatim ab ignis virib⁹ absumat, ipsi resistere valeat. Enimuero q põdere cũcta mensuraq; disposuit (enumerabiles.n. ipsi Iobis sentẽtia & pluuię guttę sũt) is & quãtũ tpis definiuit, vt ipse mũdus pmaneat, certo sciuit, & q̃tũ etiã igni sumpt⁹ pabuliq; recõdere oporteret, nõ ignorauit. Hęc est aquarũ abũdãtię ratio, mea sñia in ipsis reb⁹ creatis. Atq; necessariã mũdo naturã ignis ipsius esse, nemo adeo expers est vitę, vt ignoret: doctrinaq; verbis ĩdigeat, ad id ita esse pcipiendũ: non solũ quia facultates oẽs ac artes qbus vita nostra subministratur, ac cõtinet ad operationes exercẽdas suas ignis egeant naturæ: texendi inquã suendi, ędificãdi mulcẽdiq; ferri facultas, atq; agricultura: verũ etiã q neq; stirpiũ pullulatiões, neq; fructuũ concoctiões, neq; animaliũ aut terrestriũ, aut aquatilium ortus, neq; alimẽta etiã istorũ vlla aut initio fuissent, aut tpe aliquo pmãsissent: si calor in rõne rerũ nõ esset. Ergo pnecessaria quidẽ caloris creatio fuit: vt ea q̃ gignunt orianť, atq; psistant. pernecessaria aũt & humoris abũdãtia, copiave: pp̃ter ignis incessabilẽ, ac ineuitabilem sumptum. Circũspice quęso, lustraq; creaturas omnis: atq; caloris vires oĩbus in rebus: q̃ gñationi corruptioniq; obnoxiæ sunt, insidentes ac dominãtes inspexeris. Idcirco copiosę sunt aquę: partim super terrã diffusę: partim vltra ea quę cõspiciunť diductę: partim in finibus telluris inspersę, vnde fontium emergũt copiosissimi ortus, & puteorũ confluxiões, amniũq; tam tortẽtiũ q̃ perenniũ flumina, quo multis porro variisq; locis ac cellulis humoris substãtia conseruet. Atq; in oriẽtali qdẽ plaga ab ortibus solis ęstiuis, fluuius Indus erũpit, omniũ maxim⁹ amniũ: vt memoriæ tradiderũt ii qui de orbis situ partibusq; conscripserũt: qui vastis fluminibus euoluit in Indicũ mare, & insup Bactrus, & Coaspes, atq; Araxes, & Phasis a Caucasiis mõtibus erũpẽs & alii innumeri ab aqlonarib⁹ partib⁹, ad Euxinũ vsq; pontũ labunť. Tanais etiam ex Rhipheis montib⁹ defluẽs in paludẽ Męotim permeat: ab occasib⁹ aũt ęstiuis, ex Pyrenęo monte flumẽ Atax egredit, atq; ad id mare pergit qd Herculis vltra colũnas diffunditur. Rhodanus insuper ex alpibus, & Ister ex eisdẽ pene sese rapiẽs: ille cũ aliis cõpluribus nauigabilibus & ipsis amnib⁹ p occiduos Gallos, Celtasq; atq; ppinquas eis barbaras gentes, natiõesq; labẽs, in occiduũ mare sese euomit: Ister p Europã sese euoluens, in pontũ irrumpit. Iam quidem, & ex meridie superis a plagis p Aethiopiã innumeri veniũt amnes: partim ad nostrũ hoc mare: partim ad id qd est vltra nauigabile pmeantes. ex quib⁹ sunt Aegon, & Nysses, & & q Cremetes vocat. & insup ipse Nilus, qui sane neq; similis natura fluuiis esse videt, cum exundãs æque atq; mare vniuersam Aegyptũ operit, totaq; ęstate obrutã, oppletãq; tenet. Adeo locus hic orbis habitabilis nostri, copiosis occupat aqs, maribus vastis pcinct⁹, & innumeris amnib⁹ affluẽs, ob inenarrabilẽ opificis sapiẽtiã: opa cui⁹ effectũ est vt ignis aduersantẽ sibi naturã haud facile cõsumere possit. Erit tamẽ qñ & vniuersa cremabunť igne, vt Esaias in iis asserit, qbus ad oĩm terũ differit opificẽ deum. Qui dicit, abysso deserta eris, & oẽs tuos fluuios desiccabo. Quę cũ ita sint, sapiẽtia stulta iã effecta deiecta atq; posthabita, suscipe nobiscũ veritatis doctrinã, vulgarẽ quidẽ rõne: stabilẽ aũt firmãq; cognitiõe. Idcirco fiat firmamentũ in medio aquarum, & sit discriminans inter aquam, & aquã. Diximus quid apud scripturã significat firmamentum. Nam non resistentem absolute solidamq; naturam, ac ponderis participem: firmamentum dicit. Sic enim terra talem habuisset pro-

Aq̃ cur abũdet.

Ignis necessari⁹.

Indus.

Fluuii varii.

Atax.

Rhodanus.

Ister.

Aegon.

Nysses.

Cremetes.

Nilus.

Conflagratio.

Firmamẽtũ qd

prius appellationem:Sed ob sublimiũ rerum naturam:quæ pertenuis est atq̃ rara: & a nullo sensu percipi potest,hoc firmamẽtum est appellatum tenuissimorum corporum comparatione:quæ sensu percipi nequeunt.Atq̃ intelligere mihi velis regionem quandam locum ue discernendi humoris:tenuem quidem atq̃ colatum humorem ad supera loca traiicientẽ: crassum autẽ atq̃ terreũ,ad infera demittentem: vt ab initio ad finem vsq̃ eadẽ in vniuerso temperies conseruetur:calore paulatim humoris essentiã absumẽte. Tu vero copiã qdẽ aquarum tantam esse non credis.Ad coloris aũt tantam copiam multitudinemq̃ non respicis:qui tametsi paruus est magnitudine,multum tamen humoris ob vires suas consumere

Cucurbitulæ. potest.Etenim attrahit quidẽ ad se propinquum humorem sibi,vt ipsę Cucurbitulę medicorum docent.Attractum aũt consumit:perinde atq̃ in igne lucernę fieri solet: qui per lychnũ ad se tractum adiacẽs alimẽtum cito admodum mutatum comburit. Iam vero

Aether igneus. ætherem ipsum quis ambigit igneum esse,ac perflagrantem?Quẽ nisi finibus necessariis ab opifice suo detineretur,atq̃ coercetetur:quid quęso prohibuisset omnia sibi propinqua cremãtem,atq̃ vrentem:vniuersum omnium rerum humorem iam absumpsisse? Quapropter est aetius humor,nubesq̃ supero in loco constant,atq̃ coguntur e vaporum ad ipsum delatione,quos amnes,fontes,lacus,paludes,ac maria cuncta emittunt:ne rerum omnium naturã æther occuparet comburendo.Solem etiam hunc æstatis tempore regionem perhumidam sępenumero limosamq̃ breuissimo temporis momento penitus humore carentem,aridamq̃ relinquere cernimus. Ostẽdant igitur ii nobis qui in omnibus habiles insignisq̃ ingenii sunt:vbinam est humor ille? Nonne cuiuis constat in vaporem versum calore solis assumptum fuisse? Q̃q̃ neq̃ calidum illi solem asserunt esse? Tantũ in ipsis inest facultatis dicẽdi.

Sol an calid⁹ & quomodo. Atq̃ attendite quæso:cui nitentes argumento,aperte rerum experientiæ aduersantur. Cũ sol inquiũt colore cãdidus fit:& nec subrubens ei color:nec flauus insit:nec ignea pfecto p̃ditus est ob id ipsum natura,sed calorẽ etiam huiusmodi nõ insitũ iesse soli natura : sed ex motionis emergere celeritate conuersionisq̃ dicunt.Quid inde sibi volẽtes? Vt nihil prsus humoris sol absumere videatur.Ego vero q̃q̃ veritatis hæc illorum sentẽtia cãcellos egreditur:non tamen eam depello tanq̃ meæ rationis suffragatricem.Nam ab humoris & caloris actione:consumptionem necessariam esse copiam aquarum afferebamus.At nihil interesse videt̃,natura ne sol an̄ affectiõe calore p̃ditus sit:ad effectus eosdẽ in materiis eisdẽ gignendos.Namq̃ siue mutua frictione ligna flammam ignemq̃ pariant:siue flamma accensa

Sol cur loca mutet. crementur,æqualis nimirum ac similis ex vtrisq̃ finis emergit. Summam tamẽ vniuersum administrantis opificis dei sapientiam ex aliis ad alia solem loca deducentem cõspicim⁹:ne semper ipse trahẽs eisdem in partibus moram vi sane caloris rapinaq̃ rerum ornatũ dissolueret:vniuersiq̃ naturæ officeret:Sed nũc ipsum ad Austrum sub brumali solstitio:nũc ad ęquinoctialem orbem pellentem,atq̃ illinc ad aquilonias plagas sub æstiuo solstitio reducẽtem: vt hac eius tali sensim migratione subiectis temperies tractibus, ac regionibus conferuet.Animaduertãt aũt ipsi velim si sibiipsis non aduersentur. Qui mare quidem inquiunt

Mare cur non redũdet salsumq̃ sit. non exundare fluuiis,excrescereq̃:propter eam ipsius consumptionẽ:quę fit ex sole,& insuper salsum,amarũq̃ relinqui:vi caloris humore tenui potulentoq̃ consumpto: quod ex solis potissimum ardoris officio segregãtis fieri constat:leue quidem absumẽtis: crassum aũt ac terreũ veluti limum quendã sedimentumq̃ relinquẽtis,ex quo deinde mare tã amarum q̃ salsum,q̃ etiam ad imprimendam idoneum siccitatem euadit.Postea vero mutata sententia:nec iis,animaduersis quæ de mari disseruere,nullã prorsus afferunt humoris ex sole fieri imminutionem.

Cælum. Aer cælum. ¶Et vocauit Deus firmamẽtũ cælũ.Hæc appellatio alii quidem proprie accommodatur,huic autem nunc ob similitudinem inditur,plęrisq̃ etiam in locis aerẽ ob seruauimus cælum dici,sub aspectum aperte cadentem & continentem & plenum,atq̃ continuum perinde vt cælũ.Dicit em̃ volatilia cæli.& rursum. Ea quæ volant in firmamento cæli.Tale quid est & illud.Ascendunt vsq̃ ad cælos.Moyses quoq̃ benedicẽs tribui Iosephi a cęli temporibus,roreq̃,& a solstitiis mensiũq̃ coitibus,atq̃ a verticibus montiũ,collium q̃ perennium benedictiones p̃stat,Quippe cum horum ordo tẽperiesq̃,fertiles terrę regiones afficere soleat.Quin & in execrationibus Hieremias,Erit inquit,æneum tibi super verticẽ cælũ,siccitatẽ,ariditatemq̃ atq̃ sublimium innuens defectionem aquarum,aeriiq̃ hu-

Aquę superę. moris,quibus ad gignẽdos fructus,efficit̃ terra fœcunda.Cũ itaq̃ deferri de cęlo rorẽ,aut pluuiam dicit,aquas tum eas non intelligimus quas superas occupare regiões est istitutũ.

Exhalationes enim alta petentes inibi congregantur, & aer flatibus stipatus densatur. Cum igitur in sese vaporei pertenuesq; tum in nubibus humores inspersi confluxerint, guttę tum fiunt: inferaq; suopte pondere loca petunt, atq; id ortum esse pluuię constat. At cum humor redactus in spumam fuerit vi vētorum, agitationeq; dissectus: summeq; deinde refrigeratus coactus fuerit vniuersus, nix tū cū frāgitur nubes, defertur. Atq; oīno rōne nimirū eadem vniuersam humoris in aere constare naturā: q sup nostro vertice collocat: tibi cernere licet. Neq; vero simplicē qsq̄ spiritualiū explicationē sentētiarū cōprobatiōe carētē, cū eorū hoīm curiosa q de cælo locuti sunt, inquisitione supuacaneaq; cōparare, cōferreq; velit. Etenī quāto modestarū pulchritudo, meretricia pstabilior est magisq; anteponēda: tātū & īter nostras externasq; sentētias discrimen esse videtur. Illi nāq; vi suis tractā cōpulsamq; sentētiis afferūt probabilitatē: hic ipsa sola veritas nuda carēs omnibus attribus ante omniū oculos ponitur. Sed quid opus est negocia nos habere, in illorū sentētiis falsis, opinionibusve redarguendis: quib[9] sat est, illorū libris allatis: summo cū ocio spectatores ipsorū cōtentionis pugnęq; sede re. Nam neq; pauciores numero sane, neq; dignitate inferiores: sed loquacitate vel lōgo inter uallo superiores sese illis contraria sentiētes obiectāt: qui mundū vniuersum ignifscere: reuiuiscereq; rursum e seminalibus iis rōnib[9], quę remanēt in ipsis rebus ignitis: renouariq; atq; ornatū eundē iterū oriri dicunt. Vnde & infinitos occasus mūdi, & ortus itidē introducūt. Verum illi quidē a veritate penitus ad contrarias elapsi partes, hinc & inde sibi diuerticula quędā exorbitationesq; quib[9] ad errorē proficiscātur, inueniūt. Nobis aūt, & ad nostros homines de segregatis aquis est quędam ratio. Sunt eñ qui reductiorū altiorūq; sentētiarū causa ad alios cōfugiūt sensus, essentiasq; quasdā spūales expertesq; corporis significari p aquas dicunt: & supra quidē in firmamēto pręstabiliores mansisse. Infra vero in ipsis inquam terrenis locis materialibusve, deteriores atq; malignas, semp trahere moram. Idcirco dicūt: & eas aquas, q̄ sup cælū collocatę, deū laudare, Id est probas illas essentias: quippe quæ dignæ sunt ob mētis puritatē, decētē accōmodatāq; reddere laudem creatori. Aquas aūt eas quę sub cælis sunt collocatæ: spirituales ipsas essentias improbas esse, ab ea nimirum altitudine: quæ ad probitatē scdm naturā accōmodatur, in ipm imū prauitatis fundū viciiq; delapsas. Quas vt turbulentas, vt seditiosas, vt effectuū, perturbationūq; pcellis, ac turbine fluctuantes exęstuantesq; maria nō iniuria nuncupatas fuisse: propter mutationis facilitatem, & momētorum volūtatis electionisq; motuū instabilitatē. His igitur & eius generis sententiis vti somniorū interpretationibus anicularūq; fabellis eiectis, atq; posthabitis, aquā nos vt aquā intelligam[9] & segregationē a firmamento factam humorū: ea causa quam assignauimus nuper, accipiamus. Atq; si vnq̄ aquarū illæ, quæ super cælos sunt collocatæ, communem omnium dominum laudare dicuntur, non naturas ideo ratione præditas, illas ponimus esse. Nam neq; cæli participes sunt animæ: quia gloriam enarrant Dei: neq; firmamentū animans sensu præditum esse censemus, q effectionem manuum ipsius itidem enunciat. Et si quispiam cælos quidem contemplatrices facultates esse dixerit: firmamentum autem actrices officiorum ac effectrices, vt eleganter quidem extructam, hanc sententiā perpulchreq; probabimus: veram esse tamen non nimium concedemus. Hoc enim pacto ros etiam, pruina, gelu ac æstus, cum oīm rerum opificem apud Danielem laudare sint visa: mentes quædam fuerint, inuisibilesq; naturæ. Sed ea quæ in his inest a mente præditis perspecta ratio non parum ad percipiendas, dicendasq; laudes opificis rerum conducit. Non solum enim is qui super cælos est, humor vt antecellens honore, propter suæ probitatis excellentiam laudat Deum: sed etiam infimæ res omnes atq; terrenæ: laudate enim ipsum dracones (Scriptura iubet) & omnes abyssi. Quare nec abyssum etiam ipsam, quam in deteriorem intruserunt ii partem: qui sententias tales afferunt, Psalmorum auctor adiectam esse censuit: atq; a rebus creatis cæteris excludendam: sed & ipsam pro suis sane rationibus opificis dei laudes perinde vt res omneis cæteras subministrare putauit. ¶Et vidit Deus esse bonum. Nō oculos Dei delectant ea quę ab ipso creantur. Nec apud ipsum est talis, qualis apud nos bonarum rerum probatio esse solet: Sed bonum id est atq; pulchrum, quod effectum est: vt artis ratio flagitat: & ad ipsius vsum finis conducit. Igitur qui finem apertum clarumq; rerum quæ fiunt, sibi proposuit, is singula quæ fiunt: vt ad finem sibi propositum pertinentia suæ rationibus artis animaduersa probauit, ac laudauit. Enimuero si pes, si manus, si oculus, si cætera deniq; statuæ membra singula per se seorsum, separataq; fuerint: non cuiuis profecto bona pulchraq; fue

Ortus pluuię.
Niuis.
Cōpatio bella.
Aquæ q̄ super cęlos an spūales essentię.
Cæli nō sunt participes rōnis.
Laudant deū muta & bruta.
Deū an delectēt creata.
Ordo gd faciat.

rint visa:sin suo queque posita fuerint ordine, rata tñ illorũ ratio tandem & homini rudi per specta fieri posset. Artifex tamen, & ante cõpositionẽ omniũ, vniuscuiusque boni, ac rationem exactissime nouit, & laudat singula: mẽtẽ ac rationẽ ad ipsorũ exitũ referẽs, atque finem. Talis itaque quidã arte preditus, etiã nunc singulorũ operũ laudator opifex deus nobis describitur. Afferet tñ & vniuerso simul accõmodatã laudẽ, mũdo perfecte iam extructo toto, ac constituto. Sed finis iã sit, oratioque nostra de secũdo die creationis hic definat: vt auditorũ iis quidem qui labori studiorũ indulgẽt: tẽporis satis prestetur ad ea perquirẽda: que nunc a nobis audierũt: quo siqd in ipsis vtile sit, id memoria teneãt, & per exercitiũ studii meditationemque quasi per quandã concoctionẽ vtiliũ digestionũ expectent: iis autem quorũ viee curis animus, atque negociis occupatur, ociũ cõcedatur: vt tempore medio rebus agendis dispositis: ad orationũ epulas vespertinas anima vacua curis accedãt. Deus aũt ipse, qui res, vt cõstat, magnas creauit: & vt haec parua sint dicta, nũc opem tulisse videtur: vobis oĩbus omni prorsus in re facultatem ac lumen ad suã intelligẽdã veritatem capessendãque prestat: vt partim ex iis que cõspiciũtur, eum qui oculis cerni non põt, mente percipiatis: partim e creatarũ rerũ, tã mole q̃ pulchritudine, cõceptum cõgruũ opinionẽque decentẽ de creatore vestro sumatis. Inuisibilia eñ ipsius (vt diuus Paulus ait) a creatiõe mũdi per ea que facta sunt intellecta cõspiciuntur: & diuinitas eius atque potentia sempiterna. Etenim & in terra, & in aqua, & in aere, & in celo: necnõ & in die nocteve, atque oĩbus omnino quae cõspiciũtur, aperta nos intueri capereque semper opificis inde dei nostri vestigia monimẽtaque possumus. Qz si huic rei nauabimus operam, vti debemus: neque tẽpus vllum profecto nobis concedemus peccandi: neque cordis vllum omnino locum nostre salutis vnq̃ inimico vacuum relinquemus, cõtinua tali memoria dei ipsum habitantem in nobis semper habentes: quem gloria decet in secula seculorum.

Dei vestigia in creatuтis oib9.

CONGRESSIO QVARTA.
DIES TERTIVS.

Dixit autem Deus: Congregentur aque que sub caelo sunt vnum in locum: & appareat arida: & factum est ita: & vocauit Deus aridam, terram: & congregationes aquarũ appellauit maria.

Scaenicos damnat.



SVnt ciuitates nõnulle, que multis variisque praestigiatorũ spectaculis inde a primo diluculo ad ipsum vsque caelum aduesperascens suos pascũt aspectus, fractosque quosdã & omnino corruptos cantus nimiam in animis ingenerãtes libidinem, longo tempore audientes, non satiantur: atque tales populos complures homines perbeatos esse dicunt: propterea q foro, mercatura, artibus caeterisque negociis omnino comparandi victus causa subeundis, neglectis atque posthabitis summo cum ocio voluptateque, vitae tempus institutum sibi perducunt, nescii sane, ludos spectaculis abundantes lasciuis, communem ac publicam officinam scelerum esse: & modulationes atque concentus meretriciosque cantus, auditorum animis insidentes nil aliud efficere, q̃ agere turpiter omnes compellere, citharoedorum modulatorumque sonitus imitantes. Iam vero complures eorum qui equorum studio incumbunt atque insaniũt, in somniis etiam de ipsis equis contendunt, currus aurigasque mutantes: nec in ipsis quidem secundũ quietem visis a diurna dementia dimouentur. Nos autem quos ipse dominus maximus mirabilium rerum effector ac artifex, ad suorũ ostentionem operum inuitauit: spectando defatigabimur, inertesque, ac fessi in audiendis verbis diuini spiritus erimus? Nec ista magna variaque diuinae creationis officina cogitatione, menteque circundata, totum ornatum vniuersi spectabimus? Caelum quidem circumactum prophetae sententia veluti fornicem: tellurem autem immensam tam mole, q̃ pondere sese suspensam in medio librantem, ac fulcientem: aerem vero fusum, mollem, humidumque natura: accommodatum quidem perpetuumque spirantibus alimentum: cedentem autem iis prae mollitia quae motu cientur, vt nullũ prorsus per ipsum meantibus impedimentum fit inde: semper ad terga secantium facile labentem, atque circumfluentem. Aquae denique naturam, tum ad alimentum, tum ad caeteros nostros vsus paratam: cuius ordinarissimum ad definita loca concursum ex iis quae modo dicta sunt nobis conspiciemus. ¶Et dixit Deus: Congregentur aquae, quae sub caelo sunt vnũ in locum, & appareat arida: & factum est ita: & vocauit Deus aridam, terram: & congregationes aquarum appellauit maria. Quot mihi negocia? quot molestias afferebas in iis quae antea dicebantur, causam expostulando, quomodo tellus inuisibilis erat, cum omne corpus

Curule certamẽ Spectacula mũdi.

Inuisibilis quõ terra.

colore suapte natura sit delibutũ,omisq; color aptus sit percipi sentiriq; visu. Et forsitan ea quæ disseruim⁹ ibi satisfacere rei tibi nõ videbãtur,cũ diceremus inuisibile nõ ex parte natu ræ,sed nostra dictã a scriptura fuisse:pp̃ter obiectionẽ aquę,tũc vniuersam tellurẽ operiẽtis. Ecce nũc audi seipsam explanãtẽ scripturã.Cõgregẽtur aquę & appareat arida ipsa.Cõtrahũ tur ea quę velant,vt aspectui sese obiiciat ea quę tũc nõ cõspiciebaẽ.Sed fortasse qspiã insuper & illa qreret.Primũ:Cur qd secũdũ naturã cõpetit aq̃,ferri inquã p decliuia loca imaq; pete re,id ad opificis imperiũ scriptura deducit? Quousq;.n.in ęquo planoq; solo sita est aqua stabi lis est tacitisq;,atq; quiescit:quippe cũ haud habeat quorsum fluẽdo pficiscatur.Sed cũ pro na loca fuerit atq; decliuia nacta,ptinus cũ antecedẽs pcesserit ea quę post ipsam cõtinua est sedem ipsius occupat:ea quę sequũtur illius itidẽ sedem:& ita delabitur quidẽ quę antecedit sequitur aũt quę accedit:atq; tãto delatio fit celerior, quãto & põdus maius est descendentis: & loca ad q̃ fit cõfluxio magis cõcaua sunt magisq; ima.Qꝫ si aquę ita sint aptę natura ferri, superuacaneũ est id imperiũ pfecto,quo iubẽtur in vnũ cõfluere congregariq; locum. ob suæ nãq; naturę momẽtũ quo ad infera loca vergũt,ad pręcipites regiones cõcauaq; loca sua de fluxissent omnino sponte,nec antea stetissent,q̃ ipsarum supficies in ęqualitatẽ redactæ fuissent. Nullus est eñ locus ita planus,atq; ęqualis,vt ipsius superficies aquæ. Secundum,quo modo dicitur,aquas vnũ in locum pręcepto dei confluxisse,vbi cõplura maria videntur esse non vnũ,& plurimũ inter sese positione seiuncta. Ad primũ igitur dicimus:post herile pręce ptũ illud potissimũ te motiões aquę nouisse,nutãtẽ inquã ei⁹ instabilẽq; naturã eiusq; ad pro na,decliuia,cõcauaq; loca proprio monimẽto delationẽ. Antea vero quomodo sese haberet viribus,atq; natura,q̃ ipsi nutũ hunc,cursumq; dei pręceptũ ingenuisset:nec tute ipse sane, vidisti:nec ab alio vllo q vidisset,audiuisti. Intellige nãq; Dei vocem effectricem esse naturæ idq; imperiũ qd factum est tunc creaturæ, iis quæ fiunt facultatem viresq; tales successione pręstitisse.Nox semel diesq; creatę sunt:& inde etiã nunc sibi mutuo succedẽtes ęquo discri mine diuidere tẽpus nõ desinũt.¶Cõgregẽtur aquę.iussit Deus currere naturã aquarum:& nunq̃ ipsa defatigatur:illo perpetuo cõpellẽte ipsam pcepto. Atq; id dico ad ipsam fluentẽ re spiciens partẽ aquarũ. Nã aquę partim spõte sua fluunt:Quales eas esse cõstat,quę a fontib⁹ ipsis scaturiũt: & fluuiatiles aquas, partim aggregatę stabilesq; sunt neq; effluunt. Sed mihi nũc sermo de illis primis est aquis,quę suo ipetu fluũt. Cõgregẽtur aquę,quę sub cælo sunt vnũ in locũ. Si vnq̃ tibi pp̃e fontẽ perennẽ stanti copiosam aquã edẽtẽ, venit in mẽtẽ,quisnã is sit q pellit hanc aquã visceribus terræ? qsnã is sit q cogit eam,ac vrget ad priores pergere parteis:quę cellę eã cõtineãt:vnde emanet:qs sit is locus ad quẽ pperat? quonã deniq; pacto & hæc loca non deficiant,& illa compleãtur? Hæc omnia nimirũ a prima illa diuina voce de pendẽt:illinc vt currãt cõcessum est aquis omni in aquarũ aspectu,oñi in descriptiõe memo rię tradita:illius primę vocis,illi⁹ primi pcepti momẽto.Cõgregẽtur aquę.Oporteret aquas omnino currere,quo suũ cõsequãtur atq; occupẽt locũ. Deinde occupatis definitis sibi locis in ipsis persistere,neq; vlteri⁹ pgredi. Quapropter ecclesiastica sentẽtia omnia flumina mare ingrediũtur,& mare nunq̃ redũdat. Quoniã & vt aquę fluãt diuinũ imperiũ illud est causa: & vt mare intra fines suos sit circunscriptũ,a prima illa legũ positione est institutũ.Congre gentur aquę quæ sub cælo sunt vnũ in locũ. Ne defluentes aquæ e locis,quę ipsas susciperẽt exundarẽt:migrarẽtq; semper ex aliis alia loca cõplerẽt,ac totã hoc pacto tellurẽ tãdẽ obrue rent,iussum est aquis in vnũ se colligere locũ. Idcirco furẽs vẽtis sępenumero pcellisq; mare fluctusq; vastos voluẽs:atq; ad imẽsam altitudinẽ sese tollẽs,vbi solũ attingit littora in spu mã ex ęstuãte,dissoluto fluctu tãtoq; ipetu redit. An me nõ timebitis dicit dñs,q fines hare nã ipono mari? Mare ipm qd vi tẽpestatibusq; intolerabile cõstat esse,rerũ omniũ inualidissi ma debilissimaq; harena frenaẽ ac coerceẽ. Nã qd mare rubrũ quęso phibuisset,i ęgyptũ(qp pe cũ ipso sit humilior atq; inferior)defluxisse,seseq; cũ ęgyptio mari iã cõiũxisse:nisi creato ris ligatũ pcepto tãq̃ cõpedib⁹ eẽt? Etenĩ mari rubro humiliorẽ ęgyptũ esse ii re nobis ipsa p suasere:qbus maria placuit inter sese,Aegyptiũ inquã,ac Indicũ,in quo est & ipsum mare ru brũ,cõiũgere.Quã ob rẽ a suis inceptis destitere tã ęgyptius ille Sesostris,q prim⁹ id est ag gressus,q̃ Dari⁹ ille Medus,q post illũ id pagere alioq potuisset.Hęc a nobis sunt dicta,vt di uini pręcepti potẽtiã viresq; percipiamus.Cõgregentur aquę quę sunt sub cælo vnũ in locũ. Id est nulla post hac alia cõgregatio fiat:sed in prima permaneant aquę,quæ colligũtur.De inde quũ vnũ in locũ aggregẽtur aquę dixisset,complures aquas plerisq; in locis fuisse diui

Aquę defluxus cur deo ascribaẽ.

Locus aquarum quõ sit vnus.

Aquæ sponte fluentes.

Mare arena coercetur.

Mare rubrũ q̃re ñ fluat ĩ ęgyptiũ.

Sesostris conat⁹.

Moutes ab initio mundi. ſas oſtēdit.Cōcaua nāq; mōtiū interualla,innumeri cōualliū vaſti tractus:ſpatioſarū altitudines ſpeluncarū,immēſi campi,atq; ſupini magnis maribus ęquati:cōcauitates deniq; oīes multis variiſq; præditę formis:aquarū copias cōtinebāt.omnia tunc aquis referta,euacuata pręcepto diuino ſunt:vniuerſis aquis vndiq; cōpulſis vnū in locū.At fortaſſe quiſpiā dixerit ſi totā aquę tellurē operiebāt(vt prius eſt dictū)ac occupabāt oēs terrę cōcauitates,ꝗ nunc

Aquarū receptaculum. maria ſuſceperunt refertas aquis omnino fuiſſe.Quorſum igitur aquę properabāt?Quē in locū ſeſe colligebāt,oībus cōcauis locis pręoccupatis?Cui nos obuiā ibimꝰ cōceptacula quoq; vaſaq; tunc ad ſuſcipiendas aquas aſſetētes ab opifice rerū cōfecta fuiſſe,cū vnū ī locū aquas ſegregatas ſeſe colligere oporteret. Nō eīn erat id mare quod citra Gades eſt collocatū.Nec vaſtū illud,& innauigabile pelagus qđ eſt vltra Gades:& Britānicā inſulā,occiduoſq; Hiberos amplectitur.Sed amplo tūc capaceq; cōceptaculo pręcepto dei creato,ad illud aquarū copię cōfluxere.Sed de his hactenus.

Locꝰ vnꝰ aquarū. Ad ſecūdū aūt illud,quo deſcriptionē extructionis mūdi noſtra ſentētia experiētię aduerſari differitur:haud enim vnū in locū aqua tota cōfluxiſſe videtur:multa quidem dicere poſſumus:& ex ſe notiſſima oībus:ſed ridiculū forſau eſt:& cū huiuſcemodi nos hominibus certare,atq; cōtēdere.Nō.n.& fęculētas aquas:& eas quę ex imbribꝰ aggregātur nobis exprobrare:per eaſq; noſtrā ſentētiā redarguere putare debēt.Nō eīn ꝗuis cōfluxionē aquarū,ſed maximā,ſed abūdātiſſimā,vnā appellauit aggregationē,vnū concurſum.Nā putei,collectiōes aquarū ſunt:arte,manuq; factę:humore terrę inſperſo in eā humi cōfluētē partē,quę in cōcauitatē reducta eſt.Nō ergo quoſuis cōcurſus aquarū cōgregationes indicat appellatio:ſed excellentē,& maximū in quo totū elementū vniuerſum oſtēditur.Nā vt ignis,& in parteis paruas diuiſus eſt ꝑ vitę hominū vſu:& vniuerſus in æthereo loco diffunditur:& aer itē in parteis quidē exiguas,& ipſe ſeiūgitur:vniuerſus autē tellurem circūquaq; totā amplectitur:ſic & in aqua tametſi paruæ quædā cōpluresq; collectiones aquarū ſunt ſeparatę,vna tñ eſt cōgregatio:vnus locus,qui totū elemētū a cęteris ſegregauit.Lacus.n.q partim in ſeptentrionis plagis,partim in Gręcię regionibꝰ ſunt:patim Macedonię,Bithynię,Palęſtinęq; tractus occupāt, omnes aquarū quidē cōgregatiōes eē cōſtat. At nō de his ī pręſenti:ſed de maxima omniū, ęqualive magnitudine terrę ſcripturæ diuinæ

Lacꝰ ſalſi. ſolū oratio eſt.Iam lacus:& ſi copioſas aquas habere nemo inficias ibit,nō tamē maria quiſꝗ merito nūcupauerit:ne ſi ꝗmaxime ſalſi ſunt ſaporis,craſſęq; nōnulli naturę,periude,vt ma-

Mare vnum. re:qualis eſt is in Iudęa qui bituminis plenus eſt:& Serbonites ille lacus, q inter Aegyptū & Palęſtinā per Arabiā derſertā protēditur.lacus eīn ſunt, atq; ſtagna:Mare autē vnū eſt, vt ii memorię prodiderūt:qui terrarum orbem luſtrarūt:ꝗꝗ & Hircanū Caſpiūq; mare ſunt qui ſeorſum circūſcripta ſuis eſſe finibus arbitrentur.Sed ſi iis qui in deſcribēda terra operā nauarunt mentē adhibere oporteat,hæc inter ſeſe ſunt perforata:& omnia permeant ad mare maximū atq; cōfluūt:quēadmodū & mare rubrū,ad Gaditanū oceanū tendere eiq; cōiunctū eſſe ferūt.At quouā modo dicit aquarū aggregationes deū maria nuncupaſſe?Quia cōfluere quidē vnū in locū aquę:Congregationes aūt aquarū,id eſt ſinus,qui ſua propria figura a terra circūdāte cincti ſunt cōphēſiq;,maria Deus appellauit, Aqloniū mare,Auſtrinū mare,

Marium nomina. Oriētale mare,Occidētale rurſum aliud mare.Multa quoq; noīa ꝓpria variaq; mariū extāt: Męotis palus,Euxinus pontus,Boſphorus, Propōtis,Helleſpōtꝰ,Aegęū,Ioniū,Sardonicū, Siculū,Tyrrhenū aliud:& mille alia noīa mariū ſunt, quæ longū ſane fuerit exacte recēſere, ac numerare:& ruditatis decori plenū.Idcirco deus cōgregationes aquarū maria nūcupauit. Sed ad hęc nos eduxit ipa ſeries diſputatiōis. Nūc redeamus vnde digreſſi ſumus.¶Et dixit

Arida facta. Deꝰ:cōgregētur aquę quę ſunt ſub cęlo vnū in locū,& appareat arida.Nō dixit,& appareat terra:ſed appareat arida:ne rurſum ipſam inextructā, ac incompoſitā oſtēdat,luto refertā, atq; aquis immixtā,nondum propria forma facultateq; recepta.Et ſimul ne telluris exſiccandę ſoli nos cauſam tribuamus,terrę ſiccitatē ortu ſolis generatiōeq; vetuſtiorē opifex fecit. Animaduertas aūt velim his indicantē verbis ſcripturā nō ſolum exundantes aquas a terrę ſuperficie defluxiſſe:ſed quicqd etiā aquarū inerat imixtū ipſi ceſſiſſe,neceſſariis opificis iuſſis obtēperādo.Et factū eſt ita.Hęc adductio ſatis creatoris vocem oſtēdit in opus ac exitum ꝓdiiſſe:in cōpluribus tñ exemplaribus hęc ſequūtur.Et congregatę ſunt aquę,quę ſub cælo erant in ſuas congregationes:& apparuit arida.Quę neq; vlli cęterorum interpretum edidere,neq; Hebręorum vſus habere videtur.Nempe ſuperuacanea eſt horum verborū adductio

Obelus. poſt hoc teſtimoniū:& factū eſt ita. Quapropter in exactis exemplaribus obelo ſunt notata:

quem:vt vacuitatis verborũ sit signũ,institutũ fuisse constat.¶Et vocauit Deus aridã terrã & congregationes aquarum appellauit maria. Cur & antea dictum est. Congregentur aquæ vnũ in locum,& appareat arida.Sed non scriptũ est,& appareat terra:& hoc loco rursum:& vocauit Deus aridã terram.An quia siccitas quidem atq; ariditas propriũ quid est,quod na turam exprimit,& pręse fert ipsius subiecti:terra autem nuda quędam est appellatio rei?Nã vti ratione quidẽ prę ditum esse,propriũ ipsius hominis est:vox autẽ homo id significat ani mal cui propriũ illud competit:sic & ariditas,atq; siccitas ꝓprium est, atq; pręcipuũ terræ. Cui igitur vti proprium siccitas accõmodatur,atq; ariditas,id apellatum est terra:perinde atq; cui veluti proprium peculiareq; qd,ipsum hinnibile cõperit, id nuncupatum est equus. Non solũ autẽ id accõmodatur ad terrã:sed cęterorũ etiã elementorũ propria cuiq; peculia risq; qualitas inest:qua sane tam a cæteris segregatur,q̃ etiã ipm qualisnã sit naturæ digno scitur.Nam aqua frigiditatẽ,aer humiditatẽ, ignis caliditatem vti peculiarem sibi vendicat qualitatem.Verum hęc quidem vti prima compositorũ corporum elemẽta libera,dicto mo do cogitatione sumuntur. Ea tñ quæ iã in corporibus insunt,sensuiq; subiiciuntur,copula tas obtinent coniunctasq; qualitates:neq; quicq̃ eorum omnino,quę cõspiciuntur ac sentiũ tur,solum ipm est absolute,aut simplex,aut sincerum.Sed terra est sicca,& frigida.Aqua fri gida & humida.Aer humidus,& calidus.Ignis calidus atq; siccus.Hoc.n.pacto per qualita tem consortem facultas in ipsis mutuę mixtionis emergit.Nã per cõmunẽ ipsis singula qua litatem cum vicinis sibi copulãtur:& societatis ratione,quã cum sibi propinquis obtinẽt,cũ oppositis cõiunguntur.Nã terra quę siccitate frigiditateq; prędita est,cum aqua quidẽ frigi ditatis affinitate coniũgitur:per aquã autẽ cũ aere copulatur:quippe cum aqua medium in ter vtrumq; situm obtinens suapte natura: quasi manibus extensis,vtraq; qualitate, corpus vtrũq; proximũ sibi frigiditate terrã:humiditate aerem tangat.Rursum per humorem aquę per calorẽ igni sese cõiungens aer atq; cõnectens,sua nimirũ intercessione discordiũ natura rũ ignis,& aquę conciliator euadit.Ignis deniq; pari modo duabus & ipse qualitatibus prę ditus:calore inquã,ac siccitate:illo cum aere copulatur:hac humũ petit sibiq; coniũgit.Atq; ita fit orbis quidã,choreaq; referta cõcentibus omniũ inter sese concordia,nexu,atq; ordine miro. Hæc a me dicta sunt causam afferenti, cur Deus ipsam aridam, terram appellauit, & non ipsam terram aridam econtrario nuncupauit. Nempe nõ ex iis esse videtur aridum,quę post adueniunt terræ:sed ex iis quæ naturam eius a primordiis ipsis constituunt.At ea quæ causam vti sit quippiam,pręstant iis esse priora quæ postea adueniunt,nemo est qui ignoret. Itaq; non immerito per ea quę natura competunt,prioraq; sunt,scriptura ipsa sancta terram esse censuit cognoscendam.¶Et vidit Deus esse bonum.Non id ipsum hæc oratio delectabi lem inquã aspectum quendam marium oblatum esse deo demonstrat. Non eñ rerum crea tor oculis creaturę pulchritudinẽ cernit:sed ineffabili sapientia perspicit:& cõtemplatur ea quæ fiunt.Est profecto spectaculum perioucundum albescens ęquor,cum ipsum summa tran quilitas occupat.Est etiam iocundũ cum mitiunculis auris summis parumper exasperatum vndis,purpureũ colorem,aut cęruleũ cernentibus obiicit:qñ neq; vi violenta vicinã verbe tat continentẽ:sed quasi quibusdam amplexibus e pace prodeũtibus,salutare,ac osculari vi detur. Nõ tamen & deo scripturã ita bonum, ita iocundum dixisse mare conspectum fuisse putare oportet:sed bonũ illic opificii creationis ratione diiudicatur.Est eñ aqua maris hu moris oĩs fons & origo telluris:quippe quę per occultos passim meatus transit atq; diffundi tur:vt spõgiosę terrę speluncisq; refertę declarãt:sub quibus fluidum per fistulas cuniculosq; permeans mare cum tortuosis,accliuibusq; fuerit transitionibus comprehensum ab agitan te compulsum spiritu,dirupta superficie vi violẽta telluris,erumpit,forasq; emicat:atq; fer tur amaroreq; transmissione deposito,potulẽtum euadit.Iam vero calidiore quoq; cum dis currit ex metallis qualitate affectum, eadem sane causa concitãte feruescit sępenumero:atq; flagrat:quod tã i plerisq; insulis:q̃ plerisq; in locis maritimis cernere licet.Quin & media cõ tinente loca fluuiis propinqua nonnulla(si parua magnis comparanda)similibus modis affi ciunt.Quod a nobis est dictũ,vt vniuersam cauernis terrã,& cuniculis esse refertam,per oc cultos meatus,e maris principiis,aqua redundante & discurrente,percipiamus.Bonũ igitur apud deum est mare,ꝓpter humoris in profundo terræ discursionẽ. Bonũ est etiam,& quia fluuiorũ est receptaculum,atq; in seipso cuncta omni ex parte flumina suscipit, nec suos fi nes egreditur. Bonum est item q; fons quidẽ est aeriis aquis, atq; origo,quippe quod radiis

Terra.

Elemẽto rũ quali tates.

Viderit quõ de⁹ eẽ bonũ. Maris as pect⁹ qñ iucũdus

Aqua maris, humo ris oĩs est fons.

Bonum cur ma re.

quidē ſolis tepeſcit.per vapores autē pertenuem aquæ portionē emittit:quæ ſublimē in locū attracta,deinde refrigerata: propterea ꝙ radiorum a ſola refractione ſuperior, altiorq euaſit:inſuper etiā ipſam intendēte nubis vmbra refrigerationē pluuia fit,humūq pinguē lętāq facit.Atq qui non aſſentiretur hiſce prorſus eſt nemo,igne ſubiecto feruētibus animaduerſis venis:quæ cum antea eſſent humoris plena,vacua ſępenumero facta ſunt:in vaporem eo toto quod coquit,diſſoluto.Quinetiā & ipſam maris aquā a nauigantibus coqui cernere licet:qui ſpongiis ſuſcipientes vapores neceſſitatis tēpore nō mediocriter ſubueniūt vitę.Bonū eſt etiam & alio modo:partim ꝙ inſulas arcet,atq pręcingit:ornamētū quoddā ipſis inde ſimul tutelamq pręſtando:partim quia continentes plurimum inter ſeſe diſtantes,ac inſulas,ſeipſa coniungit:atq liberas nauigantibus congreſſiones cōcedit:quibus ſane tum notitias rerum:quę ignorātur,parit:tum opulentię mercatoribus conſequendę cauſa fit:vitæ ꝙ omnino neceſſitatibus perfacile ſuccurrit atq emendat:iis,qui copia rerum abundāt in exportandis iis,quę ſuperſunt:facultatem ſubminiſtrādo:iis,qui egent:id qđ ipſis deeſt ſupplēdo.At vnde mihi quęſo tanta facultas:vt totam maris pulchritudinē exactiſſime conſpicarer,quanta ſui creatoris oculo fuit conſpecta!Q; ſi mare bonū eſt apud Deum:ſi pulchrum ſi laudabile:quonam pacto nō longe pulchrius eſt hoc eccleſię conciliū talis:in qua pmixtus ſonitus quaſi cuiuſdam ad littus accedentis vndę,virorū,mulierū ac infantium:ex orationibus ad Deum noſtris reſultat:quā trāquillitas profunda,ſtabilē,imobilēq cōſeruat:malignis fugatis ſpiritibus,atq procellis:quæ ſectarū rationibus ipſam perditiſſimarū cōturbare minime potuerunt.Sed agite obſecro vos oēs hoc ordine perpulchro,ad decentiſſimū vſq ſtatum ſeruato:dignos vos ipſos efficite probatione diuina, in Chriſto Ieſu, quē gloria decet in ſecula ſeculorum.Amen.

Eccleſiæ decor & vtilitas.

CONGRESSIO QVINTA.

Et dixit Deus:germinet terra virentem hærbam & facientem ſemen : & lignum pomiferū faciens fructū iuxta genus ſuū:cuius ſemen in ſemetipſo ſit ſuper terrā:& factū eſt ita.



CVm tellus iam reſpiraſſet aquæ depoſito pondere, ſequutū eſt deinceps id diuinum imperium,quo iuſſum eſt terrę primum hęrbam germinare:deinde lignū quod etiā nunc fieri cernimus. Vox eñ illa,primūq illud præceptum,veluti lex naturę quędā ac inſtitutū impreſſum inſculptumq telluri,facultatē ipſi generandi fructuſq ferendi pręſtat.Germinet terra.In ſtirpiū ortu primum eſt germinatio.Deinde vbi paulumper germen emerſit,fit hærba : poſt incrementis ſuſceptis vireſcens fœnum euadit ſtirpibus ſenſim ſeſe explicantibus atq ad edendum vſq properantibus,concoquendumq ſemen.Hærbeſcunt enim omnes ęquo diſcrimine,vireſcuntq ſtirpes. Germinet terra virentem hęrbā. Ipſa ſeipſa terra,nulla prorſus egēs ope,nullo ſubſidio aliūde diffundat,eliciat hærbeſcērē viriditatē.Atq qm̄ ſunt qui ſolem omniū eorū,quę a terra pullulāt,eſſe cauſam arbitrātur,e pfundo vim euocātem ad ſumma facultatēq tractatione caloris,ideo nō iniuria ſolē oīs telluris anteceſſit ornatus: vt & adorare ſolē tanq̄ viuēdi cauſam hoīes ii deſināt,q in errore verſant. Si perſuaſum fuerit ipſis terrā ante ſolis effectionē oēm habuiſſe ſuū ornatū : & tā imoderatā admirationē q̄ illū afficiūt,tādē remittāt hoc aīaduerſo,fœno inquā ſic hærba gñatiōe poſteriorē ſolē fuiſſe.Nū igit pecoribꝰ quidē pparatū eſt pabulū,noſtrū aūt neglectū eſt alimētū, nec vlla puidētia prorſus fuit curaq dignū!An q bobus paſtū equiſq parauit:is tibi diuitias potiſſimū voluptateſq parat!Qui nāq tua pecora paſcit:is pfecto tui patrimonii ſupellectilē auget. Deinde ſeminū ortus qd aliud eſt:& nō apparatus tuę vitę degēdę vltra cōplures hęrbas:& holera qbus humanū veſcit genus!Quare ſiqd hęrbę genus ad alia pertinet:& illius lucrū ad nos ipſos redundat:& ſeminū vſus nobis ipſis eſt deſinitꝰ.Germinet terra virentem hęrbā:& facientē ſemen. At fortaſſe quiſpiā dixerit. Cur omnia quæ naſcuntur ex terra ſemen efficere ſcriptura dicit:vbi nō arundinē,nō gramen,nō mentā,nō crocū, nō allium,nō deniq cōplura alia genera plantarū ſemen efficere cōſtat!Ad quē dicemus,cōplura naſcentiū e terra vim in ipſo fundo ſeminum atq radicibus obtinere:quēadmodū arundo poſt annuū incrementū ex radicibus quādam appendicē elicit:rationē ad ortum futurum ſeminis obtinentem.Idem & alia innumera faciunt,quę per humū vagātia in ipſis radicibus ſuā ſobolem habēt.Quare veriſſimū eſſe cōſtat ſingulis in ſtirpibus,aut ſemen eſſe,aut quandā vim propagādi,perinde atq ſemen ineſſe.Atq id eſt ſane quod dicitur:Iuxta genus ſuū.Nō eſt eñ appendix arundis

Præceptū primū dñi cōſeruat rerū naturas.

Sol non dat terrę virtutē oēm.

Sol non adorādꝰ

Seminū vis in iis q̄ ſemen nō hñt.

nis effectrix oliuæ.sed ex arundine quidē arundo prodit: ex feminibus autem ea quæ genus idem fubeunt:quod & ipfa femina iacta gignere pullulareq́ folent. Atq́ id ita quod e terra primo prodiit ortu,hucufq́ fucceffionis pceffione genere perfiftēte,cōferuari videtur.Germinet terra.Animaduertas velim hac voce parua,præceptioneq́ adeo breui terrā ipfam per frigefcentem,ac infœcundam parturientem protinus vniuerfam,atq́ ad edendos fructus pgentem,ac properantem:& perinde,atq́ amictu mœfto lugubriq́ deiecto,fplendidiore vefte fefe induentem,ornamentifq́ fuis fefe propriis exornātem ac infinita ftirpiū genera procreātem.Volo,percupioq́ tibi vehemētius admiratione imprimi creaturæ,mentiq́ tuæ penitus infidere:vt quocūq́ fueris loco,& cuicūq́ ftirpiū aftiteris generi,manifeftatā clarāq́ creatoris capias admonitionē.Itaq́ cū herbā fœni confpexeris atq́ florem,in mentē tibi veniat humanæ naturę,ac fapientis Efaię fententiā,ac imaginem in memoria habeto. Ois caro,dicentis,vt fœnū eft,oīfq́ gloria hominis veluti fœni flos eft. Breuitas em̄ vitę,oblectamētūq́ pfperitatis humanę,atq́ hilaritas exiguo tempore perfiftens accōmodatiffimā apud prophetā imaginē eft pfecto,fimilitudineq́ fortita.Hodie virens corpore:propter delitias obefus:& luxu florente colore præditus,ob ętatis ftatum vigens,vehemens, appetitionibus intolerabilis:cras idem ipfemet miferabilis fueris,aut morbo forfan diffolutus,aut tēpore,fenioq́ cōfectus.Eft quifpiā ob amplitudinē patrimonii circunfpectus,& adulatorū hominū copia circa ipm verfatur:feptufq́ eft fictis amicis,q gratiā ipfius venātur:magna quoq́ caterua fanguine propinquorum,& ipfo fimulato,ftipatus:innumera deniq́ fequitur illū eorum hominum multitudo:qui pter multos vfus ei,variafq́ fubminiftrationes affidēt,& munera fubeunda:quos abiens domo fefeq́ recipiens domū fecum trahens,inuidiofus eft occurrētibus. Adde diuitiis fi volueris magiftrat⁹,& ciuilem aliquā poteftatē,vel etiā honores ex regibus dignitatefq́,curā gentiū nationūq́:Imperatorium munus,præconem ante ipfum clamantē lictores hinc & inde terrorē iis ingentem,qui fub imperio funt, afferentes, percuffiones,verbera,cōfifcationes,deductiones, carceres:e quib⁹ intolerabilis fubditorū metus emergit atq́ accumulat̃.Quid poft hęc quęfo?Nox fit vna,febriculaq́ vna,dolor lateris aut pulmonis vitium,abreptū ab hominibus abducens hominē,abiit illa vniuerfa fcęna fubito denudata,ac diffoluta:gloriaq́ illa veluti fomniū ftatim euanuit. Quare glorię hūanę fimilitudo ad debiliffimū exiguūq́ florem accōmodatiffime a ppheta videtur effe extructa. ¶Germinet terra virentem herbā:& facientē femen iuxta genus fuū.Eorum ordo,quę nūc etiā e terra nafcūtur,teftis eft primi ftirpiū ortus atq́ creationis. Germinatio em̄ oēm antecedit herbefcentē viriditatē. Siue em̄ a radicib⁹ qd e fobole nafcitur:vt croci,vt germen germinet,pulluletq́ primū forafq́ egrediat̃ oportet. Siue a femine gignit̃:hoc quoq́ pacto primū germen emergat:herba dehinc explicetur:poftea virefcēs fœnū euadat:demū fructus fiat, fuper folidiufculum iam craffiufculūq́ culmū grandefcens neceffe eft.Germinet terra virentem hærbam. Cū femen fparfum in terrę gremium incidit,humore teporeq́ prædite moderato mollitum effectū,meatibufq́ refertū:humū fibi vi fua propinquā amplexū,ea nimirū inde quę funt accōmodata fuę naturę,ad feipm attrahit.Quorū tenuiffimę partes in ipfos incidētes illabentefq́ meatus,molē ipfius ampliorē efficiunt:vt ad infera quidem fibras,radicefq́ agat:ad fupera autē emergens in culmos fefe pares numero radicibus erigat. Humor deinceps qui per radices calore trahitur germinis femper tepentis:id humi fecū quod alit q̄tū fufficit,affert, atq́ hoc in culmū,in corticē,in vaginas, in triticū,i ariftafq́ partit̃:& ita paulatim fenfimq́ augefcens ad fuū quodq́ nafcens peruenit ftatum:fiue fit generis frumenti, fiue leguminis: fiue holeris fiue etiā fruticis.Vnū fœnū,vnaq́ herba,mētē tuā ad ei⁹ artis ratiōes perfpiciēdas,ex qua prodiit,occupare totā profecto poteft. Quomodo genibus pręcinguntur culmi frumēti:vt illis veluti quibufdā vinculis corroborati,fpicarū facile pondus ferant,atq́ fuftineant,nec cum plenæ iam fructuū grauideq́ funt,ad humū fuo pondere corruāt. Quapropter auena quidē inanis atq́ vacua tota eft:quod nullo prorfus culminis pōdere premitur. Frumentū autē natura geniculato culmo confirmaffe videtur.Iam vero cū in vaginis granum recōdidiffet ne facilis fit expofita frugilegis pręda, infuper & ariftarū vallo veluti telis obiectis,cōtra auiū minorū morfum muniuit. Quid dicā?quid filētio pretereibo?in ampliffimis diuitiis creationis recōditis,perdifficilis quidem eft rei pręftabilioris electio:intolerabilis autem omiffę, pteritęq́ iactura.Germinet terra virentem herbā.Et exortę funt vna cum iis quę alunt,& ipfę etiam exitiales herbę,venenofęq́.Cum frumento cicuta,cū efculētis cę-

Terræ fertilitas a dei voce.

Fœnum ois caro

Diues ab adulantibus circo deferif.

Ariftarū vfus.

Herbæ virulētę vfus.

teris, veratrũ, aconitũ, mandragora, atq; papaueri succus. Quid igit̃ gratiis agẽdis, ꝓ iis quę nobis vsuí sunt opifici missis, ꝓ iis ipm̃ accusabimus quę nostrę vitę aduersant̃, officiuntq;! Illud autẽ nõ aĩaduerteramꝰ, haud oĩa inquã nostri gratia vẽtris esse creata: sed alimẽta q-dẽ definita nobis in promptu esse, ab oĩbusq; dignosci facileq; discerni posse: res autẽ singu-las, quę fiunt, ꝓpriã quãdã peculiarẽq; rationẽ ad creaturã cõferre, atq; supplere. Nõ. n. quia

Taurinꝰ sanguis homini exitio.

tibi tauri sanguis exitio fit: ideo taurũ aut in lucẽ nõ edi, aut sanguine nõ esse prẹditũ opor-teret: viribus cuius ad tot humana vita res tãtasq; subministrãdas egere videt̃. Sed tibi qui-dẽ insita ratio satis facit ad eas res euitãdas, quę letales, quę venenosę, quę pestiferę sunt. Nõ em̃ oues quidẽ atq; capellę vitare sciunt ea quę vitę suę nocerẽt, solo sane sensu noxia discer nẽtes, tibi vero cui mens insup inest, & ratio: cui medẽdi facultas vtensiliũ rerũ notitiã sub-

Venenorũ vsus.

ministrat: quẽ anteactarũ experiẽtia rerũ, quę fugienda sunt, vti noxia docet: difficile est atq; perarduũ a venenosis rebꝰ exitialibusq; cauere. Illarũ aũt rerũ nullã prorsus existimare opor tet, aut temere, aut frustra creatã esse: nullis in naturę officiis vtilẽ: nullis in vitę muneribus cõducentẽ. Aut. n. nõnullis aĩalibus expertibus rationis sunt pabulũ: aut & nobis ipsis ex his

Cicuta.

in nõnullis morbis ab arte medẽdi viriisq; remedia cõperta prẹstãtur. Nã cicuta quidẽ sturni vescũtur, ob suiq; corporis opificiũ a veneno nõ occupãtur. Cũ em̃ in cor tendentes ꝑtenues meatus obtineãt: fit, vt antea deuoratã cicutã cõcoquãt, q̃ inde letale gelu ꝑueniẽs ad p̃cor-

Veratrũ

dia ꝑuenerit, locũq; cordis attigerit. Veratrũ aũt coturnicibus est gratissimus cibus, necnõ ab eo peculiari quadã temperatione detrimẽti quicq̃ percipiũt. Sunt hæc ipsa tẽpore oppor-

Mandragora.

tuno nõnũq̃ etiã vtilia nobis, salutariaq; medicamẽta. Mãdragora nãq; medici somnũ aduo-cãt atq; inuitãt, succo vero papaueris vehemẽtes dolores corporis sedãt. Quidã agitationẽ

Papauer

etiã appetituũ rabiosam feruorẽq; cicuta mitigarũt, ac extinxerũt: & veratro diuturna cor-poris vitia radicitus extirparunt. Quibus efficitur: vt quod veluti crimen in opificẽ afferre putabas, id in cumulũ tibi gratiarũ habẽdarũ deo redũdet. ¶Germinet terra virentẽ hẹrbã. Quãtũ victus hisce verbis, tũ in radicibus, tum in ipsis hẹrbis, tum etiã in fructibus sua spõ te oblatũ esse dicit! Quãtũ insup eius, q ꝑuenire solet cura diligẽtiaq; agriculturę! Nõ semen frugesq; protinus educere terrã, sed germinare virescereq;: & tũ semen edere iussit: vt primũ illud diuinũ prẹceptũ sequẽtis ipsi naturę documẽtũ ordinis fiat. At quõ terra fortasse quis-piã dixerit, semina nascentiũ ratione gñis edit vbi sẹpenumero tritico sparso frumentũ hoc attũ colligimus! At id ipsum nõ ad genus diuersum sane mutatio: sed quasi morbus quidam

Attrum frumẽtũ

vitiumq; seminis est. Nõ em̃ frumenti naturã amisit: sed in attũ ob adustionẽ colorẽ, est ver-sum: vt ex appellatione quoq; credere licet. Nã algoris exustũ exuperatione in aliũ colorem, in aliũq; saporẽ mutatũ est. Itaq; si in humũ bene cultã idoneãq; fuerit iactũ, cælũq; clemẽs, benignũq; fuerit nactũ, in suã pristinã illã formã qualitatẽq; redire ferunt. Quare nihil pror

Lolium.

sus stirpibus aliter inueneris fieri, q̃ imperiũ diuinũ illud instituit. Nã illud qđ loliũ appella-tur, cẹteraq; adulterina semina: quę sese cum esculentis miscere solẽt: quęque scriptura sacra

Zizania.

nuncupare zizania cõsueuit, nõ tritico mutato: sed ex origine sua principioq; nascũtur: pro-priũq; suũ obtinẽt genus. Hæc eorũ hominũ prę sese ferũt imaginẽ: qui dñi nostri leges, atq; doctrinã adulterare deprauareq; nitũtur: quiq; nõ vti proprios sese diuino verbo discipulos offerũt: sed spiritus maligni doctrina corrupti, cũ ecclesiæ sese corpe sano permiscẽt: vt suos clãculũ errores in integriores hoĩes imprimãt, detrimẽtoq; illos afficiãt. Iam vero dñs, & eo rũ profectũ qui crediderũt in ipsum, accretioni seminũ cõparauit. Quẽadmodũ inquiẽs, si ho mo iaciat semen in terrã: & dormiat & exurgat nocte dieq;: & semen germinet, & illo nesciẽ-te suscipiat incremẽta. Vltro nãq; terra fert fructũ, primũ hẹrbã emittendo, deinde plenũ in

Hẹrbarũ subita germinatio.

spica frumẽtũ edẽdo. ¶Germinet terra virẽtẽ hẹrbã, atq; tẽporis puncto nimirũ a pullulatio ne initio sumpto, tellus: vt creatoris sui legibus imperiisq; obtẽperaret, per oẽm accreationis formã discurrit: germinaq; protinus ad summũ eorum statum deduxit: atq; prata quidem alta continuo copia fœni fuere. Cãpi vero fertiles horrẽtes segetibus perinde, atq; mare spu marũ agitatione fluctuabãt, ac inundabant, omnis insuper hẹrba, omne holeris, omne fruti-cis, omne deniq; leguminis genus, copiosissimũ e terra tum editum, ac exactissimum emine-bat. Nullũ em̃ peccatũ in iis quę primũ tunc emersere nulla menda, nullũ vitiũ prorsus erat, aut agricolarũ imperitia, aut aeris intemperie, aut alia vlla causa sane, quę nocere nascẽtibus solet. At neq; etiã illa cõtra genus hominũ allata sentẽtia tum impedimẽto telluris erat fer-tilitati. Hæc em̃ illũ hoĩs errorẽ, illud delictũ antecesserũt: gratia cuiꝰ nos cõdẽnati sumꝰ, vt

nfis laborib⁹,nfiq; vult⁹ ſudorib⁹ pane veſcamur.Germinet etiã inqt: & lignũ pomiferũ fa‑ciens fructũ:ſemẽ cuius in ſemetipſo ſit iuxta genus ſup terrã . Poſt hoc pceptũ opificis ſine vlla mora ptinus oẽs qdẽ ſylue ſurgebãt,oẽs aũt arbores erũpebãt:& q̃ petere cęlũ altitudi‑ne ſolẽt abietes,larices,pini,picee,cedri,cupreſſi:& q̃ nõ alta petũt, oẽs etiã frutices frondo ſę,denſeq;:& plantarũ etiã eę,ex qbus coronę,ſerta q; nectunt.Roſę,lauri,myrthi vniuerſæ, tẽporis vno momẽto cũ antea nõ eſſent,extitere:cũ ſua queq; peculiari pprietate,ſeiunctę q dem,atq; diſtinctę manifeſtis a diuerſis genere differẽtiis,ſuę autẽ ſingulis ppriis inſignitæ noteq; formis. Verũ Roſa tũc ſpinis carebat:poſtea vero pulchritudini floris adiunctę ſunt ſpinę:quo voluptatis oblectamẽto nos inde capiẽdę ppinquo afficiamur dolore,recordatio ne delicti:cauſa cui⁹ factũ eſt:vt ſpinas, ỽt tribulos tellus nobis offerret.At qſpiã dixerit iuſ ſum eſſe terrę lignũ pomiferũ edere faciẽs fructũ,cuius ſemẽ in ſemetipſo ſit iuxta ſuum ge nus:cõplures tñ arbores neq; fructũ nos edere cernere neq; ſemẽ.Quid igiť dicemus?Primũ quidẽ earũ arborũ ſcripturã ſacrã pcipue mẽtionẽ feciſſe q̃ natura ſunt pſtabiliores . deinde cũctas aut ſemẽ edere:aut ea q̃ vim ſeminis,atq; potẽtiã obtinẽt.Etenĩ ſi diligẽtius inſpexeri mus rẽ ita ſeſe habere cõperiemus.Nã alni,ſalices,vlmi,populi,cętereq; id genus fructũ qdẽ aperte ferre nullũ videnť,habent aũt ſingulę ſemẽ.Id eñi granulũ,qđ ipſis frondibus ſubter inhęreſcit,qđq; nõnullis eorũ,q; nominibus rebus imponẽdis operã nauarũt,miſchũ placuit appellare:vim ſane ſeminis obtinere potentiãq; videť.Iã q̃ ab ipſis ramis oriri ſunt aptæ in de magna ex parte radices eliciunt. Seminis etiã fortaſſe rationem obtinẽr,& virgulta,atq; appendices:quas euellentes ſerendi ſtudio incũbunt incrementũ generi pſtant.Prius tñ vti diximus,earũ ſcriptura mentionẽ arborũ fecit:q̃ magis humanã vitã cõtinerent, queq; ſuis fructibus hoĩs locupletiorẽ vitã efficerẽt. Vitis qdem gignendo effundendoq; vinũ,lętũ cor hominis effecturũ.Olea vero fructũ eũ pſtãdo,q faciẽ hilarem oliuo facere poſſet, cętereq; ſi milis generis,quot cõcurrebãt,quot pparabãt in idẽ:ea ſcilicet oĩa pcreãte natura. Radices ipſi⁹ vitis,palmites circũquaq; frõdẽtes pducti,ſuperq; terrã diffuſi.Germen,culmen,claui culi,vua primum peracerba guſtať,deinde cõcocta maturaq; ſuauis ſatis:& vitis ſi pruden ter cõſpecta fuerit,tuę te admonere naturę poteſt.Nã ſimilitudinis te dñi nõ imemorẽ eſſe certo ſcio:qua ſeſe vitẽ,& patrẽ agricolã eſſe,vinitoremq; dixit:noſq; ſingulos in eccleſia fi deles,ſatos palmites appellauit:atq; ad copioſe ferendos fructus inuitat,atq; allectat : ne vt inutiles futileſq; diiudicati deſpectiq;,igni tradamur.Nec ceſſat vbiq; vitibus noſtras aĩas cõparare. Vinea nãq; facta eſt dilecto,dicit in cornu pingui in loco.Et vineã ſeui,ſeptũq; cir cumpoſui.Animas humanas plane vineã dicit: circumdedit ſepto tum ea ſecuritate tutela ve,q̃ ex pceptis reſultat:tũ ipſa cuſtodia angelorum. Verſabiť.n.angelus dñi in circuitu me tuentium eum.Deinde qnaſi valla nobis defixit,poſitos in eccleſia primũ Apoſtolos,ſecũdo pphetas:tertio Doctores.Exemplis pterea veterũ hominũ, beatorũq; noſtrorũ erigẽs aĩorũ in altum elationem:nõ neglexit neq; pmiſit in humũ nos eſſe deiectos humiq; ſerpere:ac di gnos eſſe q cõculcemur. Vult etiã nos:& quaſi clauiculis amplexib⁹ charitatis pximis inni ti ac adhęrere:& in ipſis etiã requieſcere,vt ſupera ſemp petentes,ſublimes pinde atq; vitis ſcã dens arborũ ęquat cacumina,rerũ altiſſimarũ vertices attingamus.Expoſcit etiã a nobis,vt & foſſiones ſuſcipiam⁹.Fodiť aũt aĩa in deponendis mũdi cogitationib⁹, atq; curis,q̃s cordi bus noſtris eſſe põdera cõſtat.Itaq; q carnis cupiditatẽ, q pecuniarũ amorẽ auiditateq; depo ſuit,vt circa miſeriã hãc glorioſam ſollicitudinẽ trepidationemq; reſpuẽdã eſſe deſpiciẽdãq; duxit, is ſane graui mole pondereq; terrenę curę reiecto atq; depoſito, q̃ſi cõfoſſus cultuſq; fuit,ac reſpirauit.At luxuriã quoq; fugito,nec in ſyluã fugere,vetere pverbio,te oportet.i. nõ in vitę officiis agendis oſtentatione vti,non ab externis laudem venari,ſed fructuoſum eſſe,bonorũq; operũ oſtentationem agricolę vinitoriq; vero recõdere te oportet, At.n.& vt olea tu grauida referta fructib⁹ in ędib⁹eſſe dei,nec vnq̃ ſpe denudari,ac exturbari,ſed ſemp in tere frõdeſcentem ſalutẽ p fidẽ habere velis.Hoc.n.pacto ppetuã huiuſce frõdeſcentiã imi tabere plãtę,nec nõ & oĩ tpe mię munus exercens vbere fœcũditatis ęmulus, ac vbertatis e uadas,Sed ad artificioſas inſtitutiões pquirendas,redeam⁹ vñ digreſſi ſum⁹ oportet . Quot ſtirpiũ naturę?Quot genera,ptim frugifera,ptim ad efficiendas ędes,ptim ad extruendas na uis,ptim ad ſubminiſtrãdũ ignem idonea,ſimul atq; pceptũ editũ eſt,emerſere? In his etiam ipſis varia qdem eſt atq; diuerſa partiũ vnuſcuiuſq; arboris ornatus ac diſpoſitio. Summa aũt cum difficultate cuiuſq; tam pprietatis inuentio,q̃ ad ſingulas diuerſorum, generum,

Arborũ exortus.

Roſa ſine ſpinis.

Arbores ſteriles omnino nullę.

Vitis Olea.

Viti nos ſimiles.

Septum vitis.i. aię.

Prouerb. Olee ſimus ſimiles.

exploratio differentię,notitiaq; fieri pōt.Quomodo pars radices in pfundū,pars nō in pro fundū agūt.Et alię recta supera ꝑrūt,est q̄ in eis ab radice caudex vnus. Alię humiles sunt statimq; ab ipsis suis radicibus plures in caudices exeunt ac dispergunt.Quomodo quarū ra mi plixiores sunt porrecti late p aerē,earū & radices profundiores sunt, & circūquaq; late etiam diffunduntur,proinde quasi natura fundamenta quędam tota ratione superorū ponde ribus subiecisset.Quot pręterea corticū discrimina sunt? stirpiū.n.aliis lęuis, aliis scaber est cortex.Et alię simplice,alię multiplice libro pditę seu cortice sunt.Et qd mirū esse videtur, iu uentutis humanę cōditiones,ac senectutis psimiles inueneris & in plātis. Nouellis eīm atq; vigentibus circū ipse cortex intenditur,senescentibus vero quasi rugosior asperiorq; euadit. Succisę pręterea alię rursum germināt,alię nō repullulant,sed ipsa pręcisio interitus quidā earū est.Iā vero detruncatas nonnulli latices,aut incēsas vstasq; flammis in syluas obserua tunt atq; nemora verti.Sunt & quas suę naturę vitiū agricolæ cura diligētiaq; deponere ac extrudere nouimus,vt punicas acidas,amygdalasq; amaras.Cū eīm ima in parte radici pro pinqua stipite pforato cuneū ex pino pinguem p mediā adactum medullam susceperint,sa poris tū fastidio gratum in vsum mutato dulcescunt. Nemo igitur in vitio cōstitutus homo de seipso despętare velit,haud nescius agriculturā quidē stirpium qualitates mutare: curā autē,ac studiū in cōsequendis virtutibus animi omnes vincere morbos superareq; posse.At qui frugiferarū stirpiū tanta est in edendis fructibus differētia, vt eā oratione posset conseq nemo.Non solum eīm differentia fructuū in diuersis genere stirpibus,sed in eadem etiam ar boris specie non mediocre discrimē esse videtur, vbi forma fructus,a ꝑitis in stirpiū cultu distincta est etiā sexu,vt alia mariū sit, ac fœminarum,qui vel palmam in marem fœmināq; diffindunt,& videris eam interdū,quę ab ipsis fœmina dicitur, in marem pnam blandiori bus ramis nutare,quasi gestientem,libidineq; turgentem, atq; amplexū,copulationemq; ma ris percupientē,stirpium vero cultores,inter ramos tunc quasi semina quædā, mariū florem lanuginemq; immittere,atq; ita illam quasi veneris voluptatem inde percipere, seseq; demū rursus erigere,ad formamq; ppriam suas restituere comas.Hęc eadem de ficis etiā afferunt. Quamobrē alii iuxta ficeta caprificos serūt,alii caprifici poma aliūde illata,& inter sese col ligata iniiciunt ficis.Atq; hoc pacto ficorū imbecillitati medentur, defluentē iam labentem q; fructum ipsarum pomo caprifici fulcientes.Quid iste sibi naturę luxus vult? Quid innuit quid ammonet quęso? An nos & ab alienisa fide virium aliquid interdum,atq; vigorem ad bonorū opꝑū intensionē accipere oportere? Nā si ritu viuentē gentium,aut ob erroneā sectā aliquam ab ecclesia seiunctum quempiam vitę modestæ studio cōspexeris ,moribusq; probis incumbere,tuum tum in probitate studium ipse magis,ac magis intēdere velis,vt æmulus fici psimilisq; euadas e syluestrium pręsentia vires aggerantis,& defluxionem quidē fructuū inhibentis,accuratius autē eos ipsos enutriētis. Tales igitur in ortus stirpiū modis differētię videntur emergere,vt ex plurimis pauca admodū afferamus.Ipsorū aūt fructuū varietatē,q̄ q; eorū oīno gratia molitur natura,qs enumerare,qs explicare pōt figuras , colores, saporū pprietates,vniuscuiusq; vtilitatē? vt partim nudi cōcoquunt a sole , partim tecti crustis ad suū statū pueniūt.Vt quarū stirpiū molliusculi sunt fructus earū folia veluti tutiora quędā opercula crassiuscula sunt.quarū duriusculi sunt,eæ tenuiores lęuioresq; obtinēt frondes. il lud in ficis,hoc in nucibus intueri licet.Nā illis qdē ob imbecillitatē maiore subsidio opus esse cōstat,his autē crassius tegmē vmbrę pueniētis inde causa nocuisset.Vt vitis foliū, pā pinus inquā,pluribus in partibus funditur,quo racemus partim incōmoda cæli vitet , partim radios solis p diuisuras vberē tepotē suscipiat.Nihil fit prorsus qd fructibus aduersetur.Nihil negligenter,nihil temere agitur.Nihil est qd causa careat.nihil qd casu forteq; fortuna pdeat: omnia in sese sane latentē admirabileq; sapientiā habent. Quęnā oratio tot tātasq; res attin gere potest? Quo pacto mens humana res oīs hasce tā exacte pertractare transfigereq; pōt, vt & vniuscuiusq; pprietati pspiciat , & ad singulas discrimina clare differentiasq; discer nat,& delitescentes insuper plene pfecteq; causas afferat,atq; assignet! Vna nimirū aqua per fibras eadem atq; radices attracta alio modo radices,alio caudicis corticem,alio lignū, alio medullam alit.eadem,& folium fit,& in ramos surculosq; diffunditur , & incremēta frugibus pręstat.lachrymę deniq; succiq; stirpis eadem ex causa manant,quorū quantum est inter sese discrimē,ac differētia,qs oratione cōsequi potest? Aliud est eīm iunci lachryma, aliud Balsa mi succus . Ferulæ quoq; quædam tam in Aegypto q̄ in africa diuersum succi genus il

Corticū discrimina.

Artificium memorabile Amaroris depositio.

Frondiū ratio.

Aquę inmutatio

Succi arborum.

lachrymant. Fertur & succinum succum stirpium esse, in lapidis naturam concretum. Atq id ita esse, testes sunt flocci, qui in ipso visuntur, & tenuissimę minimęq bestiolę: quę cū succus molliusculus esset, in ipso tanq in visco nimirū inhęsere, tetētæq, ac irretitę fuere. Omino qui non experimento succorum discrimina didicit, is illa ita vt in re sunt aperta: nullam vnq orationem inuenerit explicantem. Ab eodem rursum humore in vite quidem vinū, in olea autem oleum emergit. Atq non solum id mirabile esse videtur, quo pacto penitus idem humor, hic quidem dulcis euasit, ibi autem pinguis est factus, verum etiam illud in ipsis dulcibus inquam fructibus, qualitatis varietatem eiusdem inenarrabilem esse. Aliud est em̄ dulce quod est in vite, aliud quod est in malo, fico, ac palma. Velim te velim in artis adhuc huiusce diligentius opificio perquirendo trahere moram atq animo vertere, vt eadē aqua nūc lenis est sensui cum ad has accesserit plantas dulcisq euaserit, nunc pungit gustandi sensum cum ad alias diducta stirpes acida fuerit, nunc in summum amarorem versa sensum exasperat, cum in absynthium aut scamoneam peruenerit, atq in glandibus quidem aut cornis, in acrem acerbamq vertitur qualitatem, in Terebinthis autem, atq iuglandibus nucibus ad molliusculam quandam oliuiq ęmulam naturam mutatur. Sed cur ea sunt afferenda q̄ longe inter sese distant, vbi eadem in ficu cōtrarias migret in qualitates? Est em̄ in succo quidē summe amara, in fructu autem summe dulcis. Et in eadem itidem vite in cacuminibus quidem est peracerba, in racemis autem suauissima. Quot pręterea differentię sunt colorū? Eandem in pratis aquam profecto conspexeris hoc in flore rubescētem, in alio purpuream, & in alio ceruleam, in alio albidam. Quin & longe plures odorum tibi differentias offerentē inueneris, q̄ sint ipsę varietates, differentięq colorum. Atenim orationem nostram insatietatis in contemplando gratia, in longum sese vltro modum extendere sentio, quam nisi vinctā a creatione vi violēta detraxero, deficiet mihi profecto dies, magnā ex paruis exiguisq rebus dei nobis sapientiam demōstranti. ¶Germinet inquit rerū opifex, terra lignum pomiferum fructum faciens super terram, & montium continuo vertices perinde atq comis arboribus operiebant, orti suis cum oblectamentis omnibus agri consiti summo cū artificio protinus conficiebantur ac exurgebant. Amnium ripę generibus stirpiū innumeris sine vlla mora vestiebantur, ac ornabantur. Quę partim ad exornandam hominis mensam, partim ad pręstādam pecoribus, tum ex frondibus, tum ex frugibus alimoniam, partim ad ea subministrāda quibus medēdi facultatis solertia causa valetudinis vteretur: succos, lachrymas, floccos, cortices, fructus pręcepto diuino locupletissime tellus edebat. Nam quę nobis experientia tādē diutina comperit, e singulis variis diuersisq casibus, atq euentibus id eligēdo semper quod ad degendam vitam, tuendamq conducit, qđ frugi est, ea prouida sapientia, solersq dei conditoris mūdi facultas inde ab initio pspecta creauit. Tu vero cum vrbanas, syluestres, aquatiles, terrestres flores gerentes floribus haud pręditas stipes cōspexeris, ex hisce reb9 exiguis deo maximo cognito admirationem semper accumulato, ac tuum erga rerum illum opificē, amorem, charitatemq augeto, perscrutarisq velis quomodo stirpium alias sempiterna coma vireteis, alias haud semper virenteis fecit, & illarum alias non eodem folio, alias eodem frōdentes. Decidunt enim tam oleę q̄ larici frondes, & sic sensim occulteq adeo folia mutant, vt haud vnq exturbari denudariq coma propria videantur. Sed palma semp a prima germinatione videlicet eisdem ad finem vsq foliis frondet. Deinde & illud animaduerte Myricas inquam, quasi vitam ancipitem degere, vt & inter aquatiles enumerētur & copiosæ sint ī desertis. Quapropter & improbiores mores ancipitesq talibus diuus ille Hieremias haud iniuria stirpibus similes esse dicit. Germinet terra. Hoc perbreue pręceptum, natura rum ilico non mediocris artificiosaq ratio fuit, mētis agitatione nostrę celerius innumeras stirpium conficiens peragensq proprietates. Hoc etiam nunc insitū telluri pręceptū, ipsam quot annis suas quas habet vires ad hęrbas, semina, frutices, arboresq generādas elicere cogit, atq impellit. Nam vtī turbines a primo semper ipsis indito foris ictu, sequentes efficiunt conuersiones vertiginesq, cum ipso mucrone fixo in seipsis versantur, sic & naturæ sane processio inde a primo illo imperio principio sumpto, per omne tempus accedens eodem ordine pficiscitur ad eadem semper agenda, quousq tandem ad ipsam communem vniuersi peruenerit consummationē. Ad quā, & nos omnes referti fructibus, plenięq bonorum operum propemus, vt in ædibus domini sati, in atriis dei nostri perfloreamus. Quem decet honos & gloria in secula seculorum.

Succinū.

Colorū Varietates & Odorū.

Palma.
Myricę.

DIES QVARTVS.

¶Dixit autem Deus, fiant luminaria in firmamento cæli, vt luceant, & illuminent terram, & diuidant diem & noctem.



Nudo capite spectandū.

SPECTATOREM certantium participem, & ipsum alicuius esse vehementię vigorisq; oportet, Idq; ex institutis quispiam ludorum cōspexerit, quæ sedentes in cauea nudo sedere capite iubent, quo non solum (vt mihi videtur) certantium sit spectator, sed etiam certantē in parte sese quisq; videatur offerre. Eodem itaq; modo magnorum etiam admirabiliumq; spectaculorum inquisitorem, eorumq; auditorem, quæ a summa, vera, ineffabiliq; sapientia profluxerūt adminicula quędam ex sese nimirum habentem accessisse oporteret ad ea quę proponuntur spectanda, participemq; mecum certaminis, quoad facultas suppetit esse, non magis iudicem, q̄ socium mihi certaminis assistentem, ne fortasse nos prętereat iuuētio veritatis, errorq; meus communis auditorum iactura fiat. Cur igitur ita sum exorsus? & quorsum hæc tendunt? Quia cum mundi constitutionis inquisitio nobis, vniuersiq; contemplatio proponatur, principia cuius non ex mundi sapientia, sed ex iis quę seruum suū Deus Moysen docuit, ac reuiuit, in forma loquutus illi, & non per sirpos sumenda sunt, eos omīno qui rerum non mediocrium spectandarum auidi sunt, non inexercitatam mentem ad proponendarum nobis rerum perceptionem habere necesse est. ¶Si vnq̄ itaq; nocturno tempore serenoq; cęlum admirabilemq; stellarum ornatum ac speciem suspexisti, venitq; subinde tibi in mentem artifex vniuersi, quisnam is sit qui sideribus hisce veluti floribus cœlum miris modis distinxit ac perornauit, egitq; , ve vsus ipsorum, vtilitasq; delectationem ex tantę pulchritudinis aspectu capiendam exuperet, si tempore rursus diurno cogitatione menteq; sobria mira diei spectacula didicisti, atq; per ea quę cernuntur, eum qui non cernitur animaduertisti, paratus auditor profecto cœtuq; dignus huiusce gloriosi, petbeatiq; spectaculi, caueq; iam accessisti. Age igitur, & ipsi vos tanq̄ hōspites, perinde atq; ii factitare solent: qui insolentes homines vrbium, prehensa circumducunt manu, ad huiusce magnę vrbis lustrantes occulta miracula perducamus. Hac in vrbe sane (in qua vetus est illa patria nostra a qua expulit nos homicida dæmon ille: ac esca sua dolisve mancipium hominem traxit:) primum hominis conspicies ortum, mortemq; eam quæ nos protinus occupauit, quamq; delictū peperit primogenita proles dæmonis princeps vitiorum. Atq; te ipsum nosces terreum quidē natura, manuum autem diuinarum opus. Et viribus quidem animantibus expertibus rationis, vel longe inferiorem, omnium autem, tam ratione q̄ animo vacantium diuina voluntate sentētiaq; principē constitutum, inferiorem quidem apparatu naturę, rationis autem copia, vel ad cælum vsq; sese efferendi præditum facultate. Sed hæc vbi didicerimus, nosmetipsos vtiq; cognoscemus, Deum percipiemus: Creatorem adorabimus: Domino seruiemus, gloria parentem afficiemus: Altorem nostrum, amore, charitateq; prosequemur, eū, qui nobis beneficia contulit, venerabimur. Originem deniq; nostrę vitę datoremq; , cum pręsentis, tum etiam futuræ nō posthabebimus. Qui porro per eas diuitias quas a se profluxas paratasq; nobis iam pręstitit, & ea bona quę nobis pollicetur fore, omnino certiores nos facit, & pręsentium experientia rerum qualia sunt ea quæ expectantur, ostendit. Nam si ea quæ non nisi perexiguo tempore persistūt talia sunt, quales esse res illas perpetuas existimare oporret? Et si ea quę conspiciuntur adeo bella sunt, adeo pulchra, qualia putanda sunt ea quę non cernūtur? Si magnitudo cæli mentis humanę metiendi facultatem exuperat, quænam mens, quæ ratio quæso rerum inuestigare sempiternarum naturam posset? Si sol iste caducus, occiduus adeo pulcher est, adeo magnus, acerrimus quidem in sese motu ciendo, suas autem peragēs ordine miro reditiones, moderata quidem ad vniuersum præditus magnitudine, vt haud quaq̄ rationem ad ipsum eatam egrediatur, pulchritudine vero naturæ quasi quidam oculus splendidus creaturam ipsam decorans, cuius aspectus insatiabilis est, qualem nam ipsum esse iustitię Solem arbitrari nos debemus? Si solem hunc haud conspicere, detrimentū est homini cęco, qd damnum, qd detrimentum est peccatori verissima illa perpetuaq; luce carere?

Moysen docuit deus mūdi genesim.

Solis laus.

Lux post cælū & terram.

¶Et dixit Deus, fiant luminaria in firmamento cęli, vt luceant super terram, diuidant diem ac noctem. Cælum in creatione terram pcessit, lux post cælū, & terram creata est: Tū firmamentum est ortum. Arida dein emersit, atq; aquę cōfluxerūt vnum in locum ac definitum.

Terra demum suis prolibus fuit referta innumeris, herbarum inde generib⁹ editis, formisq; variis fruticum arborumq; exortis. Sed nondum erat sol neq; luna, nec lucis originē patrēq; solem appellarunt, vt eorum quę nascuntur e terra creatorem censerent esse, qui deum igno rauerunt. Iccirco quartus iam dies accessit, & tunc Deus dixit. Fiant luminaria in firmamē to cæli, cum perceperis eum qui dixit, ilico cogitatione cum ipso copules eū velim qui audi uit: Deus dixit, fiant luminaria, & fecit Deus duo luminaria. Quis dixit? & quis fecit? nonne animaduertis in hisce, nō concipis mēte duas personas? Vbiq; hęc sententia, hoc edictū theo logię, hac in enarratione sparsum esse videtur. Et additur iis quę dicta sunt, officium vsusq; luminariū ortus. Vt diuidat diem ac noctem & sint in signa, & tēpora, & dies, & annos, & lu ceant in firmamento cæli, & illuminent terram. Si lucis ortus solem anticipauit, cur nūc sol vt illuminet terram exortus dicitur esse? Non aduersantur hęc illis sane quę de luce sunt di cta. Tunc em̄ ipsa natura lucis est orta, nunc autē hoc solis corpus extructū est, vt illi primo genitæ luci vehiculum esset. Nam vt alia diuersaq; sunt, & nō eadem ignis atq; lucerna, & ignis quidē illuminandi vim obtinet, lucerna aūt idcirco facta est, vt ignem eorum causa ge rat quibus illo est opus, sic & illi purissimę, sincerę, materiaq; vacanti luci vehicula nūc ipsa luminaria sunt extructa. Iam vero diuus Apostolus luminaria quędam, sanctos inquā hoīes in mundo fuisse dicit. At magnū nimirū inter illos veramq; lucem interesse videtur. Cuius illi participes, eas animas quas erudiebant, ab ignorationis tenebris euocantes, Luminaria nō iniuria sunt nuncupati. Quę cum ita sint, & solem hunc itidem in vniuerso quarto die crea tum, illa splendidissima luce deum opificem accendisse censere, non absurdū sane, sed consenta neum est rationi. Atqui nemini videatur id qđ diximus, non eadem inquā esse, lucem & qđ luci subiicit corpus credendū, veluti fictum, nō esse. Primū em̄ res oīes cōpositæ, sic a nobis diuidi solent in ipsam essentiā susceptricem, & in eam quę ipsi accidit qualitatem. Vt igitur diuersa sunt hęc natura albedo inquam, & corpus albedine delibutum, sic & ea quę mō dixi mus, differunt quidē natura, vnita tū sunt potentia Creatoris. Atq; dicere noli, fieri nō pos se, vt lux a corpore Solis separetur. Neq; em̄ ego luci a solis corpore separationem tua meaq; opera fieri posse dico, sed asserendum esse censeo: quę mētis agitatione, cogitationeq; nostra libera separantur, ea re seiungi facultate creatoris vtriusq; naturę posse. Nam & ignis vren di vires ab eius splendore, tu quidem ipse separare minime vales, Deus autem mirabili seruū suum aspectu conuertere cupiens, in rubum ignē splendore solem agentem, ociosam aūt fla grandi vrēdiq; facultatē habētē immisit: vt & Psalmus restatur. vox dñi dicēdo, pręcidentis flammam ignis. Vnde & sunt qui cum pro iis, quę in vita gessimus merita, nobis retribuen tur ignis dispersam fore naturam, & lucis oblectamentum iustis, flagrationis dolorē punien dis distribuēdū esse dicūt. Deinde tū & in effectibus lunę eorum, quę diximus inuenire pos sumus, fidem. Senescēs em̄ luna decrementaq; suscipiens, nō corpore toto conficit, sed lumē quo afficitur ipsa deponens, iterumq; assumens, decretionis accretionisq; nobis sensionē pręstat. Enimuero lunę corpus haud absumi cum ipsa decrescit, argumēto dilucido sunt ea quę cernimus. Licet enim tibi liquido in aere atq; omni nebula liberato, cum potissimum in cor nua luna curuatur, partem ipsius obscuram, lumineq; carentem orbe tanto circumscribi cō spicere, quātus totum splendorem cum finuatur in orbem obit, vt aspectu sinum obscurum aeris æmulū ad eam referente partem quę lucet, integer totusq; orbis perspicue videatur. Et noli mihi pferre lucem aduentitiam esse lunę, propterea q̄ imminuitur quidem cum solem versus motu cietur, accrescit autem cum ab eodem discedit. Nō enim hoc in pręsenti nobis inuestigandum proponitur, sed illud aliud esse lunę corpus, aliud lucem ipsius qua lucet. Ea dem igitur intelligenda sunt, & de sole. Verum ille quidem semel susceptam secumq; immi xtam lucem nunq̄ deponit, luna vero continue quasi seipsam expolians atq; vestiens luce, & ea quę de sole sunt dicta seipsa vicissitudinibus suis hisce confirmat. At vero non solum illu minare terram hęc luminaria sed etiā diuidere diē, & noctem statutum dicitur esse: Etenim superius quidem a tenebris lucem diuisit, ipsorumq; naturā, tū ad cōtrarium statum dimo uit, adeoq; seiūxit, vt inter ipsa nulla sit prorsus immixtio, luciq; cum tenebris nihil sit omi no cōmercii. Quod enim vmbram diurno tempore nouimus esse, id noctu tenebratū natu ram esse putare oportet. Nam si omnis vmbra splendore aliquo lucente aduersa luci semper ab obiectis corporibus excidit, & mane quidem ad occasum protenditur, vespere autem ori entem versus declinat, & in meridie rursum ad septentrionis iacitur plagas. Nox quoq;

Lucis cre atio.

Lux a so le separa bilis.

Caleoris lucisq; i igne di uisio.

Lunę lux aū pro pria sit.

Nox qd

pari mō contrarias ad partes radiis sane cedit,nec aliud quicq̄ esse nātura, q̄ vmbra terrę vi detur. Vt em̄ interdiu semp ab opponente sese corpore luci decidit ipsa vmbra,nec alius vllus ipsius est ortus,nec alia vlla natura:sic & in aere nox ipsa sane terrę circumfuso, cū vmbris obiectu telluris efficitur,consistere semper suapte natura solet: atq; id dictū illud significat,Et diuisit Deus a tenebris lucem.Quippe cum tenebrę lucis incursiones minime patiātur sed fugiant:hoc inter ipsas primo iam in ortu discrimine,hac naturali discordia cōstituta.

Luna noctis princeps.

Nunc autem metiendo quidē diei Solem prefecit:Lunam autem cum luminis plenū,totum suum obtinet orbem,principem noctis cōstituit.Tunc em̄ hęc lumina e regione disposita sunt,sibiq; fere p diametrū opponuntur.In pleniluniis em̄ exoriente sole, luna descēdit, ac delitescit:occidēte oritur sępenumero ex aduersoq; exurgit.Q; si cęteris in formis, atq; figuris nocti lunę lux nō ęquatur,nihil ad institutum sermonem refert. Nam cum est in orbē sinuata,lumineq; tota referta,tū noctis quidem obtinet principatum suo lumine stellas illuminans,& vniuersam collustrans tellurē,eque vero atq; sol spatia tēporis secat.

Cęlorū influentię.

¶Et sint in signa,& tēpora & dies & annos,necessarię pfecto sunt luminariū in hominum vita lationes. Namq; si nō vltra modū signa quispiā,quæ ab ipsis pficiscunt explorет,vtiles ipsorū obseruationes eas inuenerit,quas experiētia longa probauit.Complura cuiq; sane de imbribus,cōplura de siccitatibus,complura de flatuum agitationibus,aut in parte,aut in vniuerso, vehemētioribus aut leuioribus discere licet.iā & vnū quid eorū,quę a sole sumunt, dn̄s nobis tradidit hisce verbis.Hodie tēpestas erit:Rutilat em̄ triste cælū.Cū enim per caligínem ascēsus fuerit solis,radii tum obfuscant.Ipse rutilus veluti pruna, coloreq; ppe sanguinis æmulus cernitur,aeris crassitudine sensionem hanc in aspectibus nostris efficiente.Q; si nō diffusa radiis tū aer ille densus atq; constans,dispersusq; fuerit:apertū est ob vaporem illorum effluentiā e terra tunc ascendentiū,vinci superariq; non potuisse, sed humoris copia tādem eas in regiones in quib⁹ se colligit,hyemem esse tempestatemq; allaturū.Similiter & luna cū

Arcę.

caliginoso humore circūdatur,idem portendit.Et cū orbes ii solē cingūt,quos areas appellare solent,aut copiosa pluuia nimirū,aut flatuū vehementiū concitatio præmonet. Quin etiā ii quos aduersos soles appellant cū solis consequūtur dilationem, affectuū quorundam aeris præsagia fiunt.Quemadmodū & virgulę colore arquus pluuii prædite, rectę in nubibus apparentes,imbres sęuos,aut tempestates atrocissimas,ventosq; truces, aut aeris omnino non mediocrem mutationem portēdūt.Complures quoq; significationes & circa lunam obseruarūt accrescentem decrescentemq;,qui huic studio operam impenderūt,tanq̄ aere necessario cū lunę formis vna mutationes suscipiente. Tertio namq; die si tenuis sit puroq; nitore fulgeat,serenitatem puram pręnūciat,atq; spondet: si n crassa cornibus rubicūdaq; cernatur,aut impetuosam e nubibus aquam,aut horridam austri concitationem mināt.Quāto emolumento sint vitę humanę,quantamq; vtilitatem eidem pstent,tales ex hisce luminibus obseruationes quis ignorat?Licet nauitę suam in portu cōtinere nauē,pericula quę vi ventorum pueniūt præuidenti:licet viatori incommoda cæli vitare ex ipsa cæli tristitia mutationem aeris expectanti.licet & agricolis q in serendis seminibus,cultuq; stirpiū elaborāt,omnium hinc officiorū,operūq; suorū exercendorū opportunitatem, tempusq; semper idoneum

Prouerbium.

inuenire.Iam vero dissolutionis etiam vniuersi signa Dominus solem daturum,& lunam,& stellas predixit.Sol vertet in sanguinem,& luna non dabit lucem suā.Hęc vniuersi consummationis sunt signa.Sed homines ii q vltra ea quę culta sunt saliūt, vt vetere prouerbio dicitur,ad eius etiam patrociniū defensionemq; partis sideralis sciētię,quę in omniū ortu versatur,hanc trahere sententiā scripturę conant.Atq; aiunt vitam nostram humanam a cælestium corporum motione pendere:& hanc ob causam ex sideribus a chaldęis eorū notationes effectuum,qui nobis accidunt,fieri,sermonemq; simplicem hūc scripturę: Sint inquam in signa,non eorum affectuum,quibus afficitur aer,neq; mutationum temporum,sed sortis hominum vitę ita prorsus,vt opinātur,eisq; placet,intelligunt.Quid enim aiunt Stellarum meātium cum iis sideribus nexum,quę signifero in orbe sunt collocata?si talis effigie figurę

Genethliacos & astrologos ridet.

cōcursus eorū fuerit,tales ortus hoim agere:Sin talis,contrariā ortus vitęq; sorte efficere. De qbus si parūper disseruerim⁹,haud ab re forsan fuerit,parū altius dilucíditatis causa principio sumpto.Dicā autē nihil ex meipso sane,sed illorū ipsorū ad illos redarguendos sententiis vtar.Hinc.n.iā occupatis hoc morbo remediū cęteris,ne sides i errores incidāt,securitas afferetur.Auctores dictę facultatis ac inuētores huiusce,cum in tpis spatio cōplures dilabi

figuras sese fugere percepissent, in angustū admodū tēporis contraxere mēsuras ac occlu
sere, quippe cū maximum sit ad ortum ortus discrimen, & ipso quoq; minutissimo atq; mo-
mento, quale dicit id Apostolus esse, qd in indiuiduo ac oculorum ictu consistit. Vt is quidē
qui hoc in momento genitus est, tyrannus fit: ciuitatum, populorumq; princeps, locupletis
simus, pręporēs: Is autē qui natus est tēporis sequēti momēto, pauper quidē, inops, peregri-
nus, ex ostiis ostia petens quotidiani cōsequēdi victus causa. Quā ob rē eo orbe, q signifer ap Signiferi
pellatur duodecim in parteis diuiso, cū in triginta dierum spatio partem sol eius globi trāf diuisio.
eat duodecimam quem inerrantem appellant, triginta in portiones singulas illas duodecim
parteis secuerūt. Tum singulis portionibus illis in sexaginta minuta diuisis, minuta hęc sin
gula rursum in alia sexaginta modo simili diuisere. Posito igitur enixu, videam⁹ obsecro, si
hāc exactissimā tēporis diuisionē auctores hi sibi valēt cōseruare. Nā simul atq; nata est edi-
taq; in lucem proles, mas an fœmella sit obstetrix illam explorat. Tū vagitū expectat infantis
nimirum iudicium vitę. Quot hoc tēpore vis sexagesima pręteriisse minuta? Dicit obstetrix
deinde Chaldęo partū q editus est. Quot in minutissimis vis illis ponamus obstetricis vocē
pręteriisse? pśertim si forte fortuna fuerit nō in cōclaui Chaldęus ille pśens, sed in ędiū atrio
aut vestibulo tempus horamq; reponens. At eum q definiturus est diligenter tēpus ac ho-
ram, exploratoria nimirū horarū pcipere, siue diutna sint, siue nocturna, oportet. Quot mi-
nutorū hoc quoq; tēpore quęso puolat pteritq; examen? Cōpertā eñ eā esse stellā, qua tem-
pus, horaq; sit explorāda, nō solū quota in parte est duodecima, sed etiā qua in duodecimæ
portione partis, in quotoq; minuto eorū inquā, in q diuidi diximus portionē, aut vt exactis
sime comperiat quoto in sexagesimo eorū in q subdiuisa sunt singula sexagesima illa prima
necesse est. At hāc tñ adeo tenuē subtilēq; tēporis inuentionē, qq attingere nequeunt, singu
lis in stellis errantibus faciendā esse necessario dicūt, vt qualē ad adhęrēres cælo stellas ipsæ
dispositionē haberēt, qualisq; ipsarū esset inter sese figura, cū in lucē ederet fœtus, compertū
sit tandē, ac exploratū. Quę cū ita sint, si fieri nō potest, vt tēpus illud exactissime qsq; attin-
gat, variationeq; tēporis fit, vt tota via penitus aberret, deridēdi pfecto nō mediocriter esse
videnf, tam ii, q studio huius indulserūt artis, quam in ratione rerū non esse cōstat, q ii qui
hiantes ab illorū ore pendēr inrēti, perinde quasi omnia illi scire possent, quę ipsis sunt euen
tura. At qualia quęso sunt & effecta, quę inde asserūt puenire? Crispū inquiunt quēpiā esse Effecta
capillo gratūq; aspectu: Est enī editus in lucem, arietis tēpore. Tale aūt ipsum animal aspectu horosco
quodāmodo esse videf: At est & animo grandi, atq; elato, quippe cū & aries dux sit suapte porum.
natura, & ad erogandū idoneus, & item ad acquirendū. Nā hoc animal & cū indolētia vel-
lus deponit, & a natura facile rursum eodem sane vestif. Sed & in tauro natū laboriosum
esse dicūt, atq; seruilem, quoniam & taurus iugo subiicif. Est & qui ortus est in scorpio, pro
pensus ad feriendū atq; ad inferendos ictus paratus, ob similitudinem ferę. Et iustitia prædi-
tus itidem is, quem enixa est sua parens tempore librę, non nisi ob trutinę, lanciūq;, nostri in
quam instrumenti, quo pōdera libramus, ęqualitatē. Quid his ineprius? quid insulsius? Quid
ridiculosius fuerit? Aries is a quo natiuitatem hominis ipse sumis, cæli pars est duodecima,
in qua cū fuerit sol, pūcta verna signaq; tangit: & scorpi⁹ similiter, atq; taurus partē orbis si
gniferi duodecimā occupāt. Cur igif illinc vniuscuiusq; vitę hominis pręcipuas pficisci cau
sas asserens, ex istis pecudib⁹ natorū hominū mores exprimis, atq; effingis? Est aūt is ad ero-
gandū procliuis, q natus est in ariete, non qa pars illa cæli tales efficit mores, sed q hæc pe-
cus naturam talem sortif. Cur igif a siderū quidem dignitate credere tibi oportere nos cē-
ses, eniteris aūt hęc eadē per balatus nobis persuadere? Nā si Cęlū tales morū habeat proprie
tates, ab animalibus istis sumptas: ipsum etiā cælū alienis principiis est subiectū, quippe cū
a pecoribus causas pendentes habeat tales: Sin id asserere ridiculū sit, longe magis ridiculū
esse constat, ex iis, quorū nulla prorsus affinitas esse videf, sententiam illam eniti verisimilē
esse, atq; probabilem demonstrare. Sed hominū istorum elegantes istæ sententiæ sapientesq; Telis ara
rationes persimiles sunt araneorum telis, in quas si culex, si musca, si quippiam aliud inci- neorum
derit inualidis hisce bestiolis simile, irretitum retinetur, euadereq; non potest, Sin validius- similes.
culum irruperit animal, ipsum facile admodum elabitur, atq; penetrat, & exiguas illas di- Astrolo
scindit telas, ac demolitur. Atqui nō in his solum hęc asserunt, sed etiam eorū causas corpo gi.
ribus cælestibus tribuere pergūt, quorū voluntatem electionemq; cuiusq; nostrū dominam
esse constat, operationū inquam pbitatis atq; improbitatis. Quā sententiam cōfutare atq; di-

luere, alio quidem modo ridiculum ineptuve sane videt. Sed quia plerosque homines hoc errore præoccupatos esse nō ignoramus, ea extenuare forsitan ac imminuere, & haud silētio præterire necesse est. Primū igitur illud ipsos interrogabimus, fit ne vt singulis millies diebus siderum figuræ mutētur, ac varientur? Nam cum vagæ stellæ perpetuo continuoque moueantur & partim celeriore, partim tardiore motu suos efficiant orbes, fit, vt eadem in hora sæpenumero tum mutuo sese cōspiciāt ipsæ, tum occultentur. Et cum maximam vim habeat in hominum ortu, ab effectrice bonorum, an malorum cōspici stella, vt ipsi censent, fit ne vt sæpe cū haud id attigerint ipsi tempus, quo bonorum effectrix stella dominabatur, ob vnius ignorationem minuti, eam tum, vt in mala sitam fortuna designent? Cogor eñ eisdem nūc vti verbis, quibus & illi ipsi vti cōsueuere. In verbis igit huiusmodi magna quidē amentia, multo vero maior impietas continetur: Causa namque malignitatis ad opificem ipsarū redit. Nā si natura stellis competit malum ipse sane creator effector erit malignitatis. sin improbæ volūtate sua, maleque euadunt, primum animantes rationis participes erunt, & absolutis appetitionibus imperiosisque nimirum vtentur: qd quidem inanimis falso tribuere, summæ dementiæ constat esse. Deinde quantū a ratione dissonat, malum ac bonum non pro dignitate cuique distribuere stellam, sed cum hoc in loco fuerit, bona pstare, cum ab hoc conspecta fidere fuerit, mala eandem præbere, cum parumper denique declinauerit a figura, suæ prinus ob liuisci malignitatis? Sed hæc quidem eousque sint dicta. Si vero singulis in momētis temporis atque punctis, in aliam sidera figuram mutantur, innumeris autem huiuscemodi mutationibus regiæ complures natiuitatis efficiuntur figuræ, cur singulis queso diebus non Reges nascantur, Aut cur apud ipsos Reges omnino regna per successiones tradantur? Non enim sui quemque filii Regem ortum, ad regiam siderum figurā obseruantem accomodare dicere auderent. Quis eñ mortalium rei talis dominus esse potest? Cur ergo Ioathamū Ozias: Achasum Ioathamus: Ezechiā Achasus genuit, & horū seruilē ortus horā offendit nemo? Deinde si nō in nobis pbatum, ac improbarū operationū principia collocantur, sed ex ortu necessitudines in nobis emergunt, vacant pfecto legislatores, agendas res & non agendas, sed fugiendas desinientes: Vacant iudices etiā virtutem honore, vitium poenis afficiētes. Nō eñ iniuria commissa furis est aut latronis: quippe cui neque volenti quidē ob ineuitabilem ipsum impellentem ad agendum necessitudinem, manū continuisse liceret. Vani denique hoies sunt, & qui dāt artibus operā, in ipsisque elaborant. Sed compos quidem erit agricola sui voti, neque seminib⁹ vllis iactis, neque ad messem falce parata. Diues autem admodum ipse mercator, etiā inuitus euadet, ipsi pecunias aggregante sedulo, accumulanteque fato. Spes denique magnæ illæ nostræ sanctæ Religionis euanescent omnino nobis, atque peribūt: quippe cum neque iustitia honoribus vllis afficiatur: neque peccata delictaque puniātur, propterea que nihil prorsus ab hominibus sponte agitur, neque a voluntate. Nam vbi necessitas vrget fatumque dominatur, nullū id ibi locum, quod pro dignitate penditur, obtinet: id inquam, id quod iusti iudicii munus egregium & præcipuum esse constat. Sed ad illos eousque sit disputatum, neque enim vos pluribus verbis egetis, quippe qui a vobismetipsis estis prędit sanitate, & tempus non patitur vltra modū nos ad illos differere. Ad ea nos q̄ deinceps dicta sunt redeamus oportet. ¶Sint inquit in signa & tēpora & dies, & annos. Dictū iam est a nobis de signis. Tempora aūt existimamus scripturam dicere quatuor vicissitudines temporū, hyemis inquā, veris, æstatis, ac autumni, quorum ordine miro reditio ab ordinatissima proficiscitur luminariū motione. Tunc eñ fit hyems, cū sol in austrinis regionibus moram trahit, vmbramque eam in qua nox ipsa cōsistit, circa hanc nostram plagam copiosum adeo facit, vt refrigescat quidem aer inde telluri ppinquus. oēs aūt exhalationes humidæ circa nos coactæ, imbrium, glaciei, niuisque copiosissimæ causam atque materiā pstant. At cum rursum remeans austrinis a finibus ad ipsum medium tendit, vt æque partiatur diei noctisque tempus, quanto super terrā plus moræ trahit, tantum temperiei pro portione reducit, atque ver oritur, cūctis qdē stirpibus, partim germinandi, partim reuiuiscendi causa. Animalibus aūt tam terrestribus, q̄ aquatilibus omnibus successione prolis generis conseruatio. Iam vero sol illinc vrsam versus ad solstitia pergens æstiua, dies nobis maximos reddit. Et quia plurimo tempore tum hoc in cælo moratur ideo tum & aerem nostrum perurit, & vniuersam tellurem exsiccat: seminibus inde maturationem subministrando, & ad concoctionē fructus arborum cōpellendo, cum & flagrātior se ipso sentitur, & breuiores vmbras meridie facit, ppterea que ab excelso nfas has illuminat re

Astrologos genethliacosque carpit. Stellæ nō sūt aïatæ

Hebraica more græcorū decliuat iterpres.

Tēpora quatuor anni tēpestates.

giones. Maximi nãq dies ii sunt: in quibus vmbrę breuissimę fiunt. Breuissimi quoq dies ii sunt, qui longissimas vmbras habent. Idq apud nos accidit, vmbra quorum ad partem dũtaxat alterã excidit, quiq tractus aquilonios habitamus. Nam sunt qui medio dierum anni duorum & penitus vmbra carent: supra quorum vertices solem tum esse, ac ęque ambire suo lumine certũ est, per oraq angusta pfundorum aquas puteorum, etiam sua luce lustrare. Hos ea de causa sunt, qui vacuos vmbra vocant. Eorũ prçterea q vltra Arabiã odoriferam illam, ac diuitem, & beatę cognomine inclytã incolunt: vtramq versus partem vmbrę vicissim excidere solent. His eñ solis mortaliũ orbem hunc habitantiũ nostrũ, id vt peculiare quid cõtingit vt & australes versus regiones eorum vmbræ meridie caderent. Vnde & a qbusdam vtrinqumbriferi nuncupant. Hæc autẽ oĩa porro tũ venire vident, cũ ad aglonias sol iam pmeauerit plagas. Ex his cõiectura sumere licet, q̃tus is æstus est: quẽ sol ĩ aerem suis radiis imprimit, qualesq effect⁹ agere põt. Hic autumni tps deinceps succedẽs, ęstus qdẽ sinistra frangit exupationes. Calorem aũt paulatim temperamẽti mediocritate remittens, iunocue nos ad hyemis tempus frigoraq pducit: ad austrinas sole videlicet regiones tũ ab aquiloniis remeãte. Hę tempoꝝ vicissitudines: hę varietates quatuor: hę solis ppriis motionibus emergentes, vitã nobis pbene disponunt, ac administrant. Sint inquit, & ĩ dies. Non vt dies efficiant: sed vt ipsis diebus pſint. Dies eñ & nox luminarium ortum antecesserunt. Id ita esse declarat, & ipe Psalmoꝝ auctor: Posuit inquiẽs, in potestate diei solẽ: & lunã in potestate noctis. At quonam modo potestatem diei sol obtinet? An quia lucẽ in sese continens secumq ferens: cum sese nostri finibus extulerit, cæli dissolutis fugatisq tenebris, diem pſtat? Itaq nemo prorsus errauerit, si diem definiens aerem esse dixerit illuminatum a sole: aũt quantitatem tẽporis tantam, quo sol in globo nostro dimidio moram trahit. Et ad annos agẽdos Sol atq Luna principes sunt constituti. Nam luna cum duodecies suum peregit cursum, effectrix est anni, excepto mense intercalari: cuius egere persępe videtur ad exactissimum tempoꝝ agẽdũ concursum: queãdmodũ hebręi vetustissimo tempore, antiquissimiq græcoꝝ olim vertentem annum metiebãtur. Solis aũt annus est, cum ad idẽ sol pũctũ vnde pfectus est, suapte motione redierit. ¶Et fecit Deus duo luminaria magna. Cũ magnum aliud significationem habeat absolutam: vt magnum est cælum, & terra magna mareq: aliud magna ex parte referri ad aliud suapte natura soleat, vt magn⁹ equus, & bos, canis. Non eñ in corporeę molis exuperatione, sed in comparatione ad ea q̃ genus idẽ sortiũtur, significatio magnitudinis istorum consistit: vtronam modo magnificationẽ nũc capiemus? Vtrum vti formicam, aut aliud quippiam eorũ quæ natura sunt parua, magnũ dicere consueuimus ipsius excessum ad ea quæ genus subeunt idem, significantes: an eo modo quo luminarium moles in sua propria extructione naturaq mõstratur? Et quidem hoc modo magnũ nũc esse censeo capiendum. Non eñ Sol atq Luna, quia maiorem, q̃ stellę minores obtinẽt molem, ideo luminaria magna dicuntur: sed qa tanti sunt ambitus: vt is q ab ipsis diffunditur splendor, cęlum collustret ac aerem, atq ad vniuersam terram simul mare q sese extendat, cunctaq compleat. Enimuero quacunq in parte cæli fuerint hę magnę stellę, & exorientes, & occidentes, & medium occupantes, a quocunq loco semper ab vniuersis hominibus ęqualis molis conspiciuntur. Quod sane magnitudinis excellentis, immensæq molis argumentũ dilucidum esse constat: propterea q amplitudo latitudoq telluris momẽti nihil prorsus afferre videt ad ipsarum moles, aut maiores, aut minores cõspiciendas. Nã ea quæ lõge distant minora q̃ sint quodãmodo cernimus. Ad quæ vero propius accedimus eorum magnitudinẽ exactius molemq conspicimus At hominum Soli propinquior est nemo, remotior nemo, sed æquali semp interuallo cunctis hominibus ipse quousq tractus telluris habitent, obuiis ingruit. Testes huius tam Indi sunt, q̃ Britanni ęqualem ipsum semper conspicientes. Neq eñ iis qui orientis habitant Regiones, molem sol occidẽs suam imminuit. Neq sane ab iis qui regiones occiduas incolunt, minor exoriens vnq̃ conspicit. At neq cum cęlum medium occupat varium inquam, atq diuersum ab vtroq aspectu sese offerre videt. Neq quia quantitatis bipedalis intuentibus esse videtur. (Ne tibi sit id fraudi, qd videtur) ideo tãtillum ipsum esse censere velis. Contrahi namq maximis interuallis eorum quæ cernuntur magnitudines, solent: quippe cum ipsa conspiciẽdi facultas medium illud spatium transire nõ valeat: sed quasi in illo medio absumatur, paruaq sui parte res eas quæ conspiciuntur attingat. Factus igitur aspectus noster exiguus, exiguas esse res eas quę

Vmbra in meridie carẽtes.

Auctumnus.

Sol diẽ possidet

Dies qd.

Vertens annus.

Solaris annus.

Magnũ.

Magna quõ luminaria

Sol ęquabilis videt vbiq.

cernuntur existimat, suam tribuens illis affectionem. Aspectus itaq; fallitur, iudiciūq; ipsius non est credēdum. Recordare tuteipse quæso ꝓprios tuos affectus, atq; abs te ipso fidem eorum quæ nunc dicuntur, acceperis. Si vnq̄ ab excelsi mōtis cacumine immensum supinū q; campum, atq; atua conspexeris: quanta ipsa iuga tibi boum: quanti atantes ipsi sunt visi: si non formicarum quandam tibi sensionem præbuerint? Si vnq̄ etiam a specula vastum ad altum versa tuos aspectus inieceris ęquori: quantæ tibi sese vltro maximæ insulæ obtulerunt, quantaq; tibi conspecta est oneraria nauis candidis expassis velis super cęruleum mare discurrens: si non quauis colūba minorem tibi ꝓstiterit sensionem? ꝓpterea q; in aere medio consumpt9 aspectus, vt diximus, inualidusq; factus, res exacte conspiciendas cernere nequit. Iam vero montes immēsę magnitudinis abruptos conuallibus: quasi nihil in illis incisum angulis esset, nihil anfractibus, nihil eminēs, nihil laciniosum, rotundos aspectus esse ꝓ lęuesq; dicit, eminentiis ingruens solis, interiectas vero concauitates ob imbecillitatē ingredi minime valens, adeo neq; formas figurasq; corporum: qualesnam sint, percipere pōt. Sed quadras angulosasq; omnino turres, teretes, ęmulasq; columnarū esse per sensū putat. Quare omni ex parte constat in maximis interuallis aspectum, nō explanatam sed cōfusam corporū accipere coniecturā. Est igitur sol magnus, vti scriptura testatur, in infinitumq; grandior, eo qui nobis videtur. Adde etiā illud magnitudinis ei9 apertissimū argumentū. Nam cū stellę multitudine sint infinite: lumen quod ab vniuersis ipsis congeritur, ad noctis dissoluendā caliginem minime satisfacit. Hic aūt solus in cæli lumine visus, immo vero adhuc etiam aspectus antea q̄ & totum a tellure se attollat, tenebras compendio dissoluit: siderum lumina superat: coactū aerem constipatūq; liquefacit, atq; diffundit: vnde & flatus in auroram spirare, rorēsq; sereno cælo terram circumfluere solent. Tellurem etiam: quę tātę est molis, qui vniuersam temporis vno momento punctove luce sol sua lustrare posset, si non ab ambitu splendorē amplissimo lumenq; suū emitteret? Hoc loco sapientiam opificis aīaduertas ipse percipiasq; velim: qui moderatissimum ad hoc interuallum accommodatissimumq; ꝓstitit Soli calorē. Est eñ in eo tanta caloris imprimendi facultas, vt neq; ob exuperationē vreret inflāmaretq; tellurem: neq; defectionis ratione refrigeratam eam gelidam infœcundamq; relinqueret. His similia porro de Luna etiam intelligamus, oportet. Est eñ & corpus ipsius magnū, & splendidissimum sane post Solem. Non tñ semper eius conspicitur magnitudo: sed nunc tota sinuata in orbem, nunc accrescens, aut decrescens haud tota conspicitur: in altera sui parte, qd deest, offerēs semper. Nam alia nimirum obumbratur parte cum incrementa suscipit. Alia pars eius occultatur cū imminuitur. Est quędam profecto mutationis huiusce varię figurarum admirabilis sapientis ratio Creatoris, vt exēplum nobis illinc apertum nostrę naturę prestetur. Nullā rē inquā humanā, fixam, nullam stabilem, nullam perpetuam esse: sed alias vbi antea non essent, exortas, ad suū statum pergere capessendum: alias cum suum proprium statum attigerint, incrementisq; susceptis ad suæ mensurę summum accesserint, rursus sublationib9 sensim imminui, perire, ac decrescētes absumi. Vt q; ex affectuum aspectu Lunæ, nostratum conditiones rerum nos perdiscamus, atq; erudiamur. In mentemq; celerrima rerum humanarum nobis mutatio veniat: ac non plurimum nobisipsis ob vitę prosperitatē nos tribuamus: non potentatibus gloriemur: non ob incertum fortunæ flatum, ac opulentiā, efferamur. Despiciamus carnem in qua potissimum versatur mutatio: curam animo diligētiamq; adhibeamus: bona cuius dūtaxat immobilia esse constat. Q; si dolore te luna paulatim sublationibus lucem absumens afficiat, dolore te ma iore afficiat anima: si probitatem assequuta, deinde bonum virtutis ob negligentiā amittat ac honestatem, & nunq̄ in eadem affectione persistat: sed frequenter ob mentis instabilitatē vertat. Vere enim (vt dicitur) amens perinde vt luna mutari solet. Atqui corporib9 etiam animaliū, cæterarumq; rerum: quæ a terra nascuntur, non mediocriter Lunæ mutationes conducere reor. Nam alio modo corpora cum ipsa decrescit, alio cum accrescit afficiūtur. etenī nunc rara fiunt inaniaq; cū imminuitur: nūc rursum refeciuntur cum accrescit, atq; ad luminis plenum properat orbem: propterea q; humorem in ipsa quendam calori nimirū immixtum, in profundum vsq; rum imprimit oculte, atq; immittit. Declarant id ita esse rū iis: qui sub dio Lunaq; dormiunt: capita quorum vltra modum humore replentur: tum animantia nuperrime iugulata: quæ compendio radiorū eius impressione vertūtur: tum etiam animalium cerebra: & animantium in mari degentium ea, quæ humore copioso prædi-

Marginal notes: Visa lōge quanrula videātur. — Sol maximus. — Qui.i. quō. — Calor Solis. — Luna magna. — Lunę mutabilitas nostræ nos monet. — Lunæ mutatio vtilis est — Lunę efficacia.

ta sunt: arborumq medullæ, quæ sua sane mutatione conuertere luna cuncta nō posset, nisi quid immensum (vt scriptura testatur) exuperansq viribus esset. At vero cunctas etiā circa aerem accidentes affectiones, ab hisce lunæ mutationibus euenire, luce clarius extat: vt turbines, procellæq restantur: quæ cum in noua cornua luna curuatur, e tranquillitate sæpenumero, silentioq ventorum repente exoriunt: quādo & nubes flatibus exagitātur, sibiq occursant: & æstus etiam maris accedentes recedentesq, partim in Euripis, partim in oceano: quos ordine lunæ sequi reditus ab incolis est compertū. Nam Euripi, certis quidem informis lunæ temporibus vicissim ad partes vtrasq fluūt. In coitu vero, ne puncto quidem temporis quiescūt: sed in sese perenni fluctuant agitatione, nutantq, atq librantur: quousq rursus emersa luna, reciprocæ fluxionis illis consuetam illam præstiterit dispositionem. Occiduum aūt æquor affluxus refluxusq subit, nunc abiens, nunc accedens atq redundans: p inde quasi lunæ respirationibus quidem partes ad posteras subtrahatur: expirationibus autem ad priores suumq proprium statum ꝓpulsum restituatur. Hæc a nobis sunt dicta: vt ex hisce luminarium immensa tam solis q̄ lunæ magnitudo molesq demonstretur, & nullū omnino scripturæ verbum a Deo spiratæ ociosum esse vanumq ostendatur, q̄q nihil eorū fere quæ opportuniora sunt, oratio nostra tetigisse videtur. Complura namq de magnitudine, deq interuallis Solis & Lunæ, suis is excogitationib⁹ inuenire posset: qui de industria tam operationes ipsorum, q̄ facultates viresq considerandas sibi proponeret. Bono igitur æquove vos animo nostram imbecillitatem incusare oportet: ne tes eas creatas quæ maximæ sunt, oratione metiamini nostra. Sed ex iis perpaucis quæ disseruimus, animaduertatis excogitetisq, quotnam & quanta sint ea quæ sunt omissa. Nec ergo lunam oculis, sed cogitatione, sed ratione metiri velitis: quam ad inueniendam attingendamq veritatem exactiorem longe, q̄ ipsos oculos esse, nemo est qui ignoret. Fabulæ quædam ridiculæ deliræq iam a temulentis aniculis vbiq traditæ peruulgatæq sunt: veneficiis inquam, carminibusq quibusdam lunam a sua propria sede dimotam, cæloq deductam ad humum ferri. Quonā igitur quæso pacto venefici carmina dimouere poterunt eam: quam altissimus ipse Deus fundauit? Quis etiam locus, ipsam inde diuulsam, deductamq cælo, susceperit? Vis ab exiguis quibusdam indiciis magnitudinis ipsius lunæ demonstrationem accipere? Vrbes habitabili in orbe longo interuallo inter sese semotæ viis suis omnibus orienrem versus porrectis, æque lumen ipsius omnes suscipiūt. Qd, si nō vniuersis e regione sese obiiceret, fieri nullo modo ꝑfecto posset: sed iis quidem angiportis q̄ recta sita essent ad ipsam, lumē omnino pars pręstaret: iis autem quę latitudinem ipsius essent egressa, radiis ad latera nimirū inclinatis ingrueret: quod & in familiaribus domi luminibus intueri licet. Nam cum plures homines lucernę circum sese obiiciunt, eius vmbra qui e fronte sese offert, recta porrigitur: cęterorū ad vtranq parte inclinatæ obliquæ cadūt. Itaq si lunæ corpus haud immensæ molis exuperantisq magnitudinis esset, non omnibus istis similiter sese obiiceret terris. Aeque em̄ ipsa potiunt cum ab ęquinoctialibus oris exoritur & qui prope gelidam rigentemq plagā habitant, sub vrsæq conuersionibus degūt, & qui meridiem versus, exustæ, cremaræq flammis perpetuis vicini sunt regioni: quibus omnibus simul ęquo discrimine late sese obiiciēs Luna, apertissimum amplissimæ suæ magnitudinis indicium præstat. Quis igitur inficias ierit, corpus ipsius amplissimæ molis esse: quod tot tantisq interuallis æquatur? Sed de Solis quidem Lunæq magnitudine eousq sit dictum. Deus autem ipse qui mentem nobis rationemq tribuit, vt ex minimis creaturę rebus, sapiētiam artificis haud mediocrem percipiamus: facultatem etiam, maiores ex magnis conceptus de eodem opifice sententiasq sumendi præstet: tametsi Sol atq Luna culicis ad opificem atq formicæ rationem obtinere videntur. Fieri enim non potest: vt ex istis vnq̄ maiestate diuina dignum cōceptum atq notitiā assequamur. Sed bene fit, vt p hęc ipsa paruis quibusdā inde emersis exilibusve notitiis, per inde atq per singula parua admodum tam in animalium, q̄ stirpium genere ad res tandem diuinas perspiciendas promoueamur. Contenti igitur iis simus quę disseruimus, gratiasq agamus. Ego quidem ei qui paruam hanc subministrationem mihi largitus est. Vos autem ei qui spiritualibus vos alimentis alere, cōsueuit, & nūc quasi quodā hordeaceo pane, meæ vilitate vocis nutriuit: & alat o vtinam perpetuo pro oratione fidei rata, spirit⁹ sancti notitiam tribuendo. Quem honos, & gloria decet in secula seculorum.

Euripi refluxus

Occidui maris flux⁹ refluxusq.

Carmina non possunt lunā deducere cælo.

Sol & luna ad artificē cu licis vix instar habent.

CONGRESSIO SEPTIMA.

DIES QVINTVS.

¶Dixit etiam Deus, Educant aquæ reptilia viuentium animarũ per genera sua.



POST siderum luminumq;, solis inquã & lunę, creationem, aquę iã animalibus deinceps opplentur: vt & hęc etiam vniuersi portio suscipiat ornamẽta. (Recepit enĩ terra suum ornamentum e germinibus pprijs suis, Recepit & cælum siderum flores, & perinde atq; geminorum aspectibus oculorum, societate maiorum luminum est duorum condecoratum: Restabat vt & aquis suum ornamentum reddatur.) Venit imperium, & pːinus amnes in opere cuncti, protinus lacus omnes fœcundi fuere, suiq; quisq; generis secundum naturam fœtus moliebantur, & æquora genera varia nantium diuisaq; parturiebant. Nec etiam aquam pars ea quæ limosa rum erat atq; palustris, ocio indulgebat, aut expers muneris officijq; creationis remansit: sed inde ranæ statim, inde culices emergebãt. Nam ea quæ nunc etiam fieri conspiciuntur, pręteritorũ sane sunt argumenta. Adeo tum ad subministrandũ obsequendũq; pcepto Creatoris omnes aquę summopere pperabant. Atq; quorum nec enumerare quisq̃ genera posset, ea vita prędita cuncta statim immẽsa vis ineffabilisq; dei facultas in lucem edidit: agentia nimirũ, & interno sese pːinus suapteq; mouentia motu: cũ imperio simul habilitate pcreandorum animãtiũ in ipas aquas impressa. ¶Educãt aquę reptilia viuentiũ animarũ. Nunc primum animans sensu præditũ, animal inquã creat. Arbores enĩ & frutices atq; herbę q̃q̃ viuere dicuntur ppterea q; alendi sese facultatis augẽdiq; pticipes sunt, non tamen & aĩalia huiusce causa nec animãtia ideo sunt. Educãt aquę reptilia. Omne animans nandi facultatem habens, & si in summa fluitat aqua, & si innatat aquã secãdo, reptiliũ tñ naturam obtinet: quippe cum sup aquę corpus trahat, & siqua aquatilia pedibus prędita sunt atq; ingrediuntur potissimum quidem complura talia vitam ancipitem degunt. Vt vituli marini, vt crocodili, vt fluuiatiles equi, vt ranę, totumq; genus cãcrorũ, pręcipue tñ his nandi facultas accommodatur. Idcirco dictum est. Educãt aquę reptilia. In hisce pbreuibus verbis qđ genus omissum est? Quod nõ comprehensum est in creatoris pręcepto? Non ea quę viuũ generant, vt vituli marini, delphini, torpedines, cæteraq; id genus: q̃ Cartilaginea nuncupantur. Non ea quæ oua pariunt, quæ sunt omnia fere piscium genera. Non squamosa. Non corticosa. Non pinnis prædita. Non eisdem carentia. Vox quidem imperij breuis admodum est. Quin potius neq; vox est: sed monimentũ duntaxat, & †apparitio voluntatis: insitę vero mentis imperio tantam copiam esse constat, quot sunt, & ea quibus differunt inter sese, quibusq; conueniunt animantiũ aquatilium genera, atq; naturę, de quibus diligenter, accurateq; differere perinde est: atq; si quispiam ęquoreas aut vndas enumerare, aut metiri poculis aquas aggrederetur. ¶Educant aquę reptilia viuentium animarũ. In ijsipsis sunt ea quæ in alto versant, quæ littoribus gaudent, quæ submersa viuũt, quęq; ad saxa natiuis testis inhęrent. Saxatilia, gregalia, solitaria, & beluæ molis immẽsæ, & minutissimi pisces. Eadem enim vi sane, pariq; præcepto, tam magnę, q̃ paruę: tum simul aquatiles animãtes in lucem editæ sunt. ¶Educant aquæ reptilia. Ostendit tibi præceptum nantium animalium naturalem ad aquas affinitatẽ. Quapropter vel parũ ab humoris natura pisces seclusi dispereunt. Non enim spirant vt hunc aerem attrahant: sed quod in terrestribus animantibus aer obtinet rationis, id est in genere nãtiũ aqua. Et causa est in promptu. In nobis enim inest pulmo, viscus porro rarum meatibusq; refertum, ac fistulis inanib⁹ cauum quod per ipsum pectus sese dilatans recipiens aerem internum ventilat nostrum refrigeratq; calorem. In illis autem dilatatio constrictioq; branchiarum attrahentium humorẽ reddentiumq; spirandi munus efficiũt: propria piscium est sors, propria sane natura: separata, peculiarisq; pro moribus victuq; vita. Ideo neq; mitescit animalium nãtium quicq̃, neq; sese tractandum vnq̃ manibus vllis mulcendumq; prębet. ¶Educant aquæ reptilia viuentium animarũ per genera sua. Vniuscuiusq; generis nunc primitias quasi naturæ semina q̃dam oriri iubet: multitudo vero successioni postea asseruatur cum genera singula iusserit in multitudinem crescere. Atq; aliud genus eorum est: quæ silicum duritia teguntur. Qualia sunt conchæ, pectines, limaces marini, & turbinata, & ostrearum discrimina numerosa. Aliud eorum, quæ crustis includuntur. Vt locustæ, gammari, cancri, cæteraq; id genus. Aliud præter hęc genus eorum est: quæ mollia nuncupantur: quorum caro mollis est, atq; tenera. Vt polypi, loligines, sepię: cæteraq; similis generis. In quibus rursum innumeras esse

Animal primum reptile.

Amphibia.

Aquatilium genera.

Vox dei

†Aptio

Genera alia.

Pulmõ.

Brãchię

Pisces indomabiles.

Aequatiliũ gña.

differentias constat. Pręterea dracones, murenas atq; anguillas: q̄ limosis in fluminibus stagnisq; nascuntur, & venenatis potius reptilibus, q̄ piscibus sunt ꝓpinqua. Aliud item gen⁹ subeunt ea q̄ ouū, aliud ea q̄ animal pariunt. Procreant autē aīal ea quę mustellini generis sunt, & caniculi, & ea omnino q̄ cartilaginea nuncupant. generisq; cetarii plurima, vt balenæ, vituli marini, Delphini: quos & tenellos infantiaq; infirmos suos catulos aliqua perter ritos causa in vētre rursum suscipere gestareq; ferūt. Educāt aquę reptilia viuētiū animatū per genus. Aliud genus est cetariū: aliud piscium tenuium genus. In piscibus itē innumera discrimina sunt ꝑ genera sane distincta. Quorum & nomina ꝓpria sunt: & pabulum variū & figura, & magnitudo, & carnium qualitates haud eædem, sed diuersæ. Maximis singula differentiis inter sese discrepant: sub variisq; formis, atq; diuersis specie collocant. Qui nam q̄so thunnorum exploratores, generum nobis enumerare differentias possent? q̄q̄ vt ferunt, magnis pisciū gregibus, aspectu numerum illorum exacte ꝑcipiunt, atq; dicunt. Quis item eorum q in littoribus orisq; studio piscandi cōsenuere, nobis horum historiam omniū exacte notā efficere posset? Alia porro genera piscium, qui in Indico mari, alia q in ęgyptio sinu piscantur, alia insularum incolę, alia Mauritani nouerunt: omnia tñ tā parua, q̄ grandia, primū illud imperiū inenarrabilisq; potentia ꝓcreauit. Multi variiq; sunt ipsorum, mo di viuendi. Multæ moꝝ diuersitates. Multę deniq; in vniuscuiusq; successione generis differentię. Non ouis plurimi piscium perinde vt aues incubāt. Non nidulos extruunt. Non in enutrienda sua ꝓle laborāt: sed humor susceptum editum ouum, animal nullo ꝓrsus exhibito negocio facit. Est etiam vniuscuiusq; successio generis inuariabilis semp, neq; cum alia natura vlla miscetur. Non in humore perinde atq; in terra naturas esse ꝓmiscuas nouim⁹: quales esse muloꝝ constat, & auium nonnullarum deprauantium genium adulterantium q; naturā. Nihil in pisciū genere dimidia parte dētibus est armatū: vt bos in nobis, vt ouis: neq; enim quis piscis omnino ruminat, nisi scarus solus: vt quidam memorię ꝓdiderūt: sed omnes frequentium acuta dentium serie fulciuntur: ne si mora in molendo traheretur, diffluerent alimentum. Etenim nisi celerrime sectum vētri immitteretur dum in minuta secaretur, per humorem sane dilaberetur. Pabulum autem aliis aliud piscibus ꝑ genera definitum est. Quidam enim limo: quidam alga, quidam musco vescuntur. Alios alię in humore nascētes herbæ delectant: maior pars pisciū liguriunt alius alium atq; deuorant, & minor apud illos esca maioris ꝓponitur, & si vnq̄ euenerit, vt is qui minorem superauerit alterius prę da fiat, ambo tum simul degluriuntur, & vnum vltimi piscis immersi ventrem ingrediuntur. Quid igit̄ quęso nos homines aliud agim⁹, cū vim afferimus inferiorib⁹, rapimusq; eorū fortunas? Quid interest inter eū: ac vltimū piscē qui sua improba cupiditate diuitias cō sequendi in inexplebiles auaritię sinus imbecillos ingerit homines, atq; abdit? Ille pauperis patrimoniū raptum habuit. Tu illum oppressum partem tuarū facultarum fecisti. iniustis iniustiorem profecto, atq; auaris auariorem te ostendisti. Caue sis ne finis idem tibi qui piscibus euenire crebro solet, occurrat: hamus forsitan, aut nassa, aut etiam rete. Et nos enim omnino cū multa peregerimus mala atq; iniqua, iudicium illud extremum, pœnam illā vltimam, mulctāq; nō euitabim⁹ certo scio. Iam quidem & infirmi cuiusdam animātis haud modicam astutiam ipse & dolosum īgenium insidiosumq; didici: atq; maleficos te homines inde monitum fugere, nec imitari volo. Cancer efflictim ostrei carnes cupit: sed perdifficilis eius est ipsi venatio: filiceæ ratione, qua claudit̄, testæ. petualido nāq; septo carnis ostrei mollitudinem natura prouida solersq; muniuit. Quapropter & testaceæ cutis aquatile nūcupatur. Cūq; siliceæ duæ concauitates exacte inter sese coniunctæ ostreum vti fores concludant, atq; operiant, nihil alæ prorsus agere cancri, nihil dēticulati forcipes illi possunt. Quid igitur agit? quid tandem molitur? Cum viderit illud trāquillis in locis tepore sese oblectare, suasq; illas valuulas ad solis radios aperuisse ac explicasse: tunc clanculū iniecto calculo conclusionem prohibet: atq; quod virib⁹ suis deerat, id astu tali sibi suppleuit. Hoc est eorum vitium, hęc est eorum malitia: quę neq; ratione, neq; voce prędita sunt. Ego vero, te percupio facultatem ingeniumq; cācri versatile non imitantem, a propinquorum noxiis incommodisq; abstinere. Talium est ꝓfecto morum: qui suum dolo fratrem adire solet: quiq; proximorum inopportunitates aggreditur: alienisq; calamitatibus gaudet. Effugito despiciendorum hominum imitationes: actiōesq; prauas effugito. Tuis propriis facultatib⁹ esto contentus: paupertas cū veritate, omni potiuīdę voluptati ꝓfecto est cōpori mentis ante-

Delphini natura mirāda.

Pisces diuersi ꝑ locis.

Ouis ꝑ creati.

Pisces non cōfundunt speciem.

Scarus.

Pabulū piscium

Cancri astutia.

Pauptas

Polypi dolus. ponenda. Non ſilentio p̄terībo dolos Polypi fraudulētoſq̀ mores. Is cuicūq̀ ſaxo adhęſerit colorē illius ſubit:atq̀ adeo,vt piſcium complures ad ipſum de improuiſo nantes tanq̄ ad ſaxū appellerent:paratāq̀ ſeſe offerrent illi verſuto malitioſoq̀ p̄dam. Talibus eos moribus p̄ditos eſſe cōſtat:q̀ perpetuos potētatus ſubeūt:& ad vſus neceſſitudineſq̀ ſingulas occurrentes ſeſe accōmodant: nec in eadem ſemp voluntate pſiſtūt: ſed alii,diuerſiq̀ alias facile fiunt. Modeſtiam cū temperantibus laudant:Intemperantes ſunt cum intemperatis,atq̀ ad id qđ cuiq̀ placet,ſuā omnino ſententiā vertūt. Quos euitare facile nemo pōt,nec ab ipſorū inſidiis nocumentiſq̀ cauere:propterea q̀ amicitię p̄textu ſimulatiōeq̀ beneuolētię prauitas eorū in pfundum obruta celatur,ac latet. Huiuſcemodi ſane mores rapaces dominus lupos appellat,in indumentis ſeſe ouium offerentes. Fugito varios hoſce,multipliceſq̀ mo-
Anguiū mores. res:pſequitor veritatē,ſynceritatem,ſimplicitatem. Anguis varios obtinet mores: Idcirco condemnatus ſerpit. Iuſtus fictione caret,qualis & Iacob etiā fuit:quapropter collocat dn̄s vnicis homines morib⁹ in domo. Hoc mare,magnū:& latū eſt:illic reptilia ſunt,quorū numerus eſſe nō pōt,animalia pua cū magnis. Attamen eſt in illis optima diſpoſitio & ſapiēs
Piſcium naturę q̄ imitādę. qdā rectuſq̀ modus viuēdi. Nō ſolū eīn nos carpere rep̄hẽdereq̀ poſſum⁹ piſces,ſed ſunt in illis,& q̄ proſequenda ſunt imitatione. Singula nāq̀ genera piſciū accōmodata ſibi loca natura diſtribuūt in illiſq̀ vitā degūt,nec aliena loca vnq̄ expetūt,neq̀ aggrediunt: ſed intra ſuos ſe lęta cōtinent fines. Non illis ptiendi terras facultate p̄ditus vllus diſtribuit habitationes,nō mœnibus vllis ſunt vlla genera piſciū circūſcripta:non finib⁹ vllis diuiſa:ſed qđ cuiq̀ pdeſt:quodq̀ neceſſariū eſt,id eſt ſponte naturę munere definitū. Hic finus hęc piſciū genera:ille alia paſcit & quę hic abūdāt,in aliis ea deſunt. Nullus hic mōs acutis porrect⁹ verticibus ea ſeiūgit. Nullus amnis tranſitionē dirūpit:ſed quædā naturæ lex æque iuſteq̀ p vniuſcuiuſq̀ nimirū vſu loca victus ſorte quadā diſtribuit. At num nos tales cōſueuim⁹
Fines parētū dilatātes. eſſe? Minime gentiū. Qui fines ęternos tollimus quos noſtri poſuere parentes. Terram ſecamus,eamq̀ fundis addimus noſtris:ędes adiungimus ędib⁹:agroq̀ agrū vt a p̄pinquis auferamus. Sciūt certe puinciā eam quā definiuit ipſis natura. Id occupant mare:qđ vltra plagas habitabiles collocat̄,qđ inſulis ferme caret,cui continens vltra ſuccedere nulla vnq̄ cōſpicitur. Quāobrem innauigabile eſt,& nec explorandi ratio,nec vlla neceſſitudo prorſus
Cete. id ęquor vnq̄ aggredi nauigantib⁹ pſuadet. Illud altū,cetarium genus maximoq̀ montium inſtar:vt ferūt qui cōſpexerūt,occupatū haud aggredit̄:ſed in ſuis finibus manet, nec vllū prorſus detrimentū,aut inſulis,aut vrbibus maritimis affert. Ita ſingula genera piſcium ī definitis ſibi maris tractib⁹,pinde atq̀ in vrbibus,aut pagis quibuſdā,aut antiquis patriis immorātur. Iam vero ſunt,& qui ſedem immutare ſtatuto tēpore ſoliti,quaſi communi deliberatione p̄miſſa:longinqua peregre petentes maria,ſub vna teſſera gregatim abeunt oēs Nam cū conceptus ſtatum partuſq̀ tempus acceſſerit,alii ſtatim ab aliis finibus deſcenden
Piſces patriam mutātes tes communi lege concitati naturę,ad aquilonium pperantes mare contendunt. Atq̀ videares vtiq̀ cū aſcenditur vnitos perinde vti flumen piſces ipſos atq̀ continuos,& per Propontidem & Euxinum Pontum tranantes, Quis eſt qui monet? Quod regis edictum? Quę tabellę in foro poſitę præſtitutū decedendi tempus definiunt? Qui deniq̀ ſunt hoſpitum aduenatumq̀ ductores? Conſpicis ne diuinam inſtitutionem ordinemq̀ cuncta complētem,per-
Erubeſce hō. q̀ omnia penetrātem? Piſcis diuinę legi non aduerſatur,& homines ſalutaria ſibi pręcepta non ferunt,non patiuntur? Noli flocci pendere piſces,q̀ voce careant,q̀ animalia ſint penitus expertia rationis:ſed vereri,ſed permetuere velis:ne creatoris obſtando pręceptis rationis illis expertior videare. Adeſto animo quæſo:erige mentem aureſq̀ tuas,& piſces exaudi quaſi vocem per ea quæ agunt,eliciētes. Nos quo genus noſtrum perſiſtat atq̀ permaneat, peregre proficiſcimur. Propria quidem ratione piſces haud pręditi ſunt: Naturæ vero ſibi legem inſitam inſculptamq̀ habent,id ſemper quod agendum eſt,demonſtrantem. Eam⁹ in
Aqloniū mare. quiunt ad aquilonium altum. Eſt enim cæteris ęquoribus dulcius:propterea q̀ haud immodicam in eo moram ſol trahens,non id ipſius vniuerſum ſuis exhaurit, abſumitq̀ radiis quod dulce,quod potulentum humoris obtinet. Enimuero non mediocriter & animantes æquoreæ dulcibus humoribus gaudent. Vnde fit vt & fluuios ſæpenumero petant,longeq̀ ab ipſo mari diſcedant. Hac de cauſa Pontum Euxinum ipſi finibus æquoreis cæteris anteponunt,vt ad effundendos,excludendoſq̀ fœtus,& enutriendam ſibi ſobolem,magis idoneum,magiſq̀ aptum. At cum ſatis actum negotii id fuerit cui ſtudebant,rurſus ipſi oēs

quasi agmine facto, sese recipiunt domum. Et quænam sit ratio redeundi, recipiendiq; se domum, ab ipsismet animantibus muris audiamus. Aquilonium inquiũt, mare vadosum ẽt resupinumq; venorum flatibus exponitur violentis: ꝑpaucas etiam oras, tractusq; ꝓfundos haber. Quãobrem & ex ipsis sedibus imis ꝑfacile flatus ipsum exagitant, procellæq; reuoluunt: vt & vna cum fluctibus vndisq; misceatur harena. Huc accedit, & frigus hibernum Hyemis enim tempore ꝑgelidum est: quippe quod cõplures, tum ꝑalgidos, ꝑgrandesq; suscipiat amnes. Idcirco temperie moderationeq; ipsius ęstiuo tempore potiti, rursus hyemis tempore ęquoris profundi gurgites altos loca soli propinquiora repetimus, flatusq; septẽtrionis horridos fugientes: ad eos ęquoreos sinus tanq̃ ad stationes properam⁹, atq; cõfugimus: qui minus vi ventorũ concutiuntur. Vidi egometipse hęc ita fieri: vidi, & opificis dei cũcta penetrantem administrantemq; sapiẽtiam sum admiratus. Si animãlia mura, si rationis expertia excogitare conseruareq; salutem suam soleant: atq; piscis id sciat, quod expetendum est sibi, qđ fugiendum: quid nosipsi dixerimus: qui ratione prædıti, legibus eruditi, pollicitationibus inuitati, spiritu sapientiam assequuti, res eas deinde quæ ad nos pertinent longe rudius q̃ ipsi pisces disponimus, si illi quidem de futuro ꝓspiciãt, atq; ꝓuideãt nos autem spe futurarum vacui rerum, vitã nostrã, voluptati vitæ pecudum accommodatę deditam conficiamus, ac consumamus. Piscis tot maria trauat, vt vtilitatis aliquid cõsequatur. Quid ipse dixeris quęso? qui vitam in ocio degis, quod maleficii principium esse nemo est qui ignoret. Nemo causet ignorationem. Ratio ꝑfecto naturalis in nobisipsis insita, ꝓsequenda nobis honesta, fugienda noxia, turpiaq; demonstrat. Non ab æquoreis exẽplis discedo: quoniã hæc nobis inquirenda nunc ꝓponuntur. Audiui equidem quẽdam eorum qui maritimis in regionibus versantur, æquoreũ herinaceum commemorantem, exiguam illã paruipendendamq; bestiolam tranquillitatis indicem sępenumero tẽpestatisq; nauiganti bus fieri. Qui cum ventorum ꝑturbationem sęuitiamq; maris præsenserit, calculum corporum haud exiguum subit sub ipso tanq̃ anchora seipsum stabiliens. Detinetur enim illius pondere, ne facile fluctibus trahatur ac agitetur. Id vbi nautici cõspiciũt, futurã hoc indicio ventoꝝ agitationem tempestatemq; pręsagiunt: atq; continuo plurib⁹ anchoris nauigia infrenant. Nemo homo stellarũ scientia ꝑditus: nemo Chaldęus ꝓcellas siderum exortibus tempestatesq; coniectans, hęc herinaceum docuit: sed marium dñator, atq; ventorum huic etiã animanti paruo, immẽsæ suæ sapiẽtiæ vestigium apertum impressit. Nihil est ꝑrsus, quod sub ꝓuidentiam dei nõ cadit. Nihil est omnino qđ a deo neglectum est: omnia lustrat, omnia explorat, omnia conspicit oculus ille ꝑuigil, omnibus adest, facultateq; suę ꝓuidentiæ salutis cuiq; pręstat. Sed herinaceum Deus a sua ꝓuidentia non excludit: ea quæ ad re ꝑtinent nõ explorat, non cõspicit, non gubernat? Vos o viri, coniuges vestras diligite: & si locis longinquis semoti in coniugii societaterẽ matrimoniũq; conuenistis vinculum, naturę iugum legibus institutisq; religionis obstrictum vnio distantium esto. Vipera genus serpẽtum omniũ exitiosissimum efflictim murenam petit, eiusq; nuptias expetit: itaq; sibilo illã ad nuptiales complexus vocat e gurgite vasto: obtemperat illa ꝓtinus viperę, coitq; cũ venenato. Quid hęc mea oratio vult? quid portendit? Si asper est inquit, cuiuspiam cõiunx: si ferus moribus, perferat illum vxor necesse est: nec vllam prorsus ob causam societatem vinculumq; dissoluere patiatur. Ferit ne verberat, estq; ꝑcussor? At vir tamen est tuus. Temulẽtus ne? At tibi est natura coniunctus. Durus ne, ac difficilis? At membrum iã tuũ est, & mẽbrorũ ꝓstabilissimum. Audiat & ipse vir accommodatam ad seipsum sententiam, admonitionemq; decẽtem. Vipera virus ob nuptiarum venerationem euomit. Tu duritiam animi: tu feritatem: tu crudelitatem ob vnionis reuerentiam non deponis? An exemplum viperæ nobis, & alio modo fortasse prodest? Adulterium naturę quoddam viperę murenęq; coitus est. Discãt igitur ii qui alienis insidiantur nuptiis, cuiuã feræ, cui reptili sint similes. Id vnũ est mihi cordi, id vnum propositum: Ecclesiam vndequaq; nostram hanc extrui, semper ędificari. Affectiones intemperantium incontinentiumq; hominum ꝑturbationes, tam a mari q̃ a terra sumptis exemplis, castigatæ sedentur. Atenim infirmitas me corporis, atq; angustia temporis (iam enim cælum aduesperascit) hoc loco finem orationi ponere cogunt. Nam cum plura possem adhuc auidis audiendi de iis quæ mari nascuntur referre mirãda: Quonam pacto maris in salem cogitur aqua: Quomodo preciosus lapis Coralliũ in mari quidem est hærba: sed cum in aerem hũc effertur, in lapidis soliditatem transfertur: Vn

Piscibus min⁹ sti mus ꝓui di.

Herinaceus ma rinus.

Vipera murenã amat.

Virus deponit

Vniões. de vilissimis animantibus ostreis, ipsa natura preciosissimos vniones impressit. Nempe quæ regũ delitiæ recondite pcupiunt: ea passim in oras, littora, saxaq; aspera iacta sunt: in ostrea rum operculis insita. Vnde vellus aureum pinnę nutriũt: quod nõdum exacte quisq; eorum qui coloribus inficiunt vellera, potuit imitari. Vnde cochleæ, purpuræ vestes regibus pur pureas offerunt, quas quidem & pratorum flores viuacitate coloris longo interuallo supa re nõn est obscurũ. ¶Educat inquit aquę. Et quęnam res necessarię continuo non sunt exor tę? Quę lautarum rerũ non dono datæ sunt vitæ: partim sane subministrationis hominum partim admirationis ex creaturis sumẽdæ causa: partim etiã formidinis terrorisq; ratione: quo noster animus somniculosus, desidiosus, ac iners expergiscatur, ac excitetur. Fecit deus

Cete. cete magna. Non quia squilla, & alece maiora sunt, cete ideo magna sunt dicta: sed qa maxi mis mole corporis montibus æquantur. Nam cum ad summa maris efferuntur, insularum sępenumero sensionẽ conspicientibus præstant. Hæc tamen tantæ molis animantia, non in oris, nec in littoribus degere versatiq; solent: sed id inhabitant mare quod atlanticum nun cupatur. Talia sunt animantiũ ea: quę ad terrorem stuporemq; nostrũ creata sunt. At si au dieris maximas naues extentis velis secundo per æquora flatu labentes: pisciculum minutũ

Remora remoram si carinis adhęserit, adeo facile sistere: vt immobiles haud paruo tẽpore detineat, moreturq;, quasi in ipsis mediis fluctibus fixas: nõne ab exiguo quoq; pisce demonstrationẽ eandẽ acceperis ipsarum viriũ creatoris? Non enim solum gladii, serrę, canes, balenę, orcę, cę

Radius Paistinacæ cæteriq; piscesve nenari. teraq; id genus formidolosa metuendaq; sunt, sed etiam radius sup caudam eminens pastinacę, etiã mortuę pestilens: lepusq; marinus, animal sane noxium non mediocriter terrent. quippe quę celerẽ afferant, & necessariam necem. Ita p omnia rerum opifex vigilare te vult vt ea spe quam in ipso tute habere debes, detrimenta noxasve: quę ab illis pueniũt, euitare possis. Atenim ex altis emersi gurgitibus, vastoq; mari: iam ad continentem tandem confugiamus. Nam cum alię mirandę res æquoreæ post alias nos occupassent, suis nimirum orationem nostrã perinde, vt vndę fluctusq; crebris incursationibus obrutam diduxerũt. Atq; mirarer vtiq; non mediocriter ipse, si mens nostra fugã veluti Ionas ille diuus ad mare rur sus arriperet haud magis admirabilibus exortis in Continente rebus inuentis. Videtur au tem oratio nostra cum in res mirabiles innumeras icidisset, mediocritatis oblita fuisse: eiq; id obtigisse quod & immensum ęquor nauigantibus euenire solet. Illi cum nullum sibi fixũ ad motionem metiendam signum constituere queant: ignorãt psæpe spatii quantum fuerit ab illis decursum. Hęc p amplissimũ creationis opificium locupletissimumq; discurrens: cu ius nec exitum vllum inuenire, nec principium statuere posset, quantũ sese extendit, quotq; recensuit sentire minime potuit. Verum & si peraiudũ est audiendi pclarum hoc elegansq; spectaculum, & non est iniocũda seruorum auribus miraculorum herilium enarratio: huc tamen, vt ad portũ oratione deducta accedentem expectemus diẽ, ad ea quæ restant redden da. Surgamus igit omnes, atq; partim gratias agam⁹ pro iis quę sunt dicta, partim eorum quę restant expostulemus redditionem. Vtinam & inter edendum hęc omnia vobis enarra tiones in cœna fiant: quę vobis hodierno die, partim exoriente, partim occidente sole ora tio transegit, ac obtulit. Vtinam etiam in eorum sentẽtiis somno vos occupati: dormiẽtes quoq; diurna perfruamini voluptate: quo vobis iure liceat dicere: Ego dormio & cor meũ vigilat, nocte, dieq; legem domini meditando. Quem gloria decet in secula seculorum.

CONGRESSIO OCTAVA. DIES SEXTVS.

¶Et dixit Deus, Educat terra animam viuentem in genere suo, & cętera.



CCESSIT opificis dictum ordine, viaq; procedens, & terra quoq; suum proprium ornamentum accepit. Illic, Educant aquæ reptilia animarum viuentium, dictum est. Hic, Educat terra viuentem animam dicitur. Est ne ergo anima prædita tellus? Vanaq; mentis homines Manichei locum iam habent: recteq; sentiunt anima præditam tellurem esse dicentes. Non quia dixit educat id ideo quod in seipsa situm erat eduxit terra: sed qui iussit, is vt educeret ipsi præstitit facultatem. Nec enim cum audiuit. Germinet hęrbam terra virentem, fructiferumq; lignum: in seipsa latentem hærbam eduxit. Nec sane palmam, aut quercum aut cupressum suis in visceribus continens in superficiem edidit: sed verbum ipsum diuinum: eorum est profecto natura quæ oriuntur. Germinet inquit: non

Terra nũqd sit animata Manicheorũ error.

id quod habet emittat, sed id quo non est prædita consequatur, actionis, operationisq; deo facultatem atq; potentiã largiente: pari nunc etiam modo, animã educit terra non eã quæ inest iu ipsa, sed eam quæ data est ipsi, creatoris dei præcepto. Deinde ratio Manicheorum in cõtrarium euertetur. Nam si eduxit animam, desertam ab anima seipsam terra reliquit. Sed illorũ quidem abhorrẽdam esse sententiam luce clarius extat. Cur autem aqua quidẽ reptilia viuentium animarũ, tellus autem viuentem animã educere iussa est? Animaduertamus itaq; generis vtriusq; conditionem, atq; comperiemus nantium quidẽ naturam imperfectioris quodãmodo participem esse vitę, quippe cum in humoris crassitudine degant. Nam & auditum obtinent grauem & aspectum hebetem, cum per mediam aquam tam videant, q̃ audiãt. Adde memoriam fere nullam in illis esse, neq; imaginationem, neq; cõsuetudinis vllam cognitionem. Quapropter oratio quasi demonstrare videtur, in aquatilibus quidẽ corporis carnisq; vitam animæ motionũ principem esse. In terrestribus autẽ animãtibus quippe cũ perfectiore natura prædita sint, principatũ vniuersum animam obtinere. Nam sensus eorũ longe viuaciores esse videtur, & celeres quidem aeutęve sunt præsentiũ rerum perceptiones: exactę vero præteritarum memoriæ apud plurimas quadrupedes animãtes. Quamobrem in aquatilibus quidem (vt videtur) animantia corpora sunt creata: Reptilia nãq; viuentium animatum ex aquis exorta sunt. In terrestribus aũt animã administrantem corpora tellurem educere iussum est, perinde quasi plus quid habeãt animãtia terrestria q̃ aquatilia, facultatis viuẽdi. Etenim expertia quidẽ sunt & animantia terrestria rationis. At tamen affectiones complures animæ naturali sua quæq; voce significant. Nã & gaudium, & dolorem, & consuetudinis agitationem, & indigentiam alimenti, & seiũctionem consortiũ, & innumeras id genus affectiones emissione suæ vocis indicare videntur. Sed animãtes aquatiles non modo non eliciunt vocẽ, sed neq; mitescere quidem, neq; discere possunt. Quinetiam ad omnem omnino vitę societatem hominibus inattractabiles sunt penitusq; ineptę. Cognouit bos possidẽtẽ, & asinus pręsepe domini sui. Piscis autẽ nõ agnouerit suũ vnq̃ altorem. Scit asellus assuetã sibi vocem, scit eam viã, qua sępius ambulauit. Non vnq̃, & dux homini fit erranti. Auditus etiam huius animantis acumen, ne cæterorũ quidem habere quicq; terrestrium ferunt. Chameli præterea mali memoriam ipsi illati grauẽq; furorem, atq; ad iracundiam tenendam propensionem: quodnam vnq̃ in humore vitã degentium animãtium æmulum esse posset? Olim verberibus cæsa chamelus, ita tempore longo recondita, cum idoneum opportunũq; nacta fuerit tempus, malum illud tandẽ reddere solet. Audite vos audite, qui grauem, amarũq; geritis animũ, quiq; mali memoriam vobis illati, tanq̃ virtutem probitatẽq; quandam exercere soletis: cuinam animali persimiles estis, cum dolorem contra proximũ, perinde atq; scintillam occultam in fomite eousq; reconditis, quousq; materiam occasionẽq; nacti tãq̃ flammã quandam iram, furorem, atq; excandescẽtiam accendatis. ¶Educat terra animam viuentem. Cur animam tellus educit? Vt quid intersit inter animã iumenti, atq; animã hominis discas. At animã quidem hominis paulo post vt orta est, & constitit scies. Nũc audi de animantiũ anima ratione non pręditorum. Cum animalis omnis anima sanguis sit ipsius vt scribitur, sanguis autẽ coactus in carnẽ suapte natura vertatur, caroq; corrupta in terrã resolui soleat: terrea merito natura quædam est anima iumentorũ. Igitur animã terra viuentẽ educat. Aspice quęso profectionem animæ ad sanguinem, sanguinis ad carnem, carnis ad terram: atq; resoluẽdo per eadem regredi velis, a terra in carnem, a carne in sanguinem, a sanguine in animam ipsam, & iumentorum animam inueneris terram esse. Noli putare corporis ipsorũ constitutione vetustiorem animam esse, neq; post carnis dissolutionem persistere. Elatorum arrogantiũq; Philosophorum fuge deliramenta, quos haud pudet, animas suas, & equinas, atq; caninas eadẽ in specie collocare: qui seipsos etiã, & mulieres olim, & frutices asserunt, & æquoreos pisces fuisse. Ego vero pisces quidẽ illos olim fuisse, non ausim dicere, eo tamẽ tẽpore quo ista scriptioni mandabant, expertes magis rationis q̃ pisces fuisse, & vehemẽter assererem, atq; contẽderem. ¶Educat animam terra viuentem. Mirantur fortasse pleriq; vestrum, cur oratione prospero currente cursu, tempore quoq; non paruo, conticui. Sed auditorum ii sane, qui magis in hoc incũbẽdo pręsenti studio labori non parcũt: causam, certo scio, mei silentii non ignorãt. Qui nãq; ignorent, qui mutuo sese respicientes, ac conniuentes, me ad se conuerterũt: in eorũq; sensum quę prętermissa sunt reducere? Nam vnum quid totum

Aquatilia hebetiora cur sint terrestribus.

Aquatiliũ stoliditas.

Aselli dotes.

Chameli prauitas

Chamelus græce vtriusq; gñis.

Anima brutorũ.

Pythagoreorũ error.

creaturę genus:neq; id quidem minimũ,nos prxteriit,& pene abiit, & discessit sine inquisitione contemplationeq; relictũ. ℭEducant enim inquit,aquæ reptilia viuentiũ animarũ per genera,& volatilia sub firmamento cæli.Heri itaq; de nantibus tot disseruimus, quos vesperascentis angustia cæli nobis concessit.Hodierno vero die ad animantiũ terrestriũ inuestigationẽ inde migrauimus,atq; ita nos volucre genus in medio collocatum dilapsum effugit,ac euolauit. Vt igitur obliuiosi facere viatores consueuere,qui siquã rem sibi pernecessariam reliquissent,et si longis itinerationibus magna viæ spatia transierunt, rursus tamẽ eadem redeunt via dignam desidia sua pœnam luentes:eum inquam laborem quẽ in remeando suscipiũt.Sic & nos,vt videtur,agamus necesse est,eadẽ via redeamus oportet. Enimuero neq; facile paruipendendum est,id qđ prętermisimus genus:sed tertia pars animalium creationis esse videtur,si tria genera sunt animalium,aquatile,volatile,terrestre.

Volucrũ recẽsio.

Itinerantiũ mores.

ℭEducant inquit aquæ reptilia animarum viuentium per eorũ genera , & volatilia super terram volantia sub firmamento cęli. Cur ortũ ex aquis & volucribus vt aquatilibus pręstitit?An quia volantibus ad ea quę natant,quasi cõsanguinitas quædam atq; affinitas est? Nam vti pisces humorem secant agitatione quidem pinnarum ad loca priora quę petunt proficiscentes,caudæ vero mutatione flexiones sibi rectosq; impetus gubernantes,sic & in volatilibus fieri conspicere licet , aerem pennis alisq; findentibus simili natantibus modo. Quare cũ vna peculiaris cõmunis sit vtrisq; conditio,ipsum inquã natare:vna quędã ipsis affinitas,ex aquatum sane generatione tributa est.Verum volatile nullum pedibus caret, propterea q̃ vniuersis victus a terra pręstantur,& omnibus pedũ officio subministratione q̃ necessario opus est.Rapacibus enim vngues aduncos atq; acutos venationis gratia:cęteris ob assequendũ pabulũ,atq; ad reliquã degendã vitã,pedũ natura subministrationem necessario pręstitit.Perpaucę sane volucres prędite sunt pedibus prauis,nec ad ambuládũ, nec ad venandum pedibus aptę.Vt hirundines,& ea quæ falculę nuncupantur,quibus ex iis quæ feruntur in aere pabulum comparatur.Quin hirundinibus propinquus humo volatus pro munere pedum est.Sunt tamẽ & in volucrũ natura generũ innumerę differẽtię.

Volatiliũ ad aquatilia affinitas

Apodibus hirũdinibus exceptis

Quas si quispiam eodem transegerit modo , quo piscium etiam aliqua ex parte discrimina nos tetigimus,vnũ idem cõmune volucrũ nomen, infinitas autem inuenerit differentias, & inenarrabilem inter ipsas,mole,formis,coloribus,vita,moribus,actionibusq; varietatẽ. Iam vero quidam enixi sunt in ipsis,& nomina noua fingere,vt insolitis alienisq; nominibus,tãq̃ quibusdã iustis notis,propria cuiusq; generis percipi natura, peculiarisq; cõditio possit.Atq; alias fissipẽnes appellarũt,vt aquilas. Alias cutipennes,vt vespertiliones.Alias mẽbranipẽnes,vt vespas.Alias vaginipennes,vt scarabeos,quæq; omnino pẽnas crusta intectas habẽt.indeq; ipsis explicatis liberę volant.Sed nobis ad generũ volucrũ distinctionẽ assignandã peculiareq; naturã,sufficit,ipse cõmunis vsus,& diffinitiones eæ,quę de puris atq; impuris a scriptura tradũtur.Aliud itaq; genus earũ est,quę carnibus vescũtur,aliaq; cõpositio,atq; forma modo victus ipsarũ accõmodata.Vngues his insunt adunci,acuti,& rostrũ simili modo,celeritasq; volatus atq; pernicitas,vt facile pręda capiatur, distractaq; atq; dilaniata prędatori pabulum fiat.Alia forma rursus earum,quę frugibus vesci solent: alia earũ quę omnia deuorãt. In his ipsis plurimę sane sunt alię differẽtię.Nã partim solitarię sunt,vt rapaciũ totũ genus.His enim nihil prorsus cõmune est,pręter coniugalẽ societatẽ,partim gregales,vt colũbę,grues,monedulę,sturni,innumereq; alię volucres,q̃bus gregalis placet vitę natura.In his etiã alię nulli sunt imperio subditę,sed quasi suo iure liberę viuũt.Alię sub duce degere patiũtur,vt grues,vt apes.Iam vero nõ mediocrẽ in his, & aliã differẽtiã esse nouimus.Nã alię nũq̃ sedẽ mutãt,sed eisdẽ in locis semper versantur. Alię mutare,definitisq; tẽporibus æstare accedẽte,brumaq;,remotissima loca petere solent. Complures aues pręterea si educantur mansuescũt,mitesq; fiũt : prxter eas quæ inualidæ sunt: quæ propter exuperantẽ metum atq; pauorem assiduam attrectationẽ molestiãq; inde prouenientem non ferunt. Quinetiã sunt, & quæ cum hominibus degunt, & similiter habitare solent.Alię vero montes incolũt,& solitudine gaudent.Maximũ autem discrimẽ est insuper inter ipsas,& differentia circa vocem.Alię nãq; loquaces,atq; multiloquę sunt. Alię taciturnę,& alię oscines,ac multas variasq; voces eliciũt.Alię inoscines penitus sunt, cantusq; expertes.Aliis pterea data vis est mutãdi,aut ex sese suapte natura,aut exercitio adhibito studioq;.Alię vocẽ vnici modi, ac immutabilẽ edũt.Elatus est gallus gallinaceus

Volatiliũ discrimina.

Aues prædatrices

Solitarię.

Gregales.

Grues & Apes sub duce.

Aues indociles.

Vocales aues in mutę.

Gallus.

atq; superbus:ornatus Pauo politureq; studiosus:Columbæ copia libidinis gaudent,& gal Pauo.
linacium genus salax est,omniq; tempore veneri indulget.Callida volucris astuta,ac inui- Colūba.
da perdix est,malitioseq; cum venatoribus in præda agit. Innumera profecto volucrū,vti Gallina.
diximus,& actionum,& vitæ degendæ discrimina sunt.Sunt nonnullę volucres, & ciuiles Perdix.
(si ciuilis officium societatis,si munus est, ad vnū communē finem agendum singulorum
actionē operāq; concurrere), Vt in ipsis apibus intueri licet. His enim cōmunis est habita Apū ci-
tio,cōmunis volatus,cōmunis deniq;,vnaq; omniū actio, & qd porro maximū esse cōstat, uilitas.
sub Rege præside duceq; munus omne suum officiūq; aggrediuntur ac agunt. Non prius
ad saltus apes,prataq; aduolare proficisciq; patiuntur,q̄ Regem foras prodire videant an
teireq; volatu.Atq; Rex apud ipsas non suffragiis est constitutus:nā imperitia populi sępe Apū rex
numero pessimum omniū in magistratum assumit. Non sorte potestatem est assequutus. & mores
Sortium enim concursus ad omniū pessimū deterrimūq; persæpe deferunt principatum. & crea-
Non paternęiure successionis gestat sceptra. Nam & ii rudes expertesq; probitatis omnis tio sin-
ob luxum,assentationesq; plerūq; fieri solent,sed a natura principatum omniū obtinet ma gularis.
gnitudine,forma,mansuetudine,cęteris omnibus antecellens. Est enim & ipse Rex aculeo
præditus,spiculoq; armatus:at nūq̄ irritatur ad vltionem:nūq̄ vtitur illo. Leges quædam
ista profecto naturæ sunt institutaq; literis non mādata. Tardos inquam eos ad vindictam
pœnāq; sumēdā esse oportere,qui maximas obtinēt potestates. Quin & apes quę nō sequū Apes q̄
tur,ac imitātur Regis exemplū,cito admodum temeritatis pœnitet suę,propterea q; mox aculeum
post ictum intereunt.Audiant ista religionis homines nostrę,quibus lege sancitum est,ne- infligunt
mini vnq̄ homini pro malo reddere malum,sed malū vincere superareq; bono.Imitare mo pereūt.
res apis peculiares,quę nemini prosus officiens,nec alienos vllos fructus demoliēs, fauos,
extruit suos atq; componit.Etenim cæram qdē a floribus aptte pedibus colligit,Mel autē
roreum inquā humorem inspersum floribus,ore libatum atq; attractum in fauorum sinus
immittit,atq; recondit. Vnde & humidum primū est: deinde tempore cōcoctum,ad suam
propriam crassitudinē suauitatēq; redit.Perpulchras sane p̄cedentes laudes a Prouerbioꝝ Apū p̄-
auctore nacta est apis,sapiens operatrixq; nuncupata, adeo pabulum diligēter elaborateq; conia.
congerens.Cuius labores (inquit) tam Reges,q̄ priuati homines ob valetudinem edunt.
Adeo sapienter,adeo exacta miraq; arte penaria mellis extruens atq; fingens. In tenuē eā
extensa cęra membranā frequentes cellulas,densas sibiq; cōtinuas alias super alias extruit,
vt ipsarum adeo minutarum inter sese vinculi densitas vniuerso sit operi munimentū,ac
firmitudo.Quęq; enim adhęret alteri cellula pertenui seiūcta simul copulataq; septo.Dein
de alię super alias accumulātur hæ fistulæ,in altūq; editur corpus,perinde vt ædes p̄celsę,
secūda,tertiaq; prędite contignatione.Nāq; cauetur ipsi continuū vnū efficere sinū,ne fo-
ras humor suo p̄ pondere dilabatur.Animaduerte quęso, vt ea quæ a dimetiēdi facultate
comparata sunt operationes apis sapientissime comitātur.Fauorū enim fistulę omnes cęra Fauorū
cōpactę,senis angulis æqualibusue lateribus p̄ditę sunt. Neq; rectę super alias aliæ iacent, cellulę.
ne fundi vacuis interuallis accōmodati defatigentur, sed inferiorū anguli sedes superiorū
fundamentaq; sunt,vt in sublimi tuto sustineant pondera, & seorsum humor in vnūquęq;
sinū suscipiatur. ¶Quonā pacto mores actionesq; peculiares exacte volucrum vobis expo- Volu-
nam?Grues excubias nocturnis temporibus vicissim habere solent,& cæteræ quidem dor- crū ritꝰ.
miūt: vna vero vigilat,omnesq; lustrat,& erecto prospicit collo,securitatē dum dormiūt Grues.
vniuersis pręstādo,Exacto deinde tēpore definito,illa qdem emisso clangore sese ad somnū
carpendum vertit,alia vero succedit:& quā accepit reddit in parte securitatem. Hūc eūdē
ordinem in ipsarum volatu profecto conspicere licet.Alias enim alia ducendi cæteras offi
cium subit,statoq; tempore munere hoc functa,ad totius agminis sese terga recipiēs idem
ei ducendi munus quæ post ipsam prima volabat,tradit.Mores vero ciconiarum haud lō- Ciconię.
ge dixeris a prudentia rationeq; distare:Ita vno tempore has omnes in nostras prouincias
veniūt,Ita rursus abiturę certo congregātur in loco:indeq; vniuersę ceu lege prędicta die
recedūt.Cornices autem nostrates veluti lictores ipsas satellitesq; comitātur,atq; deducūt Corni-
Quin,vt mihi videtur, & socias sese offerunt aduersus aues ipsis aduersarias atq; hostes. ces.
Cuius rei argumēto sunt illa.Primū q; nostris in prouinciis illo tēpore nulla prorsus cor-
nix cōspicitur.Deinde cū vulneribus redeūtes,aperta suppetiarū indicia nobis afferunt, &
societatis pugnādi.Quis apud ipsas hospitalitatis quęso iura perscripsit? Quis ipsis minas

Gruum hospitalitas.
intulit accersendi criminis exercitus,acieiq; desertę,vt nulla prorsus deducẽdis sese subtra
hat copiis,atq; turmis.Audiãt hęc homines ii q̃ hospitio nõ indulgẽt,ianuasq; suas occlu
dũt,& neq; hyeme,neq; noctu sub tegmine peregrinos,aduenasq; suscipere patiuntur. Iam
Ciconiarũ pietas
vero pietas,& obsequiũ Ciconiarum,erga suos senio confectos parentes, satis profecto li-
beros nostros beneuolos parẽtibus,atq; obseruãtissimos efficere potest,modo mentẽ adhi
bere velint:cũ nemo prorsus adeo demens,experssq; prudentię sit,vt aut non mediocri pu-
dore dignum existimet alitibus adeo rationis expertibus sese inferiorem esse virtute. Illæ
genitorem pennis iam ob senectutem expoliatũ suis propriis pennis circundatum fouent
& abunde victũ,lauteq; subministrantes,subsidiũ etiam ei quoad fieri potest,in ipso volatu
prestant,sensim vtrinq; suis eum subleuantes alis. Idq; adeo diuulgatum est, adeoq; notũ,
Antipelargein.
vt quidam harũ ipsarum alitum nomine gratiæ redditionẽ appellent. Nemo,paupertatem
deploret:nec is de sua vita desperet,actũq; iam esse de ipsa putet: cui nihil est de patrimo-
Hirũdinis industria.
nio suo relictũ, ad hirũdinis respiciens ingeniũ, quo facile admodum hirundo sibi subue-
nire subministrareq; videtur.Nam illa nidulũ extruens,stramenta quidẽ ore legit, ad eũq;
locũ vbi est ædificandus deportat. Lutum autem cũ deferre pedibus nequeat, summa pen-
narum aqua primo madefacit,deinde tenuissimo puluere sese inuoluẽs, hoc sibi pacto luti
comperit vsum.Tum paulatim cõpactis inter sese floccis,colligatisq; stramentis,interposi-
to perindeatq; glutine luto,in ipso nidulo iam extructo,suos tandem exclusos editis ouis
pullos nutrit:quorũ si quispiam pupugerit oculos, habet quandã a natura sibi concessam
facultatem medendi : qua quidem ad valetudinem pristinam suæ lumina prolis reducit.
Hęc te doceant,hęc te admoneãt,non ob paupertatis incõmoda ad flagitia vlla, fraudesq;
compelli:nec in grauissimis calamitatibus constitutum, eiecta spe penitus inertem, animo
labefactato,fractoq; sine actione,sineq; operatione vlla iacere, sed ad Deũ ipsum cõfugere:
qui si tantis muneribus hirundinem ipsam affecit, quanto maiora in eos homines benefi-
Alcedo. Alcyonesve.
cia conferet,qui toto corde ipsum inuocant in ipsumq; confugiũt? Alcedo quędã est auis
mari maximopere gaudens.Hęc fœtificare scdm littora solet, ouis in ipsa arena positis cir
citer mediam brumam:cũ crebris sequentibus flatibus,vehementibusq; procellis exagitatũ
voluitur ad littora vastũ,atq; illiditur mare.Attamen silescunt tum omnes venti,quiescũt
vndę,tumida æquora placantur,septem totis diebus cũ incubat ouis alcedo. Tot enim dũ
taxat diebus ipsam suos excludere pullos ferũt.Sed cũ & victu sit ipsis opus, alios insuper
pro incremẽto suę prolis beneficẽtissimus ipse deus huic tã exiguo pstitit animali, serenos
Alcyonei dies.
itidẽ septẽ tranquillosq; dies.Id omnes etiã nautici sciunt,& alcionides dies illos appellãt.
Hęc illis rationis expertibus cõmoda diuina prouidentia prestat:vt inde quasi lege sit tibi
statutũ,ea te semper a Deo quæ ad salutẽ tuam pertinent,postulare.Quid a deo quæso tui
causa non fuerit exorabile,quem ad imaginem ipse similitudineq; suam creauit:quãdoqui
dem alitis tam exiguę gratia,mare tam vastum,tam terribile,sęuũq;,tranquillum esse me-
Turtur.
dia bruma iussum detinetur,atq; quiescit? Turturẽ autumant seiunctam a coniuge morte
correpto,nũq̃ societatem inire cum alio fere,sed sine coniuge vitam cęlibem degere recor-
datione consortis,coniugiũ alterius abnuentem.Audiant ipsę mulieres,vt etiã apud ani-
malia ratione nõ predita viduitatis honestas indecoro iterati cõnubii anteponitur.Iniquissi
Aquila. Ossifragus.
ma volucris aquila in educanda sua prole dicitur esse. Pullorũ enim alterum exclusorum
alis percussum abigit, extrudit, præcipitat : alterum solum vti suum assumptum educat.
Tędio porro nutriendi quẽ genuit ipsa,fugat:sed hunc eiectum vt aiunt, cognati generis
Hereditas sit æqualis.
ossifragus haud negligit,neq; perire sinit,sed excipit,& vna cũ suis educat pullis.Tales pa
rentes ii sunt,q paupertatis pretextu,liberos suos infantes exponunt, quiq; in distribuendo
patrimonio filiis suis iniquissimi sunt.Est enim par profecto cõsentaneũq; rationi naturæ,
Aues ad uncis vnguibus.
vt eque cuiq; tribuere vitã,sic eos ipsis etiã æque viuẽdi facultates pstare.Imitari noli cru
delitatẽ earũ auiũ,quibus vngues adunci sunt.Hę cũ suos senserint fœtus volandi iam po
testatem consequutos esse,alis eos verberantes suis ac impingentes, nidis pellunt: nullãq;
Cornix.
prorsus erga illos extrusos curam deinceps ac diligentiam adhibent. Laudandus est sane
cornicis erga suam prolem amor,laudanda est diligentia.Hęc suos pullos iam volantes,&
Oua subuẽtanea.
comitatur,& aliquãdiu nutrit.Compluribus auiũ generibus in edendis ouis non opus est
copula marium,sed sine coitu pariũt oua,quę subuentanea nũcupantur. Verum in ceteris
Vultures
quidem irrita vanaq; sunt, neq; quicq̃ ex illis foris excluditur. Vultures autem, magna

ex parte parere sine coitu subuentanea fœcunda ferũt:& esse longissimæ vitæ:quippe qui-
bus ad centenos vsq; annos plerũq; vita protenditur.Id ex alitum ipse commentariis nota
rum habeas animaduersumq; velim:vt cum nostrum arcanum nõnullos homines irridere
conspexeris:quasi fines naturæ,cancellosq; transgrederetur,fieriq; non posset,vt virgo pa Virgi-
riat virginitate ipsius integra intemerataq; persistente , veniat in mentem tibi Deum cui nis par-
libuit hominibus iis salutem præstare,qui in prçconii stultitia crederent, complura nimi- tus.
rum ex ipsa natura rerum ad fidem talibus mirabilibus adhibendam,exempla iam inde ab
initio seminaq; præmisisse,atq; iecisse.¶Educant aquæ reptilia animarum viuentiũ & vo-
latilia volantia super terram in firmamento cçli.Iussum est volucres super terram volare,
propterea q; a terra pabulum omnes sumũt.Atq; in firmamento cæli,id est in aere, vt an-
tea disseruimus,qui veluti cælum conspicitur:& densior est,atq; crassior,q̃ ætheteum cor
pus ob exhalationes quæ hinc ad illum,vaporesq; sublimes feruntur.Habes cælũ iam per-
ornatum,Tellurem comptam ac decoratã,Mare fœtibus suis abũdans. Aerem deniq; per-
uolitantibus alitibus refertum,orta omnia,edita omnia diuino imperio,vbi nunq̃ eorum
antea quicq̃ erat. Quæ omnia tute ipse contemplator impiger auditor, & iis insuper ani-
maduersis, quæ nostra nunc omisit oratio,nimiam in ipsis trahẽdam moram euitare per-
cupiens,ne modum egredi videatur:sapientiaq; creatoris inde summa percepta,non desi-
nere velis vnq̃ mirari,ex omnibusq; rebus creatis Deum opificẽ exaltare,gloriaq; afficere.
Habes in tenebris ea volucrum genera,quæ non nisi noctu vagantur,sibiq; victum acqui- Aues no
runt.In luce ea quæ interdiu volitant.Vespertiliones enim,noctuæ,vlulæ,cæteraq; id ge- cturnæ
nus nocturno tempore non die pabulum quçritant,vt tibi si vnq̃ te non occupet somnus, & diur-
morula etiam in ipsis,affectionũq; peculiarium,quæ ipsis insunt animaduersio,ad gloriam næ.
dicendam Creatori,sufficiat.Consideres velim,vt cum incubat luscinia,vigilat, totaq; nõ Luscinia
cessat canere nocte: vt vespertilio,quadrupes eadem est alesq; simul, & auiũ sola dentibus Vesper-
vtitur,& parit quidem vt omne fere quadrupes animal:innatat autem in aere non pennis tilio.
volitans,sed membrana quadam æmula cutis. Vt & id genus mutuam inter sese quãdam
beneuolentiam habent natura,atq; veluti catena quædam contexta, mutuo sibi vesperti-
liones hçrent,aliaq; ab alia pendent:qđ haud facile sane apud nos homines fieri potest.Se-
iuncta nãq; priuataq; vita communi coniunctęq; longe a plerisq; hominibus anteponitur.
Vt oculis noctuæ persimiles ii sunt,qui sapientiæ studio vanæ incubuere.Nã vt illius aspe
ctus noctu quidem valet,sole autem illucescente non mediocriter offuscatur: sic & istorũ Noctuæ
hominũ mens,acutissima quidem ad vanas res perspiciendas esse videtur, hebetissima ve- similes.
ro caligineq; referta ad ipsam lucem veram percipiẽdam euasit. In die quoq; perfacile tibi
fuerit vndequaq; Creatoris admirationem elicere,vt ad opera conficiẽda re familiaris ex-
citat excubitor ales,acuta magnaq; inclamitans voce,cantuq; suo solem diemq; prędicens Gallus
accedere. Atq; concitat quidem viam ab aurora viatores arripere : educit autem ad suos excubi-
labores atq; messem agricolas : vt peruigili cura genus anserum occupatur,& acutissimũ tor.
est ad ea sentiẽda quæ latent,qui iam olim & ipsam Vrbem,sedem,ac domicilium imperii Anseres
defenderunt ac conseruauerunt, hostibus quibusdam per occultos cuniculos iamiam oc- vigiles.
cupaturos arcem ac Capitoliũ Romæ,clangoribus suis vociferationisq; declaratis, ac pa-
tefactis.Cuinam alitum generi non propriũ & peculiare quid admirãdum Deus, naturaq;
impressit? Quis quæso cędem vulturibus ac mortem hominũ cũ contra sese militiã ducũt
prędicit? Videris enim vulturum innumeros greges,exercitus castraq; sequentes,armorũ Vultu-
apparatu ferroq; proculdubio talem exitum coniectãtes: qđ quidem haud longe dixeris a res psagi
cogitationibus humanis cõiecturisq; distare.Quonã pacto tibi militias exercitusq; locustę Locusta
terribiles enarrauero,quæ velut agmine facto,sub vna tessera sublimis vniuersa simul ela- rũ prçlia
ta,castris toto late positis agro,non antea sane fructus depascitur q̃ ipsi sit id a deo cõces- exerci-
sum atq; mandatum.Vt Graculus eam insequitur remedium cladis,edendi sine fine vorã- tusq;
diq; facultatem obtinens,insatiabilem a Creatore naturam sortitus,quo tãta diuino bene Gracul⁹
ficio pernicies e medio perbreui tẽpore tolli possit.Quis est canendi modus cicadę.Vt me- Cicadæ
ridie magis incũbũt cicadæ cantui spiritus tractione quæ fit cũ pectus expanditur,sonum canorę.
elicientes. Equidem oratione plus a volucrum admiratione relinqui videor, q̃ si pedibus
celeritatẽ volatus earũ conarer attingere. Cũ volatiliũ ea cõspexeris,quę insecta vocãtur, Insecta.
vt apes,vt vespas:sic enim ea nũcuparunt, propterea q; incisuris quibusdã corpus eorum

precingitur,veniat tibi in mentē ea predita respiratione non esse,pulmoneq́ carere:sed to tis omnia suis corporibus aura vesci.Quapropter si oliuo fuerint madefacta occlusis mea tibus,pereūt.Sin aceto protinus asperseris ea,reclusis foraminibus reuiuiscūt. Nihil vltra necessitudinis profecto fines opifex vniuersi deus,nihil omnino citra creauit. Si volucres eas quę gaudēt aquis conspexeris, diuersam ab aliis in illis porro compositionē inueneris. Nāq́ pedes nō fissos vti cornicis, nō vncos velut earū auiū quæ carnibus vesci solent, sed latos atq́ mēbraneos obtinent:ideo sane vt commodius fluitare super aquas,natareq́ pos sint,pedum membranis perinde atq́ remis dispellentes humorem. Sin item animaduerte

Holor. tis,vt holor in altū immisso collo,ex imo sibi cibum exhaurit,aperte tum creatoris inspe xeris sapientiā,cōpererisq́ porrectius ipsi collum ideo pedibus opificem adiūxisse, vt illud perinde, atq́ lineam piscariā ipse deducens in altum, occultū inde pabulum consequatur. ¶Absolute si sacrę scripturæ verba legantur,syllabæ perexiguæ quædam esse vidētur.Edu cant aquæ volatilia super terrā in firmamento cæli.Sed cū verborū sententiæ peruestigan tur,tūc quātanā sit sapientia creatoris perspicitur: quot volucrum opifex ipse discrimina, quot differētias expromēdas cōcepit,per quot ipsas inter sese genera speciesq́ seiunxit,aut vt singulas propriis quibusdā insignibus,peculiaribusq́ distinxit.Deficiet mihi pfecto dies ea vobis quæ sunt in aere mirāda narranti.Continens ipsa iādudum ad ostentandas feras, serpentes,& pecudes nos inuitat, parata certo scio nō inferiora stirpibus natatiliq́ genere nobis ac volatilibus cūctis vicissim ostendere.¶Educat terra viuētem animā iumentorum

Resurrectiōis argumētū. & ferarū,& reptilium in genere suo.Quid aitis vos quęso,qui diuo Paulo non crediris de ea mutatione quā in resurrectione cōmuniq́ iudicio fore dicit.Cōplures animātes aerias, mutare formas cōspiciētes,quales affectiones sane de verme quoq́ illo Indico cornua pro

Ser. tendenti gemina narrari solent.Hic in erucam vertitur primū,fit deinde procedens id qđ

Bōbyx. bombyx appellatur:at neq́ hac in forma persistit,sed lentis, latisq́ pēnis veluti foliis binis obortis in volucris effigiē immutatur. Cū igitur vos o mulieres vermiū illorū resoluitis retorquetisq́ opera:fila inquā ea quæ Seres ad vos mittere solent, vestium causa mollium efficiendarum,veniat vobis in mentem huiusce varietas animalis atq́ in formas mutatio, indeq́ resurrectionis dilucidam certāq́ sententiam sumite:crediteq́ ei mutationi,quā ho minibus omnibus cōmunem ipse diuus Paulus pollicetur. Atenim orationem nostrā can cellos transgredi sentio mediocritatis.Enimuero cum ad eorum multitudinem, quæ sunt dicta respicio,me tum vltra modū efferri video.Sed cū ad sapiētiæ creatricis in ipsis insitā rebus varietatē me verto,nec initium enarrationis me tum sumpsisse existimo. Et insuper si longiusculo tempore vos hoc loco detineo, nō inutile profecto, non futile esse videtur. Quid enim & ad occidentē vsq́ solem quispiam ageret, Vos epulum lautum nō sollicitat, Vos cōuiuia nō expectāt.Quapropter ad animę lætitiā hoc corporali ieiunio voluptatēq́ si videatur,vtamur. Carni sępenumero voluptates subministrasti: hodie morulā in animę subministratione trahere pariare.Fruere deliciis domini,& cordis ipse desideria tui postu lationesq́ tibi pstabit.Si diuitiarū auidus es,habes diuitias spirituales, iudicia domini ve ra iustaq́ plus sane desiderabilia sunt,q̄ aurū,q̄ innumeri lapides preciosi.Si deliciis dedi tus es,si voluptatis cupidus homo,habes eloquia Dei,quę longe dulciora, lōge suauiora melle,fauoq́ sunt,cuiuis ei,q spirituali sensu,sano,validoq́ pditus est. Si vos dimisero,& cōciliū hoc dissoluero,sunt q protinus ad talariū ludū,tesseras,aleasq́ sese cōferēt.Iuramē

Ludorū detestatio. ta sunt illic,cōtētionesq́ pgraues,ac auaritię partus.Spiritus malignus assistit,furorē pū ctis ossibus illis ludētiū insaniāq́ accēdēs.Easdem pecunias nūc ad hunc, nunc ad alterum transfert.Atq́ modo hūc victoria efferr,illū victū mœstitia pmit.modo cōtra illū elatum, hūc demissum ostēdit.Quid prodest quęso corpore ieiunare,animā vero mille vitiis,mille malis esse refertā!At vero q talario quidē ludo,tesserisq́,aleisq́ nō vacāt,in ocio vero ne quiter degūt,quid vani nō loquūtur!quid absurdi nō auscultāt!Ociū enim Dei metu si ca

Ocii detestatio. reat,præceptor iis est hominibus vitiorū qui tēporibus non indulgent.Igitur fortasse qdē & vtile quid in his quę dicūtur hic a nobis comperieris.Si minus,at delinquere vobis sal tem haud licebit,hic nostris hisce cōgressionibus negociisq́ detētis ac occupatis. Quibus efficitur,vt quo vos quispiā plus hoc loco detineat, eo vos plus a committendis delictis abmoueat.Satisfacit ea sane quæ disseruimus æquo bonoq́ iudici, si quispiam non ad ef fluentiā,copiāq́ rerū quæ sunt a Deo creatæ, sed ad nostræ facultatis imbecillitatem, atq́

ad satisfactionē voluptatis eorū qui huc cōuenerūt,respiciat. Tellus vos suis germinibus, mare piscibus,aer volucribus inuitauit.Parata est adhuc continēs,haud his inferiora vicissim item offerre vobis atq; ostēdere. Verū hic finis sit huiusce nostri cōuiuii matutini, ne satietas exuperans vos ad vespertinas sumēdas epulas voluptatesq; capiēdas hebetiores efficiat.Qui vero cūcta sua creatione cōpleuit,atq; in nobis omnibus suorū manifesta miraculorū claraq; monumēta reliquit,is vtinā omi letitia vestra corda voluptateq; cōpleat spiritali,Iesu Christo intercedente,quem gloria perpetuo decet.

CONGRESSIO NONA.

Dixit etiam Deus,Educat terra viuentem animam iumentorum, & ferarum,& reptilium,per genera speciesq;.



Valesnam ex vobis epulæ visæ sunt,quas in aurora mea oratio vobis apposuit?Equidem id quod a me agitur,epulo persimile cuiuspiam hominis pauperis esse censeo:qui cum sese videri perciperet ex iis hominibus locu pletissimis esse,qui conuiuia lautissime,atq; opipare parant, dapum defectione lautissimatū conuiuas offendit,mensam non nisi vilibus epulis vberius onerādo.Quibus efficitur,vt id quo gloriatur,seseq; liberalem videri percupit,ipsi in opprobrium,dedecusq; ruditatis vertatur. Tale quid est,& id profecto qđ a nobis nunc agitur,nisi quid aliud a vobis dicatur. Verum quæcunq; sunt ea quę afferimus,haud nihili pendere vos oportet. Neq; enim Heliseus in prębēdis epulis vilis postha bebatur,q̄ꝗ oleribus syluestribus amicos excipiebat. Scio vertēdi leges alias in sententias scripturā etsi non a me ipso cōpleri,sed elaboratas ab aliis offendi. Nam qui nō acceptant sentētias scripturæ cōmunes:ii non aquam,vt aquā accipiunt,sed aliam quādam naturam inquiūt esse:& plantam,& piscem,ad id qđ ipsis videt̄ immutāt. Reptilium etiam ortum, atq; ferarum ad suas sententias vertētes,interpretātur:perinde vt somniorum interpretes ad id respicientes,qđ sibi proposuerunt,eorum quæ scđm quietem visa sunt interpretatio nes afferre solent.Ego vero cū fœnū audio,fœnū intelligo:& stirpem,& piscem,& iumētū, omnia vti dicta sunt,ita accipio.Nō enim religionis me nostrę,legisq; pudet.Neq;,quoniā qui cōscripsere de mūdo cōpluta de terrę figuris disseruere,siue globosa sit, siue columnæ æmula,siue rotę persimilis tereti,siue concaua sit,in alueūq; redacta(ad has eñ oēs opinio nes ii qui de mūdo disseruerūt deducti sunt,suā quisq; comprobans, cæterorū diluens demoliensq; sententiam)ob id ipm cōpulsus fuero,nostrā hanc extructionis mundi conscriptionē inferiorē existimare ac dicere:quia nihil de figuris seruus Dei Moyses ille disseruit Neq;,quia terræ circuitum vniuersum ducentorum quadraginta duorum miliū stadiorū esse nō dixit,& vmbram terrę,cū Sol mouetur sub terra quātū ad aeris protēditur spatiū, nō est metitus:quoq; modo defectiones hæc efficit cū in ipsam incidit luna,nō assignauit, quippe cum ea quæ nihil ad nos attinēt,vt inutilia nobis silentio ꝑtermisit: ideo inferiora sapientia mūdi,quæ stulta iam euasit,sancti verba spiritus esse cēsebo?Quin potius ei gratias agam qui nostrā ab inanibus vanisq; rebus mētem semouit,egitq; vt ea dūtaxat nobis scriptione tradantur,quæ ad animarū extructionem nostrarum atq; commodum spectant? Qđ cum non percepissent, vt mihi videtur, nonnulli, deductionibus quibusdam modisq; conati sunt elegantiā quādam grauitatēq; suis propriis sententiis scriptis his adiunxisse. Verū hoc hominis est profecto,spiritus sancti verbis sese sapiētiorē efficientis, interpreta tionisq; ꝑtextu suas sententias affectētis.Ita igitur hęc vti scripta sunt,intelligātur oportet. ¶Educat terra viuentē animā iumentorum,bestiarum,reptiliūq;.Intelligas velim opificis Dei verbum per orbem terrarum discurrēs:quod quidē,& tunc operari cœpit, & hucusq; operatur & operabitur etiam semper,quousq; mundus fuerit consummatus.Nam vti pila compulsa manu si decliuem nacta fuerit locum,partim ob suam formā, partim ob aptitudinē loci,præceps ad ima sua celeritate fertur, neq; prius moueri desinit q̄ plana suscipiāt ipsam loca:sic sane natura rerum,hoc vnico concitata præcepto per res generādas æquali quodam cursu corrumpendasq; transit,generūq; successionem similitudine seruat. Succedit equus equo natura,leo leoni,aquila aquilę, singulaq; animalia suis ordine successionibus conseruātur vsq; ad exitū consummationēq; mūdi.Nullum vnq̄ tēpus proprias,peculiaresq; naturas animalium delet,sed omniū ipsorum natura recens semper nouaq; perinde,atq; nunc incœpisset tempus,comitatur accedens. ¶Educat terra viuentem animā iu-

Epulo pauperis sermonē suū comparat.

Literalē laudat expositionē.

Terræ figura.

Circuit⁹

Sācti spiritus in rerū descriptione dispicientia.

Natura rerū continuo ꝓcedit vt pila ꝑ decliuia impulsa.

mentorum,reptiliūq;,atq; ferarum.Hoc imperium telluri nimirum impressum ,infixum in
ipsa permansit.Nec desinit inquam tellus opificis voluntati subministrare. Nam animalia
partim ex antecedentibus oriuntur successione, partim nunc etiā ex ipsamet emergere ter
ra,generariq; cernuntur.Non solum enim cicadas humus in imbribus edit, & innumeras
alias bestiolas in aere peruolantes,quarum plurimæ nominibus præ sua pertenui mole ca-
Soricū prouentus. rent,sed & sorices atq; ranas ex seipsa promit,vbi circa etiam Aegyptias Thebas, post ve
hementes in æstibus pluuias,vniuersa arua soricibus impleri protinus nouimus.Anguil-
Anguillarūq;. las quoq;,nec alio vllo modo nisi ex fæculenta constitui materia,limoq; conspicimus: qua
rum nec ouum, nec alius vllus modus successionem efficere constat, sed ex humo semper
emergunt.¶Educat terra viuentem animam iumentorum,reptiliū atq; ferarum. Iumenta
terrea sunt,& ad ipsam nutantia terram.At planta cælestis homo, quantū figura formaq;
Hoīs, corporis cæteris animantibus antecellit,tantum & dignitate animę pręstat.Qualisnam est
Quadrupedumq; animantium quadrupedum forma? Caput illis ad humū est pronū,ad ventrem spectat,vo
luptatem omnibus modis persequitur.Caput tuū ad ipsum cælum exurgit. Oculi tui res
forma. supernas conspiciūt.Q; si vnq̄ & tu,carnis affectionibus teipsum subieceris,ventriq;,& iis
quæ sunt sub ventre seruieris,comparatus es sane tunc cum iumentis mēte vacuis,& illis
persimilis es effectus . Alia te cura decet , supernas res inquam explorare, ac quærere vbi
Christus Deus noster est collocatus,pergere mente ad res sublimes, atq; cælestes, terrenis
despectis,atq; posthabitis.Vti forma decora natura præditus es,sic & teipsum,& tuam vi
tam disponere velis. In republica cælesti versare : vera tibi patria est,superna illa libera
Hierusalem: conciues atq; contribules , ipsi primogeniti , qui sunt conscripti in cælis.
Educat terra animā viuentē.Non insita telluri rationis expertiū animantiū anima,diuino
imperio tum emersit:sed vna cum imperio tum primū in ratione rerū exorta est.Atq; ge-
nere quidē vna est animaliū anima ratione nō pręditorum,quippe cum vnū sit:& id simili
ratione,qđ ad essentiā ipsius accōmodatur,naturāq; exprimit,ipsa īquā vacuitas rationis.
Aīaliū proprietates. Discriminibus aūt numerosis differētiisq; non vna est: animalia nāq; singula diuersis pro-
prietatibus inter sese variisq; non mediocriter distinguūtur. Est eñ bos qdē cōstās:asinus
aūt piger:equus libidine incenditur,petitq; impetuose fœmellam, lupus mitescere nequit,
Vulpes insidiosa est,astuta,callida:ceruus timidus:laboriosa formica: canis gratiosus est,
& ad beneuolētiā amicitiāq; propēsus . Simul eñ animalia singula cū sua peculiari natura
Leonis creata sunt. Vna cū Leone animositas,& ira est orta, vita solitaria expers societatis ad ea
supbia. quę genus subeunt idē. Velut enim tyrānus quidam animantiū rationis expertium pares
honores cōgressionesq; cū cæteris non acceptat,sed aspernatur. Qui neq; pabulū hesternū
sibi vnq̄ admiserit,nec ad reliquias suę venationis vnq̄ redierit. Cui tāta quoq; vocis eli-
ciēdę natura pręstitit instrumēta,vt animātiū cōplura lōge ipso celeriora solo rugitu sępe
Pātherę numero capiantur. Vehemens est Panthera:& ad impetus faciēdos propēsa,pernixq;.Atq;
natura. idoneū ipsi corpus est datū,humore ac leuitate,ad animæ motiones agitationesq; submini
Vrsę. strandas.Pigerrima est Vrsę natura,solitaria,moris occulti,in imum ingressi. Simile sane
corpus,& ipsam ambit: graue, cōpactū,indistinctū,accōmodatū sese occultanti pergelidæ
ferę.Si transigamus oratione,quanta rationis expertibus istis inest sine doctrina naturalis
suæ vitæ diligentia,atq; cura:aut ad nostri custodiam corporis,animarūq; nostrarū proui
dendam salutem impellemur,ac concitabimur:aut magis magisq; carpemur,ac cōdemna-
bimur:si ita fuerimus affecti,vt neq; animalia imitari rationis expertia valeam⁹.Vrsa sępe
Verbascum. numero vulneribus saucia grauibus,ipsis medetur omni conatu verbasco siccam habente
cum. naturā hulcera ipsa referciēs. Videris & vulpem laricis arboris lachryma seipsam curātē.
Vulpis. Testudo quoq; viperæ depasta visceribus,per aduersantē †Cunilę naturam,nocumentum
Larix. e venenata fera sibi prouenturū euitat. Quin & anguis fœniculi pastu lippitudinē oculoꝝ
†Camillę. cutare videtur.Præsagiones aūt circa mutationes varietatesq; cæli, quā mentis rationisq;
sagacitatem non superarūt?Nam oues quidē accedente bruma pabulo copiosius auidiusq;
vescūtur:proinde quasi sibi prouidētes pro indigētia cibi futura.Boues aūt occlusi longo
tempore incōmodis hyemis,iam tandem ineunte vere,temporis sensu naturali mutatione
percepta,omnes vno impetu,lętis aspectibus e stabulis suis egrediūtur. Iā vero qdā haud
Herinaceus, inertium hominū emolitum fuisse construxisseq; gemina sibi spiramina cubiculi terrestrē
herinaceū obseruauit:atq; austro flaturo,australe:aquilone spiraturo,aquilonū spiramen

obstruere.Quid quęso per hęc ipsa nobis hominibus indicatur?An nō solum diligentiā opificis nostri curamve,per omnia penetrare:sed in animantibus quoq; ratione nō prædictis,futuri sensionem quandā inesse:vt & nos etiā ipsi, nō huic vitæ,præsentibusq; rebus adhęreamus:sed totum nostrum ad futurā illam vitam studium dirigamus? Non tute tibi eandem o homo diligentiam adhibebis?Non tute tibiipsi demum elaborabis? Non hoc tempore pręsenti fruges tibi recōdes exemplo formicæ profecto,requiemq; futuri seculi præparabis?Formica temporis hiberni pabulum æstate sibi sedulo condit:& non q; hyemis incommoda nōdum assunt ociosa tempus traducit: sed incessabili quodam intentoq; studio legendi semina tantisper incumbit,dum sufficiens alimentum in cellulis sibi recondat. Neq; id incuria facit sed sapienti quadam prouidentia & dedita opera, vt q̄plurimo tempore pabulū sibi persistere conseruariq; possit.Secat enim morsu fructus,arrososq; condit, ne rursus in fruges exeāt e terra:atq; inutiles inde sibi ad vsum alimoniæ fiant.Cū senserit eos madefactos imbre profert atq; exsiccat.Nec omni tempore id agit,sed cum impluuium præsenserit, serenūq; cælū. Quāobrem nunq̄ ex nubibus imbrem defluxisse conspexeris: cum a formicis expositū est frumentum.Quęnam oratio quęso,quis dicendi modus hęc attingere posset?Quod tempus tot tantarūq; rerum admirabili satisfaceret enarrationi?Quis auditus deniq; tantam copiā operum opificis, varietatemq; capere posset? Agite dicamus & nos etiā cum Propheta: Vt magnificata sunt opera tua Domine:omnia in sapiētia fecisti.Nō igitur ad excusandos nosipsos illud satisfacere potest,haud literis(inquā) ea quę ꝓsunt doctrinaq; nos percepisse:quādoquidem eius quę conducit naturę,legē doctrina vacārē suscepimus.Scis certo quid boni ꝓximo feceris.Est.n.id quod ab aliis tute tibiipsi fieri velis. Nō ignoras profecto,quidnā sit ipm malum.Est enim id qđ ab alio tute tibi fieri non exoptaueris vnq̄.Nulla facultas studio virium incumbens fibrum,nulla ars,nulla prorsus hęrbarū experientia,nullum periculū, animantes rationis expertes,eas quę prosunt ipsis aut radices aut hęrbas edocuit:sed natura queq; pręditа est facultate,suę tam conseruandę,q̄ recuperandę sanitatis atq; salutis.Necnō & inenarrabilē ad id quod ad suam naturam cōmodatur,habet affinitatem.Sunt apud nos ipsæ virtutes scdm naturā:ad quas habēdas affinitas animę,nō ex humana doctrina:sed ex ipa natura nobis inesse videt.Etenī vt nulla nos oratio,nulla formula doctrinę vllius,nullū oino pręceptū edocet morbū odisse:sed ex nobismetipsis nos ea quæ dolorē efficiunt, reprehēdimus, fugimus,atq; horremus: sic & in anima quædam inest euitatio mali vitiiq;, vacua doctrina natura.At animę malū omneq; vitium morbū eiusdem esse:bonū virtutem omnem,probitatemq; valetudinis rationem sanctitatisq; subire cōstat.Bene nāq; recteq; sanitatem quidā desiniuere,cum habitum statumq; bonum ipsam esse dixissent, a quo naturales operatiōes sine vllo prorsus impedimento proficiscūtur.Quod si dixeris de bona etiā animæ habitudine,nō aberraueris sane:sed decorum ipsum attigeris. Quibus efficitur,vt anima sine vlla doctrina natura propensa sit ad id expetendum quod suum proprium bonum est : quodq; accommodatur sibi natura. Quapropter omnium hominum communi sententia, temperantia,fortitudo,iustitia laudabilis,& admirabilis est:& prudentia pręclarum quid nimirum,& summo studio consequēdum esse putatur.Filii amate & colite parentes. Vos parentes nolite ad iracundiam filios prouocare. Nunquid & natura ea non dicit? Nihil noui diuus Paulus sane monet:sed naturę vincula vincit,insuperq; perstringit. Si leęna diligit eam quæ ex ipsa profluxit prolem:Si lupus pro suis catulis pugnat : quidnam ipse dixerit homo,si neq; mandatis obtemperat,& naturam ipsam adulterat? Cū aut filius senectutem patris nihili facit, aut pater ob secundarum nuptiarum societatem,priorum obliuiscitur filiorum? Summa profecto dilectio,summusq; amor est inter parentes, ac filios:mutis animantibus ratione non pręditis.Quapropter & exactiorem ob rationis defectionem,opifex vniuersi vim ipsis præstitit sentiendi.Nam vnde fit,vt in ouiū quidem tam copioso numerosoq; grege e stabulis exiliēs agnus,matris suæ continuo percipiat vocem,ad eamq; properet,atq; lactis fontes suos proprios recta petat,papillisq; maternis contentus sit,etiam si perparum habeant succi, pręteritis haud paucis vberibus lacte distentis? Mater autem in tam innumeris agnis, suam illam propriam quam peperit prolem,sine vllo errore prorsus agnoscat. Vna vox omniū est,vnus idemq; sæpenumero color, vnus etiam penitus odor, vt odorandi sensui nostro videtur. Attamen inest in ipsis quædam sentiendi facultas nostra longe nimirum exactior: qua suum cuiq; proprium facile dinoscere licet. Nondum dentes catulo pullularūt,morsu tamen eum

Formicę solertia.

Sereni tpis indicium.

Bonum. Malum.

Fiber seu Castor.

Sanitas.

Agnorū natura.

aggreditur:qui dolore ipsum affecit.Nōdum cornua vitulo sunt exorta,scit tamen qua sua arma parte nascantur,eaq; petit aduersarium parte.Hęc indicant & demonstrāt,nullam animantium naturam partam esse doctrina: & nihil in his quæ sunt dispositione definitioneq; carere:sed omnia in seipsis sapientię Dei creatoris vestigia cōtinere. Itaq; orta esse vt sint ad conseruandam suam salutem suapte natura parata. Atq; canis expers quidē est rationis:sensionem tū obtinet parem prope dixerim,rationi.Quę nāq; seculi sapientes ocio suæ toto vitę summa dedita opera vix inuenerūt,argumentationū(inquā) rationumq; nexus,in iis sese offert canis eruditū ab ipsa natura. Nā si cū ei⁹ ferę vestigia:quā persequitur inuestigat,inuenerit ea pluribus sese findentia modis:inuestigatis suis discussionibus quascunq; in partes ferentibus semitis,vocem prope dicam ipsam rationandi per ea quę agit,elicit hoc pacto. Fera quam persequor,inquit,aut hac aut hac,aut hac abiit via:at neq; hac,neq; hac est pfecta. Restat ergo hac illam abiisse via:atq; ita falsa tollendo,verum inuenire solet.Quid plus ii faciunt:qui pro linearum descriptionibus designandis cum grauitate sedent: lineasq; diducūt in puluere, cum trib⁹ allatis ppositionibus duas tollunt veluti falsas:& in ea quæ restat, verum comperiunt.Memoria vero beneficiorum animantis huiusce,gratiæq; reddendæ,quem ingratum beneficiorumq; immemorem hominem non notis viri!non nequam!non turpissimum esse ostendit! Iam quidem & interfectis a latronibus in solitudine dominis,complures a cadaueribus canes non recessisse:sed ibidem expirasse memorię traditur.Nonnullos etiam cæde recente duces inquitētibus grassatores fuisse,necnon & latratu,laniatuq; maleficos indicasse,scelusq; coegisse fateri ferunt.Quid homines ii quæso dixerint: qui nullo suum opificem altoremq; Deum prosequuntur amore:sed vt amicis etiam, & necessariis iis vtuntur: qui loquuntur aduersus Deum iniquitatem, eiusdem participes mensæ sunt:& qui alimenta sumunt,maledicta in altorem ipsum suum audiunt,atq; ferunt!Sed ad perspiciendā creaturam redeamus,oportet. Animalium ea quidem quæ facilę capi possunt,facundiora longe cæteris esse constat. Quocirca tam lepores,q̄ dammę,q̄ etiam oues fœtæ,sæpius & geminos plureśq; pariunt fœtus,ne genus deficiat prædę propositum feris iis:quę sanguine gaudent, carneq; vescuntur:at ea quibus pro cibatu cætera sunt,certum est longe minus fœcūda esse. Quapropter leonis vix leæna mater euadit. Edi namq; partum vnguium acie lacerato in enixu vtero vulgo ferunt. Viperas etiam vtero deuorato fama est in lucem accedere,decentes scilicet mercedes,præmiaq; parenti reddentes. Adeo nihil est in iis,quæ sunt:cui non sit bene prouisum : cui non data est opera curave suæ naturæ accommodata.Q; si perscrutari percipereq; parteis animantium velis,nihil prorsus opificem adiunxisse quod addendum nō esset:nihil non attulisse quod afferendum necessarium esset, inueneris.Carniuoris animalibus acutos præstitit dentes. Est enim talibus opus ad alimenti talis formam atq; naturam. Quæ vero non vtrinq; dentibus armata sunt,iis numerosa conceptacula, compluresq; meritorum,variasq; pabuli cellulas extruxisse videtur.Nam quia primum immissus ori cibus,officio munereq; dentium haud satis cōficitur,iccirco data est ipsis exhauriendi deuoratum facultas,quo ruminatione satis confectum concoqui possit:venter,reticulum, omasum:nō ociose,porro non incassum in istis animantibus insunt:sed suū quisq; sinus officium ad cōcoctionem adminastrandam cibi necessarium agit.Collum prolixius chamelus obtinet: quo par sit pedibus:& eam qua vescitur herbam attingere valeat.Contra perbreue est humeroq; ingestū tam vrsæ,q̄ leoni,q̄ etiam tigridi,cæterisq; generis huius animantibus collum:propterea q haud ex herbis ipsis offertur pabulum, nec vt humū attingāt ore, necesse est:quippe cū carniuora sint:& animalium venatione, prædaq; vescantur. Quid sibi vult proboscis elephanto:quid pollicetur vastæ molis hoc animal:& omnium terrestrium maximum ad spectantiū stuporē admirationēq; natum:copiosa carne corpore referto nimirum esse oportere. Huic si grande pro rata membrorum inferiorum pedumq; ratione collū adiunctū fuisset, inattractabile penitus esset, exuperante suopte pondere semper inferius vergens. Nunc autem caput quidem per colli paucas admodū vertebras,cum spina coniungitur.Proboscidem autem habet officiū subeuntē,munusq; colli:qua plane tā pabulū sumere,q̄ potum etiā exhaurire solet. Arenim & inferiora membra compactione indistincta, velut indiscretæ columnæ molis pondus vniuersę suffulciūt.Namq; si lenta,mollia,distinctaq; moli tantę subiecta essent,crebræ sane modo considente, modo sese erigente fera, fierent articulorum dimotiones: cum prę nimio pōdere satis corpis ferre molem leuareq; nō possent.Nūc vero paruus talus pedi-

Marginal notes: Canis sagacitas. — Memoria canis & gratitudo. — Dei iniuriā tolerantes. — Fœcūda aīalia q̄ sint. — Leonū viperarūq; partus. — Aīalium ptes,seu mēbra. — Proboscis Elephanti.

subiicitur elephanto, nec in ala, nec in genu distincto. Nō eñ articulorum lapsus tantā tolerare animalis carnem adeo copiose ambientem ipsum, atq; micantem. Quę cū ita sint, opus elephanto fuit illa tam longa nate, nimirū ad pedes vsq;, humumq; dimittenda. Nonne conspicis, vt militant, in prę liisq; perinde atq; turres quædam, aut carnei quidam colles turmas anteeunt, atq; cohortes: impetuq; intolerabili facto, strictas horrētesq; ferro acies hostiū dissecant, dispellunt, atq; prosternunt? Q; si infera sibi membra rationem ratam ad supera non subirent, neq; vllo prorsus elephantus tempore persistere posset. Nunc vero sunt qui memorię prodiderunt: & trecentis annis, & vltra viuere elephantum. Iccirco compactis, & non distinctis inferis membris ipse prēditus est. Iam vero proboscidem ex imo pabulum diximus in altū sese erigentem, ad os admouere. Cuius & naturā ob idipsum humidiorem, & effigiem serpentis ęmulam esse constat. Adeo vera est illa sententia, nihil in rebus creatis vacare, nihil omnino deesse. Hanc tamen tam vastam mole, tam exuperantem viribus belluā, subiectā opifex rerum omnium nobis subdiráq; creauit, atq; constituit: vt & comprehendar, percipiatq; cum a nobis docetur: & ferat cum vapulat: aperte nos admonēs, propterea sese nobis omnia subiecisse: q; imagine similes ipsi sumus effecti. Nō solū aūt in tam magnis animantibus insignis roboris: verum etiam & in paruis, exilib[9], minimisq; nihilominus immensam inspicere Dei sapientiā nobis, admirariq; licet. Nam vt haud magis cacumina montium admiratione semper afficere soleo: quæ quidem quia propinqua sunt nubibus, continuis circūquaq; flatibus hibernam perpetuo refrigerationem sibi conseruanr, ac detinent: q̄ concauitates conuallium nō solum incōmodos cæli flatus locorum eminentium euitantes: sed & tepidum semper aerem continentes: Sic & in animātium etiā cōpagine nō elephantū admiratione potius prosequi cōsueui propter tantū magnitudinis fastum: q̄ soricem qui formidosus est elephāto: aut scorpii tenuissimā partem, aculeū inquā: vt cauū eū perinde, atq; fistulam artifex vniuersi: quo virus per ipsum ictis infundarur, atq; imprimatur, extruxit. Atq; nemo creatorē eā ob rem incusare velit, q; animalia venenata, exitialia vitæ, neciq; parata nostræ in rationem rerum induxit: vel ideo quispiā, & institutorē, educatorēq; puerorū accuset, in ordinē redigentē moresq; optimos, iuuētutis ingenium facile ad improbitatē, propensumq; ad libidinē luxūq;, plagis verberibusq; castigando, ac coercēdo. Fidei sane demōstrationes sunt ipsę feręe. Confidis in Dño: super aspidem & basiliscū ambulabis: & conculcabis leonem & draconem. Atq; habes potestatem ex fide ambulandi super serpentes ac scorpiones. Non cernis viperam euasisse diui Pauli manum frutices colligentis, neq; quicq; illi penitus detrimēti attulisse, propterea q; fidei plenum inuenit? Q; si fide careas, haud feram potius exitialem, q̄ eam qua pręditus es fidei vacuitatē, tute tibi metuere velis, qua te iam facile capi, periteq; paratum fecisti. Atem sentio iamdudū ea quę ad hominis ortum generationemq; pertinent, auditores a me maximopere postulare: mihiq; videor ppe dixerim, eorum in me cordiū clamores exaudire, quibus queruntur ac inquiūt sese feras quidem qualesnā sint natura doceri, sese vero non mediocriter ignorare. Obtemperem[9] igitur ipsis ac obsequamur, omni prorsus formidie nos occupāte depulsa depositaq; necesse est: difficillimū eñ omniū esse vere videtur, seipsum cognoscere. Nō solum eñ oculus ea quę sunt foris conspiciens, in seipsum cernendū haud vtitur, facultate vidēdi: sed ipsa mens etiā nostra, pacute pspiciēs alienos errores, tarda est ac hebes ad proprios suos cognoscendos defectus. Idcirco nunc etiam oratio nostra cū aliena iam strenue transegisset, lenta nimirū est ad ea perquirēda quæ ad nos attinent: & inertia metuq; refetta, q̄q̄ haud sit vt magis ex cælo terraq; Deum quispiā, q̄ ex nostra propria natura com pagine constitutioneq; percipiat. Si modo seipsum sagaciter: & vti decet inuestigauerit: quēadmodū diuus propheta dixit. Mirabilis conspecta est ex me, tui cognitio Deus: id est cū me ipm nouerim immēsam exuperantēq; tuā sapientiā ipse didici, noui, percepi. Et dixit Deus faciamus hoiem. Vbi nunc est ipse Iudęus, q quasi per fenestras in iis q̄ antea dicebātur igrediente luce theologię personāq; secūdā innuēte, nondū aūt pspicue demōstrante, veritati repugnabat: ipsumq; deū secum differere, seq; alloqui, non alium vllum dicebat. Ipse enim dixit (aiebat) & ipse fecit. Fiat inquā lux: & facta est lux. Erat igitur & tūc in iis quę dicere Iudęus solet, absurditas nō mediocris, minimeq; obscura. Quis.n. aut faber, aut sutor, aut excusor, istrumētis artis sibi psentib[9], solus ipse nullo socio comitāte, aut faciam[9] ait culrellū, aut cōficiam[9] calceamētū, aut cōponam[9] ararrū: sed nō silētio suā cū libuerit accōmodatā ad artē exegrur opationē? Sūt.n. isignes pfecto nugę, pricipē quēpiā siue pfectū Vrbis herorū mo

Margin notes: Sorex. | Aīalia noxia in quo pro sint. | Seipsum nosse dif ficile. | Faciam[9] trinitatē probat.

re vehementer seipsum hortantem cōcitantemq; sedere. Verum qui summo studio calūniis persequuti sunt dn̄m ipsum, nec vnq̄ eos puduit huius: quid nō dixerint quęso! quid non fin xerint! exercitatam paratāq; linguam semper ac mētem ad omne quoduis falsum dicendum, atq; fingendū habentes! hæc tamen vox præsens penitus ipsorum os occludere manifeste videtur. Et dixit Deus. Faciamus hominem. Nūquid & nūc etiam dic mihi Iudęe sola perinde vt tibi placet, atq; vnica est ipsa persona! Nō em̄ scriptum est, fiat homo: sed hominem faciamus. Cum is qui per scripturā docetur, nondū ortus erat, nondū creatus: profundo theologię pręconiū hoc celabatur, ac tegebatur. Cum vero iam ipsius ortus hominis expectati pateret, detegitur pariter ipsa fides: & apertius indicatur sententia veritatis. Faciamus hominē. audi tu quæso, qui bellum indixisti perpetuum Christo, Deum ipsum suum in creandis teb[9] sociū alloqui. Per quem & secula fecit. Qui portat omnia verbo potentię suę. At non patienter religionis rectę sententiam perfidus Iudęus acceptat: sed vt ferarum eę, quę summo persequuntur hominem odio: cū in caueis occludūtur, fremunt, strident, atq; sęuitiā quidē naturę feritatemq; suam ostendunt: explere autē verā rabiē nequeūt: sic & inimica gens veritatis Iudęi in angustum intrusi, Multæ sunt (inquiūt) personę non vna, ad quas oratio dei dirigitur.

Non ad angelos dictū faciamus hoīem.

Angelis em̄ astantibus, faciamus hominem dicit. Iudaicū hoc est profecto figmentum: & falsitatis illorū hæc vi cōposita est fabella: atq; vt vnam ipsam orationis vi compulsi personam filii non admittant, innumeras introducunt personas: & filiū negantes, ac extrudentes: seruis ipsam consultationis tribuunt dignitatem, conseruosq; nostros auctores nostræ creationis efficiunt: cum suum homo statum exactum est cōsecutus, ad angelorum recta reducitur dignitatē. At quęnā vnq̄ creatura quęso suo creatori par esse potest! Considera aūt, & ea quæ deinceps sequuntur. Ad imaginem, & similitudinē nostram. Quid ad hæc dicere paras! Num vna Dei, & angelorū imago est! Patris enim & filii formam eādem esse necesse est. Atq; formā intelligamus, oportet: vt Deo decet tribuere formā, non corporis cōditione, sed deitatis proprietate. Audire velis & tu nouę sectę, nouę opinationis homo. Qui Iudęorū amplecteris, atq; colis opiniones, religionis Christi simulatione, atq; pretextu. Cui dicit, faciam[9] hominem ad imaginē & similitudinē nostrā! Cuinā alii q̄ splendori glorię & formæ substantię suę, qui est inuisibilis Dei imago. Suæ igitur imagini propriæ, quę viuit, quę dixit, Ego & pater vnū sumus: & Qui me vidit, patrem vidit: huic dicit, faciamus hominē ad imaginē & similitudinem nostrā. Vbi vna est imago, vna similitudo: quem ibi locum obtinet dissimilitudo! Et fecit Deus hominē, nō dixit, fecerūt. Euitauit hoc loco multitudinē sapienter: per illa nāq; Iudęū erudiebat: per hęc vero gentiliū excludens errorem, secure admodū ad vnitatem recurrit: vt & filium simul cum patre intelligas: & multitudinē deorū effugias, euitesq; periculū. Et fecit Deus hoiem ad imaginē & similitudinē suā. Ad imaginem Dei creauit ipsum. Iterū socii creationis personā adduxit. In his em̄ vltimis verbis, non ad imaginem suā dixit: sed ad imaginē Dei creauit ipsum.

Imago Dei in hoīe.

At quanā in re Dei sui creatoris imagine pręditus est homo: quo q; pacto similitudinis particeps est deinceps in sequentibus Deo pręstāte nobis facultatē dicemus, atq; explicabimus. Nūc id tm̄ dicamus oportet, si vna est imago, si vna similitudo: vnde tibi in mētem venit intolerabilis hęc impietas, dissimilē asserere filiū patri! O tuam hanc tam immanem ingratitudinē: quā a filio Dei datam accepisti similitudinē, eam non tribuis vicissim ita ei, qui tātū in te beneficiū cōtulit: & tibi quidem ea quę gratia tibi concessa sunt, firma stabiliaq; manere censes: Filio vero similitudinem quā ad genitorē obtinet suum natura, nō permittis vt habeat, nō concedis. Sed silentiū ecce nobis aduesperascens imperat tempus, sole iamdudū ad ipsum occasum misso. Hic igitur & nos orationem hanc nostram ad totum, quietemve deducendā esse censemus. Atq; nunc quidem vt excitemus dūtaxat nostrū animū, sententias hasce tetigimus. Exactiorē aūt accuratioremq; propositarū rerū inuestigationē in iis quę deinceps dicentur, opem ferente spiritu diuino reddemus. Abite mihi gaudentes vos omnes, contio summo amore prosequens Christum, sententiarum memoria iam dictarum vestras elegantes grauesq; mensas pre omnibus lautissimis epulis, variisq; dapibus codecoraturi. Turpitudine afficiatur is omnis, qui patri dissimilē filiū asserit esse. Subuertatur ipse Iudęus sententiis veritatis: ois pius exultet: perpetua deniq; gloria Dominus Deus noster afficiatur. Quem semper ipsa decet in secula seculorum. Amen.

¶FINIS.

¶BESSARIONIS CARDINALIS PRAEFATIO AD BEAtissimum Patrem summum Pontificem Eugenium quartum in oblationē operis beati Basilii Magni cōtra Eunomiū e græco in latinū a Georgio Trapezontio traducti.

¶BEATISSIMO PATRI Eugenio Papæ quarto sanctissimo maximoq; Pōtifici, Bessarion Cardinalis grecus Basilicę.xii. Apostolorum, almeq; sanctitati eius dicatissimus.



VM cogitarem Pater sanctissime, quodnā tibi cōgruum offerrem munus, cū pro ista pręclarissima Latinorū atq; Gręcorū adeo per te, tuosq; labores, curas, opem, impensamq; ingentē, vnione perfecta: tū pro clemētia atq; inenarrabili beniuolētia erga me tua: nihil pręstātius, nihil aptius, nihil profecto gratius tibi potui inuenire, q̄ aliqd quod ad nostrā pertineat sanctā religionē, tibi offerre: qn̄ ista omnia huiusce seculi re negligere percepimus, ac illa quę sola permanēt desiderare. Nā tu ille es, qui Christū ab ipsa secutus adolescētia, quiq; a teneris (vt aiunt) vnguiculis, mundum, & omnia neglexisti mundana. Idcirco vel merito nō modo in hoc seculo centuplū tibi prębuit dn̄s, cum omniū patrem & principem cōstitueret: sed certe & in futurū ęternā vitā possidere cōcedet, presertim cū in hac quoq; dignitate, & euāgilii pędicatiōis officio tātū professisti: vt nō mediocre incrementū & dilatationē habeat ecclesia Dei. Tu eñ græcā illā pręclarissimā sapieorissimāq; nationem, vnde omnis est ortus sapientię fons, vna cū Triballis, Illyriis, Eleactis ambobus, Sarmatis vtrisq;, Albanis, Hyberis, Colchis, Cappadocibus, Pamphylis, Galatis, necnō & aliis patriarchalibus sedibus, multisq; aliis & amplissimis nationib⁹, qui oēs grecā sequebātur ecclesiā, ritusq; eius & cęrimonias celebrabant, sanctę Romanæ recōciliasti ecclesię. Tu reduxisti Armenios per totū fere orbem diffusos ac sparsos. Iacobitarū gentes venerūt, vt fidei veritatem per te doceantur: tu & excitasti Aethiopes, quorū innumerabilis numerus est, atq; inexpugnabile, potentissimūq; imperium: & ad hęc vigilas, vt ad fidem catholicam eos allicias, e quibus ambobus, quantū in te est, nisi isti oculos claudant, nō modicum fructū Ecclesia Dei est habitura. Quis enarrabit, aut quis numerabit, vel laudes tuas vel res gestas tuas? Cum ergo talem teipsum Eugeni pater sanctissime, constitueris: qui merito vocatus Eugenius es. Nam Eugenius nobilem grece significat, & a stirpe ortum pręclara. Cūq; despectatione omnis terreoæ nobilitatis, nobilitatem cælestem sis assecutus: quod munus, nisi quod ad cōmunem gregis tui vtilitatem & catholicā fidem pertineat, tibi magis cōueniat? Talia vero iudico esse, quę ille noster beatus Basilius, spiritus sancti tuba, instrumentum gratiarū, sapientiæ pelagus, cognitionis terminus: quem nescio quo nomine quis digne posset appellare: aduersus Eunomiū impium, ac etiam alia ad sanctum Amphilochium Iconiensem episcopum, nō absq; inspiratione diuina pro vnigeniti, ac spiritus sancti deitate cōscripta volumina edidit: quæ Nazianzenus ille magnus Gregorius merito igni comparat sodomitico. Nam partim sententiarum grauitate, partim compositionis pulchritudine, tum optimatum rationum inuentione, tum summa persuadendi virtute, hæreticorum linguas facile in cinerem redigunt. Cuius oratio cum tantam vim ac dignitatem possideat, vt difficile sit in lingua græca grauius aliquid, aut elegantius inuenire: per hominem non modo paternę & grecæ, sed etiam latinæ linguę peritissimum Georgium Trapezuntium, virum sane elegantissimū, ac disertissimum, tuæq; sanctitati deditum feci transferri. Quę res vt fieret, idcirco dedi operam, q̄ & latinorum generi, omni doctrina, omni virtute, omni sapientia, ingeniiq; splendore prædito, puto me fecisse gratissimum: qui q̄uis Hilarium, Augustinum, Hieronymum, Leonem, Gregorium, aliosq; habeant beatissimos suos doctores: viros qui doctrina & sanctitate, tam naturæ, q̄ spiritus profunditates inuestigarunt: quos qui legunt, in cælo, & in cælestibus conuersari, & quasi Dei audire videntur oracula: non tamen satis habent, nisi etiam eos, qui similia ipsis spirarunt: & eodem spiritu participarunt, in suam traductos possideāt linguam. Et his inquam, existimo gratum fore, & tuæ beatitudini nimis acceptum qui pro clementia solita, læto animo filiorum tuorum, etsi minima sunt, munuscula, accipis: tantoq; magis tibi gratum erit, quanto hoc donum, & Latinis accipere, & mihi offerre

Gręcorū reductio

Eugeni⁹

Eunomius.

Amphilochius.

Georgi⁹ Trapezōtius.

Hilarius

August.

Hieronymus.

Leo.

Gregorius.

congruũ est. Mihi quidẽ quoniã magnã hinc de ꝓcessione spũs sancti vtilitatẽ ad cognoscendã capessendãq; fidei veritatẽ cũ toto gñe meo recepimus: cũ de ista materia latinis cõtendebam⁹. Latinis vero nõ solũ, quoniã magna doctrina refertũ est: verũ etiã quia pro ipsis, id est ꝓ veritate pugnat. Nã & in tertio sermone palam ex filio spiritũ habere esse, dicitur, & a causa eius depẽdere, per totũq; librũ multa & bona quę ad eandem sententiã ducunt, dicta sunt. Accipias igitur tu beatissime pater, qui Gręcorũ, qui oĩm es caput Christianorũ, pręstãtissimũ munus, tueq; sanctitati cõueniẽs, beatissimi patris Basilii Cæsarię Cappadociensis diuini pastoris, ac orbis terrarũ illuminatoris atq; doctoris pręclarissima opera. Hęc quidem cõtra impiũ Eunomiũ illum: illa vero ad beatum Amphilochiũ de eadem materia edita: quę ꝗuis per se suiq; auctoris dignitatem, maxima sint: mei tñ offerentis respectu, tanteq; magnitudinis tuorũ erga me meritorum minima iudicabuntur. Non enim ignoro quantũ de me sanctitas tua bene merita sit clementissime Pater.

❡Georgii Trapezuntii ad reuerendissimum patrem Bessarionem Cardinalem exhortãtem ad traductionem Magni Basilii, responsio.



Basilius. Eunomius. Amphilochius.

Ccepi literas tuas reuerendissime Pater ac dñe: quibus a me petis, vt a magno illo Basilio diuinitus contra Eunomium conscripta volumina, ac simul quę ab beatum Amphilochium edidit, in latinam linguam ex græca transferrem: fateor mecũ sæpe ac multum cogitasse, susciperem ne arduam ita mihi rem & difficilem: an tibi cui cuncta debeo, hac sola in re tam honesta, tã vtili, morem nõ gererem. Videbam (quod & tu dicis) multũ nos debere latinis: sed me solum plura maioraq; multo ꝗ̃ ediderim. Non eñ ignoras, quibus a plerisq; generis nostri, atq; adeo ab ipsis parẽtibus modis, duodecim ferme annis ante sacrosanctam Synodũ Florentinam ob catholicam veritatem vexatus sim: vnione vero facta, studio, labore, opibus beatissimi papę Eugenii, mei omnes mihi redditi sunt: & ipse non ex leuitate ac inconstantia desciuisse a meis: sed prudẽter atq; cõstanter ad veritatẽ peruenisse videor. Magna hæc mihi fateor: & propterea immortales summo pontifici gratias vna cũ omni genere nostro debeo, latinis omnibus ingẽteis: sed tibi etiã maximas, qui plurimũ huic rei cõtulisti. Hęc aliaq; huiusmodi ad traductiõnẽ animũ impellebant. Verũ libro iam reuoluto, cũ & genus orationis illius viri gręco sermone perfectissimũ, & sublimis, acutaq; materies menteẽ percussissent, territus remoui inde animũ ilico, tẽq; totã maiorẽ, ꝗ̃ aut vires, aut ociũ meũ patitur, esse iudicaui. Nã quãto perfectius ille gręce conscripsit, tanto difficilius in latinam linguam traduci potest. Quod eñ in summũ generis sui accedit, id difficilius in diuersa deducitur. Materies vero ipsa theologica, & de summa theologię parte: primum hominem postulat, qui lõge ab illuuie absit peccatorum: deinde qui maiore ocio fruatur, & non latinæ linguæ solum, verum etiam theologię peritum. Nam qui transferre conãtur quæ non intelligũt: eos video verborum solũmodo, vt pueros, sequi potestates, a rebus ipsis plurimũ aberrare: ꝗuis & verba ipsa nõ bene interpretetur: qui rem nõ bene perceperit. Adde ꝙ hęc theologis reuerẽtia oĩno tribuenda est: vt sua fere, vt gręce iacent, trãsferãtur. Nam longius euagari, cõmutare, addere, vel minuere quicꝗ̃ (quod plerũq; traducenti necessarium est) in theologia quasi periculosum, alienissimũ est, maximeq; illi fugiẽdũ, qui hunc Basilii librum traducere cupiat: in quo adeo acutę, atq; sublimes res sunt: vt mirandum sit, ꝙ primus omnium, in rebus tã altis sic omni ex parte optime cõscripserit. Floruit eñ Iuliani ac Valẽtis tpibus: cũ altero quorũ pro christianismo, cum altero pro orthodoxia acerrime pugnauit. His igitur tam diuersis rationib⁹ in ambiguum compulsus, diu mecum luctatus sum: eandem cum animo voluerem ꝗ̃ honesta res esset, ꝗ̃ vtilis, ꝗ̃ tibi grata: fretus etiam orationibus tuis, quę peccatorum meorum tenebras possunt depellere, suscepi rem ea conditione: vt nisi per te fuerit examinata, in publicum non prodeat. Lege igitur opus tuum magis, qui non sufficiẽtem ad id hominẽ delegisti ꝗ̃ meum, qui auctoritatis tuę pondere magis ꝗ̃ alia re fretus, onus viribus meis maius suscepi: & ita lege, vt errata emendes, imminuta suppleas, redundantia reseces, male collocata cõmutes. Sic enim tandem immaculata Basilii doctrina non minore, vt cupis, eloquentia in Latinos transibit, ꝗ̃ summa cum admiratione apud Græcos habeatur.

Basilii æuum.

❡BEATI BASILII Magni Archiepiscopi Cęsareę Cappadociensis, de deitate filii & spiritus sancti, aduersus Eunomium, Liber Primus, A Georgio Trapezuntio traductus.



I OMNES super quos Dei ac Saluatoris nostri Iesu Christi nomen inuocatum est, nihil præter veritatem euangelicam conari vellent, sed Apostolorũ traditione ac fidei simplicitate satis haberent, nulla profecto impręsentiarum esset opus oratione: sed quam ab adolescẽtia semper amauimus, taciturnitatem etiam nũc præferremus. Verũ quoniã inimicus veritatis diabolus, qui additionibus semper mala multiplicat: cũ instrumenta nunc quoq inueniat, vniuersam eius artem suscipientia, ad ea quę ab initio in ecclesia Dei seminauit zizania, per christianismi simulationem deitatis vnigeniti negationem adducit: quod in doctrina sancti spiritus syncerum est atq simplex, extera & inani hac sapientia conturbans, ac verisimili ratione simpliciores subducens. Necessario & non tam propter vestrũ qui imperastis amorem, q̃ propter nostramipsorũ tutelam (etsi nulla omnino exercitatione in hoc genere orationis valeamus) tñ hac in re imbecillitatis nostrę obliti, secundũ cognitionis mensuram quæ nobis a domino præbita est, & veritati adesse, & falsitatẽ refutare recepimus. Putauimus enĩ e tribus bonis vnũ oĩno consecuturos: aut enĩ pręoccupatis hoĩbus quasi remediũ morbi, refutationẽ hanc dabimus, aut sanioribus quo se cõseruare possint afferemus, aut omnino ipsi ꝙ optime fratribus cõsuluim⁹, pręmia cõsequemur. Primus igitur qui vnigenitũ filiũ alterius esse substãtię q̃ sit Deus & pater, aperte dicere ausus est (vt nos quidẽ accepimus) Syrus ille fuit Aetius: de quo nõ dicam quibus ab initio educatus artibus in ecclesiã Dei adductus irrupit: ne videar omissa confutatione ad contumeliãdũ accedere: qui vero ad impietatem successit, eamq perfecit Eunomius iste Galata: qui e rebus sibiipsi turpissimis factus illustrior. Gloria enim (inquit) in turpitudine ipsorũ, cum futuris pietati pręmiis eũ honorẽ pretulisset, qui ipsum cõsequeretur, si quæ nullus vnq̃ attigit cõscripsisset: blasphemiã quam pressis adhuc labiis aliqui subloquebãtur, splendidis his suis scriptis ausus est pędicare. Princeps enĩ atq defensor totius hęresis appellari concupiuit. Quamobrem & nobis imprę̨sentiarũ arguendus videtur. Cum vero eadem sit in vtrisq improbitas, perspicuũ est doctorem etiam qui semina præbuit, vna cum docto discipulo refutari: dummodo nobis diuinitus vestris precibus tanta orationis vis concedatur: vt secundũ zelatorem illum phinees, qui per impietatem inter se coniunguntur, eos ambos pariter vno redargutionis ictu configamus. Cum ergo multis eum in oratione sua detineri vitiis possim ostendere, mendacio, ignoratia, cõtumelia, simulatione, blasphemia: cętera quidem trãseunter cõmemorabo: Blasphemiã autẽ quã in celsitudinem maiestatis vnigeniti locutus est (si artis inuolucris denudauero) manifestam omnibus faciam: sed iam ad arguẽdum accedã, ab ipsa inscriptione faciens initium. Prima enim ipsi versutissime simulatio hæc scribendi, excogitata est: vt in responsionis specie doctrinã suam componat, ne sponte impia dogmata exponere: sed coactus ad huiusmodi orationẽ peruenisse videatur. Nã omni pacto prauam hãc & sine aliqua religione pędicationẽ edere, ac in mediũ afferre: quã olim cõcepit & peperit iniquitatem, cupiebat. Verũ si palam doctoris statũ acciperet, nõ solũ audientibus id arduũ intolerabileq futurũ: sed multis etiã minus probatũ, atq seipsum suspitioni obnoxiũ videbat, quasi glorię cupiditate ad innouãdũ deuenerit. Q̃ si per fictionẽ respõsionis verba faceret, & innouationis se suspitionẽ euasurũ putabat, & lõge artẽtiores auditores futuros, Natura enĩ oẽs hoĩes solent lacessitis patrocinari. Idcirco aduersarios calũniãtes accusat & illis oratiõis suę causam annectit. quare vt oĩbus artificiũ ei⁹ fiat pſpicuũ, meli⁹ est ipm ex ordiẽtẽ audire. EVMO. Cũ calũniari (inquit) ac detrahere imoderata lingua & aĩo ingrato improborũ hoĩm atq odio dignorũ opus sciam⁹: eos vero q calũnia min⁹ pbi visi sunt, si totis virib⁹ falsitatẽ redarguẽdo auertere conãtur modestos eẽ viros, & tũ sibi bene cõsuluisse, tũ aliorũ tutelã multi fecisse nõ ignorem⁹. BASI. Grn⁹ igit oĩonis tale quoddã est: quale is adhiberet q nihil simplr̃, nihil sine dolo faceret. Nã & inouãdi ręq̃ suspitionẽ rñdẽdi adumbrat inuolucro, & quasi necessitate ppter calũniãtes ad hos sermones venerit, auditorũ venatur beneuolẽtiã: q̃ fictio inde facile dephendit: ꝙ cũ hui⁹ causę quã dicere simulat, accusatorẽ noĩare habeat neminẽ (accusatoris ꝑsona relicta) ad respõdendũ aggredit. Nec ex clementia noĩatim eos qui sibi molesti erãt, dicere abstinuit: cũ oẽs qui aliter q̃ ipse sentiãt, acerbis maledictis lacessat. Verũ aperte mentiri: & certas accusatorũ personas in mediũ adducere, dedecus sibi putauit. Nã si nũcupate aliquos posset, dixisset pfecto & exclamasset: vt etsi iram

Aetius Syrus dixit filiũ esse creaturam. Eunomius Galata.

Nota technã.

suam non penitus explesset: attamen vt pluribus caueret quibus summopere pspicere pollicetur.lates enim improbitas,ꝗ pdicata perniciosior. Quare cum detractores cognoscimus facilius impudentes eorũ linguas,& ingratos animos effugere solemus. Ipsis enim vtar verbis,quibus ille doctissimus:sed esto nesciamus,qua de causa quando scribebat,reticuit.Nunc interrogetur,nunc respondeat: qui sunt qui eum incusarunt? qui sunt qui peius detrahendo necessitatẽ sibi rñdendi effecerũt? qua ex pte orbis terrarũ venerũt? qui fuerunt iudices apud quos certamen hoc subiit? qđ in iudiciũ hęc accusatio delata fuit? vbi terrarũ aut mariũ cõgregatum? Seleucię ne dicet? at cum sępius vocati ab his q illuc cõuenerũt,vt ea ꝗ inferebant repelleret,cũ obuiã exire nõ auderẽt,taciturnitate sua victi,atq̃ dãnati sunt.Habebatur eñ mihi pariter ad vniuersum illũ cœtũ oratio:qui cõmuni ipietate tanꝗ morbosum mẽbrũ a sano ecclię corpe decisus est.Sed Cõstãtinopoli? at illic nulla ipis erat opus oratione.Nã cũ ex aula regia oẽs & reliquos:q plurimũ posse putarẽtur, ad se cõciuissent,lõge supiores impetu se in res omnes intulerunt,ipsi accusatores,ipsi iudices, ipsi ministri publici,ipsi deniq̃ cũcta poterãt,quãtũ cõcupierãt, alios in periculũ vitę deducẽtes, ipsi magna cũ ptãte iter se ciuitates sortiebantur:tunc e Syria etiam quidã expulsus Cõstãtinopolim quasi ad tyrãnidẽ peruenit.Hic autem iste inexpugnabilis & grauis orator,in peruersę religionis pmiũ Cyricũ obtinuit.Theosebio vero post maximarum blasphemiarum redargutionem Sardiensis ecclesia deuorata est.Taceo Bithyniam,Paphlagoniã,Ciliciã.Pretermitto cæteros quos est depasta circumlata improbitas.Quã ergo respondẽdi necessitatẽ tunc habuit? sed vt arbitror etiã si voluerit mẽdacio vti,nõ potuerit.Quare nihil verius,ꝗ modum hunc dicendi ad decipiẽdum ab ipso excogitarum fuisse.Sed hęc hactenus.Quę vero paulopost ea quę superius retuli conscribit,diligentius considerate.Forte enim nõ erit inutile,anteꝗ impietatem eius redarguamus,pauca de tumore eiꝰ pdicere.EVNO. Peto aũt prę cęteris,inquit,a vobis qui aut his temporibus estis auditurí,aut lecturi postea,ne velitis,maiori parti plus attribuere: ac multitudine verũ a falso discernere:neq̃ dignitate quorundam commoti,mentem offuscari:vel plus antiquioribus deferendo,posterioribus aures obserare.BASI. Quid tu narras? non dabimus plus antiquitati? non reuerebimur Christianorum multitudinem,tam eorum qui sunt,ꝗ eorum qui fuerũt,ex quo euangeliũ pdicatũ est? Nullam rationẽ dignitatis eorũ faciemus:qui oĩ spirituali gratia claruerũt? quibus tu omnibus inimicã hanc impietatis viam & hostilem nuper excogitasti? Sed claudentes simul oculos animi,exterminata cuiuslibet sancti viri memoria,ociosam oẽs atq̃ vacuã subductionibus atq̃ cauillationibꝰ tuis mẽtem nostrã supponemus? Maior profecto esset tua potentia,si quę multiplici artificio diabolus assecutus nõ est, ea tibi solo imperio aderunt. Siquidem omnes tibi persuasi,traditionem fidei,quę pterito tempore omĩ,sub sanctissimis viris euicit,minoris cogitationibus tuis impiis iudicabimus? Huic vero non sufficit eorum qui nunc audient, mentem subducere : sed etiam postulat, vt quicunq̃ multopost sua perlegant,eandem sententiam habeant.O contumaciã hominis:qui vsq̃ ad posteros peruenturam putauit orationem: & immortalem in futurum tempus memoriam sui permansuram.Et his quidem nunc intumescit:qui paulopost ad auditores simulans,quasi omnem tumorem negligens, ita eis dicit:quos vt fictos iudices collocauit.EVNO. Ad hęc(inquit)nobis molesti nõ sitis,si tumorem pariter,atq̃ timorem neglexim9:& pręsenti securitati,ac gratię licẽter de futuris loqui prætulim9.Cũ eñ oĩ afflictiõe terrena ac tpali hac morte terribiliora impiorũ supplicia iudicarem9,nulla re inuolutã

Eunomiũ arrogantia. sed nudã exponẽdã esse veritatẽ putauimus.BASI. Quæ tanta est supbia,quã ista nõ excedit orationis elatio? Cui derisioni contumelia etiam inest,in iudicantes: si quoniã bona grauiter ferant,vix ab offendendo eo reuocantur,qui tumorem vna cum timore negligit:qui pręsentem securitatem contemnit,vt de futuris loquatur licentius:qui postrema illa supplicia temporali hac morte terribiliora iudicauit.Id vero quid est,nisi? Nolite infensi mihi esse iudices qui ad summum virtutis ipsius perueni:qui terrena contempsi:qui omnem viuendi potestatem in cælos transposui. Nouus hic est arrogantiæ modus:nam quibus rebus dissimulat se gloriam negligere,his ipsis ad summam se tollere conatur. Nam si quibus ostẽdit venia esse digna quæ gerit,ea euangelicæ vitæ sunt capita:conijcere inde dat,qualemnã ipsum in omĩ virtute ducere debeamus. Verũ hęc quibus tota fere ipsius volũtas exprimit:multis silentio traditis,hacteñ9 dicta sint:vt per ea quę meritꝰ est,mẽdacii patrẽ ĩ eo locutũ cognoscam9:& ex arrogãtia,qua cõdẽnatus est, pdiscamus:cũ aperte dicat Apostolus:inflatos oẽs in dia-

bolicum crimen incidere. Nunc reliquum est, vt ad redarguendam impietatem accedamus. Principio fidem conscribit, & simplicibus ac indeterminatis verbis compositã, qua multi patrum non ad propositas quęstiones contendẽtes, sed simpliciter secum in syncceritate cordis colloquentes vsi sunt, quam vt ferunt, & Arrius Alexandro, cauillationibus eum captãs, ꝑ posuit, quam & hic quasi suę sententię consentaneam duabus de causis adhibuit. Primum vt innouandi dogmatis suspitionem effugiat. cum ipsorum patrum fidem tanq̃ rectam suscipiat, deinde vt omnes integritate verborum freti, nihil sibi prospicientes, in cauillationum laqueos incidant. Simul autem etiam illud conspexit, ꝙ & sententiam suam ꝓbabilius inducere posset, cum dicta patrum interpretaret̃, & facile impietatem se esse occultaturũ. Q₂ si suspectus foret, sine vlla culpa esse videatur, ꝙ nõ e suo neq; a se dicit, sed alienę mẽtis sit interptes. Qua in re dignum quid risu commisit, & non sensit. Nam cum eandem patrum fidem summis laudibus extulisset, post pauca illam ipsam turpissimis probris afficit. Quod vt apertius pateat, distinctius orationis eius particulas examinabo, sed primum quam proponit fidem ipsis vocibus suis hic scriptis videamus. EVNO. Eam vero quæ iãdiu apud patres obtinuit (inquit) pia traditio tanq̃ amussim quandã aut regulam pręmittamus, vt quæcunq; dicentur tutius per eam possimus iudicare. CASI. Deinde adducit patrum fidem his verbis. EVNO. Credimus in vnum deum patrẽ omnipotẽtem, ex quo sunt omnia, & in vnum vnigenitum dei filium deum verũ dominũ nostrũ Iesum Christum, per quem sunt omnia. Et in vnũ spiritũ sanctũ paracletũ. BASI. Quibus statim annectit. EVNO. Sed simplicior quidem fides, & omniũ communis, qui aut esse aut videri christiani cupiunt, vt breuiter & summatim dicamus, hęc est. BASI. Horum verborũ turpem repugnantiam paulo post ostendemus si prius illud in mentem reduxerimus, hunc illum esse qui incipiens magna cum arrogãtia nudam omni deiecto velamine veritatem se nobis expositurũ pollicebatur. In hac ergo fide, vbi scriptum est: Credimus innascibilitatem ipsius dei esse substantiam, aut credimus essentia dissimilem esse vnigenitum patri. Non hęc scripsisset profecto si quemadmodum pollicitus est, nullo fraudis velamine suam opinionem obumbraret. Verum vt arbitror cum insidiosa vbiq; vtatur oratione, idcirco parumper reticet, ne sermo in liberas aures incidens, incredibilis & reiiciendus videatur. Patrũ autẽ fidem proponit, cuius verba cum indifferentia sint, neq; confirmationi sermonis sui repugnantiam poterant afferre, & ex illis facile seq sua putabat, si inde ad ea quę volebat orationẽ traduceret. Q₂ autẽ hęc vera sint liquido patet. Nam fide patrum breuius scripta, & alia quadam allata causa, ac pręcipue ꝙ nõ esset ea fides om̃ino sufficiẽs a criminãtibus ipsum liberare, illico exponere ipsam aggredit̃. Cur ergo ipsam ꝓposuisti? Cur non statim ad eam orationẽ descẽdisti, quę cum certior erat, tum a criminibus te absoluere poterat? nunc vero proponit quidem eam vt per eam tutius iudicet & rursus emendat, quasi nihil in ea sit integrum. Quare palam omnibus est, ꝙ opinioni suæ tanq̃ hamo ad mortẽ trahenti, dolum escę, integritatem fidei coaptat, & imperitiores ad id qđ apparet vndiq; accurrẽtes, minus cauti puersitate impietatis insigant, ac ne videat̃ absq; causa emendationem eius fidei afferre, quam ipsemet summis laudibus extulit, videte quonammodo ipsi detrahit. EVNO. Sed simplicior quidẽ fides, & omniũ cõmunis q aut eẽ aut videri christiani cupiũt, vt breuiter ac summatim dicamus, hęc est. BASI. Quid ais? pia illa patrũ traditio & amussis (vt ipse appellabas) & regula, & id quo tutius iudicatur: instrumẽtum rursus fraudis ac simulati artificii cęteraq; huiusmodi nũcupabitur? Si em̃ iis qui vere christiani sunt nõ accõmodatur, sed iis qui videri q̃ esse malunt, quidnam aliud q̃ quod dictum est, de ipsa putare conuenit? Quis igitur nisi demens omnino sit, iis qui puerso animo sunt, rectã accõmodati regulã diceret, & amussim veritatis, hostibus veritatis? Nã q appellari christiani q̃ esse vere maluerũt, cum vt multos seducant hanc simulationem subeant, longe ꝑfecto ab omni, quod rectum est, atq; ab omni veritate absunt. Quare vti obliquum nũq̃ diriget̃, vt apud Ecclesiasten legitur, sic ea quibus veritas indicatur, iis qui mendosam vitã elegerunt nunq̃ conueniunt, q̃uis huic videatur, qui ea (vt dixi) de re sic aperte sibiipsi repugnat, vt quo fidem laudat eo conuenire cum piis patribus videatur. quo autem rursus ipsam carpit, eo aditum sibi ad oppositionem eius subaperiat. Quapropter eandem & regulã appellat, & certioris indigere additionis cõfirmat, quod summę ignorãtiæ signum dicerem, si cui gratum fore putarem, etiam hoc subostendere. Regula em̃ & amussis, o doctissime tu, inquantũ nihil eis desit, vt sint huiusmodi, nullam accessionem suscipiũt. Nam cui aliquid

Eunomii ĩpietas.

Regulæ & amussi nihil deesse.

deest, illi additio congruit, quę vero imperfecta sunt, nunq̃ recte amussis ac regulę appellabũtur noībus. Sed de his satis. Nam quę de Deo ipsi excogitatę sunt rationes, considerãdę iam sunt. EVNO. Vnum ergo inquit esse deum, & naturali quodam sensu, & iuxta patrum doctrinam, nec a se, nec ab alio factum ꝯfitemur. Nam verumq; horum ęque fieri nõ potest. Necesse est enĩ omnino quod facit, ante id esse, quod fit: & id ipsum qđ fit secundum esse ab eo quod facit, nihil enĩ seipso prius aut posterius esse potest. Neq; qcq̃ aliud ante deũ, sortiret enĩ potius illud, q̃ quod ab illo secundum est, deitatis maiestatẽ. BASI. Huius gratia vniuersam hanc eius apposui dictionem, vt perspicua fiat tanti viri vanitas in dicendo, qua vbiq; ꝑ rorum orationem vtit. Cum enim dixisset, naturali quodã sensu, & cõmuni omniũ cõceptione natum deũ non esse, demonstrationibus tamen id nititur stabilire, simile iis faciens siqui claro in meridie acuti visus homines ratione quosdã docere velint, solem siderum omniũ esse lucidissimũ. qđ siqs sensu cognitum ratione ostenderet, derideretur. Qui cõmuni conceptione intellecta docet, is quomodo eiusdem amentię non condemnabit? Nam longe ꝑfecto hæc q̃ quę visu videntur, sanę mentis hoībus sunt certiora. Verum siquis in hanc veritatẽ impudenter inueheretur, & quod innascibile est, vel a se, vel ab alio factum contenderet, tanta sermonis vanitas veniam forsan consequeretur: cum vero nullus ad hunc diem, nec eorum qui deforis, nec eorum qui ex ipsa ecclesia in veritatem insurrexerunt, in eam deuenit stoliditatem, vt de innascibilitate eius qui ingenitus est, dubitaret: quid ex hac oratione sequatur nõ video. Num Aristotelis aut Chrysippi syllogismis opus est, vt eũ perdiscam⁹ qui est innascibilis, neq; a se ipso, neq; ab alio natum, nec priorem esse, nec posteriorem seipso? Quorsum igitur hęc sibi? Primum mihi videtur honori sibi apud auditores putasse, si densis arq; minutis excogitationibus suis redundaret, si acutus in prospiciendis incongruis, & acutior in dissoluendo quod suspexit videretur. & harum rerum gratia volubili orationis cursu insuperbire & demonstrationem in minuta deducere, qđ nec a seipso, nec ab alio qui innascibilis est, possit generari. Deinde nec in hoc etiam loco artis suę oblitus est, sed cum in manifestis moram faciat, quasi elementa quędam ad ea quę sequuntur occultius ingerit. Nam illud ociosum ipsi non est. Necesse est enĩ omnino qđ faciat ante id esse quod fit. Sed vt in sermonibus qui de filio ipsi sunt, concessum iam habeat, posteriorem esse filium patre: quoniam quod facit, eo quod fit antiquius est. Ex quo tanq̃ consequẽs id sumet, q; filius ex nihilo factus sit. Verum hanc cõfutationẽ impietatis eius quoad filiũ ad locos suos differamus. Ego autẽ etiã ingeniti siue innascibilis appellationẽ q̃uis summopere cogitationibus nostris cõgruat, tñ quoniam nullo in loco in scriptura ipsam inuenio, & quoniã primũ est elementũ blasphemię istorũ, silentio tradendã merito duxerim. Præsertim cũ patris vox & id possit qđ ingeniti, & ad id ẽt propter relationem cõiunctã sibi, filii cogitationem adducat. qui enĩ vere pater & solus pater est, a nullo est: qui autẽ a nullo est, ingenitus est. Nõ ergo magis ingenitus q̃ pater nobis appellandus est, ne videamur prudentiores esse velle Saluatoris doctrina, qui ait. Ite & baptizate in noĩe patris, patris dixit, & nõ ingeniti. Sed de his hactenus. Quę vero his annexa sũt perspiciamus Cum ergo paululũ processerat, quasi repetens quę dixerat, sic scribit. EVNO. *Si igitur nec ipse ante seipsum, nec quicq̃ aliud ante seipsum ꝓcessisse demonstratum est, ipse autem omnia pręcedit, innascibilitas eũ consequitur: Immo vero substãria ipse est ingenita.* BASI. In his verbis facile attendenti cuilibet est malignitatẽ eius conspicere, nõ autẽ ita facile in lucem eam edere, enitendum tñ, cum in illo spem habeamus qui dat verbum euangelizantibus virtute multa. dixit prius, q; si nec ipse a se est, neq; aliud quicq̃ eum pręcessit, innascibilitas eũ consequitur. deinde qm̃ conspexit ex iis quę posita sunt non id qđ voluit, sed ei⁹ oppositum sequi. Nam si consequens est deum innascibilitas, deforis omnino eum assequit. Quod autẽ deforis est, substantia eius non est: ex quo defluit & corruit vniuersa hęc fraudulenta cõstructio. Ne igitur hoc sibi accidat, videte quid facit. Parum curauit ne derisui esset quem erat subiturus, si sibiipsi nõ consentiret, itaq; correctione ad ea quæ voluit orationem reduxit, dicendo. Immo vero substantia ipse est ingenita. hoc autẽ iis quę pręcesserunt nullo pacto consentit. Quomodo enĩ & vt consequens Deus habet innascibilitatem. & rursus. non vt quid consequens, sed in substantię ratione contentum? Verũtamen non omnino dimittit cauillationẽ sibi corruere. Si enĩ cũ dixisset, tãq̃ cõsequẽs ingenitũ deo inesse, statim hic orationẽ absoluisset, nihil sibi reliquũ esset, quo vel innascibilitatẽ ipsam substãtiã dei dicere posset, vel alterius esse substantię vnigenitũ filiũ demonstraret. Nihil enim eorum quę patrem

Innascibilis vt prĩ, nat⁹ nõ est.

Ingeniti & innascibilis appellatio.

ac filium de foris consequunt,ipsam substantiam possint dissepararate.Nunc autem quoniam intulit,immo vero ipse est substantia ingenita,ostēdit ꝙ ipsum quod Deus est,innascibilitas est.Quod quantas sibi ansas ad impietatem assidue preparauerit, paulopost clarius ostēdit. Quare quod primum dixit e rerum ipsarum veritate prout appositis consequebatur emersit:quod autem postremum apposuit,ex heretica opinione adiectum est, cū turpissime oim hic orator ad correctionem orationis trāssiluerit.Nā quo pacto idipsum & consequēs est,& rursus idem ipsi:cū omnibus perspicuum sit consequens aliud esse,q̄ sit is quē cōsequit?Hic vero excogitata iam via ex eo quod vi rapuit ad affirmandum procedit, ꝙ innascibilitas dei substantia sit,vt hoc demonstrato cōsentaneā habeat,alterius esse substantię vnigenitum,q̄ pater sit.Sed quę ipse dicit audiatis.EVNO.Ingenitum autem dicentes non solum nomine ab hominibus prolato decorandū deū putamus,verūetiā ei reddendū arbitramur qd maxime ei debemus.Id ipsum scilicet quod est confiteri.Nam quę aut excogitatione aut grece catepnoean dicuntur:cum in nominum prolatione solum sint,cum vocibus simul dissoluunt. BASI.Destruit cogitatione in deo innascibilitatem perspici.Putat em̄ facilem hinc sibi aditum fore,vt ostendat innascibilitatem substantiam esse, ex quo nullo repugnante alterius esse substantię vnigenitum filium q̄ pater sit,concludet.Idcirco in verbo cogitationis inhęret quasi nihil omnino significet,sed in sola prolatione vocis subsistentiam habeat, & simul nō esse dignum contendit per cogitationem deū laudare.Ego vero mēte ne tm̄ innascibilitas cōcipiatur an non,nondum assero,anteq̄ ipsa rationis indagatione ad hoc deducamur.Sed qd nam sit epnoea ista ipsum libēter interrogarem.num nihil omnino hoc nomē significat, sed sonus quidam est,qui in vanum ex ore excidit?At quod huiuscemodi est,non magis mentis conceptio,q̄ amentia atq̄ nugatio appellabitur.Quod si concedit, nonnihil significare excogitationem hanc atq̄ imaginationem,sed falsum quiddam penitus & non consistens, vt in fabulis centaturi atq̄ chimęrę:quo pacto id quod falso significatur,vna cum sono oris dissoluitur?cū & si vox in aerem profundatur,in mente tamen quę excogitata fuerunt permaneant?Hęc em̄,cū aliquando falsis omnino,aut vanis cogitationibus,vel in sono,vel in aliis motionibus animi mens expleta sit,si quę memoria retineat,postea voce emiserit,vna cū edita voce & iam ea quę concepta fuerant dissoluuntur.Nam si falsitatis natura simul cum verbis corrumperetur,plurimi esset falsa pdicare.Nō est hęc istius rei natura,nō est. Reliquum igitur est ostendere,quomodo,& quibus in rebus cōmunis consuetudo imaginatione hac & cogitatione vtit,& quo pacto diuini sermones vsum ipsius susceperunt. Conspeximus ergo quęcunq̄ repentina mentis cōprehensione simplicia videntur ac vnica, varia vero ac multiplicia,si subtilius exquiruntur:hæc cū mente diuidantur cogitatione sola, in communi consuetudine diuisibilia nuncupant.vt corpus prima cōprehensione simplex putamus, at cum ipsum cribrauerit ratio,& in colorem,figurā,duritiem,magnitudinem,cęteraq̄ huiusmodi ex quibus compositum est,dissoluerit:varium ostendit & multiplex. Rursum quęcunq̄ non subsistunt quidem, sed picturata quadam mentis & phantastica virtute configurata sunt: vt quę poetę ac pictores ad stuporem eorum qui ea sensu percipiunt,prodigiose depingūt:hæc quoq̄ imaginatione prospici communiter dicuntur.His nō distinctis,vel ex ignorātia, vel ex malitia,de excogitatione eorum quę non subsistunt sola nobis Eunomius philosophatus est.Neq̄ de hac qualitercūq̄ se habeat natura,narrauit. Non em̄ signare quicq̄ q̄uis falsum sed penitus nihil significans nomen eius,atq̄ in sola pronunciatione subsistere putauit. Atq̄ tantū abest,vt de vanis solum & phantasticis rebus nomē hoc pdicetur: vt post primam in nobis a sensu factam impressionem,subtiliorem comprehensę rei ac certiorem intellectū epnoean plerūq̄ nominemus:vt tritici simplex intellectus omnibus inest,quo id cum occurrerit statim cognoscimus. Cum vero diligentius inquirimus,tunc multarum rerum speculatio accedit,& diuersa nomina res ipsas significantia.Idem em̄ triticum,nunc fructum,nūc semen,nunc cibum appellamus.Et fructum quidē quasi pręteriti agricolarum operis finem:semen vero ceu futuri initium.rursus cibum,vt restaurationem corpori comedentis cōgruā. Quorum vnumquodq̄ mente inspicitur & oris sono nequaq̄ euanescit, sed considerātis animo excogitarū inhęret.Et vt in vniuersum dicā,omnia quę sensu cognoscūtur, cū subiecto simplicia videātur,multiplicem vero rationē speculata suspiciūt,cogitatione pcipi dicūtur. Huiusmodi fere vsum in hoc nomine diuina quoq̄ nos ratio docet:verum reliqua propter multitudinē ptereo,vnius vero solū nō importunam faciam mentionem. Dominus noster

Cōseqns

κατ᾽ἐπίνοιαν.

Poetæ pictores.

Epnœa.

Iesus Christus, cum de seipso verba faciat, & deitatis in homines affectum ac incarnationis gratiam subaperiat, quibusdam proprietatibus, quas in ipso speculati possimus, eam significauit. Portam enim seipsum: viam, panem, vitem, pastorem, lucem, nominauit: non quod multiuocus quidem sit, nec enim cuncta hęc nomina ad idem inter se conferunt. Siquidē aliud lux, aliud vitis, aliud via, aliud pastor significat, sed cum vnus subiecto sit, vna substantia simplex & non composita, aliter atque aliter seipsum nominat, cogitatione diuersas inter se appellationes sibi accommodans. Actionum namque diuersitate, beneficiis, & habitudine, diuersa quoque sibi nomina imposuit. Nam cum se mūdi lucem dicit, partim inaccessibilē diuinæ glorię maiestatem hoc nomine significat, partim quod splendore agnitionis eos, qui animi oculos purgauerunt illuminat. Vitem vero, quod omnes qui in eo per fidem radices egerunt, felici bonorum operationum fructu enutriat. Panem autem, quod rationali sit cibus idoneus, retineatque constitutionem animę ac proprietatem ipsius conseruet, semper a seipso quod defluxum est restituens, neque ad irrationalem dimittens infirmitatem subduci. Ita siquis singula nominum pertractabit, multiplices atque varias rationes inueniet, quis vnū secundū substantiam iis omnibus subiiciatur. Quisnam ergo sic paratam ad blasphemandum habet linguam, vt dicere audeat simul cum vocibus his, etiam mentis imagines dissolui? Cur igitur absonum eadem in deo omni pacto quadam cogitatione comprehendi? Iam idipsum, ingenitum scilicet, de quo nobis tota hęc habetur oratio, non alio modo dictū inueniemus. Incorruptibilem namque ac ingenitum deum dicimus diuersa mentis agitatione his nominibus appellantes. Nam cum in transacta iam secula respicimus, ac omne superare initium vitam dei inuenimus, tunc ingenitum ipsum affirmamus. Cum vero per secula futura mentem extendimus, tunc infinitatem eius in nullum terminum exeuntem, incorruptibilem appellamus. Quemadmodum igitur quoniam absque termino est, vita ipsius incorruptibilis est: sic quia sine initio est, ingenita nominata est. Sed hęc vtraque, mēte speculari solemus. Quęnam igitur ratio repugnabit verū quod horum nominum & epnœa dici, & eius rei esse confessionem, quę vere deo inest? Ille vero veluti si hęc regugnarent ac simul esse non possent. alterū ab altero penitus disseparat, cogitatione scilicet ac mente quicquid dici de deo, & adimplere ipsi eius quod est, confessionē. Verum id quoque non pretermittendū, quod mirabilis isti religionis simulatio in auditorū euersionem excogitata sit, cum dicit EVNO. Nolle per cogitationem humanam decorare deū cum ingenitum appellat, reddere autem ipsi quod maxime ei debemus, cum idipsum quod est cōfiteatur. BASI. Quibusnam verbis tantam volubilitatem artis digne quispiam cōsequetur? simpliciores omnes terrere nititur, quasi non reddentes deo quod debent, nisi innascibilitatē substantiam esse confiteantur, & debiti redditionem propriam impietatem appellat, vt nihil a se dicere videatur, sed quod ex necessitate deo debeatur explere. Itaque omnibus ostendit, quod si innascibilitatē in substantia ipsa posuerint, sine culpa dimittentur: si aliter pie dici opinarentur, tanquam negligentes id debitū quod omniū antiquissimum est maximeque necessariū, sine deprecatione diuinam in se iram excitaturos. Quas ob res ego libenter ab ipso peterem, sit ne in omnibus quę de Deo dicuntur, pariter gratus, an in hoc verbo solum? Nam si nihil penitus mente inspicit, ne humanis deum appellationibus decorare videatur, cuncta similiter substantiam confitebitur, quę de Deo dicitur. Quonam igitur pacto nō deridendus, si creatiuum substantiam esse dicat? si prouidentiam rursus substantiā, eodem modo præscientiam & omnem itidem operationem substantiam putet? quę cuncta si ad vnū tendūt significatū, necesse est vt in multiuocis idem possint, sicuti cum Simonem, Petrum, Cepham, eūdē dicimus Quare si quis audit inalterabilem esse deū, ad innascibilitatem subducetur, & qui audit impartibilem, ad creatiuum deferetur, qua confusione quid vnquam absurdius fiet, quod cū propriam cuiuscunque nominis potestatem abstuleris, contra communem cōsuetudinem & doctrinam spiritus leges ponas? Nonne cum de Deo audiamus, quod in sapientia omnia fecit, creatiuā tūc eius artem docemur? Cum autem, quod aperit manum eius & implet omne animal benedictiōe bonę voluntatis prouidentiam suam, quæ per omnia transit? Cum vero, quod posuit tenebras latibulum suum, inuisibilis naturę eius admonemur? Cum rursus e persona ipsius dei dicimus. Ego sum, & alteratus non sum, idētitatem ęternam, incommutabilitatemque diuinę substantię discimus? Quomodo igitur nō furere te perspicimus, si propriam cuique nominū potestatem inesse non putes, sed contra veritatem, idem omnia posse nomina determines? Deinde etiam si hoc dabimus, neque sic magni aliquid ad intentionē eorum accedet. Si enim hęc omnia

Christ[9] porta seu. Ostiū. Via. Panis. Vitis. Pastor. Lux.

Multinoca i deo.

cum de Deo ac patre dicunt substantiam significat,incõmutabile dico & inuisibile & incorruptibile,palam est φ similiter etiam de vnigenito dei filio dicta,substantiam significabunt, inuisibilem enim,incommutabilem:incorruptibilem ac impertibilem, cæteraq; huiuscemodi filium dei nominamus.Ita subtilis eorum argutia in oppositum ipsis reuoluetur.Non enim magis propter vnius appellationis diuersitatem, dissimilem in substãtia filiũ poterũt demõstrare , q̃ propter plurium conuenientiam ,similem necessario ex iis quæ dederunt,confiteri cogentur.Q; si se diceret in sola ingeniti voce tali vti reuerentia,in cęteris vero id nõ obseruare,rursus ipsum interrogabimus,quęnam hęc est disseparatio,vt cũ tam multa sint quę de Deo dicũtur,in hoc vno tantum curam ostendat,atq; in hoc vno ipsi adimpleat eius qđ est confessionem,in cęteris vero,quę plurima sunt, humanis eũ cogitationibus decorare nõ renuat?Nam qui plura debet,non magis gratus si vnum aliquid reddet iudicabitur,q̃ excedens ingratitudine si plurima detinebit.Sic igitur suis artibus capitur,quemadmodum versuta bestia,ea ratione magis refutatus,qua se magis tutum arbitratus est.Sed quę deinceps sequuntur attendite.Demõstratione adducta,vt putat,φ impossibile sit cogitatione innascibilitatem concipere,infert.EVNO.Nec vero per priuationem.priuatio enim omnis eius qđ natura inest priuatio est,& posterius habitu.BASI.Hoc autem φ e mundi huius sapientia loquitur,qua diductus hanc sermonis nouitatem ingressus est, non est arduum demonstrare.Aristotelis enim sunt,vt qui legerũt vtiq; dicerent,hæ de habitu ac priuatione rationes sunt,quibus in libro qui de categoriis inscribit, posteriores habitibus priuationes affirmat. Quare nobis ostendere sufficiebat,non ex doctrina spiritus,sed ex sapientia principũ huius seculi,hęc eũ dicere,ac illud Psalmistę ad ipsum exclamare. Narrauerũt mihi iniqui fabulationes,sed non vt lex tua. Vt cũ disceremus non e doctrina Domini nostri Iesu Christi esse quę dicũtur,vocem ipsius domini recordemur qua dicitur:Quando quis loquit mendaciũ, e seipso loquitur.Atq; hoc pacto verborũ multitudinem nobis concideremus,cũ hinc vniuersis palam faceremus,nihil ipsis nobiscũ esse commune.Etenim quęnam conuentio Christo ad Belial,aut quę pars fideli cũ infideli?Verũ ne videamur inopia redargutionis ad taciturnitatem confugere,age de iis etiam pauca disseramus,& multa eorũ quæ de Deo dicuntur Eunomi simili proferri figura videmus,vtputa incorruptibilis,immortalis, inuisibilis, cuiusmodi esse ingenitũ ducimus.Quę siquis priuatiua nominat,nihil ad nos.Nec enim scimus verba diligenti arte perquirere,nec eos qui sciũt beatos ducimus. id tamen scimus qua lesciq; reliquas voces quas enumerauimus putes,tale dicendũ ingeniti quoq; esse vocabulũ. Quare quemadmodum incorruptibile non inesse Deo corruptionem significat, & inuisibile omnem oculorũ comprehensionem eũ excedere,& incorporeũ non inesse ei trinam dimẽsionem,& immortale nũq̃ dissolutionem ipsi futuram:sic & ingenitũ generationem ipsi non inesse significat.Si igitur reliquorũ nullũ priuationem ostendit,neq; hoc. si vero illa concedis priuatione proferri,in appellatione vero ingeniti hoc non admittis,age dic quo habitu præcedente priuationem incorruptibilitas monstrat?aut cur non eodem modo ingenitũ,etiam capiamus? Verũ circa hoc solũmodo verbũ maligna vtitur arte , quoniam hinc impietatis rationes sibi dependent. Vt autem liquido eius pateat artificiũ,ita facite,quas in appellatione ingeniti rationes versat, φ nec humana cogitatione,nec priuatiue par est vt de Deo dicatur,easipsas traducentes in aliud quiddam eorum,quæ de Deo dicuntur , considerate. Omnibus enim ad vnguem accommodantur.Et si vultis de incorruptibili eadem dicamus, ipsam suam dictionem huc transferentes.Incorruptibilem vero dicentes non excogitatione humana decorare deum oportere putamus,Verumetiam reddendum ei arbitramur qđ maxime ipsi debemus.Id autem est ipsum quod est confiteri,nec per priuationem.priuatio eñ eius quod natura inest priuatio est,& posteri⁹ habitu.Cur magis de ingenito decet hęc philosophari q̃ de incorruptibili,& omino de qualibet voce,quæ eodem modo proferatur?Sed nihil aliorum ei ad impietatem opitulatur.Idcirco de reliquis nulla ipsi est mentio,q̃uis infinita sint,quę pariter de Deo dicunt:quę res ita se habet, vnũ quidem nomẽ inueniri non potest qđ totã naturam Dei complexum sufficiat satis edere, plura vero & varia in sua qualibet significatione & si tenuem omnino atq; pusillam,ad totius nobis tamẽ sufficientẽ significationem conuertũt.Eorũ igitur quę de Deo dicunt nomina,hęc quidẽ quę insunt,illa vero quę nõ insunt Deo,significant.nam ex his duobus, negatione videlicet eorũ quæ absunt & eorũ quę insunt,confessione,secutis character Dei nobis imprimitur:vt puta cum incor

Aristotelis autho ritatẽ re spuit.

Incorruptibile. Inuisibile.Incorporeũ. Immortale in Deo.

ruptibilem nuncupamus, nobis ipsis vel audientibus dicere videmur, corruptioni Deũ sub iacere non posse, & cum inuisibilem ꝙ non suspiceris oculorum ipsum sensu comprehendi, quando vero immortalem, ꝙ non putes mortem vnq̃ posse Deo accidere. Simili ergo modo cum etiam ingenitum, quod a nulla causa, a nullaq̨ origine esse Dei depẽdere arbitreris. Sic ex quolibet ipsorum docemur, ne in turpes sententias incidamus, cum de Deo aliquid cogitamus. Itaq̨ vt pręcipuam proprietatẽ Dei pernoscamus, alter alterum cum de Deo habetur oratio, detinemus: ne cogitatione ad ea quę nõ oportet deferamur, neq̨ putemus corruptibile aliquid, aut visibile, aut genitum Deum existere. Itaq̨ omnibus his nominibus ablatiuis veluti quędam negatio inest eius, quod a Deo alienum est. eruditur ẽm sic mens nostra, alienaq̨ facile respuit existimationes. Rursus bonum, iustum, creatorem, iudicẽ, aliaq̨ huiuscemodi deum esse dicamus. Verum vt ablationem quandam rerum alienarum, & abnegationem illę voces significabant: eodem ista pacto aliquid ponunt eorum quę Deo conueniũt & circa eum inspiciuntur. Ex vtroq̨ igitur appellationis modo docemur, vel de iis quę adsunt ꝙ adsunt: vel de iis quæ absunt, ꝙ absunt. innascibilitas autem id significat, quod non inest. Ostendit ẽm Deo generationem non esse, qđ siue ablatiuum, siue priuatiuum, siue negatiuũ, siue quid huiusmodi quispiã velit appellare, nihil differre putabimus. Q̃ ergo non eorũ quę Deo insunt innascibilitas quicq̃ significat, his dictis palã (vt arbitror) patet. At substãtia nõ est eorum quę non insunt, sed idipsum esse Dei, quod in eorum quę non sunt reperit̃ numero coaceruare, summę amentię est. Si ẽm substantia in numero eorum quæ nõ sunt, contine tur, quonam modo alia quæ de Deo dicunt̃, Deo inerunt? Demonstratum est autem his quę absunt, innascibilitatem connumerari: mentitur ergo qui ipsius substantię hanc vocem esse significatiuam putat. At vero Eunomius tanq̃ incongruum sit priuatiue quicq̃ de Deo dici idq̨ grauiter ferens, ad aliud magis impie dictum refugit, & in ipsa substãtia innascibilitatẽ imposuit, ac orationem tanq̃ ad caput colligens sic conscribit. EVNO. Ergo si nec cogitatione, nec priuatione, neq̨ ex parte (impartibilis ẽm) neq̨ in ipso vt aliud (simplex enim) neq̨ ꝑ ter ipsum aliud (vnus ẽm & solus ingenitus) necesse est ipsam innascibilitatem ingeniti esse substantiã. BASI. Perduxit tandem orationem quo voluit, & cum vndiq̨ innascibilitatẽ ex truserit, in ipsam vt arbitratus est, substantiam compulit, dicens de Deo ꝙ ipse sit ingenita substantia. Ego autem substantiã Dei ingenitam esse ipse quoq̨ confiteor, non tñ innascibilitatem esse substantiam. Deinde illud etiam attendere oportet, ꝙ impartibile atq̨ simplex cũ idem sit (Impartibile enim est quod e partibus non componitur. Simplex pariter quod non a pluribus constituitur) hic quasi diuersa subiecto alterum ab altero separat. Itaq̨ docet non oportere in partes Deum decidere, neq̨ aliud eius ingenitum, aliud genitum suspicari, nec rursus, tãq̃ aliud alii adiacere ipsi innascibilitatem arbitrari. Quorum verborum vanitatem redarguere vereor. Videtur enim quodam modo similis esse ei qui vana dicit, is qui contra dicit. Quapropter, vt ego arbitror, sapiens admonet Salomon, non esse amenti respondendum, prout amentia eius flagitat. Quæ enim nunq̃ dicta sunt, ea hic in diuisiones conduxit, vt multis enumeratis, vnico tñ pacto innascibilitatem commode dici videatur inuenire. Nobis autem forte longiori opus esset oratione, vt mendacem comprobaremus, & innascibilitatem non esse substantiam Dei demõstraremus, si quæ ipsi per diuisionem enumerata sunt, non essent liquido refutata. Nam etiam si ratio illa vim haberet, ꝙ nec cogitatione, nec priuatione innascibilitas dicitur, tamen non omnino quod intulit consequeretur. Quid enim necesse est sub vno enumeratorum ea contineri? Verum quoniam ipse quasi necessario adhęrens iis quæ præcedunt, illud infert: Ergo si nec imaginatione inest, nec priuatione nec alio modo ex his qui enumerati sunt, ipsum profecto quod est innascibilitas est. Sic nos conuertentes dicemus: immo quoniam cogitatione inspicitur, & priuatiuum nomen est, non est substantia Dei innascibilitas. Quousq̨ ẽm quę nobis dicta sunt non refutat, nec suis propositionibus vires affert, nullũ vnq̃ quod ipsi colligitur locum habebit. Quod vero putat ipsius Dei se omnium solum ipsam adinuenisse substãtiã, intolerabilis est superbię ac tumoris. Fere ẽm & ipsum qui dixit: Ponã super astra sedem meã, iactantia superat. Quippe qui non stellas aut cælum aggreditur, sed ipsam Dei substãtiam mente se iactat consecutum. Nos vero ab eo exquiremus, qua ratione ipsam comprehendisse ꝑdicat, ex cõmuni ne cõceptione? sed hęc Deum esse: nõ quid Deus sit, nobis subiicit. An ex doctrina spiritus? quænam illa est, aut vbi inuenitur? Non magnus ille Dauid, cui incerta occultaq̨ sapiẽtię suę Deus manifestauit, in

Positiua in deo.

Innascibilitas ñ ẽ substãtia dei.

Substantia Dei ingenita ẽ. Impartibile Siplex

Vana dicenti nõ cõtradicẽdum.

Superbiã Luciferi superat Euno.

Deus qd sit &c.

comptehensibilem esse cognitionem Dei apette confitetut dicens:Mitabilis facta est scientia tua ex me,confortata est & non potero ad eā.& Esaias,qui ad speculationem diuinę maiesta tis ascendit,quid nobis de substantia Dei explanauit?Quippe cū de christo prędicetet testa tus est dicens:Geneeationem eius qs enareabit?Quid vero electionis vas Paulus ille:q Chri stum in se loquentem habuit,qui ad tertiū vsq raptus est cælum, qui vetba audiuit ineffa bilia,quę non licet homini loqui,quam de substantia Dei doctrinam nobis reliquit? Quippe cum ad dispensatiuas particularius deuenisset rationes,quasi deficiens peoptee eius specula tionis inuiam viam,exclamans vocem illam emisit.O altitudo diuitiarū sapientiæ & scietiæ Dei:incomprehensibilia sunt iudicia eius,& inuestigabiles vię eius.Qz si hęc etiam ii qui ad mensurā cognitionis Pauli euaserūt consequi non possunt,quantū eos tumere arbitramur qui ipsius Dei substantiam sciee peofitentur?Ex quibus equidē læto peequitam animo,quid nam de teeea in qua manent,& in qua nati sunt sentiant,quam nobis substantiam eius expo nunt:vt si de his terrenis & quę sub pedibus sunt aliquid nobis perspicue disseeant , tunc de mum ipsis etiam de his contendēribus,quę omnem intellectū excedunt,credemus.Quæ igitur terrę substantia est?quis compeehensionis modus?nobis respondeant. Vtrū ratio ad hāc cō prehensionem deuenit,an sensus?Si sensum dicent,quo sensuū comprehensa est,visu ne? sed colores hic petcipit.an tactu?& hic duritiē & mollitiē,calidū & frigidū,& huiuscemodi cęte ra discernit,quę nullus nisi qui in summam dementiā subuectus est,substātiam dicet. de gu stu veeo & olfactu,quidnā oportee dicere?quoeū sensuū alteri humores,alteri vapoees obii ciuntur.At auditus sonorum & vocum sensus est,quę nullam ad terram habēt affinitatem Quas ob ees reliquum est,ratione ipsos affirmaee terrę substantiam inuenisse,qua tādē?quo loco scripturę edita?a quo sanctoeum tradita?Quippe qui de eeeum ceeatione disseeuit,tm nos docuit,q in principio fecit Deus cęlum & teream,terra autem erat inanis & vacua.Suf ficere em putauit ipsum qui eam fecit & exornauit prędicaee,quæ veeo substantia eius esset, quasi eem vanam & audientibus inutilem,inquirere neglexit.Quaptoptee si nec sensus testi monio nec eationis doctrina,terrā quis nosse potest affirmate,vnde se dicent comptehensio nem ipsius habuisse?Nam quod in ea sensibile est,vel coloe est,vel magnitudo, vel grauitas, vel leuitas,vel densitas,vel raritas,vel durieies,vel mollities,vel frigiditas,vel caliditas, vel humorū qualitates,vel figurę diuersitas:quaeū eerum omniū nihil hi substantiam dicēt,q uis omnia facile affiemare soleant.Rursus ratione nulla sapientiū & beatorū vlli virorū pspe cta est:quis igitur comptehensionis modus relinquetur? Respōdeāt nobis qui cūcta quę sub pedibus sunt,despiciūt,ipsum vero etiā cęlū,& omnes intelligibiles potestates ptransiēt, ac ipsi summę substātię p intellectū coniūgūtur.Sed videtue arrogantia omnes hominum mot bos superate,ac veee Diaboli eos quibus inest,crimine implicare. Qua ex re isti etiā terrę na tueam quam calcant quęnam sit nescientes,ipsam se ingressos substantiam Dei iactant.San ctis quidem suis Deus,Abraam,Isaac & Iacob,quoeū propter consummatam virtutē,Deus nominaei quasi quid pręcipuū ac decens maiestatē suam voluit,Deū Abeaam seipsum appel lans,& Deū Isaac & Deū Iacob.Hoc em mihi nomē est peepetuum inquit. His igitue sanctis nec nomen suū manifestauit Deus,nedū substantiam suam reuelauit.Ego em inquit Domi nus,visus sum Abeaham,Isaac,Iacob,cū sim Deus ipsorū,& nomen meum non manifestaui eis:tanq videlicet maius q possit humanus auditus accipere.At Eunomio(ve videtur) non modo nomē,verū etiā ipsam substantiam suam Deus ostendit?& eem tam abditā quę nullis etiā sanctorū patuit,ipse in libris conscribēs edit,& publicā temerarie omnibus facie.Ee ea q dem quę pmissionibus nobis ppaeata sunt,omnē cognitionē excedūt humanā,& pax Dei o mnē mentē supeeat,ipsam aūt substantiā Dei nō patiē supra omnē intelligētiā & cognitionē hominū esse.Ego veto non solū hoīes,sed & oēm rationalē naturā vinci a comprehensione ipsius existimo.Rationalē autē nūc natueā creatam appellaui. Nam filio soli notus est patee & spiritui sancto.Nullus em cognouit pateē nisi filius,& spiritus cūcta inquirit & profundi tates Dei.Nullus em inqt sciuit quę hoīs sunt,nisi spūs qui est in ipso,& quę Dei sunt, nul lus cognouit nisi spūs qui est ex Deo.Quid ergo pręcipuū cognitioni vnigeniti aut sancti spi ritus relinquēt,si ipsi diuinā substantiā penitus comprehēdūt?Nec em potētię,bonitatis, sa pientię Dei speculationē vnigenito attribuētes,propoetionatā sibi ipsis accōmodabūt substā tię intelligentiam,cū eius oppositum potius verisimile sit.Ipsam quidem substantiam omni bus pręterq vnigenito & spiritui sancto inuisibilem esse , ab operationibus autem Dei nos

Terrę substātia sensu nō cōprehēditur.

Nec ratione.

In arrogantiam

Nomen dei ignorauerūt patriarchæ.

Pater solis filio & spiritui sācto notus.

subleuatos,& per ea quæ facta sunt,factorem intelligentes,de bonitate ipsius ac sapientia ad monstri.hoc enim est cognoscibile Dei qđ cunctis hominibus Deus manifestauit.nam quæcunq; apud Theologos de substantia Dei conscripta videntur,tropologia quadam vel allegoria ad alias sententias pergunt.Quare siquis subtiliori examine secundum promptiorem sensum nudis insistete literis contendat,ad iudaicas & aniles fabulas deuolutus, inops perpetuo dignę de Deo intelligentiæ consenescet. Ad illud enim ꝙ materialem quandam substantiam Dei intelliget,& impiis hac re gẽtibus coaceruabitur,variam etiam & compositã suspicabitur:quoniam Propheta ex electro supra lumbos Deum esse pernarret, ex igni autẽ inferiora esse conflata.Quare qui non ad altiorem intellectũ ascendit per ea quę scripta sunt sed corporeis inhęrens descriptionibus,talẽ esse substantiam Dei & ab Ezechiele persuasus, rursum ignem esse a Moyse audiet,& a dicto Daniele ad alias imaginationes deducet, & sic non falsos solum,verũetiam inter se repugnantes de litera colligere sensus inuenietur.Quas ob res & hanc substantię indagationem tãq̃ impossibilem nobis omittamus,& simplici ac integro Apostoli cõsilio credamus:qui dicit.Credere enim primum oportet ꝙ est Deus,& sic quærentibus eum remunerator.Non eñ si inquirimus quid est, sed si quoniam est confitemur,salutem nobis pręparat.Verum quoniam neq; intelligibilis neq; effabilis, naturę hominis omnino substantia Dei demonstrata est:reliquũ est de innascibilitate ipsa qd est, & quo pacto in Deo inspicitur;breui percurrere.Inuenimus igitur hæc cogitãtes,ꝙ non ex inuestigatione qua quid est inquirimus,ingeniti nobis substantia occurrit:sed potius(vt quasi coactus hoc dicam verbum)ex ea qua inquirimus, quomodo est. Cum enim intellectus noster quærit,si Deus omniũ causa superiorem aliã causam habet,nec vllam possit adinuenire,ꝙ sine principio sit vita eius,ingenitũ appellauit. Quemadmodum eñ cum de hominibus ratiocinamur,& hunc ab hoc natum esse dicimus,non quid sit,sed vnde natus sit enarramus: sic & in Deo vox ingeniti nõ quid sit,sed non esse ab alio ipsum,significat. Verum quod dico, hoc modo fiet magis perspicuum.Euangelista Lucas secundum carnem genealogiam Dei & saluatoris nostri Iesu Christi exponens,& ab vltimis ad primos rediens,incipit quidem a Ioseph,& eum Eli,Eli autem Mathã fuisse dicit, atq; hoc pacto per resolutionem ab Adam ipsi tandem narratio deducitur. Et cum de supremis dixisset Seth esse ab Adam : Adam vero a Deo,ascensus cursum hic terminauit,nec substãtias eorum significat quos, generationem vniuscuiusq; narrando,enumerauit:sed origines proximas,vnde quilibet natus est,exposuit Quemadmodum igitur ille Adam e Deo asserit:si sic,nos e nobis ipsis quętemus:Deus vero ex quo est?nonne prę manibus erit cuilibet respondere,ꝙ a nullo est?& qđ sine principio est, id ingenitũ est.Quare sicut in hominibus non erat substantia ex alio esse, sic neq; in Deo idipsum quod est ingenitum,cui eque a nullo esse substantiam dicere possumus. Qui vero idipsum quod est sine principio esse substantiam dicit,simile illi facit,si quis interrogatus quęnam Adæ substantia & quę natura eius fuerit,respondeat hãc eius fuisse substantiã ꝙ nõ viri ac mulieris conuentu,sed diuina manu formatus sit. At qui non quo pacto productus sit interrogaris(quispiã obiiciet)sed ipsum eius materiale subiectum,a cuius cogitatione propter huiuscemodi responsionem longius absum.Quod & nobis accidit cum ex hac ingeniti voce,quomodo Deus est,magis q̃ quid sit natura eius doceamur. Verum si quis velit vera esse quæ a nobis dicuntur,penitus perdiscere,seipsum examinet, cum eorum aliquid quæ in Deo sunt,voluerit intellligere,quonam pacto in ingeniti significationem ingredit? Ego eñ video quemadmodum cum in futura secula mentem producimus,interminabilem eum appellamus,qui nullo termino vitam habet terminatam:Sic & cum ad superiora secula cogitatione conscendimus,tanq̃ in effusum pelagus in infinitam Dei vitam deducti,cũ nullam originem vnde sit capere possimus,sed vltra oĩe quod intelleximus excedere Dei vitam inspiciamus,eo ꝙ est sine principio vita eius:ingenitum ipsum nũcupamus. Hic eñ sensus ingeniti vocis est,non habere aliunde substantiæ suæ principiũ. At Eunomius quoniam in Deo omnium solo ingenitum inspicitur, facinorosissime illud ad vnigeniti blasphemiam rapuit. Quid eñ progrediens ait?EVNO.Ingenitus autem cum sit,vt demonstratione iam præcedenti patuit,nunq̃ ita generationẽ suscipiet,vt cũ nato naturam suam communicet,sed omnem vtiq; participationem ac comparationem ad genitũ,fugiat.BASI.O turpissimam blasphemiam atq; nequissimam!O abditam fraudem! O multiplicem malitiam! quam maxime ex ipso Diaboli artificio loquit,cum enim dissimilem Deo ac patri vnigenitum filiũ & Deũ

Deus ex electro & igni falso credit⁹.

Innascibilitas Dei.

velit ostẽdere:patris ac filii nomen silẽtio tradit,atq; de ingenito ac genito solũ differit:ita salutaris fidei occultat nomina,& nuda tradit dogmata & blasphemię:vt impietate in teb⁹ versata,cum ad ea quæ sequunt̃ progressio fiat,nihil ipse improbe dicere videatur,sed orationis vi iam præparatam habeat blasphemiam.Ingenitus autem cum sit(ait) effugit vtiq; omnẽ participationem ac comparationem ad genitum.Non dixit pater ad filium, sed ingenitus ad genitum.Vnum igitur tale est astute ipsi excogitatum:alterum autẽ quale sit, considerate.Ingenitus vero cum sit(inquit)nunq̃ generationẽ suscipiet,cui addit : vt cum genito naturam suam communicet. Qđ dicit,nunq̃ suscipiet generationem:duplicem habet sensum:alterum q ei⁹ naturæ nunq̃ accõmodabitur passiua generatio,cum impossibile sit ingenitam naturam generari:alterum q generare nunq̃ patietur.secundum quẽ sensum hac voce vsus est,q̃uis multos cõfundit,quasi priore sensu dictum. Q; vero quod diximus prępatet,liquido qđ affert̃ ostẽdit.Nã cũ dixisset,nunq̃ generationẽ suscipiet,statim adduxit,vt suã naturã cũ genito communicet,quod ad secũdũ sensum cõsequitur.vt scilicet pati non possit pater fieri,ne propriã naturam cũ genito communicet: qua impietate quænã fieri potest perniciosior?Quis vnq̃ tantam iniquitatem in celsitudinẽ locutus est?Ego certe vereor,ne nos quoq; cum alienas blasphemias iterum atq; iterum repetimus,nostram mẽtẽ polluamus,atq; ita condemnatione quoq; participemus.Sed me consolat̃ quod in Euãgelio est,quoniam & spiritus sanctus Iudæorũ in dominum blasphemiam scriptam posterioribus tradere non recusauit.Hãc illorũ quasi in statuis scriptam,cunctis notã faciens blasphemiã non immaculatę maiestati vnigeniti aliquã afferens blasphemiam . Q; si nunq̃ generationẽ suscipiat vt propriam cum genito naturam Deus communicet , pater non est.Nec vero se præstat imperfectũ relinquere,quod blasphemum est.Hic enim non suscepit generationẽ:ille vero nõ communicauit genitoris natura.deinde ipse secũ certat vanã blasphemiæ consolationem excogitans,nõ q quicq̃ dicat quod ad pœnitẽtiam pertineat,sed q iis q̃ sequũtur certat superare q̃ dixerit:quid enim proferre sustinuit?EVNO.Effugiat vtiq; communitatem omnem & comparationẽ ad genitum.BASI.At nisi comparatio sit filio ad patrem, nisi communicatio cũ genitore,falsi sunt Apostoli,falsa Euangelia : ipsa etiã veritas domin⁹ noster Iesus Christus:sed rursum horresco blasphemiam,quã cuiq; facile est conspicere.Nã si nullam habet comparationem ad patrẽ:quomodo dicebat Philippo : Tanto tempore vobiscum sum,& non cognouistis me?Philippe,qui vidit me, vidit & eum qui me misit.Si enĩ nullam communicationem,nullam comparationẽ pater habet ad filium,quomodo in seipso patrem ostendit filius?Nec enim per dissimile ac alienum comprehendi potest, quod ignoratur,sed propinquo propinquum cognoscitur,sicut in impressa figura imprimens character inspicitur,& per imaginem exemplaris habetur cognitio,cum hinc nos conferamus eã quę est in vtroq; identitas . Quare hac vna blasphemia omnes despexit voces,quę a spiritu sancto nobis ad glorificationẽ vnigeniti traditę sunt.Cum & euangelium doceat q hũc pater signauit deus.Et Apostolus.Qui est imago dei inuisibilis. Imago non inanima nec manu fabricata,nec artis & cogitationis opus,sed imago viuens,immo vero ipsa vita:nõ in figurę similitudine:sed in ipsa substantia identitatem retinens.Ego vero id qđ dicitur in forma Dei esse,æquum ei quod est in substantia dei esse,assero.Nam sicut formam serui suscepisse,hominis substantiam Dominum suscepisse significat:sic cum in forma Dei esse dicat, diuinæ substantiæ ipsi profecto attestatur proprietatem.Qui me vidit (inquit) vidit & patrem.At hic alienum ab vnigenito patrẽ faciens,& penitus rescindens a communitate ipsius:assensum cognitionis qui per ipsum fit,quantũ in eo est,abscindit.Quæcunq; habet pater,mea sunt,Dominus ait:At Eunomius nullam(inquit) communicationem esse patri cũ eo qui ex ipso est.Et sicut pater in seipso vitam habet,sic dedit & filio in seipso vitam habere.Hoc ab ipso docti sumus domino.At vero quid ab Eunomio?Nullam esse comparationẽ genito ad genitorem.& omnino hac vna voce imaginis destruit rationem: & splẽdorem,ac characterem subsistẽtis respuit.Nam nec imaginẽ eius,cui nihil potest comparari,possibile est intelligere:nec splendorem esse ipsius quæ communicari natura non potest. Eodẽ igitur iterũ atq; iterũ in artificii genere immoratur, cũ ingenito dicat nõ esse cõparationẽ ad genitũ.Nõ inqt patri ad eũ q ex ipso est,vt quã his vocibus inhęrẽtẽ oppositionẽ ostenderit, hãc in ipsam substãtiã patris & filii trãsferat. Verum ne si omnes ipsius psequamur blasphemias,& singula eorũ quę dixit,damnare conemur,longa nimis oratio nobis contexatur:q̃

Generatio passiua & actiua.

Fili⁹ quãlis imago sit patris.

cũq manifestam habent impietatem & a seipsis legentibus patēt,prętereamus:quę vero ratione aliqua opus est redarguere,hęc apponamus.Multis em̃ modis incõmunicabilem filio patris substantiam cum affirmarit,atq vndiq(vt putat)absurdum esse ostenderit:hęc adduxit.EVNO.Nec em̃ dicere possumus cõmunē qdē vtriusq substantiā esse,ordine vero & tēporis eminentia,hunc priorē,illū posteriorē.qm̃ certe oportet in omnibus q̃ excedūt aliquam esse excessus causam Substātię autē Dei,non tempus,non æuum,non ordo coniūctus Nam ordo ordinātē posterior est:& nihil eorum q̃ Dei sunt,ab alio est ordinatū. Tempus vero stellarū,qualis quidam est motus.At stellę non solum ingenita substantia, cunctisq intelligentiis:sed primis etiā corporib⁹ posterius factę sunt.De ęuo autē quid oportet dicere cū aperte scriptura ꝓdicet,ante ęuū deū esse?BASI.Supposuit primo qđ voluit,deinde idonea suę causę capiens,& in absurdos sensus seipsum extrudens,necessariā putat huiuscemodi dogmatū tradidisse doctrinam.Ait em̃ ꝙ communē esse vtriusq substantiā,ordine vero & temporis eminētia hūc esse primū,illū aūt posteriorē,dicere non possumus.Si igit̃ cõmunē substantiā sic intellexit, quasi ex ꝓcedenti materia distributionem ac diuisionem in ea quæ ab ipsa sunt intelligat,talē etiam ipsi sentētiā nequaq̃ suscipim⁹.Absit: & siqui id dicūt,eos non minus impios,iis q patrē filio dissimilē dicūt,cēsemus.Si vero hoc qs modo cõmunicationem substantiæ accipiat,vt essentię rationē vnā & eādē in vtrisq inspiciat, vt si substantia patris lux subiecto intelligat̃,lucem & vnigeniti substantiam ꝑfiteatur: & quamcūq aliquis patri attribuat rationē, hanc ipsam & filio accõmodet:siquis inquam sic cõmunicationē substātiæ capiat,suscipimus:& hoc nostrū esse dogma dicemus. Sic em̃ & deitas vna ex substātiæ videlicet rōne intellecta vnitate,vt distinctio p numerū sit, & ꝓprietatibus quib⁹ vtrūq designat̃:ratione vero deitatis vnitas inspiciat̃. Verū cū determinatū sit quo pacto oporteat cõmunicationē substātię intelligere,q̃ deinceps sequunt̃,quā coniunctionē ad præcedentia possideant inuestigem⁹.Ordine vero(inquit) & tēporis eminētia, ille primus,hic secūd⁹.Cur necesse est,si qbus est substātia cõmunis,ordini ea subiici & esse tēpore posteriora?Nōne pōt vna cū sua imagine sine tēpore choruscata,Deus omniū ab æterno esse:nec vltra tempora solū,sed ęuo etiam omni ipsi cõiūgi? Nā idcirco splēdor dicitur,vt cõiūctionē intelligamus:& character substantię,vt cõsubstātialitatē perdiscamus. Verum est ordo hic quidem naturalis,ille vero artificiosus.Naturalis quidē vt creaturarum qui creatiuis rationib⁹ disposit⁹ est,& numeri dispositio,& causarum ad causata habitudo:cum illud semper profiteatur,ipsius quoq naturę factorē esse Deum,& creatorem. Artificiosus autem & excogitatus,sicut in iis quę construunt̃,in disciplinis etiam ac dignitatibus aliisq huiuscemodi.horū primum cum occultasset Eunomius,secundi ordinis mentionem fecit. Ait em̃ non oportere dicere ordinē esse in Deo,quoniā ordo ordinātē posterior est. Illud vero aut non conspexit,aut volēs prudensq occuluit:quoddam videlicet ordinis esse genus,non nostra cõstitutū positione,sed ipsius naturę vi consequens,vt igni ad lucē quę ab ipso est. Nā in iis priorem esse causam dicimus,posterius vero quod ab ipsa est: nō interuallo hęc ab inuicem disseparantes,sed cogitatione,prius q̃ causatum,causam intelligentes.Quonam igitur pacto rationem habet,ordinem in iis negare in quibus est prius & posterius nō positione nostra,sed naturali quadam rerum cõsecutione?Cur igitur in deo ordinem respuit? Arbitratur, si ostēderit nequaq̃ prius in Deo intelligi,reliquum se habiturum: in ipsa scilicet substātia excessum demonstrari.Nos autem secūdum habitudinem causarum ad ea quæ ex ipsis sunt,patrem filio præponi dicimus:naturę vero diuersitate nequaq̃,neq temporis excessu.Alioquin nec patrem ipsum esse re confitebimur,cum alienitas substantię naturalem respuat cõiūctionē.Sed quoniam ad definiendum temporis naturam in omnibus hic sapiēs delatus est,hinc etiam q̃ firma,q̃ circumspiciens sit mens eius,consideremus. Temporis ergo dicit,qualem quendam stellarum motum,solis scilicet ac lunę,reliquarumq,quibus vis inest,qua per seipsas moueantur.Quod igitur a creatione cæli ac terræ ad stellarum vsq ꝓductionem fuerat interuallum,quidnam fuisse in Meteororū hic scientia peritus enunciat? Qui em̃ mūdi cõstructionē virtute spiritus conscripsit,quarto die illa magna luminaria & reliquas stellas asserit ꝓductas.Quare tēpus in illis dieb⁹ nō erat:siquidē stellę nōdū mouebant̃.Quo.n.pacto moueri poterāt,q̃ factę nōdū erāt?Rursus qñ cū Gabaonitis Iesus Naue bellū gerebat quādo sol mādato ligat⁹ stabat immobilis,& in suo loco luna morabat̃: tempus tūc nō erat?Quid igit̃ interuallū illius diei noiabimus?Quā appellationē excogitabis?

Ordo prioritatis & posterioritatis tpalis nō est inter patrem & filium.

Ordinis qđdā genus.

Tempus

Moses.
Iosue.
Tēpus sine motu solis.

Nam si natura tēporis defecit,æuū videlicet ꝑ eo dices intercessisse:sed æuū paruā diei partem appellare omnē excessum amētię superat. Verū vt videt & magna ingenii vi diē ac noctem,quasi stellarū motu putat fieri,& has esse partes tēporis:quare & tēpus,stellarū qualē motum censuit,nec id ipsum sentiēs qđ dicit. Non eñ qualē,sed si stellarū motus est quātum potius erat dicendum. Quis vero sic oīno puer est mēte,vt ignoret dies,mēses,horas, annos,mēsuras tēporis esse nō partes? Tēpus aūt qđ mundo coextenditur spatium,quo motus omnis,siue stellarū siue animaliū cęterarumqꝫ rerum mobilium mēsuratur, & quo velocius atqꝫ tardius aliud alio dicim⁹. Velocius qdem qđ plus spatii minore in tēpore ptrāsit: at tardius qđ maiore tēpore per minus spatii mouetur. Eunomius vero quoniā in tpe stellæ mouentur,tēpus ab eis creari iudicauit. Qđ si ita est,secūdū hāc sapientissimi hui⁹ viri rationē,quoniā & papiliones in tēpore mouent,diffiniemus tempus quedā esse papilionum motum. Nō eñ ab hac ratione,q̄ ab eo dicta est differt,nisi forte dignitate verboꝝ. Sed hactenus huiusmodi:vos q̄ sequunt cōsiderate. EVNO. Atqui(dicit)nec vt qualitas aut magnitudo aut quātitas in substātia Dei poterit inhęrere. Liberū eñ ab omni cōpositione deū esse necesse est. Qꝫ si hoꝝ nihil vnq̄ pie cōplicatū intelligere cū substātia Dei possumus,q̄nā amplius ratio dabit,ad vnigenitā substātiā eā,quę genita est conferre? cū ea quę secūdū substantiā est similitudo,aut cōparatio,aut cōmunicatio, nullū excessum vel differentiam derelinquat:ęqualitatem vero palam faciat:& cū ęqualitate simul ipsum quoqꝫ ingenitū ostēdat,q assimulat vel comparat. Nullus aūt sic stolidus est,sic ad impietatē audax,vt cum ipse domin⁹ palā edixerit:Pater qui me misit maior me est:ęqualē patri filiū audeat pdicare? Et rursus post pauca. Verū qui Deus omniū,ingenit⁹ est & incōparabilis. BASI. Plurib⁹ omissis dicta vt arbitror sufficiūt,cū ad pniciosos sermones tendit, nonnulla q̄ ab hoībus concedi possunt soler pmittere,vt eorū pspicuitate & gratia,de reliquis quoqꝫ sibi facilius credatur. Nihil(inquit)substātię Dei,neqꝫ vt forma,neqꝫ vt magnitudo,neqꝫ vt quantitas inhærere pōt:qm̄ ab oīni cōpositione liberū esse deū necesse est. Ad hūc vsqꝫ locū grat⁹ est. In his vero q̄ deinceps sequunt,in seipsum redit. Tanq̄ eñ ex pmissis necessario sequētem blasphemiā coniūgit dicens. EVNO. Qꝫ si horū nihil vnq̄ pie complicatum intelligere cū substantia Dei possumus:q̄nam amplius dabit ratio,ad ingenitā substantiam eā quę genita est conferre? BASI. Quā hęc inter se rerū cōsecutionē habēt, si Deus incōpositus est nō posse filiū ei similē esse? dic tu mihi,nōne filiū quoqꝫ pariter dices,nec magnitudinem, nec qualitatem in seipso cōtinere:& ab omni penir⁹ cōpositione liberū esse? Ego eñ ne si insanires quidē ausurum te arbitror,aliud quid affirmare filiū esse,q̄ incorporeū & absqꝫ qualitate ac figura & omnibus iis,q̄ de patre diceres. Cur igit non piū cēses,ei q absqꝫ qualitate est, eū qui qualitatē nō habet cōparare? & eum q absqꝫ quantitate est,ei qui quātitatē nō habet:& oīno incōpositū incomposito? Hic vero simile qdē ad qualitatē,æquale autem accommodat ad magnitudinem,sed quātitatē si aliquid putat pręter magnitudinē esse,ipse clarius explanabit. EVNO. Idcirco(inqt)nec ęqualis nec similis,qm̄ nec quantus est,& absqꝫ qualitate est. BASI. Ego vero in hoc ipso pono similitudinē,qꝫ sicut pater ab omni cōpositiōe liber est:ita & filius simplex oīno & incōpositus. Et similitudinē nō formarū qualitatis idētitate, sed ipsa substātia pspici arbitror. Nā quibuscūqꝫ forma vel figura natura adiacet, iis idētitate qualitatis in est formarū similitudo:q̄ vero sine forma & sine figura natura est:reliquū est vt similitudinē in substātia ipsa,& ęqualitatē,nō in mēsura magnitudinis: sed identitate virtutis possideat. Christus(inqt)Dei virt⁹ & Dei sapiētia. tota enim virtus paterna ipsi videlicet inest. Quare & q̄cūqꝫ videt patrē facientē ea & fili⁹ similiter facit. EVNO. Sed similitudo inqt,q̄ secūdū substātiā est,nullū cōparationis excessum vel distinctionē derelinquēs,ęqualitatē penitus efficit. BASI. Quomodo nullā dicis distinctionē derelinquit,nec saltē eam quæ inest causis ad ea quæ ex ipsis sunt,ad hęc adducit? EVNO. Quis autē ita stolidus est vel ad impietatem audax,vt æqualem patri filium prædicet? BASI. Dicamus igitur ipsi ad hæc illa prophetica,qꝫ frons mulieris meretricis facta est tibi:noluisti erubescere. Illæ nāqꝫ sua pbra pudicę viuentib⁹ ingerūt:& hic eos q maiestatē vnigeniti magnificate cupiūt,amētes & ad impietatē audaces vocat:eisdē reb⁹ cōturbat⁹ q̄bus olim & Iudęi exacerbabant,dicentes,qꝫ æqualē seipsum facit Deo. Et certe(nulli aūt mirū qđ dicā videatur)magis nescio quo pacto illi videbant consequentiam rerum pspicere. Grauiter eñ ferebant,qꝫ Deum patrē suū appellabat: ex quo a seipsis ratiocinabant,qꝫ ęqualem se Deo faceret:quasi necessario conse-

Aeuum.

Mēsuræ nō ptes tēporis q̄ sint.

Veloci⁹. Tardius

Ironia.

Filius vt pater simplex.

Similitudo i deo

Meretricis frons Eunomio.

quaſi ſi patrem habeat Deũ, Deo quoq; ęqualem eſſe. hic aũt primum concedens, ſecundum abnuit, & dñi vocẽ nobis obiicit dicẽtis. Pater meus qui me miſit, maior me eſt. Nec apoſtolũ dicẽtẽ audit: ꝙ nõ rapinam arbitratus eſt ſe eſſe æqualem Deo. Atqui ſi ſecũdũ rationem tuã innaſcibilitas ſubſtãtia eſt: ſi volebat ſecũdũ ſubſtãtiã exceſſum oſtẽdere, profecto dixiſſet ꝙ ingenitus maior me eſt. hęc vero veſtra ratio eſt ꝙ appellatio patris operationem non ſubſtantiã ſignificat. Cũ igiĩ maiorem filio patrẽ dicitis, operationẽ opere maiorẽ dicitis: omnis aũt operatio eis per menſuram cõgruit, quę ex ipſa facta ſunt, & magna quidẽ magnorum operũ, exigua vero minoꝝ eſt. Maiorẽ ergo patrem hac ratione ꝓfiteri nihil aliud eſt, ꝙ incommenſurabilem operi operationẽ opinari, & fruſtra aſſerere, ad magnitudinẽ opationis Deũ motum fuiſſe: cum non potuerit opationi ſuæ ęquale opus ꝓducere. Itaq; nobis e duobus alterum neceſſario decidet. Aut em̃ nomen patris non opationẽ ſed ſubſtantiam ſignificabit: quo pacto cauillatoria ipſis ſimilitudine ratio facile delebiĩ cum patri filiũ id eſt operationi ſimilẽ arbitrentur. Qualem em̃ voluit (inquiũt) pater, talem & fecit. Qua etiam ratione voluntatis imaginem nuncupant: aut ab hoc ſibi cauentes nõ dicẽt maiorẽ filio eſſe patrem: qm̃ omnis operatio ſi nihil deforis repugnat ꝓprio operi cõmẽſurabilis eſt. Verũ hęc ad cõfutationẽ eius inconſtantię quã in dogmatibus habẽt, dicta ſufficiãt. Illud autem

Pr maior vt ſit filio.

Maius quõ qd.

cui nõ eſt perſpicuũ ꝙ maius, aut rõne cauſę, aut virtutis ꝑſtãtia, aut excellẽtia dignitatis, aut magnitudinis exceſſu diciĩ? Magnitudine igiĩ nõ intelligi maius iſteipſe iã in ꝓmiſſis aſſeruit, & res ita ſe habet. Qm̃ in magnitudine maius tm̃ eſt quãtũ minus & amplius. Quę vero incõphẽſibilia magnitudine, imo ſine magnitudine, & ab omni quãtitate lõge remota ſunt: ea qs alterũ ad alterũ mẽſurabit? Quorũcũq; vero impoſſibilis eſt comparatio, quo pacto in ipſis id qđ excedit cognoſcetur? Virtute autẽ deficere Chriſtum Dei virtutem dicere, valde puerile, & hominũ eſt qui nõ audiũt dñi vocẽ dicentis: Ego & pater vnum ſumus: & vnũ ꝓ ęqualitate virtutis capiẽtis, vt ab ipſis euãgelii verbis demõſtrabimus. Cũ em̃ dixiſſet, ꝙ nullus aliquẽ eoꝝ qui in me crediderũt, e manu mea rapiet: & ꝙ pater qui mihi dedit, oĩbus maior eſt, e cuius manu nemo qcq̃ rapiet: adiũxit. Ego & pater vnũ ſumus. Vnde palam eſt non aliter ꝙ pro ęqualitate ac identitate virtutis vnũ accepiſſe. Præterea ſi Dei ſedes, vt nos quidẽ credim⁹, dignitatis nomen eſt: a dextris determinata patris dño ſedes, qđnam aliud ꝙ dignitatis ęqualitatẽ ſignificat? Ad hęc etiã in gloria patris vẽturus expectaĩ. Quas ob res reliquũ eſt, vt cauſę ratione maius hic capiaĩ. Nã quoniã a patre origo eſt filii, hoc maior eſt pater ꝙ cauſa eſt atq; origo. quapropter dominus ſic dixit. Pater me⁹ maior me eſt: vt eo ꝙ pater eſt maior eſſe intelligatur. patris autem nomen quid aliud oſtendit: nonne cauſam eius q ex ſe natus eſt, atq; originẽ? Atqui etiã ſecũdũ ſapientiã veſtrã maior aut minor ſubſtãtia non diciĩ. Itaq; tũ ſecundũ vos tum ſecundum veritatẽ ipſam, nullo pacto exceſſum in ſubſtantia propoſita hęc verba ſignificãt. Magnitudine vero patrẽ filio eſſe maiorem hic ipſe pernegat, cum nullam oportere in Deo quãtitatẽ intelligere aſſerat. Quare nullus alius relinquiĩ niſi q a nobis dictus eſt maioris modus, qui eſt ſecundum cauſam atq; originem. Verũ quã ſecũdũ maius excogitauit blaſphemiã, talis quędam eſt. Illud aũt admiratione dignũ, ꝙ in paucis ad contrarios ſermones verbis deuolutus, vtpote ⁹ oculis animi cęcitate percuſſis repugnantiã eorum conſpicere nequiuit. Quare adeo alien⁹ a pace Dei eſſe videtur, quã Dominus noſter iis qui vere ac ſyncere in ipſum crediderunt, dimiſit dicẽs: Pacẽ relinquo vobis, pacem meam do vobis: vt non aliis ſolum, ſed etiam ſibi ipſi repugnet. Nam cum maiorem dixerit Deum ac patrem vnigenito filio: & eos qui ęquales aſſerunt quaſi ipſe hac de re neceſſarias haberet demonſtrationes, inſanos appellarit: videte quę poſt pauca conſcribit. EVNO. Verum ꝙ Deus omniũ ingenitus eſt ac incõparabilis, pluribus omiſſis, dicta ſufficiũt ad demõſtrationẽ. BASI. Quare ab eo quęraĩ: ſi incõparabilis Deus eſt, vnde exceſſus eius comprehenſus eſt: cum maius ex comparatione inſpiciatur eorum quę exceduntur? Quonam igitur pacto, & maior eſt & incõparabilis? Verum vt alienam a ſubſtãtia Dei vnigeniti ſubſtantiã poſſet cõfirmare, cõparationẽ maioris ad ſubſtantię diuerſitatem ſuſcepit. Ruſum vt ad creaturas filium deduceret, incõparabilem eſſe patrem aſſeruit. Nouã profecto ad incomparabilem viam ad blaſphemãdum is cogitauit: qui ſimulando Deũ ac patrẽ extollere, vnigeniti Dei deiicit maieſtatem: ꝓſertim cum dominus atteſteĩ ac dicat. Qui non honorat filium nõ honorat patrem, & qui me contemnit nõ me cõtemnit, ſed eũ qui miſit me. Ex quo inimicus veritatis, q hęc eis dicere ac ſcribere ſub

Vnum ꝓ æqualitate in virtute.

Sedes Dei.

Pr quomõ maior filio.

Pax domini.

ministrauit,illud inspexit: φ si ad intelligẽtiam eos maiestatis vnigeniti cęcos efficiat,ipsā quoq; Dei ac patris cognitionẽ simul ab ipsis auferat:vt & si videantur pręstantiam quandam Deo ac patri attribuere,nullum tamen inde commodū consequantur:cum ea via quæ ad ipsum ducit priuati sint.Nā & Iudęi gloriam Deo afferre putant, & gentes audies magni quid velle de Deo dicere:Deum tamen ipsos magnificare absq; fide in Christum.p quē ad cognitionem deductio fit,nemo recte sapiens vnq̄ putabit.Incomparabilem igitur Deū dicit,vt eo creaturis ęqualē filium esse ostendat,qđ pariter abest a maiestate patris.Quæcū φ eā equali excedunt mensura,ea inter se ęqualia esse necesse est.Tantum autem secūdum rationem ipsorum,Deus ac pater vnigenitū filium excedit , quantum & aliorum singula. Tale nāq; incomparabile est,vt ab oībus pariter distet,& nulli sit accessibile.Quare si æqua liter aliis a patre filius deest,ęqualis illis est,quibuscū deest.Qua blasphemia quid peius vn q̄ Iudęi dicerent?Quid vero a gẽtibus audire possumus?Deinde nō erubescūt: qui Dei verbum colere se fingunt,Iudęis ac gentibus iocunda grataq; documenta proponẽtes.Nam si patri non cōparatur filius,vt neq; angeli,neq; cælum,neq; sol,neq; terra,neq; animaliū quę in illa sunt,quicq̄,aut plantarum:quo pacto ad proprias creaturas diuersitatē habebit?aut vnde ipsi ad genitorem coniunctio?Ego inquit & pater vnum sumus. Iterū enim eius dicti memoriam faciemus.At tu dic mihi,non hoc conferentis seipsum verbū est?Quid dixi conferentis:immo vnientis,vt ita dicam,& naturę identitatē hinc comprobantis?hic vero incomparabilem esse deum censet,& bonitas quidem Dei & saluatoris nostri Iesu Christi oēs homines prout capere possumus meditatione & exercitatione bonorum operum ad simulationem Dei omnium perducit his verbis. Sitis perfecti sicut & pater vester qui in cælis est. hic verò vnigenitum naturali cum patre coniunctione,quantum in ipso est,priuat.q̄uis & hæc ratio aduersus istum ipsum detorquebitur.Si enim incomparabilis est pater,qua ex re dissimilitudinis demonstrationes accipiet?Nam si alteram substantiam alteri conferēdo dissimilitudinem inuenisse inquiet,quomodo qui confertur incomparabilis est? Q; si nec initiū quidē cōparationis habet,vnde potuit hāc diuersitatē percipere?Ita videt φ malū est nō solū bono esse contrarium,verūetiam sibi ipsi : a quo liberet nos gratia Domini nostri Iesu Christi:quocum patri gloria & cū sancto spiritu nunc & in secula seculorum.Amen.

Deū honorare nemo potest absq; fide de Christo.

Incōparabile qđ

FINIS.

EIVSDEM BASILII MAGNI SERMO SEV LIBER SECVNDVS DE FIlio in refutatione dogmatis Eunomiani ab eodē Trapezuntio traductus. BASI.



VM igitur in ea oratione quā de Deo omniū habuit,blasphemias in filiū Dei subaffirmauerit,vt potuit,ipsi deīde vngenito filio linguam immisit.EVNO.Quid eā inquit,& vnicus filius,vnigenit[9] enim:de quo,si vt poteramus sanctorū voces apposuissemus,quib[9] filium genitură & facturā pdicāt,p diuersitatem nominū substātię quoq; diuersitatem obtendentes,ab omni cura atq; negocio liberi essemus.Sed propter eos qui corporeā generationē putātes vniuocationibus cæspitāt,necesse est forte de his etiam pauca dicere. BASI.Hęc ille.Ego vero si vt de re ficta,sic de hac vniuersa oratione oporteret excogitare,quo pacto in vanis auditoriis ad meditationē eius qđ in re falsa verisimile est,adolescētibus vt declamāt pponitur,qm̄ & pariter illis cūcta adumbratę pugnę similia sunt:ad accusatores non constitutos ad pugnam,ad accusationem nō pdictam,responsio:ad iudices,qui nulli esse vident,oratio:si sic inquam & hæc audire oportet,& ipe hāc īqsitionē omitto,& cęteros admoneo nulla cura dicta eius versare: sed si maiora sunt q̄ pmittit,& multis suspicari accidit,nōnullā esse apud eū curam veritatis:pfecto necesse est put possumus,singula redarguere. Sed quis īquisitiōis modus iustior fiat,q̄ vt his documētis q̄ a spiritu nobis tradita sunt,orationē cōferam[9]?Siqd illi congruū inueniam[9] id suscipiam[9]:qđ vero aduersus illa pficiscit,id vt nobis īimicū effugiam[9].Quare primū illud ostēdat,quinā e sanctis genitură & facturam Christū dixerūt? Quas scripturę voces ī demōstratiōe habet?Nā si beati Petri voce in Actib[9] apostoloꝝ pscripta innitit, vbi dicit:Sciat oīs domus Israel,φ dn̄m ipsum & Christū Deus fecit:quē vos crucifixistis. Primū nihil ad id qđ q̄rit,habet hoc testimoniū.Nā cū pmisit ostēdere a sanctis dici factură esse filiū,testimoniū pbuit de Deo & patre,qđ fecerit.Nec eā illud dicet licere sibi cū de

Declamatiōis forma.

tãtis reb⁹ verba faciat, deductiões quasdã & deriuatiões noim excogitare. Nã si ociosi etiã verbi supplicia in die iudicii patiemur: multo min⁹, si de tãtis reb⁹ qcq̃ inouam⁹ sine pœna dimittemur. Et forte illd qdẽ tãq̃ cõgruũ Deo & patri diuina rõne docemur: hoc vero nõ posse accõmodari vnigenito, spũs sctũs p ea q̃ tacuit demonstrauit. Quonã igit̃ pacto, rutũ est, hac voce fecit traducta, facturã factorẽ oĩm appellare? Nã si hmõi appellatio idonea ei erat, nõ fuisset silẽtio a spũ tradita. Sed in creaturis qdem iuenim⁹ a verbo fecit facturę appellationẽ esse traductã: in filio autẽ Dei nequaq̃. In principio (inquit) fecit Deus cœlum & terrã. Et rursus. In factis manuũ tuarum meditabar. Et, inuisibilia eius a creatura mũdi per ea, quę facta sunt, intellecta cõspiciuntur. Itaq; in quib⁹ oportet hoc nomen scriptura suscipiẽs, in Domino nostro & saluatore Iesu Christo quasi non decens magnitudinẽ maiestatis obticuit. Et secutim quidẽ, & lapidem angularem, & lapidem offensionis, & petrã scandali, cęteraq; huiuscemodi: in quibus nõ multum laudis esse videt̃ iis qui ad significationem nominum nõ perueniũt, dominũ glorię appellare nõ erubescit: facturã vero nusq̃ omnino nominauit. At iste ab ipsis recepisse sanctis hoc nomẽ ait: vt non solũ suo tẽpore prẽsentes calumniis persequat̃, sed eos etiam sanctos qui olim fuerũt. Verũ prẽterq̃ q᷑ indecens atq; periculosum est audacter huiuscemodi res inuadere, ac a seipso Domini nomina transformare: Apostoli etiã sensus nõ tradit eam filii subsistẽtiam, quę ante secula fuit: de qua nobis in prẽsentia sermo est: nõ enim de substantia ipsa Dei verbi quod in principio erat apud Deũ, sed de eo qui seipsum exinaniuit in serui forma, & factus conformis huic corpori humilitatis nostræ, & crucifixus ex lãguore, pspicue differit. Et hoc vnicuiq; notũ est qui parumper Apostolicę dictionis intentionẽ animo voluit. q᷑ non Theologiæ nobis modum tradit, sed dispensationis sermones aperit. Dominũ enim (inquit) & Christum Deus fecit, hunc Iesum quem vos crucifixistis. hac demõstratiua voce ad humanitatẽ ei⁹ & id quod visibile est manifestissime se cõuertit. at hic vocem hanc (fecit) ad generationem vnigeniti quę a principio fuit transfert: neq; illud ipsius faciem confundit, q᷑ Dominus non substantiæ est nomen, sed potestatis: quare qui dixit Dñm ipsum & Christũ Deus fecit, rerum omniũ principatum & dominatum dicit a patre filio commissum: nõ de processu eius ad esse narrat. Verum hæc paulo post demõstrabimus, cũ redarguemus ipsum prẽter voluntatẽ spiritus, scripturę afferre testimonia: nunc ad ea q̃ continentur, proficiscamur. Quid ergo hoc nomen sibi vult? aut cur nam facturam factorem omnium appellare conatur? Deprauata seipsum decepit cauillatione: qui ex diuersitate noĩm, substantiarũ differentiã ostendere putauit. Quis eñ mẽtis cõpos huic rõni accedat: Quorũ noĩa diuersa sunt, earũ substantias differre necesse est? Nã Petri ac Pauli & oĩno oĩm hoĩm etsi diuersę sint appellatiões, tñ vna est substãtia oĩm. Quapropter & in plurimis inter nos cõuenim⁹, iis pprietatib⁹ solũ q̃ circa singula inspiciũtur ali⁹ ab alio differẽtes. Quare appellatiões etiã nõ substãtias, sed pprietates qbus singuli designant̃ significãt. hic est vt cũ Petrũ, nomẽ videlicet hoc audiam⁹, nõ substãtiã ei⁹ intelligam⁹. Dico aũt nũc substãtiã materiale illd subiectũ, q᷑ eo noĩe neq̃q̃ significat̃: sed earũ pprietatũ q̃ circa ipm inspiciunt̃, sensum cõcipim⁹. Illico eñ p hanc vocẽ intelligim⁹ Ionã qui fuit ex Bethsaide Andreæ fratrẽ, q ex piscatore in apostolat⁹ ministeriũ vocat⁹ est. Qui qm̃ fide pstabat, ecclĩę in seipo ędificationẽ suscepit. Quorũ oĩm nihil substãtia est, aut subsistẽtia intellectu cõprehẽsa. Nomẽ itaq; hoc figurã qdẽ nobis Petri circũscribit, ipsam vero substãtiã neq̃q̃ subaperit. Rursus cũ Pauli nomẽ audiam⁹, aliarũ cõcursum pprietatũ cõcipimus, Tarseñ. scilicet, Hebręũ, scdm legẽ Pharisęũ, Gamalielis auditorẽ, ecclesiarũ Dei ex zelo psecutorẽ: q terribili ad cognitionẽ visu deduct⁹ est, q Aplus gentiũ fuit. Hęc eñ cuncta vna voce Pauli circũscribunt̃. Atq; si verũ est cõtrario mõ eorũ se habere substãtias, quorũ noĩa diuersa sunt: oporteret certe Paulũ & Petrũ & oĩno cũctos hoĩes, alterum ab altero alteri⁹ esse substãtię. Verũ qm̃ nemo ita ignotãs est, ita cõis oĩm naturę impitus, vt id dicere aĩm inducat. e luto eñ vt ego, & tu format⁹ es, nil aliud eñ hic sermo q̃ idẽtitatẽ humanæ substãtię significat. Mentit̃ itaq; q ex diuersitate noĩm diuersitatẽ substãtiæ inferri cauillat̃. Nec eñ natura rerũ noĩa sequit̃, sed posteri⁹ noĩa rerũ inuẽta sunt. Q; si illd verũ eẽt, oporteret ẽt vnã & eandẽ eorũ esse substãtiã, quorũ eædẽ sunt appellatiões. Quã ob rẽ qa virtute cõsummati, Dei appellatiõe dignati sunt, cõsubstãtiales Deo vtriq; oĩm. hoĩes essent. Verũ vt hoc dicere furor ẽ pspicuus, sic ille sermo ęquali demẽtia cõtinet̃. E dictis itaq; pater, q᷑ in patre quoq; ac filio nõ significãt substãtiã noĩa, sed pprietates desigñãt. Nullum ergo

Agnominationes Christi.

Fecit de⁹ Christum.

Petrus apostol⁹

Sup hãc petram ędificabo ecclesiã meã.

Paulus apostol⁹

illa ofo locũ habet,q̃ cõmutatiõe noím cõtrarietatẽ ſubſtãtiæ adducit.ſic eñ priꝰ q̃ cætera ſeipm̃ deiicit.Nã ſi diuerſa ſunt factũ & genitũ,diuerſę vnigeniti erũt ſubſtãtię ex diuerſita te noím cõſecutę.ꝙ ſi id dicere demẽtiũ eſt,neq; illđ eorũ eſt q mẽtis ſunt cõpotes. Hic aũt ſe ſimulat infinitas habere demõſtrationes,ꝙ apđ ſctõs viros factura dicit̃ filiꝰ.Verũ q̃ſi ad ea q̃ ſibi ꝓpoſuit feſtinãs,mentionẽ ad pñs facere renuit.Eſt aũt & hoc artificioſa verſutia, cũ ſibi ofo deeſt,tũc taciturnitatẽ añponere.Nã ſi teſtimonii vmbrã haberet,q̃ vnigenitꝰ fa ctura diceret̃:aures nr̃ę audiẽdo ſurdeſcerẽt.Deĩde inqt ꝑpter eos q corporeã gñationẽ pu tãtes vniuocationibꝰ ceſpitãt,neceſſe ſibi eſſe de his ẽt breuiter dicere.Sed qdnã vetabat cũ ſcripturę priꝰ teſtimoniis orationẽ firmaſſet,ad imbecilliũ poſtea emendationẽ accedere, & qđ ex vniuocatiõe fit nocumẽtũ mitigare?ſi tñ aliqđ vnq̃ qbuſdã accidit aut accidet. Quis eñ ſic oĩno carneã habet mentẽ, ac diuini ſermonis inexptus eſt : vt cũ audiat diuinã gña tionẽ,ad imaginatiões deferat̃ corporeas?in qbus copulatio eſt viri & mulieris, matricis cõ ceptio/plaſmatio/informatio,exactis tpibus foras pceſſio.Quis adeo eſt pecudũ ſiĺis,q cum audiat Deũ verbũ a Deo pdire,& adhuc ſapiẽtiã ex deo genitã, ad corpis paſſiões cogita tionibꝰ decidat?Verũ hęc quoq; cũ aliis ad ꝓbabilitatẽ ofonis ſimulatio ipſi excogitata eſt: vt cõmiſeratiõis gr̃a erga impitos fratres hũc doctrinę laborẽ ſuſcepiſſe videatur: & corpo reos quidẽ ſenſus q ex huiuſcemodi appellatiõe oboriunt̃,q̃ſi emẽdat.Quę vero:cũ creatu ra filius noĩet̃,detrimẽta ſequunt̃,ea minime depellit.Atq ſi qs Dei corporeã eſſe gñationẽ imaginet̃,ipe vtiq; ad materialis etiã factiõis modos deducet̃. Nec eñ partitionẽ quãdã & tranſmutationẽ ac fluxũ genitoris ſubſtãtię a generãdi voce ĩbecillis hõ intelliget.Materiã vero de foris ex nihilo allatã/ad cõſtitutionẽ creaturæ,vt vos dicitis,cõſpicari nõ cõducet̃. Quã ob rẽ ergo cogitationũ ęgritudini ex pte medet̃ , ac eorũ q corporeã gñationẽ dicũt/ curã habet:eos vero q creaturæ appellatiõe ceſpitãt,deſpicit? Qm̃ genitũ qdẽ eſſe cõtrariũ vidit ſuę ſnię:cũ genitũ cõiũctiſſime ſe hr̃e ꝑfecto debeat,ac ſimillime ad genitorẽ: factũ ve ro eẽ cõſonũ & ꝓpugnãs ſuę cauſę.Qm̃ alieni,externi,nulloq; pacto cõiũcti ad factorẽ ſentẽ tiã affert,his poſtea coniũcta hęc dicit.EV.Geniturã ergo ſcđm ſcripturarũ doctrinã dici mus filiũ,nõ aliđ eſſe ſubſtãtiã intelligẽtes,aliđ aũt ṗter ipſam qđ ſignificat̃:verũ ipam eſſe ſubſtãtiã q̃ noĩe intelligit̃,cũ vero nomẽ ipm̃ ſubſtãtię cõgruat.BASI.In his etiam veritatẽ ꝑſpicue oppugnat,ſibi tñ cõſona dicit.Nã vt in ſupiori ſermõe ingenitũ in Deo oĩm ſubſtã tiã ipſiꝰ determinabat ſignificare:ſic nũc geniturã ſubſtãtiũ filii ſignificare ait, vt geniti ad ingenitũ oppoſitiõe,cõtrario pacto ad patrẽ hr̃e filiũ in ſubſtãtia ipſa oñdat.Propterea pro pria lege ꝓfert verba,q̃ cõtra vſum diuini ſpũs ſunt,cũ geniturã filiũ appellat. Vñ id cœ pit?Ex qua doctrina?Ex quo Propheta?A quonã ex Aplis hanc cognominationem audiuit? Ego eñ in nullo ſcripturę loco hãc vocẽ inuenio.Atq non aliũde hic,ſed a doctrina ſpũs ſe appellatiões has ſumpſiſſe iactat.Paruũ eñ certamen hoĩbus ſe ꝓbiturũ putauit:niſi etiã in ipſum ſpm̃ inueheret̃.Nã genuiſſe qdem patrẽ multis ex locis docemur: geniturã vero eſſe filiũ nunq̃ ad hũc vſq; diẽ audiuimꝰ.Puer eñ natꝰ eſt nobis,& filiꝰ datꝰ eſt nobis, & vocat̃ nomẽ eiꝰ,nõ genitura ſed magni cõſilii angelus. Atq ſi genitura ſubſtãtiã ipam ſignificaret, nõ aliud ꝑfecto nomẽ ſpũs nos docuiſſet , q̃ illud quo ꝑſpicue ſubſtantiã eiꝰ poſſet aperire. Et rurſum,Petrꝰ ille q propter veritatis cognitionẽ beatificatiõe illa dignatꝰ eſt:non dixit, Tu es genitura : ſed tu es Chriſtꝰ filiꝰ Dei viui.Et Paulus,cũ vniuerſam ſcripturã ſuã filii appellatiõe expleſſet,nullo tñ in loco inuenit̃ geniturę feciſſe mentionẽ:qđ iſte magna cõfi dẽtia,tanq̃ ſi ex diuino id accepiſſet auditorio/ꝓfert.Nec eñ hoc etiã in loco ipſi cõcedẽdũ eſt,hac voce genuit,q̃ de patre dicit̃,trãſfiguranti & traducenti geniturã filiũ Dei nuncu pari.Quoniam nõ quodcunq; cõſecutione verborũ ſuboſtendit̃,in id facile inſilire eũ opor tet,q diuino timore caſtigatus eſt.Sed cum,iis q̃ in ſcriptura ſunt,noĩbus ſit contẽtus/p ea vt decet glorificationẽ Deo adimplere debet.Nã ſiq ab initio ex Hebręorũ lingua in Gręcã traduxerũt,quędam noĩa interṗtari auſi nõ ſunt,ſed ipam Hebraicã vocẽ conſcripſerũt:vt ſabbaoth/Adonay,Eloim,& huiuſcemodi.Nec in diuinis noĩbꝰ ſolũ,verũetiã in cõpluribꝰ aliis hãc reuerentiã adhibuerũt:q̃ magnũ nos decet circa dñi noĩa timorẽ habere?Quando igit̃ illi a ſeipſis q̃dam noĩa cõfingere nõ paſſi fuerũt,q nec interṗtari q̃dam conſiſi ſunt, ne incõgruis verbis ꝑſpicuitatẽ ſententiæ diſſoluerent?Sed ſi genuit (inqt) Deus:quomõ non cõuenit geniturã eum q natꝰ eſt,appellare?Quia arduũ nobis eſt nr̃is ipſum noĩbus innoca re:cui largitus eſt Deus nomẽ ſupra omne nomẽ.Filius meus es tu(inqt)ego hodie genui

Noĩa in patre & filio non ſignificant ſubſtãtias.

Genitura nõ dicit̃ filiꝰ.

Hebraica cur nõ ſint mutata.

Spūssan. verba nō mutāda.

te. Atq cōsentaneū erat magis scdm istoꝶ rōnem ꝑpter genuisse verbum genitutā appellatum fuisse, nō filiū: sed dictū nō est. Quare oportet, si qs ante oculos habeat Christi iudiciū cū sciat q̄ piculosum sit subtrahere qcq̄ aut addere, iis q̄ a spiritu tradita sunt, nō honori sibi ducere a seipso qcq̄ innouare, sed iis q̄ a sanctis ꝓdicta sunt acquiescere. Quod igitur nec cōis cōsuetudo, nec scripturarū vsus suscepit, id audere quō nō summę supbię est? Quis em̄ pater aut mater bn̄uolētia ac charitate ad eū q ex se est effectus: cū omiserit eū filiū appellare & natū, geniturā noīabit? Nate em̄ inqt, vade ī vineā. Et alibi. Deus puidebit sibi victimā holocausti nate mi. Et rursus Isaac inqt, qs tu es nate? Et, Fili noli despicere doctrinā dn̄i.

Genitura.

Et, Filiꝰ sapiēs lętificat patrē. Et similia. Nullo autē in loco geniturā eū q ex se est dixisse demōstraf. Cuius causa liqdo patet. Filiꝰ em̄ & natꝰ aīatorū sunt noīa: genitura vero nō semper. Potest em̄ etiā qd anteq̄ figuratū sit, abortu eiectū, genitura noīari: qd nati appellatiōe dignū nō est. Pręterea fructꝰ terrę genituras & genimina, nō natos appellamꝰ. Nō em̄ bibā (inqt) de genimine vitis huius. Raro vero inueniemꝰ hāc in aīatis appellationē assumptā: & sicubi dicta est, de his aīalibus dicitur, q̄ improbata in imaginē prauitatis assumunf. Serpētes em̄ inqt genimina viperarū. Qua ex re (vt opinor) & cōis consuetudo huiuscemodi

Natus.

appellationē spreuit, & diuina scriptura pcipue in vnigenito Dei recusare videf. Nati etiā appellationē qm̄ valde humanitꝰ dici videf, nō suscepit. Ostēdit aūt id Apostolus qui dn̄m sursum atq deorsum & vbiq filiū appellans, & aliis ipsum noībus glorificās, primogenitū, imaginē, splēdorem: geniminis ac geniturę appellationē euitauit. Q2 si iste cōtendit, vel eorū aliquis qui huius orationē defendūt, ostēdat: & hęc oīa ipsi delere cōcedemus. Verū nisi

Marcion

impiū Marcionē imitatus, alia e diuinis sermonibꝰ tollat, alia iscribat, nequaq̄ inueniet. At geniminis siue geniturę vox, hoc pacto & a cōi cōsuetudine, & a scripturarū vsu aliena demōstrata est. Nūc vero videamus si de ipsa substātia filii hoc nomē ꝓdicari possibile sit. Nā ipse dicit. EVNO. Impossibile est aliud qd esse substātiā intelligere, & aliud ꝑter eā qd significaf. Verū ipsam ait eē substātiā, quā nomē significat, cū appellatio vere ipsam ostēdit substātiā. BASI. Digna ꝓfecto iudicibus, quos fictos induxisti, hęc tua sunt dogmata. Nā sicut in somniorum foro, vel ebriorum cōcione, vbi nullus audiat aut intelligat q̄ dicunf: ita cū sufficere putes, ꝑ omni ꝓbatiōe qd ipse dixeris, magna cū potestate lege quasi sancis, qdcūq volueris. Quis em̄ nescit quęcūq noīa absolute ac ꝑ se ꝓferunf, hęc esse significatiua rerū subiectarū? Quęcūq vero ad alia dicunf, hęc ad ea q̄ dicūf, habitudinē solū ostēdere? Nā hō qdē (exēpli cā) & equꝰ & bos, ipm̄ qd noiaf, qdlibet horū ostēdit: filiꝰ aūt, aut seruꝰ, aut amicus, solā coniunctionem ad cōnexū nomē significat. Quare q genimen aut geniturā audiuit, nō ad substantiā quādā mētē cōtulit: sed cū alio id esse iniūctū intellexit, Nā genimē, cuiusdā genimē dicif. Qd igif nullius substātię sensum effecit: sed solā habitudinē ad aliud affert, id si qs substātiā esse cōfirmat: quo pacto summę is amentię non condemnabif? Atqui paulo superius a nobis ostendebatur, absoluta etiā nomina, etsi maxime videantur, subiectū quicq̄ significare, non tamen substantiam ipsam ostendere: sed circa substantiam proprietates qua sdam describere. Verum hic sapiētissimus, qui vanis in artibus totam vitam cōsumpsit, non erubescit dicere ipsam vnigeniti substantiā geniminis nomen significare. Qd q̄ absurdum sit, quæso animaduertite. Si enim substantia genitura est, & econuerso quod genitura id substātia, omnia genita consubstantialia inter se sunt. Ex qua ratione id eueniet: vt omniū creator eandem cū omnibus generatis habere substantiā ostendatur. Nec em̄ in filio solum substantiā dicet genituram significare. In reliquis vero quæ generatione communicant, non eundem amplius sensum possidere: aut dicat claram quandā causam, cui cōtradicere non sit, q eadē appellatio nō pariter habet in omnibus eandem potestatem. Sed nō poterit, quācūq em̄ geniturę rationē excogitabit, hæc omnibus similiter genitis accommodabitur. Qd ita esse cuiuslibet auditoris excogitatio, maximum signum est. Vnusquisq enim cum hūc ab illo natum esse audiat, seipsum interroget, quem animo sensum cōcipiat: An q genitus eius qui genuit, substantia sit? An hoc dicere ridiculum: illud verissimum q ab eo generatione ad esse productus sit. Pariter igitur id & in vnigenito & in quouis generatoꝶ dicere cōueniet: & nullus (quoniā habitudo communis est) dignitatem vnigeniti deprimi putet. Nō em̄ in eo quod est ad aliqd quodāmodo se habere, differt ab aliis filius: sed in ꝓprietate substātię, excellentia Dei ad mortalia perspicitur. Sed attendite ad quod inconueniens ratio istorū adducat. Si genitura alterius dicitur genitura, veluti, & communis con-

ſuetudo confirmat,& nullus vnq̄ contradicet. hoc autē ipſum ſubſtātiam, ſcđm rationem iſtorum ſignificat:illius erit ſubſtantia cuius genitura dicitur:qua ex conſecutione rerum ſequitur, non vnigeniti ſubſtantiam genituræ appellationem ſignificare, qđ iſte violenter dicit,ſed ipſius dei omniū. Si enim non licet aliud eſſe ſubſtantiam intelligere,& aliud genituram prçter ipſam,idem eſt ſubſtantiam dicere & genituram. At filius dei genitura eſt, Dei ergo ſubſtantia erit,ſi genitura ſubſtantiā ſignificat. Et ſic genitura,ex ratione iſtius, ingeniti ſubſtātia oſtendetur. Qđ ſi ridiculū eſt quod ſequitur:qui antecedentia poſuit,is dedecoris hæreditatem poſſideat. Videtur enim oratio,neſcio quomodo,cum ſemel extra veritatem diducta ſit,ad multiplicia periculoſaq; inconuenientia per quandam ſeductionis conſecutionem efferri. Verum hæc præludia quædam ſunt,& præparationes blaſphemiæ: Caput aūt mali in ſequētibus affert dicēs. EVNO. Subſtantiā filii natā qdē eſſe,cū nō eſſet ante ſubſiſtentiam ſuam:eſſe vero natam ante omnia patris volūtate. BASI. Eadem adhuc adhibet artificia:de ſubſtātia nobis filii differit,quaſi de alio,non de ipſo filio diſſerat:quo pacto auditū ad ſuſcipiendam blaſphemiam permitigat, cū non aperte dicat, natum eſſe a nihilo filiū:ſed ſubſtantiam eius natam eſſe,cum non eſſet. Dic ante quas res ipſa nō erat? Videtis cauillationē,ipſam ipſi cōparat,vt tolerabilia dicere omnibus videatur. Nō ante ſecula dicit ipſam nō fuiſſe,neq; ſimpliciter nō fuiſſe:ſed anteq̄ ipſa eſſet. Age vero dic,patris ne eſſentiā antiquiorē aſſeris propria eiuſdē ſubſiſtentia? Nam ſi non ſubiicit temporibus ſubſtantiā filii,neq; prius hac ratione intelligit,inanis & ocioſa hæc ei eſt ratio:quare nec vlla reſponſione digna eſt. Attamen non minus & de deo omniū dici poterit,ſi quis ad patrem hanc vanitatem transferre voluerit: eiuſdem enim amentiæ eſt,ſi quis deum ante ſuam ſubſiſtentiam eſſe dicit,& ſi ante ſeipſum fuiſſe aſſerit. Qz ſi temporaliter & prius in ſubſtātia filii accipit & a nihilo eſſentiam eius,immo ipſum filiū (nihil enim refert quātū ad rem,hoc vel illo dicere modo) primū poſteriorē q̄ tēpora ponet: vel,ſi quis ita velit, q̄ ſecula,ſeculorū creatorē. Deinde ſuas blaſphemias perſequēs,patrē etiā aſſerit nō fuiſſe patrē a principio:ſed poſtea factū eſſe. Atqui ſi bonū,ſi pulchrū eſt diuinç beatitudini patrem eſſe,quomodo ergo a principio qđ decebat,ipſi nō aderat? Aut enim melioris ignoratione, aut impotentia hunc fuiſſe defectum rationabuntur. Ignoratione quidem ſi poſtea,qđ eſt melius adinuenit. Impotentia verō,ſi ſciens atq; intelligens: qđ optimū eſt,aſſequi nō poterat. Sed ſi (qđ eſt nefas dicere) non eſt ei bonum patrem eſſe: cuius gratia commutatus peius elegit? Conuertatur in aduerſarios hçc blaſphemia. Nam deus omniū ex infinito pater eſt,nec incepit pater eſſe. Nam neq; defectu virtutis,ne expleret volūtatē detinebatur: nec quaſdam ſeculorum periodos expectabat,vt ſicut in hominibus & reliquis animalibus creatis perfectione,ad gignēdū virtute proueniēte,qđ voluit aſſequeretur. Inſani enim eſt hçc & excogitare & dicere:ſed æternitati ſuæ coæternam (vt ita dicam) habet paternitatē. Quāobrē & filius cū ante ſecula ſit & ſemp ſit,nūq̄ eſſe incepit:ſed ex quo pater eſt & filius eſt. Et ilico cū quis patris cogitationē capiat,filii etiā quaſi incurrit. Nam pater filii videlicet pater. Patris igitur origo nulla:origo vero filii,pater:inter hos aūt nihil. Quomodo igitur non erat a principio (Nam hoc eſt quod ante ſuam ſubſiſtentiam per cauillationem ex hoc dicitur) is ante quem nihil intelligitur,niſi pater,a quo & eſſe habet,nō per interuallum ſuperiore,ſed pro cauſa præordinato. Si ergo æterna coniunctio filii ad patrem & Deum oſtenditur, cum noſtra cogitatio a filio, haud per vllum vacuū ad patrem tendat, ſed abſq; interuallo patri filium coniungat:qui nullo medio diſſeparatur:quem aditum relinquit pernicioſç blaſphemiç eorū,qui dicūt a non eſſe ipſum ad eſſe productum? Ad hçc mirari eſſet dignū de tanta ipſorum dementia,q; non intelligūt ſe,cum ex non eſſe dicunt filium,non patre ſolū poſteriorem oſtendentes:ſed ea quoq; re qua vnigenitū a patre diſſeparant. Nam neceſſe eſt ſi quid eſt inter patrem & filiū,id antiquius eſſe,ipſa quoq; productione filii. Quid igitur hoc eſſe poterit? Quidnam aliud q̄ æuum,vel tempus? Qui enim ſuperiorem patris vitam vnigeniti vita intelligit: qua re alia q̄ æui,vel quorūdam tēporū ſpatio menſurans,exceſſum inueniſſe dicetur? Qđ ſi verū,falſa ſcriptura eſt,quæ dicit per ipſum eſſe factū æuū & ſecula:& quæ docet omnia eſſe facta per ipſum: cū pateat in omnibus æuū,ac ſecula etiā comprehendi. Qđ ſi non negare ſe dicent,ante ſecula filium natum eſſe,nō lateat:qđ oratione dant,id re ipſa tollentes. Interrogabimus enim eos,qui a nō eſſe producūt vnigeniti ſubſtantiā:quando nō erat,vt dicitis? qđ illud erat interuallū? Quam

Subſiſtētia.

Pater nō incœpit eſſe pater.

Aeuū factū per filium.

illi interuallo appellationem excogitatis! Nam cōmunis consuetudo, aut temporibus, aut æuo, vel seculis omne spatiū subiicit. Nam qđ in sensibilibus est tempus, id in supernatura libus natura æui dicitur. Isti vero dicant, si quid tertium ex sanpientia sua excogitarunt. Sed quousq; tacent! non lateant, posteriorē æuo, ac seculis vnigeniti substantiā opinantes. Si eñ fuit qđ spatiū antiquius filio, vitę patris coextēsum: horū alterū fuisse perspicuū est. Sed nec est, nec erit antiquior sensus vnigeniti subsistentia: omni enim re quæ antiquitatis ratione potest excogitari, superior subsistētia Dei verbi, qđ in principio erat apud Deum, inueniatur. Nam etiam si seipsam imaginationibus mens infinitis & conformationibus re rum: quæ nullam habent subsistentiam immittens, quæ non sunt, excogitet: nullam tamē viam inueniet, qua vnigeniti principio se poterit anteponere, & inferiorem proprio motu vitā eius relinquere: qui per se vita est & ex cogitatione propria, Dei verbi initiū superare: & secula suspicari absq; ipso Deo seculorū fuisse. At vero cū debitam vnigenito gloriam auferat, animaduertite, quibus verbis eū glorificet. EVNO. Est aūt substantia filii (ingt) ante omnia nata patris volūtate. BASI. Id magnū attribuit filio, q; antiquior sit creaturis, & ante ea quæ ipse fecerit. Opinatur enim sufficere ad gloriā creatori omniū, q; ante pro prias creaturas collocetur. Nam cum, quantum in ipso est: a Dei ac patris coniunctione ipsum alienarit: in præponēdo creaturis gloriā ei attestatur, deinde blasphemiā ad summā efferēs turpitudinē, ineuitabili nos syllogismoq; necessitate: vt putat, circūsepsit.] EVNO. Aut enim iam existētē (ingt) pater genuit filiū, aut nō existentē. q; si nō existentē nemo me (inquit) temeritatis incuset. At si existentem, non absurditatē solum & blasphemiam, verū etiam & stoliditatem oēm hic sermo excedit: qui enim est, generatione nō indiget. BASI. Hæc est illa diuulgata cauillatio ab aliis olim adinuenta: nunc vero impudicis istorum, &

Generatio æterna filii nō est tē porali similis.

turpissimis linguis consummata, atq; perfecta. Verum nos in memoriam primū auditores reducamus, hūc illum esse, qui quoniam multi ex ignorantia humanitus generationē filii acciperent, necessitate in hos sermones compulsus sit: hunc illum esse qui e corporeo sensu ad spiritualem speculationē indoctas animas reuocet. Qui quoniam animalia non existētia prius, nascuntur postea, & qđ hodie natum est, heri non fuit: hūc ipsum sensum ad vnige niti traducit substantiam. Et quoniam natus est (inquit) ante generationem non erat. Sic magnifice generationem nobis vnigeniti diuinitus enarrat: & his rationibus fratrum infir mitati medetur: dignissimus omniū in quē Prouerbiū illud dicatur. Medice cura teipsum. Nos vero quā ei in hoc animi languore mitigationē afferemus, nisi eā quę a spiritu sancto per beatum Ioannē nobis prędicta est! In principio erat verbum, & verbum erat apud deū, & Deus erat verbū. Nec eñ principio possibile est antiquius quid excogitare: non esset eñ principium, si quid ante se haberet superius: neq; qđ erat, cogitatione trāsgressos ad id qđ non erat ascendere. contemnere enim est qđ erat, si qđ non erat excogites. Nam si eorum esset principium, quæ dicuntur ad aliud vt principium sapientiæ, principium vię bonæ: & in principio fecit Deus: forte possemus eius qui tali principio constitutus est generationē cogitando excedere. Verum quoniam id principii significatū absolutum, ac sine relatione supremam naturam significat: quomodo non deridendus is est, qui vltra hoc principium cogitatione circūuagaf, & id suis imaginationibus excedere conatur! Pariter autem extē ditur, verbum erat, cum insuperabili hoc principio: non enim eam quæ in tempore est sub sistentiam verbum hoc erat, significat: sicut homo erat in regione Hus, & homo erat de Ramathaim: & terra erat inuisibilis: sed ipse nobis Euāgelista in alio sermone huius verbi erat, significatū ostēdit dicēs. Qui est, & q̃ erat omnipotens. Sicut enim q̃ est, sic & qui erat æternus, similiter ac sine tempore est. Qui vero nō existentem eū dicit qui in principio est, nec sensum principii custodit, nec ipsi in principio subsistentiam vnigeniti coniūgit. Nihil enim excogitari potest principio antiquius, & esse Dei verbi inseparabile est a principio. Quare quātūcūq; volueris inutili mētis inquisitione retrocurrere, pertrāsire tamē qđ erat & vltra illud ferri cogitationibus non poteris. Verū econtrario, iste a nobis quoq; interro getur: vtrum a principio verbum erat apud Deum, an postea accessit! Nam si erat prohibe linguam tuam a malo: ab ea scilicet blasphemia q; non erat. Sed si (qđ fas dicere non est) commodius me est tuis ad te verbis vti, qđ nō blasphemiam solum, sed omnis stoliditatis excessum habet, homines scilicet sermonū spiritus rationem quęrere, & discipulū euāgelii se profiteri, in euangeliū autem ipsum insurgere. Aduerte igitur q̃ diligenter, q̃ aperte di-

Pricipio nil antiquius.

Erat.

Euangelio q̃ debeat repertia.

uinę voces generationi filii,quæ fuit ante secula attestantur. Nā quoniā Matthęus quidē generationis secundū carnē interpres factus est,vt ipse ait: Liber generationis Iesu Christi filii Dauid.Marcus autē Ioannis prædicationē,initiū euangelii fecit,dicens.Initiū euāgelii Iesu Christi:sicut scriptū est in Esaia propheta: Vox clamātis in deserto.Lucas vero & ipse per corporis principia ad theologiam accessit. Necessario Euangelista Ioannes cū vltimus ad scribendū venisset,super omne sensibile ac tempus:qđ sensibilia sequitur,mentē extollēs, immo virtute spiritus eleuatus, ad ipsum accessit, qui vltra omnia est: quasi testimonium etiam ipse perhibens.q & si secūdū carnē Christum cognouimus: attamen nūc non adhuc cognoscimus. Id enim principiū capiens,& corporeos omnes,atq; temporales sensus inferiores theologia sua relinquens,per magnificentiā cognitionis præcedente aliorū prædicatione supergauit.Non ex Maria (inquit) principiū,nec ab his tēporibus.Sed quid? In principio erat verbū,& verbum erat apud deū,& deus erat verbum.Sic substantiā æternā,impassibilem generationē connaturalem ad patrem,magnificentiā naturæ,omnia hęc paucis verbis concepit,& additione verbi erat,reduxit in principiū: ora eorū,quasi claudens,qui q non erat blasphemant: & longe ante,huiuscemodi cauillationū aditū succidens.deinde per theologiā,quasi perspicuā descriptionē natura vnigeniti cōformata,quasi iā cognoscētibus,hac voce ostendit dicens.Hic erat in principio apud Deum.Rursus hic huius verbi erat additione æternitati paternę vnigeniti generationem coniūxit. Et rursus. Vita erat, & vita erat lux hominū:& erat lux vera.Sed q̄uis ita vndiq; oratio æternitatis additionibus tuta est:omnia tamē hic depellens spiritus testimonia, cū nec audire videatur Ioannē: ita crebro nobis verbū erat exclamantē:Nō existēs(inqt) prius,postea ergo natus est.Q: si nō erat vt (dicit is) in principio,quā clariorē pugnā ostēdet aliquis cōtra euāgelii voces, quibus credidimus? Illud vero cui mentis compoti nō videbitur,quemadmodū oculus cū luminata loca exierit, ac in nō luminata inciderit,ꝑpter priuationē luminis videre desinit: sic intellectus si extra id qđ est in imaginationibus cōpellatur,cū veritas quasi lux eū derelinquet,cōfusus:& tamē agēs ab intelligēdo desinit.Nec igitur oculus,si lux nō est,visu vti poterit:nec intellectus ab vnigeniti sensu diductus,officio intelligendi vtetur. Nā casus a veritate,mētis visus priuatio & cęcitas est.Quare vana omnino est illa mēs & inflata nihil intelligit,quę rē vnigenito antiquiorē cōcepisse opinatur. Sicut si acumē visus ei oculo aliquis attestetur q ad tenebras inspicit.In lumine em(inqt) tuo videbimus lumē:q vero intellexisse dicit quādo nōdū erat lumē similis iis est, q in sensu phrenetico quę non adsunt, videre se imaginātur.Nā quę filiū excedūt non intelligūtur. Quoniā qđ est oculo sensibile lumen,hoc animę deus verbū.Erat enim(inquit) lux vera,quę illuminat omnem hominē venientem in hūc mūdū.Non illuminata igitur anima nihil intelligere potest. Quomodo igitur vltra generationē luminis quicq̄ cōprehēdetur? sed oportet vt arbitror,eos q aliqđ curāt de veritate,corporeas similitudines omittere,ne cogitationes de Deo imaginatione materiali cōtaminent:sed a spiritu sancto traditā nobis theologiā imitentur.ac pro iis interrogationibus q̄ nil ab insolubilibus desunt,cū ad vtrāq; partē periculū ostēdant, dignā de Deo generationē intelligere impassibilē.imptibilē,indiuisibilē,sine tēpore,instar resplētis a luce radii ad diuinā generationē ductos. Intelligere autē imaginē inuisibilis Dei, nec secūdū artificiosas has imagines ad exemplar postea laboratā: sed coexistentē & cōsubsistētem cū eo qui ipsi substantiam dedit.Idēq; cum primitiuo existentem, nec imitatione figuratam,sed tanq̄ sigillo aliquo tota patris natura filio impressa: aut si vis,qualis artium sit cōstitutio,tota ex docētibus in discipulos immissa:cum nihil desit docentibus,& perfectio adsit iis q didicerūt. vel id quidē nō ita congruū ad similitudinē propter temporis spatiū. Illud cōmodius,qualis est intellectionis natura motibus mētis sine tēpore cōstituta.Et nullus orationē hāc mihi carpat:si qđ exēplorū nō penitus proposito cōuenit.Nec enim possibile parua & vilia hęc diuinis atq; æternis ad vnguē accōmodari: nisi inquantū dissimulatione eorū redarguūt,qui impassibilē generationē nō possunt mēte concipere.Imago vero dictus est filius, & est imago genita & splendor maiestatis dei & sapientia & virtus & iustitia dei: nō vt habitus neq; vt aptitudo,sed viua substātia & operās ac splendor maiestatis Dei.Quapropter & totum in seipso patrem ostendit ex tota eius maiestate coruscatus.Q: absurdū est ergo dicere maiestatē dei non habere splendorem vel sapiētiā dei:& nō vna cū Deo semper fuisse:sed si erat(inquit) non natus est.Respondebimus ergo,immo quoniam semper

Ioannis exordiū.

Erat

Insolubiles quæstiones.

Gnatio de deo.

Nota exēplū.

Imago & cętera.

Natus filius erat semper.

natus est, erat, non innascibile habens qd est, ens vero semper & coexistens patri, a quo etiā habet subsistentię causam. Quando igitur ad esse a patre productus est? Ex quo pater fuit: sed ab æterno (inqr) pater: ab æterno ergo & filius, per generationem innascibilitati patris coniunctus. Q; autem non nostra est hæc ratio, ipsas sancti spiritus voces ei in testimoniū prębebimus, ac ab euangelio quidem capiamus. In principio erat verbum. A psal. vero vt a persona patris dictū. Ab vtero ante luciferum genui te: & vtraq; componentes dicamus: & erat & natus est. Sed verbum illud genui, causam ex qua essendi principium habet: verbū autē erat, intēporalē eius & æternā subsistentiā significat. Eunomius vero pro fraude sua cerrans ad inconueniens orationē adducere putat. EVNO. Si enim (inquit) ante suā generationem filius erat, ingenitus erat. BASI. Ad id qd dicis ante generationē, o inanis tut vel nullo modo subsistit, & cogitationis est quædā conformatio nullo subiecto inhęrētis. Sed cur amentibus contradicendū est? vel si ad aliquid eorū quę sunt tendit, ad æui quoq; sententiā conduceret. Verū si secula omnia filii creatura sunt, infra generationem vnigeniti intelligūtur. Inanis, qui antiquius quid subsistentia filii quęrit, nihil em̄ aliud quęrit, q̄ si de patre quęreret, vtrū ante suam subsistentiā fuerit, an nō? Quemadmodū enim stultū esset, eo q sine principio & ingenitus est, quicq̄ superius quęrere: sic si quis cū de filio si ab æterno simul cū patre est, & nihil inter se habet & genitorē, tēporales facit prioris interrogationes, æqualis amentię est. Nā simile est, si quis interroget quid futurū sit post obitū immortalis? & si quis quęrat quid erat ante generationē æterni. Hi vero quoniam proprietas patris, quę est sine principio, etiā æterna appellatur: idem sine principio esse & æternū censent. Et quoniam filius non est ingenitus, nō esse æternū profitentur. Hęc autem re ipsa plurimū distant. Nam ingenitum quidem, qd nec sui originem, nec essendi causā habet: Aeternum vero dicitur qd omni tempore ac æuo scd̄m esse antiquius est. Vnde filius nec ingenitus est & æternus est. Verum & æuum iam æterni appellatione nonulli nominare dignantur: quoniā ex eo qd est semper, etiam nominationē hanc sortitū est. Nos autē id qd æternū est, creaturis attestari, & creaturarū dominū hac professione priuare, eiusdē amētiæ ducimus. At Eunomius ad turpissimum deducens orationem, quid inquit? EVNO. Nos aūt cū his quę a sanctis patribus olim, & nūc a nobis demōstrata sunt, permaneamus: si nec substantia Dei generationem suscipit: neq; alia quędam subiecta fuerit substantia ad generationem filii: non existentē filiū natū fuisse dicimus. BASI. Quis pietatis honorem tantū appetit? Quis in amando Christū tantū gloriatus est: quantum isti vituperationis & dedecoris verbis & maiestatē vnigeniti deponētibus lętantur? Non cessabis non existētem appellare impie, eū qui vere est? eum qui fons vitę est? eū qui omnibus quæ sunt ipsum esse prębuit? Qui cū ad suū cultorem Mosen oracula ederet conuenientem sibi & suæ decoram æternitati appellationē inuenit: eū q est, seipsum nominās. Ego enim (inquit) sum q sum. Quibus verbis nullus obiiciet, q̄ a persona Domini dicta non sunt: qui cū Mose legis Iudaicum velamen in corde inuolutū non habeat. Scriptū est enim q̄ visus est Mosi angelus Domini in rubo, in flamma ignis. Cum angelum ergo narrationi scriptura proposuerit, Dei adduxit vocem. Dixit enim (inquit) Mosi. Ego sum Deus patris tui Abraham. Et rursus post pauca. Ego sum qui sum. Quis igitur idem ipse & angelus & Deus? Nonne ille de quo didicimus: q̄ vocatur nomen eius magni consilii angelus? Ego quidem puto non pluribus nos indigere ad demonstrationem: sed ipsam mentionem erga Christū religiosis sufficere: his vero qui curari nō possunt, nullam fore vtilitatem ex multitudine eorū, quæ dicūtur opinor. Nā & si posterius factus est magni consilii angelus: sed tamē & prius non repudiabat angeli appellationem, nec hic solum inueniemus Dominū nostrū & angelū & Deum a scriptura nominatum: Verum etiam & Iacob cum mulieribus visionem enarret: dixit mihi Angelus Dei inquit. & post pauca de eodem. Ego sum Deus, qui visus sum tibi in loco vbi vnxisti lapidem. Atqui, illic in lapide ad Iacob dictum est. Ego dominus Deus Abrahā patris tui & Deus Ysaac. Qui ergo hic angelus dictus est, hic ipse ibi dicit Iacob se manifestatū fuisse. Quare patet cuilibet vbicūq; & angelus & Deus idē appellatur, vnigenitū significari, cū seipsum per generationes hominibus manifester, & sanctis suis volūtatē patris annūciet. Quas ob res q & Mosi eū q est, seipm nominauit, nullus profecto alius prēter deū verbū, qui a principio erat apud deū, intelligetur. Sed qui loquūtur iniquitatē in celsitudinem, non existentem dicere filiū non timuerūt: & insipiens quidem in corde di-

Interrogationes immortalis tatuę.

Ingenitū esse & æternū eē distāt.

Aeuū.

Qui est.

Deus angelus.

Deus angelus filius.

cit,ꝙ non est Deus. Hi vero non solū corde cogitarūt:sed etiam in prauitate locuti sunt, & posterioribus per scripta temporibus tradere non recusarūt:non existentem ausi Deum nominare. Et quoniā nec dæmonas ipsos vident negare ꝙ Deus sit:cū mente ad superiora redierint tēpora,vbi impiam suā expleuerūt cupiditatē, non fuisse aliquādo filiū blasphemantes,quasi sua natura non fuisset,gratia vero ad esse a Deo productū. Deinde cum eam vocem quam Paulus de idolis emisit:Seruiuistis (dicens) diis,qui natura Dei non sunt:& Hieremias.Iurabant per eos qui dii non sunt.Et sapientissima Hester. Non tradas domine sceptrum tuū iis qui nō sunt:Ipsam isti vocē de Deo vero dicentes,quonam iure amplius Christianoꝝ sibi appellationē attribuūt? Etenim etiā alibi iste ipse Apostolus in spiritu Dei loquens,non existentes appellat gentes,quia cognitione Dei priuatæ sunt,cum dicat: Quoniā quæ nō sunt elegit Deus.Nā quoniā Deus est,qui est,& veritas,& vita: qui Deo qui est,coniūcti per fidē nō sunt,sed nō existēti mēdacio copulati: propter deceptionē qua erga idola afficiūtur,cū propter priuationē veritatis,tū propter alienationem a vita:iure (vt credo) nō existētes nominati sunt. Cū ad Ephesios etiā scriberet,vt vero coniūctos ei qui est,per cognitionē ostenderet,existentes eos per excellentiā nominauit dicēs.Sāctis qui sunt,& fidelibus in Christo Iesu.Sic enim & qui ante nos fuerūt tradiderūt, & nos in antiquis codicibus adinuenimus. Hic autem ne ea qua serui Christi appellatione participant Deum nostrū dignū putare sustinuit: sed eum qui a nullo ad esse creaturas produxit,non existentem appellauit. Verum inde magis aliquis quantus sit contemptus illius addiscet, vnde se simulat Dominū decorare. EVNO. Non facimus (inquit) communem vnigeniti substantiam cū iis quæ ex nihilo facta sunt.Nam non est substantia quod non est,sed tantū ei excessum attribuimus,quātum excedere necesse est creatorem super proprias creaturas. BASI.Confirmationibus ad hoc orationē suis deducens,verbo quasi humanior factus est, & se,inqt,non facere cōmunem cū eis quæ ex nihilo sunt, substantiam vnigeniti. Atqui,si Deus omniū.quoniam ingenitus est,necessario differt a genitis:genita vero cūcta cōmunē habent ex nihilo subsistentiam,quomodo nō necessario hæc secūdū naturam coniūgūtur? Nam quemadmodū ibi inaccessibile dissepa rat naturas: eodem pacto,hic cum eūdem consequantur ordinem,itidem inter se colliguntur: cum ex nihilo dicant filium,& ea quæ ab ipso facta sunt,& vnā sc̄dm hoc,eorū faciant naturam.Non tamē se dicūt similem eis quæ ex nihilo sunt substātiā attribuere. Quasi Dominus esset ipse,quātū vult pr̨ebet vnigenito dignitatis,& sic verba facit. Tantū enim (inquit) ipsi excessum attribuimus, quātū excedere necesse est creatorē super proprias creaturas. Nō dixit,cōprehendimus aut existimamus sicut de Deo dicere oportebat:sed attribuimus,tāq̄ ipse mensuræ distributionis dn̄s. Quantū vero ipsi excessum concedit? Quantū excedere (inquit) necesse est Creatorē proprias creaturas.Nondū id diuersitate substantiæ attestatur. nam homines arte, opera sua excedunt:& tamen eiusdem cum eis esse videntur substantiæ: vt cum luto figulus,& cum lignis nauicularius.Corpora nāq; similiter vtraq; & sensibilia,& terrena pariter.Tātā vero filio ad creaturas diuersitatē cōcedēs:iam & in ipso vnigeniti sensu versute agit. EVNO. Nā idcirco (inqt) vnigenitus est,quoniā solus īgeniti virtute natus & creatus pfectissim⁹ factus est minister.BASI.Ignoro qd horū nos oporteat molestius ferre: vtrū versutiā quā circa nomē vnigeniti astute adinuenit,tā pr̄ter hominū cōsuetudinē,q̄ pr̄ter piam scripturarū traditionem,eius nominis sensum accipiens (Nam vnigenitus non qui a solo natus: sed qui solus natus,in cōmuni consuetudine appellatur) An ex nomine creaturæ blasphemiam quam data opera nomini natus coniunxit:vt nulla maiore excellentia verbum nasci domino attribui ostēdat,q̄ creaturis:sed sicut filios genui & exaltaui:& filius primogenitus Israel,sic & Dominū Iesum esse nominatū, non ꝙ habeat nomen supra omne nomen: sed æqualiter atq; alia hac appellatione dignū putatū. Deinde hi ad Salomonis dictionem confugiūt:inde tāq; e loco insidiarū in fidem excurrunt.Nam quoniā ex persona sapientiæ dictū est: Dominus creauit me:licere sibi arbitrati sunt de Domino dicere ꝙ sit creatura. Ego vero cum multa de voce hac habeā dicere:primū ꝙ semel in omnibus scripturis dicta est.deinde ꝙ in volumine cuius sensus plurimū latet,& per prouerbia,& similitudines,per obscuros sermones & ænigmata vt plurimū procedente:vt nihil non ambiguū,nihil clarū ab ipso capi possit,pr̄termitto: ne longioribus interpositionibus orationē faciā longiorem: presertim cū etiam inquisitio de his quæ male intellexerunt,in proprium locum nobis di-

Dii q nō sunt dei.

Gentes nō sunt: quia nō credunt.

Fideles & sancti sunt.

Vnigenitus.

Dn̄s creauit me.

In quartū librū.

lata fit:in quo hęc quoq; pars cõcedẽte Deo examinabitur.Et puto (dictũ aũt fit cũ Deo)
multo magis idoneum propositę dictiõis sensum,& qui nihil periculi afferat inquisitione
ipsa emersurum. Interea vero illud non omittamus, nonnullos interpretum, qui melius
Possedit Hebraicã linguã tenuerũt: possedit me pro creauit edidisse: qđ maximo erit impedimento
me &c. ad blasphemiam.Qui etenim dixit.Possedi hominẽ per Deum:nõ q creauisset Cayn,sed q
genuisset,hac vsus voce videtur.Sed vnde incepimus redeamus.EVNO.Idcirco (inquit)
vnigenitus,quoniã a solo natus & creatus,perfectissimus factus est minister.BASI.Si ergo
nõ quoniã solus natus est:sed quoniã a solo,vnigenitus dictus est: idẽ autem est secũdum
te genitum esse & creatum esse:cur non & vnicam ipsum creaturam appellas? tu inquam
qui cũcta facile & cogitas & profers?Hominũ autẽ,vt per vestrã rationẽ videtur,nemo est
Vnigeni vnigenitus.Nã ex coitione oĩbus est generatio.Nec Sara vnigeniti filii mater erat. nõ eñi
tus non sola:sed cũ Abraham simul eum genuit:& si vestra tenet opinio,necesse est totã vitam de
quia ab discere,cum non fratrũ priuationẽ sed desolationẽ parentũ id nomen significet. Iam vero
vno, sed & creatura penes causam dignitate dei verbi eo inferior est, q vnigenita esse non potuit
qa vnus quo aliquid patri ad creationẽ filius cõtulit:q̃uis nec id ab ipsis cõcedatur. Ministrũ enim
.i.solus perfectissimũ eũ nominauit. Quomodo ergo secundũ vos,non a solo patre,creatura,etiam
genitus. facta est:qui tã̃q inanimatũ instrumẽtũ & patri deũ verbũ apponitis, nisi & nauicularium
negabit aliquis solũ nauẽ fecisse,quoniã instrumẽtis ad cõstruendũ vsus est. Quare vnige
nita est & creatura & partes eius:non tãtũmodo virtutes inuisibiles:sed etiã corpora sen
sibilia,& horũ humillima sciniphes,locustę,& ranę.Ipse enim dixit & nata sunt. Nam qua
ministratione indigeat is qui solo nutu creat, & simul cum volũtate creatura cõstituitur?
Sed dices quomodo ergo etiã scdm vos per filiũ sunt omnia?Quoniã diuina volũtas tã̃q a
fonte primę causę profecta,per suam imaginem,id est per Deum verbum,ad actum prodit.
Eunomius vero vnigenitũ filiũ ministrũ appellauit,hoc ipsi quasi magnũ imponẽs,q prõ
ptus in imperatę rei ministeriũ est.Si enim non in eo q Deus perfectus est, maiestatẽ possi
det:sed in eo q certissimus minister,qua in re ab aliis differet spiritibus,qui libenter opus
ministerii efficiũt? Propterea cũ natus dixisset,creatus statim adiũxit,vt etiam hinc nullã
inter filium & creaturam diuersitatem esse ostenderet. Verũ non est ab re,admonitionem
etiã eius audire.EVNO. Non oportere (inqt) cũ patris ac filii appellationem audiamus
humano more generationẽ ipsius intelligere. Nec hominũ generatione adductos,partici
pationis nominibus ac passionibus Deũ subiicere. BASI.Monet nõ oportere similem filiũ
patri scdm substãtiã intelligere. Id enim sibi vult participationis negatio,quasi incõmuni
cabilis sit patris substãtia filio.Idcirco pulchre illę,quarũ turbã nos pterimisimus,nominũ
distinctiones adhibitę:q nõ quotũcũq; eædem sunt voces,hęc significato quoq; sunt eadẽ:
vt patrem filii esse,eorũ similitudine qui patres in terris appellantur,Deo auferat.Ac ego
cũ multa sint quæ christianismũ a gẽtili errore & Iudaica ignorantia dissepareant,nihil po
tius,ac maius dogma q̃ in patrem & filiũ fidem, euangelio nostræ salutis inesse arbitror.
Nã etiã quocũq; errore scissi,factorẽ & creatorẽ esse deũ confitentur. Qui vero falsiuocũ
patrẽ,& nuda voce filiũ denũciat:nihilq; putat differre patrẽ,vel creatorẽ profiteri,& aut
filiũ aut creatorem dicere:ad quẽ ordinẽ aut partes,Iudæorumne:an gentiũ nobis enume
rabitur?Nec enim Christianis seipsum adaptabit,qui virtutẽ pietatis & quasi fidei nostrę
characterẽ pnegat.Non enim in creatorẽ & creaturã credimus,sed per patris & filii gratiã
baptismi sigillo sumus designati. Quãobrẽ q has negligere voces audet, vniuersam simul
euangelii delet virtutem:cũ nec patrẽ generasse,nec filiũ esse genitũ prędicet.Sed hęc dico
(inquit) passionis sensum,qui patris voce nobis innascitur fugiẽs. Verũ oportebat,si pie
agere volebat,absonũ horũ verborũ sensum,siquis inerat recusare: non simul totã vocem
negligere:nec dedecoris causa vtilitatẽ quoq; quã ab ipsa consequimur,simul eiicere,& ab
humilibus quidem ac corporeis cogitationibus in diuinis dogmatibus mũdũ esse:genera
tionẽ vero sanctitati ac impassibilitati diuinę conuenientẽ intelligere : modoq; quo Deus
genuit,vt ineffabili incõprehẽsibiliq; omisso,ad similitudinẽ substãtię per generandi appel
lationẽ deduci. Quis diligenter considerãti etiã palam fit non corporeæ passionis primo
ac propria patris ac filii nomina,sensum facere solere:sed solã ex seipsis cũ dicãtur,quã in
Pater. ter se habeãt habitudinem ostendere.Pater enim est qui essendi principium alteri secũdũ
Filius. similem sibi naturã præbuit. Filius vero qui ab altero essendi principiũ p generationẽ ha

buit. Cũ igitur hominẽ patrẽ esse audiamus, tũ passionis quoq; sensum accipimus: at cum Deum patrẽ, ad impassibilẽ causam cogitatione accurrimus. Eunomius autẽ vocẽ hanc de passionibus subiecta natura capere assuetus, qđ suæ mẽtis comprehensionẽ excedit, vt impossibile pernegat. Cũ nõ oporteat corruptibiliũ passiones attẽdẽtẽ, minus impassibilitatẽ Dei credere, fluxibili naturæ ac infinitis subiectę mutationibus, incommutabilem atq; inalterabilem substantiam conferentem. Nec oportet, quoniã mortalia hęc animalia non absq; passione generant: sic & Deũ opinari: sed hinc magis ad veritatẽ deduci, q; postq̃ non sine passione corruptibilia generant, qui incorruptibilis est contrario modo generat. Nec vero illud vtiq; dicet, q; primo ac proprie de hominibus his nominibus dictis, nos de Deo dicẽtes abutimur. Etenim dominus noster Iesus Christus ad omniũ rerum principium & veram causam nos reducens: Vos autem nolite (inquit) vocare patrem vestrum in terra: vnus enim est pater vester cælestis. Quomodo igitur, tanq̃ si passiones corporeas principaliter hæ voces significarent, repudiendas putat: quas dominus vt impassibilitatem Dei decentes ab hominibus ad seipsum transponit? Si vero & creaturarum pater nominatur, id rationi nostrę nõ repugnat. Qui enim genuit glebas roris sc̃dm verba Iob, nõ eodẽ modo glebas, & filium genuit. Aut si hoc dicere audebunt, vt æquali ordine substantiam quoq; roris filium nominent, ab omni nos ad eos oratione liberabunt: cum ad manifestissimam turpitudinem blasphemiã produxerint. Non enim cũ omniũ nostrum pater Deus dicitur eodem modo noster, ac vnigeniti pater est. Q; si quoniã primogenitus totius creaturæ, & primogenitus in multis fratribus Dominus appellat: ad impietatẽ id ipsos doctos reddit doctiores ab euãgelio fiant, q; matres etiã & fratres suos eos dominus appellat, qui virtuosis operibus sibi coniuncti sunt. Quænam est enim mater mea (inquit) & qui sunt fratres mei? qui faciunt voluntatem patris mei, qui in cælis est. Quare pater noster est Deus, non abusione aut translatione: sed proprie primo & vere dictus, cum per corporeos parentes a nihilo nos ad esse produxerit, & curet sibi adiũgere: q; si nostrũ, qui per gratiam adoptati sumus, vere vocatũ patrem dicimus: quę ratio prohibebit, ne naturalis filii qui ex substantia eius prouenit merito pater appelletur? EVNO. Non oportet (inquit) propter patris & filii vocabulum, more hominũ factam filii generationem intelligere. BASI. Id ego quoq; assero, diuinã tamẽ eã & impassibilem quid prohibet credere hos impios? Sed opinor, non vt sine corruptione: sed vt nullo modo genuisse Deũ ostẽdat, his verbis vtitur. Quomodo igitur in superiori oratione o optime, tu genimen esse substãtiã vnigeniti cẽsebas? Si enim natus non est, vnde ipse secundum rationem tuam genimen esse poterat? Verum propter geniti ad ingenitũ oppositionem, genitam esse substantiã contendebat. Nũc autem rursus coniũctionem substantię hac voce significari cũ videat, natũ esse ab genito remouet. Atqui si hoc tãq; passionis significatiuũ repudiat, quid prohibet eisdẽ de causis creatorem ipsum esse negare? Omnibus enim corporeis operationibus sc̃dm proportionẽ virtutis illius qui facit, & sc̃dm magnitudinẽ ac diuersitatẽ eorũ quæ fiunt, maior aut minor labor omnino coniungitur. Diuinam vero & beatam naturam, siquis dicit labore premi, non minus erit impius, q̃ si turpissimis ipsam morbis subiectam arbitretur. Si vero absq; passione creat, credite impassibilem etiam esse generationem. Q; igitur proprie ac merito Deus dicitur pater, & q; nõ passionis, sed coniũctionis nomen est: vel eius quę est per gratiã, vt in hominibus, vel eius quę sc̃dm naturã est, vt in vnigenito, satis dictũ est. Sed cõcedamus tropicã esse: ac per trãslationẽ sicut & alias infinitas, hãc quoq; vocẽ dici. Si igitur, irasci, dormire, volare Deum audientes, & alia huiusmodi quæ non decorã ex propria intelligentia sentẽtiam præbent, nec spiritus voces delemus, nec corporeo pacto hęc dicta intelligimus: Quã obrẽ cũ etiã hęc vox sic crebro a spiritu suscepta sit, conuenientẽ Deo sensum, nõ inuestigamus? An solã hanc ex scriptura delebimus, ex humano vsu ipsam calumniãtes? Sic aũt cõsideremus, cũ duo significata generationis vocabulũ sc̃dm vsum habeat, & generãtis passionẽ & cõiũctionẽ ad genitũ: quãdo a patre ad vnigenitũ dicitur, Ex vtero ante luciferum genui te: & Filius meus es tu, ego hodie genui te: qđ horũ significatũ hoc ostendi verbo dicemus: generãtis passionẽ, an naturę cõiũctionem? Hoc vltimũ ego assero, neq; hos vnq̃ puto nisi in perspicuã phrenesim deuehãtur, cõtradicturos. Quare si cõueniẽs Deo est hęc vox, cur sicut alienã spernis? sin autẽ ex hominibus translata est, qđ est syncerũ ex ea suscipiẽs, id ex significatis qđ prius est fugias. Licet enim profecto in dictione quæ multa signi-

Pater deus aliter noster ac vnigeniti ẽ.

Ironia.

Impassibilis generatio dei patris.

Attributa deo q̃ in eo nõ sunt.

ficat cũ ad rectum sensum per rationẽ deductus sis,qđ humile ac turpe significatũ est,pretetire. Nec mihi dicas quęnam est generatio!qualis & quomodo facta! Non eñ quia ineffabilis omnino modus & incomprehensibilis est, idcirco etiã firmiter in patrem & filiũ credere recusabimus. Nã si cũcta intelligẽtia nostra mensurare voluerimus, & qđ mente non capimus,id nihil omnino esse putauerimus,amittetur profecto fidei,amittetur etiam spei remuneratio. Quomodo aũt erimus amplius beatitudine digni,quæ in rerũ inuisibiliũ fide deposita est,si solis iis assentimus,quę cogitãdo dilucida putamus! Vnde euanuerũt gẽtes & obscuratũ est insipiens cor eorũ! Nonne quoniã dũ ea sequũtur,quæ cogitando veri similia putant,prædicationem spiritus incredibilẽ dicũt! Esaias autẽ quos vt perditos deplorat! Vęh sapiẽtibus in seipsis & corã seipsis sciẽtibus:nõne hos! Multa igitur pręteriẽs eorum,quę in medium coniecta,sunt, queq; perspicue asserebat de filio,ꝙ natus non sit: & quęcũq; vt creaturam esse vnigenitum credatur,artificiose excogitauit: ad letifera magis impietatis eius cõuertar:si id solũ e prętermissis collegero,ꝙ quam præoccupando re ipsa cõprobauit blasphemiã,hanc ipsam cũ verbo subtegere,& turpitudinẽ sermonis mitigare voluisset,nõ immiscere se filiũ dixit creaturis,suoꝝ ipsemet dogmatũ oblitus:quæ in superioribus voce clara, & nullo velamine obuoluta exponebat. Ex quibus ad turpissimã rursus & perspicuã excidit contradictionẽ:sic igitur scribit. EVNO. Nemo aũt cũ filiũ creaturã esse audiat,moleste ferat,quasi nominũ cõmunicatione substãtia quoq; cõmunicetur. BASI. Quomodo igitur o sapientissime ru,si ad diuuersitatem nominũ substantię immutatio necessario sequitur (Recordamur enim hæc te in superiori oratione pertractasse) nũc ad cõmunicationẽ nominũ cõmunicatio substãtię nõ cõsequetur! Nec eñ semel,nec ociose id dixisse videtur! Nam & nũc quasi eum dictorũ ilico pœnituisset, ꝙ cõmunicatio nominũ substantias cõmunes non faciet : rursus aduersarios carpens, post pauca hæc adducit. EVNO. Oportebat (inquit) si qđẽ ipsis cura veritatis esset,cũ nomina diuersa sint,substãtias etiã diuersas confiteri. BASI. Quomodo aliquis facilius hoc homine mentietur! quippe q ad cõtraria breui cõuersus, modo inqr diuersitatẽ nominũ necessaria substãtiarũ diuersitatẽ ostendere,modo econtrario cõmunicationẽ non communẽ facere substantiam. Sed simile quid nos eis facere arbitror, qui homicidam vulneris vel huiuscemodi peccati accusant. Ad capitale igitur maloꝝ eius transeamus. Cum hic communẽ omnibus pariter Christianis,qui vere hac appellatione digni sunt,opinionẽ esse vidisset,ꝙ filius genita lux sit ex ingenita luce resplendẽs:& p se ipse vita,& p se ipse bonũ,ex viuificãte fonte paternę bonitatis prouenieñs: Deinde recordatus,nisi has sentẽtias nostras commouisset, nihil sibi pluris e cauillationibus futurũ:qa cõstat q lucẽ esse patrẽ profitetur,lucẽ aũt & filiũ,cũ lucis vnus & idẽ sit sensus,eũ ad cõfessionẽ idẽtitatis substãtię p seipsum subito deduci: luci enim ad lucẽ scđm ipsam rationẽ lucis , nulla nec in prolatione nec in sensu est diuersitas. Vt igitur hoc a nobis tollat artificii, retibus fidei rationẽ circũuallat, nullã hæc inter se cõparationẽ & communionẽ docens habere:& quæ est geniti ad genitum oppositio, hanc dicens esse lucis etiã ad lucẽ:vel,si hęc fugimus, cõpositũ esse Deum confiteri,cogens, sed ipsam eius dictionem audiamus. EVNO. Vtrum aliud quid significat (inquit) lux in ingenito pręter ingenitũ, an idem vtrũq;! Nam si aliud atq; aliud,perspicuũ est compositum esse,quod ex alio atq; alio constat:quod autem compositum est,ingenitum nõ est. Si vero idem quantum abest genitum ab ingenito,tantum necesse est,& lucem a luce abesse:& vitã a vita,& virtutem a virtute. BASI. Videte ac intelligite impietatem horribilem, quãtum (inquit) ingenitum a genito distat,tantum & lux a luce distabit:& vita a vita,& virtus a virtute. Interrogemus ergo ipsum,quanto interuallo ingenitum a genito disseparatũ est! Nũ paruo aliquo & tanto,vt possint nonnũq̃ ad idem inter se conuenire ! an hoc omnino impossibile & magis q̃ eũdem mortuũ esse simul & viuere,sanũ & ægrorum,vigilantem & dormientem! Talia nãq; sunt quæcunq; summa oppositione inter se dissident,vt cum alterum adsit,necessario absit alterum:quæ simul esse & conuenire,nunq̃ innata sunt . Secundum igitur hunc modum,cum ad genitum ingenitum opponatur,qui patrem lucem nominat,lucem vero & filium:tantum vero hanc lucem ab illa luce distare dicit,quantũ genitũ ab ingenito distat:nõne manifeste impius est,quis verbo humaniorẽ se simulat! quasi etiam filium nominet, potestate tamen eorum quę dicũtur ad contrariũ sensum abducẽs. Considerate enim quid opponitur ingenito,aliud ne ingenitum,an genitum! Palam quo-

Fidei p̃missum q amittatur.

Ironicos

Lux genita fili⁹

niam genitum. Quid porro luci opponitur: lux ne alia, an tenebrę? Profecto tenebrę. Si ergo quantū distat genitum ab ingenito, tantum necesse est distare lucem a luce: cui amplius occulta impietas est, q̄ in appellatione lucis luci oppositum adducens, contrariū esse lucis naturę vnigeniti substantiam subiicit? Vel ostendat nobis lucem luci oppositam vllam oppositionis mensuram habentem, quæ genito ad ingenitum inest. Q̄ si hoc nec est, nec iste vnq̄ excogitabit: non ignoratetur ars qua versute blasphemiam pręparat. Nam quoniā putat in genito genitum modo contrario opponi: eandem luci ad lucem oppositionem adaptat: vt p̄ omnia hęc patris substantiam inimicam & hostilem vnigeniti ostendat substantiæ. Propterea noua hæc in dogmatibus lex fertur: quantum genitum ab ingenito abest, tantum necesse est lucem a luce abesse. At ingenitum ad genitum habet quandam positione verborum non natura rerum oppositionem: sicut isti affirmāt. Lucis autem ad lucem, nec prolatione vocis nec sensu possibile est aliquam oppositionem excogitare. Sed videtur deceptiuis cauillationibus seipsum subducere. Putat enim quæ ad contraria consequuntur, eam habere pugnā ad inuicem, quam & præcedentia possident: & cum alteri contrariorum contrarium insit, & ad alterum omnino contrarium consequuturum. Vt si ad visum lux sequitur, ad cæcitatem tenebræ: & si ad viuere sentire, ad mortuum esse, insensatum esse sequetur. Hæc autem q̄ imbecillis & decidens obseruatio sit, attendenti cuilibet perspicuum est. Nec enim quoniam ad vigilare viuere sequitur: ad dormire mortuum esse necessario sequitur. Sed nec contrario modo se habet genitum ad ingenitum. Si enim contraria sunt, & alterum alterius erit corruptiuum, & natura repugnans. Nec quæ ad ea consequuntur eādem necessario habebunt distantiam, quam habere & præcedentia demonstrabantur. Aut ergo deleas aliis scriptis hæc verba: aut noli impietate detineri, & pernegare: tua enim est blasphemia, qui dixisti: quantum distat genitum ab ingenito, tantum esse necesse lucem a luce distare. Quare sicuti nunq̄ qui natus est innascibilitatis erit particeps, sic nūq̄ ipsi de luce trades: & ita secundum te vnigeniti substantia æqualiter ab ingenito, & a luce distabit. At Ioānes magna spiritus voce proclamat, tibi dicens. Erat lux vera. Tibi vero nullę sunt ad audiendum aures, nec cor ad percipiendum eam: sed ad inimicam naturam, quæ simul cum luce esse non potest: vnigeniti substātiam cauillationibus tuis impellis. Nec enim illud quasi firmum dices q̄ ab ingenito appellationem lucis non abstulisti. Nō enim in sono aeris: sed in virtute significatarū rerum est pietas. Tu vero neq̄ in his impiis solū remansisti: sed etiam vitā & virtutē eadē mēsura distārię subducis, dicens. Quantū distat genitū ab ingenito, tantū necesse est lucē a luce distare, & vitam a vita: & virtutē a virtute. Ergo nec vita secūdum te, nec virtus vnigenitus est: sed deles ipsius Domini verba dicēris: Ego sum vita. deles etiam Pauli dicentis: Christus Dei virtus. Nam quęcūq̄ in superioribus demonstrabantur, ea istis quoq̄ accommodabunt. Nec em̄ vitam nec virtutem vitę & virtuti opponi quispiam diceret, sed mortem ac imbecillitatem perfectissimam oppositionem explere. Quibus ipse per dolosam versutiam malitiose suo velamine orationem occultans, horribilem confirmat impietatem, & eloquentię artibus in cōtrariū naturę paternę naturā vnigeniti abducēs, solā reliquit nominū venustatē. Quid ergo nos quo pacto & patrē ingenitū, & filiū genitum p̄fitemur, & in ipso esse cōtrarietatē negamus qd dicētes? id. s. q̄ boni quidē patris, bonus filius, ex luce vero ingenita, lux æterna effulsit, & ex vera vita fons est p̄ductus viuificās, & ex ipsa p̄ se virtute Dei virtus emicuit. Tenebrę vero, mors & imbecillitas, principi huius mundi & tenebrarū principibus, ac prauitatis spiritibus & omi virtuti, quę diuinę naturę inimica est, cōnumerant. His etiā nō secūdū substantiā cōtrariis bono existentibus (Sic em̄ reprehēsio hæc ad creatorē rediret) verū electione p̄pria per priuationē boni ad vitiū defluxis. Et tamē ad hūc ordinē Eunomii lingua, Deū etiā ipm̄ oppugnās, vnigeniti naturā deducere conata est. Nec em̄ illud dicere potest, q̄ cū substātiā patris lucē esse ponat, maiestate ac splēdore vnigeniti substātiā excedentē, Lucē tn̄ etiā ipsam, sed obscuriorē & quodāmō offuscatā arbitrat⁹ est. Nā & si pię mētis hęc quoq̄ nō essent, quoniā imaginis similitudinē detrahēdo auferāt, sed tamē voto dignū, hæc ita ipsum differuisse: nō em̄ magno ad emēdationē eius certamine opus esset. Nūc vero ingenito ad genitum non secūdū magis & minus inesse diuersitas dicitur, vt maioris luminis ad minus: sed quāta est eoꝝ q̄ nullo pacto simul esse possunt distāria. Impossibile em̄ est id cui alterū inest p̄ transmutationē quādoq̄ ad oppositū pertrāsire, vt vel ex ingenito genitū fiat, vel ecōuerso a genito ad ingenitum transmutetur. Ei ergo qui semel censuit tantum a luce lucem abesse,

Lux luci cōtraria nō est.

Genitū & ingenitū nō eē cōtraria

Lumē de lumine.

quantū abest genitū ab ingenito:ne ista quidē ratio ad fugā relicta est.Lux eīm suprema cum renuiore quodāmodo ac obscuriore luce,cū genere idē sit sola intēsione ab ea differt.Ingenitum vero nō est geniti intēsio:nec genitū ingeniti est remissio : sed q̄si p diametrū horū distantia est.Eos igit͂ qui genitū ac ingenitū substātiā dicūt,hęc & his plura incouenientia cōsequunt͂.Natū eīm erit cōtrariū e cōtrario:& p naturali cōiūctione necessaria etiā quędā secūdum ipsam substātiā seditio ipsis inerit.Id autē maiorē impietate ignorātiā ostēdit:si qs substātiā dicit,cuiuis rerū omniū esse cōtrariā:qđ secus esse iā diu & apud exteros & sapiētes cōcessum est:quos cū nō inueniāt isti secū p blasphemiis certātes,q̄si nulla re dignos despiciūt

Substantia nulli cōtraria est.

Sed impossibile est substātię cōtrarietatē inesse.Si vero qđ verū est notātes pprietates in substātiā inspectas puret qs esse genitū atq; ingenitū, ad verā & incōfusam patris ac filii sententiā pducētes,is & impietatis periculū effugiet,& qđ est rationi cōsentaneū cōseruabit.Proprietates eīm ac notę quasi characteres quidā & formę in substātia inspectę,distinguūt quidē qđ cōmune est appropriatis characterib⁹:cōmunicationē vero substātię nō decidūt,vt verbi causa,deitas cōmunis est,pprietates autē paternitas & filiatio:ex cōplexione vero vtriusq;,communis dico ac pprii cōprehēsio veritatis nobis innascit͂.Itaq; ingenitā lucē audiētes,patrē intelligimus:genitā vero lucē cū audimus,filii sententiā capim⁹.Ita secūdū q vterq; lux est,nulla in ipsis est diuersitas:cū oppositio secūdū genitū atq; ingenitū inspiciat͂.Hęc em̄ pprietatū natura est,vt in idētitate substātię distinctionē ostēdāt:& ipsę qdē inter se cū opposito distinguant͂,cōtrario mō opponunt͂:vnitatē tñ substātię minime distrahūt:sicut volatile,pedestre aquaticū,terrestre,rationale irrationale.cū eīm vna essentia omib⁹ subiecta sit:pprietates hę

†decidere nō faciūt ipsam diuersam,neq; quodāmō † diffidere sibiipsis hortant͂:declaratione aūt notio-

†impossibilem. nū tāq̄ lucē animis nostris imponētes,ad † possibilē mētib⁹ intelligētis ducūt.Hic vero pprietatū oppositionē ad essentiā trāsferēs,hinc īpietatis attrahit opportunitatē,tāq̄ pueros nos cauillationib⁹ vt laruis perterrēs.Q3 si alia sit lux pter ingenitū necessario cōpositus De⁹ nobis demōstrabit͂.Ego autē qd dico?Nisi alia sit lux pter ingenitū nō est possibile ipsam , sicut nec ipsum ingenitū de filio pdicari.Intelliget autē qspiā etiā inde significationes harū vocū differre:cū lucē habitare dicit͂ Deus,& lucē indui,nō pfecto in innascibilitare sua ipsum habitare neq; deforis sibi circūuolutā lucē sermo significat.Nā hęc risu digna,genitū autē & īgenitū notātes,quędā sunt pprietates.Si eīm nihil esset qđ substantiā designaret,nullo vtiq; modo ad intelligētiā nostrā pueniret.Nā cū vna deitas sit,impossibile est ppriā notionē patris vel filii capere,nisi pprietatū accessione cogitatio nostra confirmata sit.At vero ad illud

De⁹ quō incōpositus. quo ait cōpositū demōstrari Deū,nisi p eodē lux atq; ingenitū capiant͂:illud dicere possum⁹, q si quasi partē substātię ingenitū caperem⁹,haberet locū ea ratio qua dicit͂ cōpositū esse,qđ ex diuersis cōstat.Si vero substātiā Dei lucē,vel vitā vel bonū,totū qđ est vitā,totū lucē,totum bonū opinamur.Vitā vero innascibilitas sequit͂,quomodo nō incōpositus est,qui secūdum substantiā simplex est?Nō eīm demōstratiui pprietatū modi simplicitatis eius rationem lędēt.Nā si ita est omia quę de Deo dicunt͂ cōpositū esse Deū nobis mōstrabūt. Et vt ex his videt͂,si simplicis & impertibilis sententiā sumus cōseruaturi, vel nihil dicemus de Deo pter ingenitū,& recusabimus inuisibilē ipsum noiate,incorruptibilē,creatorē,iudicē,& cętera, q̄ nūc ad glorificādū accipimus vel hęc nomina suscipiētes qd faciemus?verū omia ad substantiā afferētes ponemus?Ergo nō cōpositū solū,sed e dissimilibus etiā partibus cōpositū demōstrabimus,cū aliud atq; aliud a quolibet istorū nominū significet͂. An extra substātiā hęc capiemus?Quācūq; igit͂ in his rationē excogitabūt,hac & ingenitū appellarione suscipiāt. Cū autē inanibus nugis orationē impleuisset,super omes q vnq̄ ad cognitionē dei puenire studuerunt,elatus quasi ipse nouā quandā viā & inauditam quę ad Deū ferat,inuenisset,& quā nemo e prioribus perspexisset:demū vt ab ipsa Dei doctus substantia in filiū blasphemiā inducit.EVNO.Superius quidem regnum(inquit)& nullam generationem suscipiens. His reb⁹ docens eam mentem quæ cum charitate illud addit naturæ legibus longissime comparatio nem ad aliud videtur repellere.BASI.An non palam ostēdit, q ipse secretorum reuelatione dignus visus sit,cum per charitatē mentē suā ad Deum adduxisset?Quapropter a cōmunicatione patris vnigenitū longissime repellit, nec ad cōparationē ipsum suscipi dignū putat. Verū etiam naturę legibus a substantia patris,substantiam vnigeniti disterminari ait.Quid ita?dicens,q deus omniū nec si voluisset,potuisset ad vnitatē substantiæ vnigenitū suscepisse.Naturę legibus vniri ei vetitus non est,vt videtur,ipse eius dñs,sed terminis necessitaris

subiectus. Huiusmodi enim sunt, quæ naturæ legibus tetenta absq; volũtate, ad id quod naturæ videtur, perducuntur. Nam quemadmodum igni, natura non voluntate calefacere inest, & necessario frigiditatis non est susceptibilis, naturæ legibus communicatione ad ipsam priuatus: sic vult Deũ ac patrẽ legibus naturę alienũ filio habere substãtiam. Atqui, naturæ leges non disseparationẽ alterius ab altero, id est filii a patre, ac patris a filio: sed necessariam & infractam cõmunicationẽ faciũt. Si enim volũtate diceret a Deo omnium factũ esse, ne se filius participaret: neq; sic quidem bonitatis diuinæ ratio concederet, verisimiliter dici patrem non cõmunicare ea quæ sibi adsunt ei qui ex ipso est: attamen consequenter hæc diceret. Naturæ autẽ legibus dicere alienationẽ esse, eius hominis est: qui ne sensibiliũ quidẽ naturam cõsiderauit, per quã nõ aliena, nec cõtraria: sed cõiũcta potius & ad se pertinẽtia gigni ex quolibet innata sunt. Rursum igitur etiã hic nõ cõspexit dictorũ suorũ ad seipsa cõtradictionẽ. Nã inprecedẽtibus cũ moleste ferret eos qui patri similẽ secũdũ substantiã vnigenitũ dicunt, sic scripsit. EVNO. Principio autẽ mihi videtur qui liberã & omni causa superiorẽ, ac ab omnibus legibus liberã substãtiã, cum genitę ac legibus paternis seruiẽti cõparare ausi sunt, vel nullo modo naturã rerũ cõsiderasse, vel nõ mente pura de his rebus iudiciũ facere. BASI. Quomodo vero ergo quę nulli dominationi subiecta est, atq; omnibus libera legibus: inuoluntariũ nunc habere id ostendit, vt nulli possit cõparari, & naturę legibus irretita, inuoluntarie a cõmunione sui genitũ depellat: vt pp̃ter hoc ipsi quoq; vnigenito appropiquare nõ possit? Ac incõsonũ quidẽ in iis quę ab eo dicũtur tãtũ est: impiũ vero quando nulli quidẽ dominationi subiectã ac liberam patris substantiam appell(at si tamen nulli dominationi subiicitur, quę naturę legibus subiecta est) Seruilẽ vero econtrario vnigeniti substãtiã censet, etiã hinc æqualitatẽ naturæ destruẽs. Nã cũ duę res sint creatura & deitas, & creatura in seruitute ac obediẽtia ordinata sit, deitas autẽ in principatu & dominatione: q a filio dominationis dignitatẽ tollit, & eũ in seruitutis humilitatẽ deiicit: nõne per hoc etiã perspicue est, creaturis ipsum cõnumerari ostendens? Nec eñ decorũ ei, si conseruis anteponeret. Sed si Rex atq; dominus nõ concedat, nõ imminutione naturę sed bonitate volũtatis obediẽtiã suscipiens: hoc miserũ, hoc horribile, hoc perniciẽ affert negãtibus. Ille vero addit q naturę legib[9] substantia Dei obtẽperãs, nec cõparationẽ ad aliud suscipit, & nobis p̃bet vt idoneã & cõueniẽtẽ suę dignitati operationẽ ipsius intelligamus. Hoc illi dictũ est vt vnigenitũ a patre alienum ostendat. Probat vero rationẽ nostrã: nã si substãtia Dei nobis pręběť, vt conuenientem atq; idoneã dignitati suę operationẽ intelligamus, dignitas quędã innascibilitas est, vt Eunomio videtur. Id autẽ ipsum & substantia est, secũdũ istorũ rationẽ: Operatio vero Dei vnigenit[9] vel operationis imago: & id secũdũ istorũ rationẽ. Quare his cõtradicere non possunt, q̃uis multi facerẽ blasphemiã ab ipsis negari: sed tamen qm̃ dixerũt ab ipsis suis dictis arguamus. Nã si dignitas Dei innascibilitas est: id autẽ ipsum etiã substãtia: idonea vero est & cõueniẽs dignitati Dei operatio eius hęc aũt est Christus, secũdũ istorũ opinionẽ: Idoneus ergo & cõueniens erit substantię Dei. Et horũ nihil nostrũ est. Ipsa eñ istorũ verba cõponentes, demonstrationem cõteximus. EVNO. Ad substantiã (inquit) Dei sequit dignitas, dignitati pporationata est operatio: operationis imago est vnigenitus: & ecõuerso. Si operationis imago est vnigenitus, operatio vero dignitatis, & dignitas substãtię, vnigenitus imago erit substãtiæ. BASI. Sic etiã ipsi sępe qui operantur mendaciũ, rerũ perspicuitate coacti, etiã nolẽtes veritati attestant. Nã & dęmones non Euangelistarũ opus faciebant: sed cũ lucẽ veritatis non possent respicere, clamabãt. Scimus quia tu es sanctus Dei. sed quę sequũtur perspiciamus. EVNO. Si enim (inquit) ex creaturis considerando, aliquis ad substantias eleuetur, cum vnigeniti facturam filium inueniat, paracletum vero vnigeniti, cum ex vnigeniti excessu operationis diuersitatem comprobet: non ambiguam de ea diuersitate quæ secundũ substãtiam est, capit demonstrationem. BASI. Primum igitur quomodo possibile est, e creaturis excogitare substantias, ego quidem nõ video. Virtutem enim, sapientiam, artem: substantiã vero ipsam minime creaturæ ostendunt. Nec enim creatoris potentiam necessario aperiunt, cum possit aliquando artifex nõ omnes vires suas in operãdo exponere: sed remissiore sæpius in operib[9] vti vi artificii: q & si totam virtutem ad opus commoueat, tamen nec sic quidnam substantia sit, comprehendi: sed vires ipsius per opera mensurari. Q; si propter incompositionem simplicitatemq; diuinę naturę virtuti concurrentem opinatur substantiam, & propter innatam Deo bonitatem, totam patris virtutem ad generationem filii dicit commotam: totam

Naturæ legib[9] retenta.

Creatura & deitas.

Substantię an e creaturis excogitetur.

autem rursus vnigeniti ad subsistentiã sancti spiritus, vt ex spiritu vnigeniti virtus simul & substantia comprehendatur: Aduertite quid hinc colligitur. Nam e quibus conatus est substantię dissimilitudinem approbare: ex iis videtur confirmare similitudinẽ. Si enim nihil habet commune ad substantiã virtus: quo pacto e creaturis, quę virtutis effectus sunt, ad comprehensionem ipsius deductus est? Q; si idem est virtus & substantia: qđ virtutem designat, & substantiam profecto designabit: quare creaturę nõ ad dissimilitudinẽ substantię, vt tu dicis, sed ad summam similitudinẽ ducunt. Rursus etiam hęc ratio nostram magisq̃ ipsius rationem comprobat. Vel enim non habet vnde dictorũ suorũ afferat demonstrationes: vel si e rebus humanis imagines captat: inueniet non ex artificis operibus ad intelligentiã substãtię suę nos duci, sed ex genito eius qui genuit naturã cognoscere. Nõ enim ex domo possibile est ædificatoris substantiam comprehendere: sed ex genitura facile est naturam eius q̃ genuit, intelligere. Quare si vnigenitus creatura est, non ostendit nobis patris substãtiam. ꝙ si notum per seipsum nobis patrem facit, non creatura sed filius & imago erat vera, & substantię character. Sed hęc huiuscemodi, interpositio vero blasphemiarũ quãta! Nã cũ despexisset eas minas quas Dñs in euãgelio in spiritũ sanctũ blasphemãtibus terribiles, minat⁹ est creaturã esse ait spiritũ sanctũ, ita vt parum desit, ne animal ipsum esse det: cum animalibus vt plurimũ hęc appellatio accommodetur. Non enim quoniã Dominũ quoq; ad hanc blasphemiam accepit, minus moleste ferendũ est. Nec etiam id, impietatis mitigatio: sed condemnationis accessio est, quoniam & Dominus blasphemiã in seipsum bonitate remisit, in spiritum vero sanctũ ineuitabilem esse audẽtibus edixit. Primus ergo illorũ qui sunt in veritatẽ inuecti, ex quo prędicatio pietatis denunciata est, hãc de spiritu vocem emittere ausus est. Nullũ enim vsq; ad hodiernũ diem audiuimus creaturam sanctum spiritũ dixisse: nec in relictis alicuius orationis hanc appellationẽ inuenimus. Deinde dicit. EVNO. Si e creaturis eleuet aliquis ad substantię comprehensionem, intelliget filiũ ingeniti esse facturã, vnigeniti vero paracletum. BASI. Alius hic impietatis modus. Dupliciter blasphemat vnico verbo, & sancti spiritus contemptum quasi concessum capiens, hinc ad demõstrãdam diminutionem vnigeniti proficiscitur. Et cæli quidem enarrãt gloriam Dei: spiritus vero sanctus vnigeniti gloriæ minutionem denũciat. Et Dominus cũ de paracleto dicat. Ille me (inquit) glorificabit. Hæc vero maledica lingua impedimentum esse ipsum filio censet, ne ad patrẽ comparet. EVNO. Quoniam nãq; spiritus (inquit) factor est filius (Propitius autẽ tu Domine in his quę loquimur nobis sis) Hic vero huiuscemodi est, vt nullũ decus addat creatori, propterea nec patri comparari dignus est: quoniam humilitate eorũ quę fecit, dignitatis ęqualitate priuatus est BASI. An peiorem audistis blasphemiã? Nũ aliquis ita perspicue in crimen ineuitabile blasphemãdo in spiritũ sanctũ incidit? Mõtanus solus tñ in spiritũ insaniuit, & nominibus vituperauit humilibus: ac naturã ipsius tãtũ demisit, ut dicat infamiam afferre factori: immo vero & ille humiliter de spiritu dicere cauisset, ne suiipsius rumorẽ deiiceret: sed de hoc alias. Illud vero cui non patet ꝙ nulla filii operatio a patre diuisa est? Nec est aliquid in rebus quod filio insit, & a patre alienũ fuit. Omnia (inquit) mea tua sunt: & tua mea. Quomodo ergo spiritus causam & originem vnigenito soli attribuit, & ad eius accusandam naturã huius creationem accipit? Si igitur duo principia in oppositũ inter se ducens, hæc ait: cũ Manicheo & Marcione conteretur. Q; si ab vna dependere ac prodire omnia putat: quod a filio factum esse dicitur, ad primam refertur causam. Quare etsi cuncta producta esse per Deum verbum credimus: sed omnium esse causam Deum totius non negamus. Quo pacto autem diuidere spiritum a Deo non habet manifestum periculum? Partim Apostolo cõiunctim nobis tradẽte, & modo Christi spiritum dicente, & modo Dei, vbi scribit. Si quis spiritũ Christi non habet, hic non est eius. Et rursus. Vos autẽ non spiritũ mundi accepistis, sed spiritũ q̃ ex Deo est: partim vero Domino, quoniam ipse veritas est, spiritum veritatis dicente, a patre quoq; procedere. At hic in depositionem maiestatis Domini nostri Iesu Christi, a Patre quidem spiritum remouet: vnigenito vero in maiestatis depositionem attribuit, non parua (vt putat) vituperatione afficiens. Nullam enim prauorum verborum cogitationumq; in retributionis die vltionem expectat.

Spiritũ sanctum nemo creaturã dixit.

Mõtan⁹.

Spũs s.a patre vt a filio.

FINIS.

EIVSDEM DIVI BASILII MAGNI CONTRA EVNOMIVM incipit tertius Liber de Spiritu sancto.

BASI.



IX TANDEM Blasphemiarũ vi in vnigenitum saturatus, ad spiritum sanctum transiit: totiq; suę consentanea voluntati de ipso etiam disserit sic scribens. EVNO. Cum vero hęc de vnigenito sufficiant, reliquum est vt de paracleto quoq; dicamus, nec opiniones nõ exquisitas multorum sequemur: sed sanctorum in omnibus doctrinam conseruabimus. A quibus cum dignitate & ordine tertiũ ipm didicerimus, tertium quoq; natura esse credidimus. BASI. Q; igitẽ non putat oportere in simplici ac syncera fide multorum permanere, sed artificiosis quibusdam ac cauillatoriis rationib⁹, ad id quod sibi videtur veritatem rursus commutare: satis verbis suis ostendit Cum enim contemnat opinionem multorum, qua spiritum sanctum glorificant: sanctorum se simulat conseruare doctrinam: & tacet eos qui ei ipsam tradiderunt: nunc etiam ea ipsa faciens quę cum de vnigenito haberet orationem, facere demõstratus est. Deinde ait a sanctis didicisse ordine ac dignitate tertium esse spiritum: a se autem ipso credidisse, natura quoq; tertium esse. Qui vero illi sancti sint: & in quibus sermonibus eam doctrinam fecerint, nõ potest dicere. Fuit ne vnq̃ homo sic audax, qui diuinorum dogmatum innouatiões induceret? Cur enim necesse est, si dignitate ac ordine tertius est spiritus, natura quoq; ipsum tertium esse? Dignitate namq; ipsum secundum a filio: cum ab ipso esse habeat, & ab ipso accipiat, & annunciet nobis, & omnino ab illa causa profluentem pietatis ratio tradit. Natura vero tertia vti, nec a diuinis scripturis docti sumus, nec a doctis possibile est consequenter ratiocinari. Nam quemadmodum filius ordine quidem a patre secundus est, quoniam ab illo est, & dignitate, quoniam origo atq; causa essendi pater ipsi est: & quoniam per ipsum accessus & adductio ad Deum patrem: natura vero nullo modo secundus: quoniam in vtroq; vna est deitas: Ita videlicet & spiritus sanctus, & si dignitate & ordine secundus a filio est, non tamen verisimiliter alienæ ipsum esse naturæ inde consequetur. quod inde patet. Angeli omnes vt appellationis vnius, sic eiusdem etiam sunt naturę inter se: attamen alii ipsorũ gentibus præpositi sunt: alii vero fideliũ singulos consequuntur. quãtũ autẽ gens vni viro prępõnẽda est tanto maiorẽ necesse est, angeli qui gentis principatũ habeat, esse dignitatem, dignitate eorum quibus singulorum tutela commissa est. Q; vero singulis fidelium adest angelus vt pædagogus quidam & pastor ad vitam dirigendam, nemo contradicet qui verborum Domini recordatur dicentis. Ne contemnatis vnum ex his pusillis: dico enim vobis, quoniam angeli eorum in cælis semper vident faciem patris mei qui in cęlis est. Et Psalmista dicit. Immittet angelum in circuitu timentium eum. & Angelus qui eruit me a iuuentute mea: & quæcunq; talia. Q; vero rursus sunt quidam angeli vniuersarũ gentium præpositi, Moses nos per canticum docuit. Quando diuidebat altissimus gentes: quando separabat filios Adam: constituit terminos populorum iuxta numerum angelorum suorum. Et sapiens Daniel in visione angeli audiuit eum dicentem, q; princeps regni Persarum restitit mihi sexdecim diebus. Et, Ecce Michael vnus de principibus primis venit in adiutorium meum, & ego remansi ibi iuxta regem Persarum. Et post pauca idem dicit. Et princeps græcorum veniebat. Verum etiam princeps exercitus, Imperator copiarum Domini dicitur: qui Iesu Naue in Iordane manifestatus est. Et rursus, Legiones quædam angelorum Domino discipulis dicente: An putas, quia non possum rogare patrem meum: & exhibebit mihi plusq̃ duodecim legiones angelorum? Princeps igitur exercitus angelorum qui in legionibus ordinati sunt palam q; aliorum princeps est. Quorsum hæc oratio? Q; non omnino si quid ordine ac dignitate secundum aut tertium est, id naturam alteram habet. Nam quemadmodum angelorum, alius princeps, alius subditus: & tamen omnes angeli natura sunt: & in dignitate quædam diuersitas, in natura vero cõmunitas est. Etenim stella stellæ præstat in luce & gloria, & natura stellarum omnium vna est. Et mansiones multæ apud patrem, id est dignitatum diuersitates: glorificatorum vero natura vna. Sic profecto & spiritus sanctus dignitate quidẽ & ordine tertius est. Accepimus enim ipsum tertium a patre & filio numeratum, cum ipse Dominus in traditione salutaris baptismi ordinem tradiderit, his verbis. Euntes baptizate in nomine patris & filii & spiritus sancti. In naturam autem tertiam a filio ac patre defectum spiritum, nullibi audiuimus. Cum enim duæ res dicantur, deitas & crea-

Spũs s. ter ti⁹ ordine nõ natura.

Angelorũ ministeria.

tura,dominatus ac seruitus,sanctificans & quę sanctificatur,quę natura virtutem possidet & quę per electionem operatur,qua in patre spiritū ordinabimus!In his quę sanctificātur.At ipsemet sanctificatio est.Sed in his quę magnis rebus gestis virtutem adepta sunt.At bonus natura est.Sed in seruientibus!at alii sunt administrantes spiritus,qui ad ministeriū mittuntur.Non ergo ipsum principalem natura spiritū fas est nobis conseruū dicere,nec creaturis cōnumerare eū,qui in diuina & beata trinitate cōnumeratur. Principatus eñ & potestas & omnis creatura talis cū ex attentione ac diligentia sanctificatę sint, non iure natura sanctæ dicerentur.Appetentes enim bonū secūdū amoris,quem ad Deū habent pportionem,sanctitatis mensura participant.Et sicuti ferrū quod in medio igni iacet, ferri naturam non amisit:vehementi tamen ignis actione ignitū,cū vniuersam ignis naturā in semetipsum accepe rit,& colore,& calore,& actione ad ignē trāsit:sic sanctę virtutes ex cōmunicatione quā cū illo habēt,q natura sanctus est,p totā suā subsistētiā receptā,iā quasi innatā sanctificationem habent.Diuersitas vero ipsis a spiritu sancto hęc est,ꝙ spirit⁹ natura sanctitas est, illis vero participatione inest sanctificatio.Quibus autē constructū & aliunde bonū prębet,hęc naturę sunt trāsmutabilis.Nec enim aliter Lucifer decidisset:qui mane oriebat,nec in terra cōtritus esset,si rei peioris natura non esset susceptibilis.Quomodo igit pium,creaturis spiritum coordinare,qui tam magno interuallo a creaturis disseparatus est!Creatura enim nata est i virtutis & diuinę dilectionis præmiū sanctificationem habere: quoniā natura vtitur libera, vt ad vtrumlibet possit inclinari,ad electionem scilicet boni & peioris. Spiritus autem sanctus fons est sanctificationis.Et vt natura sanctus est pater,& natura sanctus est filius,sic natura sanctus spiritus quoq veritatis.Quapropter pręcipua quoq hac appropriata sancti appellatione dignus est.Q2 si sanctitas ei natura est,sicuti patri etiam & filio,quo pacto tertiæ atq alienę naturę est!Hæc propter(vt arbitror)& apud Esaiam Seraphim tertio sanctus exclamare conscripta sunt,quoniā in tribus hypostasibus naturalis sanctitas perspicitur. Non est autē hoc nomē solū sanctitatis cū patre ac filio ipsi cōmune:sed ipsa etiā spiritus appellatio. Spiritus nāq Deus,& adorātes eū in spiritu & veritate adorare oportet.Et propheta i quit:Spiritus ante faciē nostrā ChristusDominus cui diximus:In vmbra alarum tuarū viuemus.Et Apostolus appellationem spiritus in Dominū refert,cū dicit. Dominus autē spirit⁹ est.Ex his omnibus patet non naturę alienationē,sed coniūctionē ad patrem & filiū p cōmunicationē nominū ostendi.Bonus Deus & dicitur & est bonus,& spiritus sanctus non astructam habens bonitatem,sed natura sibi innatam:vel omniū absurdissimum esset natura sanctum dicere,qđ bonitatem natura non habeat, sed posterius natam & deforis sibi allatam.In quo autem dixit Dominus,ꝙ ego rogabo patrem & aliū paracletū dabit vobis,& ipse paracletus noster esse ostendit.Quare paracleti quoq appellatio non parū ad demonstrationem maiestatis spiritus sancti confert.Ac nomina quidem talia magnitudinem naturę ostendentia,operationes vero spiritus sancti quales!Verbo(inquit)Domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum.Vt ergo Deus verbum creator cælorum est , sic spiritus sanctus firmam ac stabilem virtutē cælestibus pbet & potestatibus. Et rursus Iob. Spiritus Domini qui fecit me:non de creatione,vt arbitror:sed de humanæ virtutis pfectione dicēs. Esaias vero cū de persona Domini loquitur,id est secūdū humanitatem eius,Dominus inqt misit me,& spiritus eius.Et Psalmista rursus,per vniuersa pertansire spiritus virtutem probans:Quo ibo(inquit)a spiritu tuo,& quo a facie tua fugiā! Beneficentię vero ab ipso ad nos peruenientes,quales & quantę sunt!Sicut ipse Dominus dedit potestatem suscipiētibus eum filios Dei fieri:sic & spiritus sanctus,spiritus adoptionis est.Et sicut magister ver⁹ Dominus noster,secūdū quod dicitur:Vos autem nolite vocare magistrū vestrū in terra,vnus enim magister vester est Christus.Sic & spiritus sanctus omnes docet, qui in nomine Domini crediderint,vt ab ipso Domino testimoniū perhibetur dicente:Paracletus autem spiritus sanctus quem mittet Pater meus,ille vos docebit omnia.Et quemadmodum diuidere operationes dignis susceptione,operationum pater dicitur,& diuidere ministrationes filius in dignitatib⁹ ministerii:sic & spiritus sanctus diuidere gratias dignis eam suscipere perhibetur Diuisiones enim gratiarum sunt,idem autem spiritus. Et diuisiones ministrationum sunt, idem autem Dominus.Et diuisiones operationum sunt,& idem Deus est,qui operat omnia in omnibus.Vide quomodo hic quoq spiritus sancti operatio operationi patris ac filii coordinata est!Deinde ex eo etiam quod sequitur,magis diuinitas naturæ sancti spiritus aperit.

Ferrum ignitum ferrū manet.

Spūs s. aliter q̄ alii spiritus

Sanctus Deus.

Spiritus Deus.

Bonus Deus.

Spūs paracletus

Spūs s. dona & bñficētiæ in nos.

Spūs s. Deus.

Quid enim ait? Hęc autē omnia operatur, vnus atq; idem spiritus, diuidens singulis prout vult. nihil aliud q̄ auctoris & Domini potestatem ipsi attestatur. Quapropter in nouo testamento Prophetę clamāt. Hęc dicit spiritus sanctus. Inuestigatio autē profunditatū Dei, vnde spiritui adest? Sicut eñ inquit, nemo scit hominū ea quæ hominis sunt, nisi spiritus hominis qui est in eo: Sic & ea quę sunt Dei nullus cognouit, nisi spiritus Dei. Nam queadmodum nullus alienus ac peregrinus intrinsecas potest animę cogitationes inspicere, eodem scilicet modo, si quis cū Deo cōmuniter eius secreta perspicit, non alienus nec peregrinus ab eo profunditates iudiciorū ipsius inuestigare potest. Præterea & vita nobis a Deo per Christū in sancto spiritu prębetur. Viuificat eñ Deus (vnde ait Paulus) Pręcipio tibi coram Deo, q viuificat omnia. Vitam aūt pręstat Christus. Oues enim (inquit) meę vocem meā audiūt, & ego vitā æternam do illis. Viuificamur autem per spiritū, Vt inquit Paulus. Qui excitauit Christū e mortuis, viuificabit etiam mortalia corpora vestra, ꝑpter inhabitantem spiritum sanctū in vobis. Verū hic qui audet omnia, qui periculū quod impendet audentibus verbum blasphemum in spiritum sanctū emittere, non expauescit: expertem ipsum deitatis censet, sic de eo scribens. EVNO. Tertius & natura & ordine patris imperio, operatione vero filii factus, tertio loco honoratus, vt primus & maior omnib⁹, & solus talis vnigeniti factura, deitate ac creatiua potentia carens. BASI. Qui hoc dicit, nec deitatē in nobis esse credidisse videtur, cū de Deo Ioannes dicat. Ex hoc scimus ꝙ in nobis est ex spiritu quem dedit nobis. Et Apostolus. Nescitis ꝙ templū Dei estis, & spirit⁹ Dei habitat in vobis? Et rursus. In quo oīs ædificatio cōstructa crescit in templū sanctū in Domino, in quo & vos coædificamini in habitaculū Dei, in spiritu sancto. Si ergo in nobis Deus habitare dicitur per spiritū: quomodo non est aperta impietas expertem deitatis ipsum spiritū dicere? Et si deos nominamus eos q per virtutem perfecti sunt, profectio autē est per spiritū, quomodo qui & alios effecit Deos, derelictus ipse a deitate est? Non est igitur piū vt in hominibus, sic & in spiritu p participationem & honorem, ac non natura esse deitatem putare. Qui enim gratia diuinus efficit mutabilis est naturę, nonnūq̄ per negligentiam ex bonitate excidentis: id autem baptismi salutaris traditioni aperte repugnat. Euntes (inquit) baptizate in nomine patris & filii & spiritus sancti. Baptismus eñ est sigillū fidei. Fides vero deitatis cōfessio (Nā credere prius oportet ac postea baptismate designari) baptismus vero noster est secūdū traditionē Domini: In nomine patris & filii & spiritus sancti, nulla creatura, nullo seruiente, cū patre ac filio cōnumerato vt deitas in trinitate compleatur, quod aūt extra hanc est, totū cōseruū est, etiā si maximę dignitatis excessibus alia aliis in honorem præponantur. Nec mihi rursus hæc dicta iucutias. EVNO. Si creatura nō est, ergo genitura vel ingenitus? Sed nō vnigenitus, vnus eñ absq; principio Deus est ingenitus, nec genitura. Restat ergo creaturā hāc facturā ipsum nominare. BASI. Verū ego si cūcta putarē nostra cognitiōe posse cōphēdi, vererer forte ignorantiam confiteri: sed quoniam infinita non ex his solū quę in futuro seculo preparata sunt nec eorū quæ nūc in cælis sunt, abdita esse: verū etiam eorū quæ corpori nostro insunt non esse veram & absq; contradictione comprehensionem, haud sum nescius: vt puta de visu, vtrū imagines rerū visibiliū suscipientes, sic obiecta comprehendimus, & quomodo maximorum montiū, ac inexpleti ac infiniti maris & ad hæc cæli ipsius imago breui mensura pupillæ nostræ continetur, an a nobis aliquid emittitur, quo visibilib⁹ appropinquato sic sensum de ipsis capimus, & quid id est, & quantū, vt terræ ac mari sufficiat explicatū, & spatiū quod inter terram ac cælū est, pertranseat, & ad ipsum cælū perueniat, tanta celeritate motum, vt æquali tempore circūadiacens corpus & stellæ quæ in cælo sunt cognoscātur. Et quid oportet reliqua dicere? Ipsas mentis † notiones, vtrū create vel generare nata est anima, quis cum certitudine dicat? Cū igitur hæc ita se habeant, cur mirū de spiritu quoq; sancto absq; rubore nos ignorantiam confiteri? Reddere tamen oportet ei glorificationem quæ sine contradictione per testimonium ipsi debetur. Q; enim super creaturā est, satis nobis ea quę per scripturam tradita sunt, demonstrant. Verū quia impossibile est sanctificans cum sanctificatis, docens cū doctis, reuelans & quæ reuelatione indigent eiusdē esse naturę: ac nullus sic omnino imprudens est, vt audeat aliū pręter Deum omnium ingenitum appellare, nec tamen etiam filiū, cum vnus sit vnigenitus, quid ipsum dicere oportet? spiritum sanctum, spiritum Dei, spiritū veritatis, missum a Deo, per filium prębitum, non seruum sed sanctum, bonum, principalem, viuificantem, spiritum adoptionis, spiritum omnia scientem, quæ Dei sunt. Sic enim

Spūs sanc. deus.

Baptismus.

Visus quomō fiat.

† motiones.

Spūs s. attributa.

etiam in trinitate vnitatis ratio conseruabitur. Cum vnum patrem profiteamur, & vnum filium & vnum spiritum sanctum. Afferunt vero demonstrationes: quod creatura dictus sit spiritus sanctus: Vnam ex Propheta dicente. Qui firmans est tonitruum & creans spiritum: Alteram ex euangelio, quod omnia per ipsum facta sunt. Nos autem propheticum dictum nō in spiritum sanctum, sed in communem hunc flatum aeris scilicet spiritum credimus fieri. Quod inde patet. Non enim dixit. Qui creauit spiritum, sed creans spiritum. Nam sicut tonitruum non in subsistentia quadam corporali semel creatum est, sed semper per voluntatem Dei, ad timorem hominum productum fieri, & dissolui natum est: sic & spiritus tunc quidem fit, cū aer tanq̄ fluuius fluat. Rursus vero cessat, cum quod prius mouebatur, quiescit secundū voluntatem eius, qui omnia ad salutem & constructionem totius dispensat: vt per omnem creaturam & tonitruis & ventis ac reliquis operibus Dei creator annuncietur. Quapropter posteaq̄ dixit, Qui firmans est tonitruum, & creans spiritum inquit, & annuncians hominibus Christum eius. Sicut enim cæli enarrant gloriam Dei, iis qui possunt ex ipsis de Creatoris arte cogitare: sic & soni tonitruum & spirituum motus creatorem prædicant suum. Et hæc forte propheta est ad humanitatem Domini dicens: Cum vox e cælo facta tonitruum his qui audierunt, visa est: quam Deus & pater idcirco emisit, vt per ipsam Christum hominibus annunciaret. Spiritus autem moti qui mare conturbarunt, deinde cessarunt iussu Domini, liquido etiam ipsis hominibus Christum Dei annunciarunt. At vero omnia per ipsum facta sunt, nequaq̄ creatum esse spiritum sanctum nobis ostendit, quasi omnibus spiritus cō numeretur. Nam si vnus est spiritus sanctus & solus, quomodo qui vnicæ naturæ est vna cū omnibus concipi potest? Et nemo putet contemptum esse subsistentiæ, si quis neget quod spiritus creatura sit. Nam piæ mentis est, quæ a scripturis sanctis reticentur, ea timere de spiritu sancto dicere, credere autem peritiam & veram comprehensionem in futuris seculis nobis futuram, cum transierimus hunc per speculum & ænigma veritatis visum, & visionis quæ ad faciem est dignabimur, in Christo Iesu Domino nostro: quocum patri gloria & spiritui sancto, nunc & in secula: Amen.

Spiritus .i. vētus seu flat⁹ — *Tonitrui vox de Christo.* — *Vēti obœdiētes annūciauerunt Christū.*

FINIS.

Prologus in librum quartum.



IN TRIBVS Superioribus libris Magnus Basilius firmiores Eunomii locos vt confutaret, sibi proposuit: verum quoniam etiam a scriptura multa ille afferebat, quibus male explanatis quod intendebat approbabat: seorsum de ipsis in hoc quarto beatus Basilius tractat. Quod quidem in secundo ipse significauit. Nam cum de illo Salomonis, Dominus creauit me, ab aliis pducto, rationē reddidisset: latius se de hoc ac de aliis scripturæ locis male ab illis acceptis, in proprio loco dicturum pollicitus est: quod ī hoc quarto facit. Verum ad hæc syllogismis etiam quibusdam vtitur, qui eo difficiliores intellectu videntur, quo propositiones rationesq; Eunomianorum nobis ignotiores sunt. Capit enim plærunq; eadem ipsa quibus illi firmiorem suam positionem putabant, & sic vel aduersus eos cōcludit, vel ad incōueniens eos impellit. Hęc in hoc loco pręfari breuiter placuit, ne quis miret cum videat, sine rerum ordine librum hunc esse conscriptum. Est enim ordo huius non reb⁹, sed dispositioni Eunomianæ orationis accommodatus. Intercisus præterea videtur, & non continuus, quoniam vt diximus, continua oratione firmissimos ipsius locos tribus superioribus confutauit. hoc quarto locos scripturæ male ab ipsis intellectos recte accipiendos docet, & propositionibus eorum, quibus illi tanq̄ maximis vtebantur, diligentissime se opposuit: quis in nonnullis interpositæ inscriptiones seiungere coniuncta videantur. Hæc præfatos esse sufficiat: nunc ipsum audiamus.

Syllogismi hui⁹ libri quare difficiles intellectu.

EIVSDEM MAGNI BASILII QVAESTIONES AC SOLVTIONES, super iis quę ex nouo ac vetere Testamento, aduersus filii deitatem Eunomiani arguunt.



I FILIVS NATVRA DEVS EST,Deus vero natura etiam pa
ter:non aliter filius Deus eſt,aliter pater:ſed ſimiliter. Sin vero fi-
lius non natura Deus eſt,dicitur Deus & non eſt:vt qui Dei falſo
dicti ſunt. ℭSi filius vnus Dominus eſt natura, Dominus vero &
pater natura:palam ꝙ non alia natura.Et ſi pater vnus Deus dici
tur,Deus inde & filius non alia ſed eadem natura.Si vnus Domi-
nus natura,cum multi poſitione appellentur: & vnus filius natu-
ra,cum multi filii nominentur.ℭQuod poſitione eſt imitationem
eius quod natura eſt dicitur:nihil enim poſitione dicitur non an-
tecedente eo quod natura eſt. Si ergo nos filii Dei ſumus poſitio-
ne:neceſſe eſt natura filium antecedere. ℭVere impoſita nomina,eorum ſubſtantię quorum
ſunt nomina,notæ ſunt:Dominus autem & Deus vere tã pater q̃ filius:eadem ergo eſt ſub-
ſtantia ſicut & eadem nomina ſunt. ℭSi vnigenitum eſſe generationis non eſt,ſed quia incõ
parabilis,vnigenitus etiam pater,incomparabilis enim:& omnis creatura nõ ſimilis alii,vni-
genita:multi ergo vnigeniti & non vnus filius Dei. Q; ſi filius non ſimpliciter vnigenitus,
ſed filius vnigenitus & a patre vnigenitus filius,& vnigenitus eſt, & non vnigenita creatu-
ra.ℭSi ſecundum participationem & conceſſionem patris creator eſt filius & non natura:ni
hil eorum quæ ab eo creata ſunt ſecundũ naturam eſt.Quorum enim ſecundũ naturã crea-
tor non eſt,hęc quomodo ſecundum naturam ſunt? ℭSi Deus ita operatur,vt nullus alius:
etiam cum generat,vt nullus alius generabit,Deus enim ad omnia & per omnia incompara
bilis eſt.ℭQuod fit nõ eſt ex ſubſtãtia eius qui facit:quod autem generatur,ex ipſa ſubſtãtia
eſt eius qui generat:non ergo idem eſt facere & generare. ℭSi ex Deo eſt filius nõ ſicut ex pa Facere.
tre ſed alio modo:cauſa vero etiam noſtri vt ſimus Deus eſt,ab ipſo enim ſunt omnia:nõ ali Gñare.
ter filii pater eſt,aliter noſtri,ſed ſimiliter:quod abſurdum eſt.ℭSi nihil ſimile & ęquale Deo
eſt pręter filium:nihil eorum quæ per ſimilitudinem ipſi accommodantur, ſimiliter omnino
atq; ęqualiter dicetur:ſuper omnia enim Deus.ℭQuod in forma Dei eſt(Non eñ aliud for-
ma,aliud ſubſtãtia Dei,ne compoſitus ſit)qui ergo in forma ęqualis eſt & in ſubſtãtia ęqua-
lis eſt. ℭSi genit⁹ minor eſt eo qui genuit:nõ eſt culpa geniti,ſed genitoris imbecillitas. ℭSi
pater ante filium erat,cuiuſdam alterius neceſſario pater erat:nam abſq; filio pater non dice
retur.ℭSi quis filium ſcd̃m ſubſtãtiam cognouit:cognouit etiã patrem.Si eñ me cognoſce-
retis(inquit)& patrem meũ vtiq; cognoſceretis:cõſubſtãtialis ergo patri filius eſt. Nullum Filius cõ
enim incorporeum per diſſimilem ſubſtãtiam cognoſci poteſt. ℭSi credere Chriſtum filium ſubſtan-
Dei vitam eternam affert:neceſſario nõ credere mortem affert. ℭQuorũ eędem ſunt opera- tialis eſt
tiones,eorũ eſt ſubſtantia vna:operatio vero patris & filii vna eſt:vt illud Faciamus homi- patri.
nem:& rurſum:Quęcũq; eñ pater facit,hęc & filius ſimiliter facit:vna ergo eſt ſubſtãtia pa-
tris & filii.ℭSi cognitio patris & filii vita ęterna eſt:neceſſe eſt eiuſdem patrem & filium eſſe
ſubſtãtię.quę eñ diuerſę ſubſtantię ſunt,vna cognitione nõ cõprehendũtur:nec ſimiliter vi
uificare poſſunt. ℭSi patris imago vere filius eſt:omnis autem imago vel ſubſtantię vel for-
mę vel figurę vel ſpeciei & coloris imago eſt:Deus autem nihil horũ pręterq̃ ſubſtantia eſt:
filius ergo cum ſubſtantię imago ſit,cõſubſtãtialis patri eſt.ℭSi pater in oĩbus incõparabilis
ad filium eſt,in omnibus autem & ad creaturã,non aliter ad filium aliter ad creaturã,ſed ſi-
militer:nõ ergo diſſimilis ſolum patri filius,verumetiã creaturę ſimilis:quod quomodo non
abſurdum? ℭSi eñ creaturã afferunt filium & non vt vnũ e creaturis afferunt:cur cum nos
genituram dicimus,vt vnũ ex genituris intelligunt? ℭSi Deus nõ generat ne fluxum patia-
tur,nec creabit ne laboret:quod ſi creat abſq; paſſione,multo magis ſine paſſione generabit. Deus vt
ℭSi omnis lucis ſplẽdor generatur quidẽ ex luce,nõ vero aliquãdo, ſed ſine tẽpore & coęter creat abſ
naliter illi(non eſt eñ lux ſine ſplẽdore):Filius etiã cum ſplendor ſit, non aliquando erit ſed q; paſſiõe
coęternaliter.Lux eñ eſt Deus vt Dauid inquit.In lumine tuo videbimus lumen.& Daniel. ne ſic ge
Lux cum ipſo eſt.ℭSi genitura ſcd̃m eos ſubſtãtia eſt,ſicut & ingenitum:filius vero Dei ge- nerat.
nitura eſt:ergo & ſubſtantia Dei eſt.ℭSi voluntate & nõ natura Deus filium genuit,vel cũ
ſemel voluit,inuitus in poſterum eſt:vel & rurſus voluit & rurſus etiam genuit. Q; ſi non
vna eſt voluntas ipſius ſed diuerſę,nec ipſe ſimplex eſt nec vnus creator:ſed ſicut vult etiam
facit. ℭSi Deus non generat,nõ generat profecto,vel quoniã nõ poteſt,vel quoniã nõ vult:
ſed ſi non poteſt,minor eſt q̃ generans & perfecta natura,cum ad hoc etiam imbecillitas ipſi

insit. Q; si potest & noluit, quod natura habet voluntate retinuit. Quare etsi nondũ genuit, tñ cum aliquãdo voluerit generabit. ¶Si aliquãdo non erat filius, ipsum aliquãdo, post genitorẽ erit, & ante genitũ: nõ ergo solo excepto patre ante omnia fili⁹ est: verumetiã post illud aliquãdo, esse inuenietur. ¶Cum nos asseramus patrem esse semper: necesse est etiam filiũ esse semper. Illi dicunt, ergo qm̃ & filius semper, creator & creatura erit semper, & sic patri & filio coęterna erit creatura. Atqui creatorem qui dicit non simul creaturã quoq; dicit: nec eñ vna cũ ędificatore ędificiũ est, nec simul cũ nauiculario nauis: nã creatio in creatore est: quod vero creatũ est post creatorẽ: patrẽ autẽ dicere impossibile est, nisi sit filius. & qui patrẽ dixit nõ solũ patrẽ, sed alicuius patrẽ dixit. ¶Deus Dñs omnipotẽs sabbaoth, qui est, Adonai, Helohi appellatur Deus in scripturis: ingenitus vero nusq̃. Quod siquis id etiã dabit, ingenitus & cętera huiusmodi nomina apte a Iudęis ac reliquis omnibus dicentur. A Christianis vero solis pater Christi diceretur. Si ergo quod solũ a cęteris nos separat falsum est: & nõ verum est, & nomen positum nõ res per naturam: falsa est fides nostra, spes vana. Nã cuius rei principium infirmum est, & finis infirmus est. ¶Rursus interrogant an cum sit nat⁹, est filius, an cum nõ sit: ita cum obscura & maligna sit eorum interrogatio: verentur eñ qñ & in quo tẽpote interrogare: cum sic dicere solent, interroga eos ecõtrario: An Deus cum sit pater filiũ genuit, an cum non sit pater. Si eñ pater cum sit, eus entem genuit: Si autem cum non sit, factus & nõ natura pater. Omnem autẽ cõtentionem ipsorum diuinę scripturę excludũt, cum Moses quidem clamat de filio: Qui est me misit. Et Euangelista. In principio erat verbum, nec semel dicit erat, sed quater. & rursum alibi: Qui est ex Deo qui est in sinu patris: & i aliis qui est & in cęlo. & in Apolalypsi. Qui est, qui erat & qui venturus est. Et Paulus Aplus. Qui cũ sit splẽdor glorię, & in forma Dei. & rursus. Qui super omnia Deus est benedictus. ¶Si filius verus est Deus, & lux, & incõmutabilis, & bonus, & sanctus, & Dñs: hęc autẽ & pater cũ sit, nõ similiter est, sed magis: nõ substantię excessu sed qualitatis pręstãria. Substantia eñ magis q̃ substãria nõ dicitur: sed qualitas qualitate: homo eñ homine magis nõ dicitur: bonus autem bono, & iustus iusto. ¶Omniũ quę genita sunt eadẽ cum genitore natura est, q̃uis genitus alio modo habeat esse. Nec Abel, qui coitione natus est aliud pręter Adam est, cũ Adam plasmatus, non natus sit. ¶Si causa causato maior est, & scd̃m substantiã differens: omnis vero pater causa, & omnis filius causatus: maiores & scd̃m substantiam differentes & filiis patres sunt & nõ eiusdem substantię: quod verũ nõ est. ¶Interrogant si cum pater filiũ genuerit a generãdo cessauit: & si habebunt ꝙ cessauerit, afferunt ergo & generare incepit. Omne eñ quod finem habet, & principium habet. nõ erat ergo semper filius. Dicamus si id q̃d cessat esse, necessario & principiũ habet: & quod principiũ habet necessario cessat: Angeli & cũcta incorporea cum principiũ essendi habeãt, necessario & finem essendi habebunt: q̃d absurdum est. Quare possibile est, & q̃d incepit esse, nõ cessare: & quod cessabit, nõ incepisse. Quod si ita nõ est, & ipse filius cum principiũ essendi habeat, finem etiã secũdũ ipsos necessario habebit: qm̃ omne quod principiũ habet, & finẽ habere volũt. Quod quomodo blasphemia nõ est! Pręsciẽtia quoq; Dei cum nõ habeat principiũ postea q̃ ea facta sunt quæ pręsciuit, finem habet. Nõ itaq; quod finẽ habet: id etiã necessario principiũ habet. ¶Vnũ in rebus incorporeis, vel opatione, vel volũtate, vel substãtia dicitur. Cum igitur Saluator dixerit: Ego & pater vnũ sumus: scd̃m aliquid istorũ dixit. Si ergo operatione dicunt, necesse est & substãtiam dicere. Quorũ eñ vna substantia nõ est, eorũ nõ est vna operatio. Q; si voluntate vnũ, nõ solum quęcunq; pater velit, ea necesse est & filium velle: sed quęcunq; etiã filius velit, ea necesse est & patrẽ velle. Iubebit igitur & filius patri de quibus vult, quoniã & ipsi iubetur. Q; si solũ ipsi iubetur coactus & nolens ministrat: ꝙ si nec operatione nec volũtate scd̃m ipsos, relinquitur vnũ esse substantia, id est consubstantialem esse filium patri.

Patet nõ est sine filio: sed creator si non sit creatura

Patrem Christi deũ soli Christiani dicũt.

Captionẽ nota.

Esse q̃d incepit nõ oẽ, eẽ desinit, & q̃d nõ incepit, nõ oẽ semp est.

Principiũ hñs sine fine: & finẽ sine principio.

¶Q; nomen Ingenitus modum essendi, non substantiam significat.



SI ingenitum esse substantia est, & genitum esse substantia. Ac ideo non consubstantialis est pater filio: necessario genitura omnis vnius substantiæ est: omnes ergo geniturae filio Dei consubstantiales sunt: quod quomodo blasphemia non est! ¶Si innascibilitas ad nascibilitatem filii ex opposito distincta alia substantia est, & increatum esse ad creatum esse ex opposito distinctum alia substantia est: erit ergo & innascibilitas substantia, & increatum esse substantia. Quare Deus duæ non vna substantia est. Et ad hæc omnis creatura erit substantia vna: quod est falsum. Vna eñ creatura est, diuersæ vero substantiæ.

Sic aūt & incōmutabilitas ipsius & absq; principio esse multaq; huiusmodi, substātia erunt. Si eñ ingenitū qui patrem, & genitū filiū dicat, substantiā significat:cum modū substantiæ ipsorū voluerit quis dicere, quonam modo aliter q̄ sic dicere potuerit? Quare innascibilitas substātię modus,nō substātię nomen est.ℭSi quę diuersimode sunt diuersam substātiam habēt,hoīes inter se cōsubstātiales nō sunt. Nam alio Adam de terra plasmatus,alio Eua ex costa facta,alio Abel,ex coitione eñ:alio modo qui ex Maria sola virgine natus est.Eodem modo in volatilib⁹ & quadrupedibus. ℭSi ingenitus pater qm̄ natus nō est: filius vero genitus qm̄ natus:posterior genito ingenitus est.Nō eñ habebat ad cuius distinctionē ingenitus diceretur.Nam nō eorū quę nō sunt:sed eorū quę sunt,distinctiones sunt. ℭSi Deus erat aliqñ cū nō erat pater:factus pater assumpsit vt esset pater:quare Deus quidē ingenitus,factus aūt pater:ingenit⁹ ergo & genit⁹ idē,cū sit simplex.ℭSi impossibile possibili cōtrariū est,& sapiēti insipiēs,& quæcūq; ex opposito inter se diuidūtur:etiā innascibilitas nascibilitati cōtraria est.Quare si modus subsistētię innascibilitas nō est,sed substātia:pater filio secundū substantiam cōtrarius erit.ℭSi creatura & nō genitura filius,& cuncta quę sunt,creaturæ sunt:pater frustra ingenitus dicitur,cū nullo modo genitus sit,ad cuius distinctionē nominetur ingenitus.Cōmodius igitur increatus q̄ ingenitus diceretur.ℭSi innascibilitas nomen est,substantia nō est:noīa eñ substantiarū significatiua sunt:ipsa substantia nō sunt.Q; si ipsa innascibilitas substātia est:dicant nomen eius: nō eñ ex substātiis sed e noībus & operationibus cognoscimus,& pręsertim incorpalia.ℭSi innascibilitas substantię Dei nomen est,vel cū substantiā propriā Deus cognoscat,nomen substātię ignorauit:vel cū etiā nomen sciret audientes decepit.Dñs eñ inquit,oīpotens nomen meū.Et a Mose qd̄ sibi nomen interrogat⁹:Ego sum qui sum,inquit: Et rursum. Deus Abrahā, Deus Isaac,& Deus Iacob:hoc mihi nomen ęternū.Et Dauid.Dñs nomen tibi.Ingenit⁹ autē nomen nec ipse sibi,nec quispiā sanctorū dixit.Q; si nec decepit nec ignorauit(impiū eñ est aliquid tale dicere)ingenitus ei nomen nō est.ℭIngenitus vel substātia vel accidens est.Nam pręter hęc nihil est. Sed substantia nō est: qm̄ nec quod ex opposito distinguitur.genitus eñ filius nō secūdum q; substantia est,sed secundū q; natus est.Q; si accidens,vel innatū,vel contingens esse & nō esse. Sed si innatū est, necesse est Deum & substātiam & accidēs esse. Ex necessitate namq; talia accidūt:quibus accidunt.Q; si cōtingenter,erit & ingenitus aliqñ & genitus.ℭSi ingenitū dicunt Deum qm̄ natus nō est,nō quid est substantia eius dicunt, sed quid nō est:nulla vero substantia ex quibus nō est cognoscitur,sed ex quibus est.Nam & immortalis & incorruptibilis & incōmutabilis, non substantiam eius:sed q; nec moriatur,nec corrumpatur,nec cōmutetur,vt creaturę,significat:quare quid Deus sit doceant,nō quid nō sit. ℭSi ingenitus non substantię nomē est sed ipsa substātia, cū & filius substantia sit,& ipse ingenitus substantia est, & omnis substantia ingenita est.ℭSi ingenitū substantia Dei est & genitū substantia filii:creatura ergo vel factura nō est substantia eius.vna eñ & nō multę substātię filius.ℭCum quis hoiem vel lapidē vel lignum dicit,substātiam quandam significat:cum vero genituram dicit, non simpliciter substātiam significat.esset eñ oīs genitura substātia.Q; si genitura nō est substātiæ eiusdem significatiuū,nec ingenitus. ℭSi Deus ingenit⁹ est qm̄ natus nō est:sic & incorruptibilis,qm̄ nō corrumpitur. Sicut eñ incorruptibile nō habiturū finem significat: sic & ingenitū quod sit sine principio.Q; si ingenitus quidē,nō incorruptibilis aūt:erit sine principio,sed nō sine fine:quod absurdum est.Nō est ergo ingenitum substantia, sed significatio q; natus non sit. ℭSi pater natura ingenitus,filius quoq; natura genitus. Q; si natura genitus est, creatura nō est:cum ergo sit natura genitus,& eum qui genuit esse necesse est.genitura eñ sine genitore nō erit.dicant ergo quis genuit si pater non genuit.ℭSi Deus substantia est ingenita,& Christus substantia genita,& paracletus creatura substātia:pater & filius,& spiritus sanctus, noīa solum sunt sine substātiis.Baptizent ergo in ingenito & genito & creato. Res eñ noībus potiores:& ea quę sunt iis quę dicūtur,ad operationē vtiliora. ℭSi pater(inquiūt)ingenitus,genitus vero filius:nō sunt eiusdem substātię. Nam ingenitus & genitus nō erūt vni⁹ substantię.At nos hęc nō dicimus substātias:verum noīa substātiam cuiuslibet eorū significantia.nihil autem prohibet diuersorū nominū vnam esse substantiā:sicut nec e cōtrario,diuersarum in creatura substātiarum nomen esse vnū.ℭSi cōsubstātialis(inquiūt)filius patri, pater vero ingenitus,filius autem genitus:eadem ergo substantia ingenita & genita.Sed nō dicimus patris partem esse filium, vt diuisa substantia ingenita & genita sit: Verum totum

ex toto genitum ex genito,perfecta duo,nō partes duas ex aliquo vno.¶Si Saluator in noīe patris venit,vt ipse dicit:Ego veni in noīe patris mei:oīa quæ de patre dicuntur, ea de filio quoq; dicūtur.Quare dicetur etiā ingenitus,si hoc quoq; patris nomen est.¶Si nomen ingenitus patri honori est,similiter vero & filiū honorare oportet,scdm vocē ipsius qua dicitur vt oēs honorēt filium sicut honorāt patrem:necesse est & filium ingenitum dicere,vt vnus patris & filii honor seruetur. ¶Si filius patris nomē manifestauit(vt ipse dicit)Manifestaui nomen tuū hoībus:propriū autē substantię eius ingenitus est:mōstrent vbi Saluator ipsum ingenitū noīauit! ¶Si Deus oībus maior est,verū substantia maior est:an qm̄ causa est oīm cum ipse a nullo sit?Nam si inquantū substātia,omnis ergo substātia maior oībus est: sinaūt inquātum ingenitus:nō ergo idem substantia & ingenitus.¶Si ingenitus aliquid est,& immortale,& sine fine,& inęgrotabile,& insenescēs aliquid:ergo eo q̄ ingenitus est excedet oībus:scdm cętera vero idem erit cum angelis spiritib⁹ & animis,nā & hęc immortalia sunt & sine fine. Q; si nō iis exedit quę nō est,sed iis quæ est:nec em̄ homo q̄ irrationale melior eo q̄ nō est,inanimis & insensibilis.Nā hæc est etiā irrōnale:sed eo q̄ est rōnalis:sic igit̄ & Deus nō qm̄ ingenitus,sed qm̄ oīm est causa,maior est. ¶Si ex opposito distinguitur ingenitus genito:ingenitus autē simplex substātia, scdm q̄ incōmutabilis quoq; & immortalis & infiguratus est,& cętera hm̄oi distinguetur a genito. Nam si aliquo istorum distinguitur, & reliquis nō distinguitur,cōpositus est & nō simplex. ¶Si qui cognouit Deū eē ingenitū,quidnā est Deus penitus cognouit:maius aūt nihil est q̄ Deum scdm naturam suam cognoscere:nā hęc est ęterna vita:q nos docuit ingenitū esse Deum,maior iis rebus inuenitur, quas Deus amātibus eū pręparauit. Ex illis em̄ nihil possibile est hoīem cognoscere,qm̄ neq; oculus vidit,nec auris audiuit,nec in cor hoīs ascendit:ingenitus vero nomen etiā peccatores audiuerūt.Quod ergo maius est,id per se vel per aliū Deus peccatores docuit:qd minus & nihil ad vitā cōfert, id iustis reseruauit:quod quomodo nō incōueniens! ¶Ingenitū esse nec diffinitio,nec proprium Dei est:hęc em̄ cum illis cōuertūtur,quorum diffinitio vel propriū sunt. Si quid em̄ est animal rationale & mortale mentis & disciplinæ capax, hoc est & homo:& si quid homo,hoc & illud.Propriū vero hominis risibile:& si quid risibile,id est homo.Ingenitum autē si quis concedet de solo Deo dici,non statim si quid Deus,id est ingenitum. Nam filius cum sit Deus,ingenitus non est,nec diffinitio igitur nec proprium Dei est ingenitum esse:non enim conuertitur.

¶Q; filius creatura non est.

SI filius creatura Dei est:oīs vero creatura creatoris serua,Christus Dei seruus est & nō filius.Non ergo suscepit formam serui cum esset Dn̄s:sed erat seruus.Factura factori in eadem virtute nō communicat:nihil ergo cōmune patri cum filio nec creatura ipsa,si factura & genitura,filius est.¶Si genitura filius non vt cęterarū geniturarū aliqua, oīs antem genitura creatura:nō igitur creatura filius, qm̄ non est genitura vt cætera. ¶Si alia Deus creare nō poterat pręter vnicum filium qm̄ naturę suę non cōuenit:nec filius multa creabit:sed vnum quid.¶Si minora creantur a minore:maiora vero a maiore:per multos ergo sunt creaturę,nō em̄ omnes ęquales.¶Si creatiuus est Deus natura:non vnius erit sed multorum.Nam vel imbecillitate multa nō creabit,vel inuidia,vel liuore.¶Si patris virtus per filiū creauit,pater creator est nō filius: sicut & instrumētū nō est artifex. Quare non est incōueniēs patri ea creare q̄ a filio creantur. ¶Si creaturarū creationē per se facere Deus erubuit,nec glorificari ab illis sustinebit.Nā q̄ facere erubescebat,ea cū facta sint ꝓpria putare nolet.¶Si idē creare & gn̄are in Deo,qm̄ simplex est,idē etiā erit seruare & ꝑdere:viuificare & interficere.qd si idē est,salus ergo pariter & ꝑditio & mors & vita idē.¶Si Christus Dei virt⁹ & sapiētia est,hæc aūt īcreata & coęterna Deo(nō em̄ erat qn̄ erat insipiēs & absq; virtute)increat⁹ & coętern⁹ Christ⁹ est Deo.Si vero inquātū opatio,virtus,ac sapiētia Dei dicit̄,& nos virt⁹ ac sapiētia Dn̄i sicut ipse Dei diceremur:qd incōueniēs est. ¶Si fili⁹,ęternus Deus nō est,erit necessario recēs:& si ver⁹ nō est,erit falsus:si nō natura, erit positione. Impiorū aūt est recētes & falsos ac nō natura Deos colere.Nō erit em̄ tibi(inqt) De⁹ recēs. Et Paulus.Sed tūc qdē ignorātes Deū,seruiuistis iis q dii nō sūt.Vel igit̄ impii q Christū sic colūt:vel natura & ver⁹ Deus est fili⁹:& q sic sentiūt,pii. ¶Si fili⁹ opatio est & nō genitura, nec q opat⁹ est,nec opus ipē est(aliū em̄ opatio pter hęc)sed etiā nō subsistēs,nulla.n.opatio subsistit. Q; si opus:terti⁹ est a patre & nō imediat⁹: primus em̄ q opatus est:deinde opera-

tio,ac demum opus.¶Si filius ingenitus,qm̃ solus a solo factus est:vnicreatus(id est græce monotistos)magis ꝓprie diceretur:cum scdm Eunomium vere creatura sit:falso autẽ nomine genitura vocetur. ¶Si filius creatura patris solus,cuncta vero cętera filii:cũ dixerit:Mea oĩa tua sunt:quod recte dicere poterat filius,ad hoc autem intulerit & mea tua,Eunomii ratione nõ recte id intulit.Nam ipse suiipsius esse nõ potest. Quare videtur de similitudine ac identitate ipsorum in oĩbus similiq; substantia,nõ de creaturis ea verba dixisse.¶Si Deus similiter & creat & generat:Christus & creator noster & pater similiter est,Deus eñ:& ita nõ opus esset adoptione q̃ per spiritũ sanctũ est.Sicut nec opus est vt per aliũ,creaturę ipsius facti simus:pręsertim cũ multa ex creaturis nõ nata sint adoptionis spiritũ suscipere:sicut irrationabilia & inanimata. ¶Si nos cum creaturę simus,spirit⁹ sancti adoptione filii efficimur, dicãt si filius etiã creatura est,per quẽ in adoptionẽ patris peruenit?¶Si oĩa quę habet pater filii sunt,nihil aũt eorũ quę per filiũ facta sunt,pater seorsum habet,nisi scdm eos filiũ solũ: & ipse ergo seipsum habere debet:quod impossibile est.¶Si oĩno imago similis est per oĩa:filius imago est:creatura vero in nullo creatori similis,sed per oĩa dissimilis:cum igitur patris imago sit,nõ erit creatura eius.¶Si quod incorporeũ est,cũ generat,necesse est vt sicut corporeũ generet:& cum cernit vt corpus cernet : & cũ audit, vt corpus audiet:& oẽm operationẽ vt corpus opabitur. ¶Quod aliquis nõ habet id aliis largiri nõ potest:si ergo creatura & seruus est filius,alios liberos facere nõ potest.¶Quod natura mediũ inter aliqua est,id vtrasq; cõtingit extremitates:si igit̃ Dei ac nostri mediator natura Christus est:nõ per dispẽsationem sed natura cõiuncta sunt Deus & creatura.¶Si filius patri similis est,nõ autẽ scdm substãtiam:restat vel forma vel operatione,sed forma quidẽ impossibile(nullũ eñ incorporeũ habet formã.)Sin autẽ operatiõe,nihil ipse opatus esset alterius a se naturę,sed quale qd ipsemet est:si quidẽ factura patris est,& nõ genitura.Pręterea etiã prędictũ est,qđ opatiõe similẽ est id etiã scdm substantiã necessario esse simile. ¶Si Dei opera fide nõ demonstratione, scdm Dauid q dixit:Et oĩa opera eius in fide:quãto magis ex patre ante secula filii generatio fide & nõ demõstratione? ¶Si ex nihilo pater filiũ fecit,& filius ex nihilo cũcta:eadẽ virtus ac operatio est eorũ qui ex nihilo quicq̃d volunt creare possunt,nullibi differẽtia creaturarũ cõsiderata:nã cũ creaturę in multis & ꝑ loca diuersitatẽ habeant,non tñ diuersi sunt creatores,sed vnus filius per quẽ oĩa facta sunt.¶Si eorũ quę ex nihilo facta sunt,prima Dei factura Christus:& sic credentes eũ colunt Arriani:& Iob primã Dei facturã Diabolũ dicit,cũ dicat:Hoc primũ est origo plasmatis Dñi:latent Diabolũ colentes & nõ filiũ Dei?Q̃ꝫ si filii primam facturã dixisse Iob asserãt, vel nõ amplius spũs Dñi scdm eos factura,vel post Diabolũ spũs sanctus inuenietur.¶Si fides nostra in filiũ opus est Dei,hoc eñ inquit opus est Dei,vt credatis in eũ quem ille misit:ipse Dei esse opus nõ potest.Nõ eñ idem fides in ipsum,& ipse.

¶Super illo Apostolico.Cum autem subiecta fuerint illi omnia:tunc & ipse filius subiectus erit illi.

SI secundum deitatem filius patri subiicitur, & principio profecto subiectus esset, ex quo & Deus erat.Sin vero non subiectus erat,sed postea,subiicietur scdm humanitatem pro nobis & non pro se secundum deitatem.

¶De illo Apostolico.Propterea largitus est illi Deus nomen,quod super omne nomen est.

SI post incarnationem,ꝓpter obœdiẽtiã,nomen super oĩe nomen filio pater largitus est Deo existenti:& oĩs lingua cõfitebitur Dñm:ante incarnationẽ nec nomen sup oĩe nomen habebat,nec cõfessionẽ ab oĩbus ꝙ esset Dñs.Maior igitur factus est post incarnationem q̃ ante eã fuerit:qđ est incõueniẽs.Tale quid & illud est. Data mihi est oĩs potestas in cęlo & in terra.In humanitate igitur & non in deitate intelligenda hęc sunt.

¶De illo Euangelico:Pater meus maior me est.

MAius vel magnitudine,vel tpe,vel dignitate,vel virtute:vel vt causa dicitur. Verũ magnitudine pater maior filio nõ dicitur.Incorporeus eñ.Nec tpe. Nam filius temporũ est creator.Nec dignitate.Factus eñ nõ est qđ nunq̃ erat.Nec virtute.Quęcunq; enim facit pater,hęc & filius similiter facit.Nec vt causa.Q̃m similiter nobis & ipso maior esset:Si quidẽ & eius & nostri causa.Honorẽ ergo magis filii ad patrẽ dictũ,id non iminutionẽ eius qui dixit ostendit.Deinde qđ maius est,non oĩno diuersę est substantię:homo eñ maior homine dicitur:& equus equo. Quare si maior pater dicitur,nõ statim substantia quoq; illius.

Et vniuersaliter q̃ cōparātur: de cōsubstātialibus nō de iis dicitur, q̃ diuersarū sunt substantiarū. Nam homo nō ꝓprie maior irrationali dicit: nec irrationale inanimato: sed homo homine & irrationale irrationali. Pater ergo & si maior filio dicit, ei tñ filius cōsubstātialis est.

¶Super illo Euāgelico. Horam autem & diem nemo scit &c.

SI creator oīm filius est: iudicii vero tempus ignorat: quod creauit ignorat. Non em̄ iudiciū dixit ignorare, sed tempus: quod quomodo non inconueniens!

¶Super eodem.

SI cognitioné oīm quā pater habet, filius nō habet, mentitus est cū dixit: Oīa quę pater habet mea sunt. & sicut pater nouit me: ego noui patrē. Q; si aliud est patrē aliud quę patris sunt cognoscere: maius autē patrem cognoscere q̃ ea quę patris sunt, quāto vnusquisq; q̃ sua maior: cum id qd maius est fili⁹ cognoscat, (Nullus em̄ inquit, nouit patrē nisi filius) qd minus est ignorat: qd est impossibile. Q̃m ergo nō conducebat hoībus iudicii tp̄s audire: idcirco reticuit. Nā expectatio perpetua feruētiores ad pietatē reddit. Cognitio vero φ multū tp̄s intererit, negligentiores ad pietatem fecisset: cū speramus postea pœnitētia posse saluari. Nā qui vsq; ad horā illā oīa nouit (dixit em̄ ea) quo pacto horā illā ignorauerit! Frustra vero & Ap̄lus diceret. In quo sunt oēs thesauri sapiētię & sciētię cognitionis absconditi.

¶Super eodem.

SI spiritus sanctus profunditates Dei inuestigat, nec quicq̃ eorū quę Dei sunt possit ignorare: filius vero ignorat: maior scd̃m ipsos sp̄us sanctus filio, quē nec ęqualem volunt.

¶Super illo Euāgelico. Pater si possibile est, transeat a me calix iste.

SI vere fili⁹ dicebat: Pater si possibile est trāseat a me calix iste: nō solū timiditatis ac imbecillitatis se accusat, verūetiā patri esse aliqd īpossibile opinabat. Qd̄ em̄ dicit: si possibile est, dubitātis erat, ac nō certioris φ pater ip̄m posset seruare. Ad hęc quō qui mortuos vita donabat, nō multo magis poterat viuis vitā cōseruare! Cur ergo qui Lazarum ac alios multos mortuos excitauit nō sibipsi vitā prębebat sed a patre vitā petebat, cū timens dixit: Pater si possibile est transeat a me calix iste! Si inuitus etiam moriebatur non se humiliauit factus obœdiēs patri vsq; ad mortem. nec seipsum dedit, vt dixit Apostolus. Qui se dedit in redemptionē ꝓ peccatis nostris. Q; si volens, qd opus his verbis: Pater si possibile est transeat a me calix iste! Hoc ergo nō de seipso sed de iis qui in eo peccaturi erāt ne peccēt accipiendū. Pro quibus etiam crucifixus dicebat: Pater dimitte ipsis qm̄ ignorāt qd faciu nt. Non oportet igitur ea quę scd̄m dispensationē dicta sunt, quasi simpliciter dicta accipere.

¶Super illo Euangelico. Et ego viuo propter Patrem.

SI propter patrem filius viuit, ꝓpter alium & non ꝓpter seipsum viuit. Qui vero propter alium viuit, ipse vita per se esse nō potest. Nec em̄ qui gratia sanctus est, per se sanctus est: mentitus ergo est filius cum dixerit. Ego sum vita. & rursus sic. Et filius quos vult viuificat. De humanitate igitur non de deitate dictum intelligere oportet.

¶Super illo. Neq; filius a seipso aliquid facit.

SI quod est sui arbitrii melius est q̃ quod est sub arbitrio alieno: homo aūt sui arbitrii est: Filius vero Dei sub arbitrio patris, melior est homo filio: quod est incōueniens. Q; si qui est sub alieno arbitrio liberos facere nō potest: quod em̄ ipse nō habet vt eligat, aliis dare non potest. Saluator qui nos liberi arbitrii fecit, nō erit sub libero arbitrio alicuius.

¶Super eodem.

SI nihil Saluator a seipso facere poterat sed imperante patre, nec bonus est nec malus. Nullius em̄ eorum quę facta sunt, causa est: & quomodo absurdū nō est: cum hoīes sint bonorum & malorum liberi factores, filium Dei nullius rei liberum esse factorem!

¶Super illo: Ego sum vitis.

SI Saluator (vt inq̄t) vitis est, nos vero palmites: agricola pater ad palmites viti cōnaturales: vitis vero nō cōnaturalis agricolę: filius nobis cōnaturalis est: & pars nos ipsi⁹, nō aūt cōnaturalis filius patri, sed per oīa alienus. Ad quod dicemus φ nō deitatis suę sed carnis nos dixit palmites, scd̄m φ dicit Apostolus. Nos em̄ sumus corpus Christi & membra ex parte. Et rursum. Nescitis φ corpora vestra membra Christi sunt! Et in aliis. Qualis terrenus tales & terreni: & qualis cælestis, tales & cælestes: igitur sicut portauimus imaginem terreni portemus & imaginem cælestis. ¶Si viri caput est Christus: Christi aūt caput Deus: homo vero nō consubstantialis Christo (nō em̄ Deus) Christus vero cōsubstantialis Deo: Deus em̄

nõ ergo vt viri caput est Christus,sic & Deus Christi. Nam creaturæ natura & creatrix deitas in vnum ac idem nõ conueniunt.Ergo ille vt pater caput est Christi,hic vero vt factor, nostrum.¶Si voluntas patris est vt nos in filium suum credamus(hæc eñ est voluntas eius qui misit me:vt omnis quæ videt filium & credit in ipsum, habeat vitam æternam)non est ex voluntate filius:alioqui credere nos in ipsum, vel cum ipso, vel ante ipsum inueniretur.

¶Super illo.Nullus bonus.

SI Saluator bonus non est,necessario malus est.cũ eñ simplex sit,nihil eorum quæ sunt in medio suscipit.& quomodo non absurdum,bonorum factorem malum esse?Et si vita bonum est,ac verba filii vita sunt:vt ipse dixit:Verba quę locutus sum vobis,spiritus sunt & vita:quomodo cum Pharisęus:bone magister dixisset,respondit:nullus bonus nisi Deus? Non eñ cum ab illo solummodo bonus audisset, nullus bonus dixit:sed magister bonus.Sicut ergo ad tentantem respondit,vt Euangelium dicit:vel sicut ad ignorantem,ꝙ Deus bonus est & non simpliciter magister bonus.

¶Super illo verbo.Pater glorifica me.

SI cum glorificari a patre filius petebat sc͠dm deitatem & nõ humanitatem petebat: quod nõ habebat petebat:falsus ergo est qui dixit Euãgelista:Et vidimus gloriã eius. Et Apostolus,Nõ vtiq; regem glorię crucifixissent.Et Dauid.Et introibit rex glorię.Nõ ergo acessionem glorię,sed manifestationem dispensationis fieri petit.

¶Super eodem.

SI quam habebat gloriam antea ꝙ̃ mundus fieret:eam vere a patre petebat, quam amisit. Q; si hoc:non solum gloriam amisit,sed etiam deitatem. Nam inseparabilis est a deitate gloria.Nudus ergo secundum Photinum erat homo. Apparet igitur inquãtum homo, non deitatis defectu talia dixisse. Fotinus.

¶Super illo:Primogenitus omnis creaturę.

SI ante creaturam filius, non genitura est sed creatura: primocreatus vtiq; diceretur non primogenitus. Si qm̃ primogenitus creaturæ dictus est primocreatus est:& cũ primogenitus mortuorum dicatur ante,mortuus mortuorum erit.Q; si primogenitus mortuorum dictus est:qm̃ causa sit resurrectionis e mortuis:sic & primogenitus creaturę,qm̃ causa sit vt a nihilo ad esse creatura ꝑducta sit.Si quoniam creaturę primogenitus dictus est, primum ipsum esse creatum Apostolus ostendit:cum ergo dixerit. Omnia per eũ & in eo creata sunt,debuisset dicere:Et ipse factus est ante omnia.cum autem dixerit.Et ipse est ante oĩa: ostendit eum quidem semper esse:creaturam vero factam.hoc eñ verbũ idem illi, in principio erat verbum,consonat.¶Si primogenitus(inquiunt)filius non amplius vnigenitus,sed alius quoq; esse debet,ad quem primogenitus dicitur.Atqui o sapiens ru,cum etiam ex Maria virgine solus natus sit, primogenitus ipsius dictus est: Quousq; enim peperit inquit filiũ suum primogenitum.Quare nõ necesse est ad fratrem primogenitum dici. Dici etiam possit qui primus natus est.primogenitus. Ad hæc autẽ etiam eos qui per adoptionem ipsis sancti ex Deo nati sunt,vt Paulus dicit. Quos præsciuit & prædestinauit conformes imaginis filii eius:vt ipse sit primogenitus in multis fratribus.

¶Super illo:Dominus creauit me.

SI qui in carne est(inquit)ego sum via:Et idem,Nemo venit ad patrẽ nisi per me:Ipse etiã est qui dicit:Dominus creauit me initium viarum suarum. Dicitur autem & de genitura creatura & factura:vt illud.Possedi hominem per deum.Et rursum.Et fecit filios & filias.& Dauid.Cor mundum crea in me deus:non aliud petens,sed id videlicet quod erat per mundari. Dicitur autem & noua creatura non quĩ alia creatura factus sit,sed qm̃ illuminati ad meliora opera preparantur.Si pater ad opera filium creauit non ꝑpter seipsum,sed ꝑpter opera eũ creauit:quod vero propter aliud & non ꝑpter ipsum factũ est,vel pars illius propter quod factum est:vel eo minus est.Quare Saluator vel creaturæ pars est, vel minor ꝙ̃ creatura.Necesse est ergo de humanitate eius intelligere.Dicet etiã aliquis de sapientia illa hęc Salomonem dixisse:cuius & Apostolus meminit dicens. Quoniã eñ in sapientia Dei nõ cognouit mundus,per sapientiam deum. Pręterea nec Propheta est qui dixit,sed Prouerbiorũ scriptor.Prouerbia vero imagines aliorum sunt nõ ipsa quę dicuntur. Si Dei filius est ꝙ dicebat Dominus creauit me:potius dixisset, pater creauit me. Nullibi eñ ipsum dominum suum, semper vero patrem vocabat.Capiẽdum igitur verbum quod genuit de deo filio:creauit ve Prouerbia. Dñs.

ro de eo qui formam serui accepit. In omnibus autem istis nõ duo dicimus, deum seorsum, & hominem seorsum (vnus em̃ erat) sed cogitatione ac mente cuiuslibet naturam considera mus. Nec em̃ Petrus duos intellexit cum dicebat: Cũ igitur Christus passus sit ꝑ nobis secũdum carnem. Si genitura inquiunt filius est & nõ factura, quomodo scriptura dicit: Certissime ergo sciat omnis domus Israel quia Dominum eum & Christum fecit Deus? Quare hoc quoq; dicendum, de eo quia ex Maria est secundum carnem, dictum esse: sicut & angelus qui euãgelizabat pastoribus: dicit ꝙ natus est vobis hodie Saluator qui est Christus Dominus. Nam quod dicit hodie non vtiq; de eo putabitur qui ante secula. Clarius autem quod sequitur demonstrat: cum dicat. Hunc Iesum quem vos crucifixistis. Si cum natus est filius, tũc & sapientia, falsum illud: Christus Dei virtus & Dei sapientia. Nam sapientia eius facta nõ est, sed semper erat. Et sicut illud quasi de patre a Dauid dictum: Esto mihi in deum protectorẽ. Et, Factus est mihi in salutem. Et Paulus. Fiat vero Deus verus, omnis autem homo mẽdax. Sic & dominus natus est nobis a Deo sapientia, sanctificatio & redemptio. Si ergo pater factus protector & verus, non factura: & filius etiam factus sapientia & sanctificatio: non est factura. Si verum ꝙ vnus Deus pater: verum videlicet ꝙ vnus dominus Iesus Christus Saluator. Nec igitur Saluator Deus scd̃m ipsos, nec pater dominus: & vanum illud. Dixit dñs domino meo. Falsum autẽ & illud: Propterea vnxit te Deus, Deus tuus: &, Pluit dominus a domino: & Fecit Deus scd̃m imaginem Dei. & Quis Deus pręter dominũ? &, Quis Deus pręter Deum nostrũ? Et Ioannes: ꝙ Deus erat verbum & verbũ erat apud Deum. & Thomas de filio: Dñs meus & Deus meus. Ad creaturas ergo falso & non proprie dictos Deos, non in patrem & filium ea intelligere oportet, quę ex opposito distincta sunt.

¶Super illo. Vt cognoscant te solum verum Deum.

QVi verus est ad eos q ex opposito falso distinguũtur, dicitur. Qui vero incõpabilis est ad oĩa & ꝑ oĩa excedit: cũ ergo Hieremias de filio dixerit. Hic Deus noster: nõ reputabitur alius ꝑter ipsum: maiorẽ quoq; patre dixit. Q̃ aũt verus & filius Deus, idẽ Ioannes in epistola dicit: vt cognoscam⁹ solũ verũ Deũ: & simus in vero filio ei⁹ Iesu Christo. hic est verus Deus & vita ęterna. Nec igiẗ ꝑpter illud, nõ reputabitur alius ꝑter ip̃m: maiorẽ patre filiũ intelligẽdum: nec solũ verũ Deũ esse patrẽ: verũ vtraq; a falso dictos nec existẽtes: sicut etiã in Deuteronomio dicit. Dñs solus dux eius fuit & nõ erat cũ eo Deus alienus. Si sup oĩa est Deus, necessario excedit oĩa. Ap̃lus igiẗ cũ sup oĩa Deũ Saluatorẽ dixerit: maiorẽ etiã patre dixit? sed hoc incõueniẽs. Si̇ı̃rer igitur & hoc intelligendũ: magnus Deus, nõ vtiq; minor erit alio Deo. Ap̃lus ergo cũ de filio dixit: Expectamus beatã spem & apparitionẽ glorię magni Dei & saluatoris nostri Iesu Christi: maiorẽ patre intellexit? Filii em̃ apparitionẽ & ꝑsentiã expectam⁹, nõ pr̃is absq; discretione. Igiẗ de pr̃e ac filio hęc nõ cũ obseruatiõe dicũtur.

¶Aequaliter esse Deo non aliud est q̃ Deum ęqualem esse.

FIlius igitur cũ nõ in rapinã putauerit ęqualiter esse Deo: quõ dissimilis ac inęq̃lis Deo? Iudęi autem Eunomio magis pii: Nam cũ Saluator filium se dei dixerit, quasi filio solũ debeatur, si vere filius est ęqualem ipsum esse patri, volebant ipsum lapidibus ꝑtere, nõ solũ q̃a soluebat sabbatũ, sed q̃a etiã patrẽ ꝑpriũ Deum dicebat, ęqualẽ seip̃m faciens deo. Aequalis igiẗ patri & scd̃m Ap̃m & scd̃m Saluatoris vocẽ, q̃uis Eunomius nolit. ¶Si iudicii Dñs filius nõ est, vt hos quidẽ ꝑmio, illos vero suppliciis possit afficere, quõ dicebat: Pater neminem iudicat: sed vniuersum iudicium dedit filio. Et alibi. Potestatẽ habet filius hoĩs in terra peccata dimittere. Et rursus. Data est mihi oĩs potestas in cęlo & in terra. Ad Petrũ vero. Tibi dabo claues regni cęlorũ. Ad discipulos autem, Amen dico vobis, vos qui secuti estis me, in regeneratione sedebitis sup. xii. sedes iudicãtes. xii. tribus Israel: Ip̃is vero scriptis solutum est cũ Saluator dixerit: Et tunc reddam vnicuiq; scd̃m opera eius. & alibi. Et ibunt qui bona fecerunt in resurrectionem vitę: qui vero mala egerunt, in resurrectionẽ iudicii. Ap̃lus vero Omnes em̃ nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt recipiat vnusquisq; corporis propria prout gessit: siue bonũ siue malũ. Eorũ igiẗ q accipiũt, est dignos se ad dexterã vel ad sinistram sedere facere, nõ eius qui dare potest, etiam si iniusta petitio sit.

Iudiciũ datũ filio.

¶Super illo. Quis Deus praeter Dominum, & quis pręter Deum nostrum.

QVod non ad filium hæc & horum similia sed ad dictos Deos cum non sint, scripturæ dixerunt, ex illis sufficienter demonstratum est: ex quibus & Deum & dominum sæpe

filium demonstrauimus in veteri ac nouo testaméto dictum esse. Dauid autem idipsum clarius facit dicens:Quis similis tibi:& adiunxit,in diis domine.Et Moses.Dominus solus dux eius erat:& nõ erat cum eo Deus alienus.cum tamen Saluator esset cum ipsis,vt dicit Apostolus.Bibebant autem e spirituali consequente eos petra:petra autem erat Christus.At Hieremias.Dii qui cælos & terram nõ fecerunt,pereant de terra,& de iis quę sub cælo sunt.Nec eñ in istis filius.Nam ipse creator omnium est.De idolis ergo quæ colebant gentes,& quod prædictum est,& illud:Ego Deus primus,& ego post hæc:& præter me non est Deus:& ante me non fuit alius Deus,& post me non erit.Et,Audi Israel:dominus Deus tuus,Deus vnus est:& omnia talia nonne de filio intelligenda sunt?

¶De Spiritu sancto:ꝙ non sit creatura.Lib.V.Quem librum ad Amphilochium scriptum opinari licet.



VM quę cõmunia sunt creaturis,spũi sancto nõ cõmunicẽtur: & quæ spũs ꝓpria sunt,creaturę nõ cõmunicẽtur,colligitur hinc spm̃ nõ esse creaturã. qm̃ quę cõmunia sunt patri & filio,eadẽ cõia sunt & spiritui. Nam quibus designatur in scriptura pater & filius esse deus,eisdẽ signat̃ & spũs sanctus Deus.Ex quibus colligit̃ eiusdẽ spm̃ esse deitatis cũ patre.Qm̃ quęcũq; patri vt Deo,nõ vt patri insunt:& quęcũq; filio vt Deo,nõ vt filio insunt,ea etiã spiritui insunt:nõ aũt creaturis:sicut noĩa & res creaturis incõmunicabiles soli trinitati cões:patet trinitatẽ esse cõsubstantialẽ.¶Omne qd̃ factũ est transmutationis ac versiõis susceptibile est scd̃m prophetã,q de Deo dicit:q oĩa facit & cõmutat ipsa : spũs nec versionis nec mutatiõis susceptibilis est:nõ ergo creatura.¶Cũ creatura in duas partes diuisa sit,in corporeas scilicet res atq; incorporeas:mutatio etiã quã recipit diuisa est.Nã corpora scd̃m substãtiam mutationis susceptibilia sunt:cũ mũdus corruptibilis in incorruptionẽ traducat̃,scd̃m scripturã:Et mortalia corpa nostra ĩmortalia fiãt:incorporea vero ac rõnalia scd̃m operationẽ vel voluntatẽ mutatiõis susceptibilia sunt:scd̃m illud.Angelis peccãtib⁹ nõ pepercit.Q; si oĩm q̃ facta sunt,hæc substãtia:illa volũtate mutationis susceptibilia sunt:Spũs vero sanctus nec substantia nec volũtate mutatiõis est susceptibilis:nõ est ergo spũs creatura.¶Oĩs creatura sancta,sanctificata est:spũs vero sanct⁹ nõ eoꝝ q̃ sanctificant̃,sed sanctificãtiũ est:nõ ergo creatura.¶Nihil creatũ substãtia sanctũ:nã qd̃ substãtia sanctũ est exteriore sanctificatiõe nõ eget:eget aũt exteriore sanctificatiõe qd̃ factũ est:cũ dignũ effectũ sit ad se sanctificationẽ adducere:spũs vero sanctificationis nõ eget,ꝙ substãtia sanctus sit:nõ igit̃ est creatura.¶Oĩs creatura creatoris serua est:scd̃m prophetã q sic Deũ alloqtur.Qm̃ oĩa seruiũt tibi:q aũt seruus est,libertatẽ ac adoptionẽ quã ipse substãtia cõsecutus nõ est, aliis pręstare nõ põt:Spũs vero libertatẽ ac adoptionẽ pręstat:spũs eñ clamat in cordibus nostris:Abba pater:quare nõ est seruus sicut nec fili⁹:nõ ergo creatura.¶Nulla creatura rationali aĩa pticipabilis est,vt in ipsa essentialiter habitet:spũs aũt sanctus inhabitat in ipsa,scd̃m eũ q dicit:Templũ Dei sumus,& spũs sanctus habitat in nobis:nõ ergo creatura.¶Oĩs rõnalis creatura virtutis ac vitii susceptibilis est:spũs autẽ nullius horum susceptibilis est:nõ ergo creatura spiritus.

Creatura duplex.

¶Q; Spiritus creator est.



Aeli enarrãt gloriã Dei & opa manuũ eius annũciat firmamentũ. Et in alio Psal.Et opera manuũ tuarũ sunt cæli.Et quęnã erũt incorporei Dei man⁹ incorporeę q̃ firmamentũ & cælos crearũt:ille ipse Propheta explanat cũ dicit, Verbo dñi cæli firmati sunt,& spũ oris eius oĩs virtus eorũ.Verũ quẽadmodũ prolatũ verbũ in deo nõ est:sed viuens & subsistens & factiuũ oĩm:sic in Deo nõ est spũs pfusus,nõ dissolutus aer,sed virtus sanctificãs,cõsubstãtialis,subsistens.Manus tuę fecerũt me,& plasmauerũt me.Et id dictũ eãdẽ habet cũ supiori sentẽtiã.Spũs eñ diuinus(Iob inqt)qui fecit me.& alterã manũ exponẽs Salomon inqt,Deus patrũ & dñe misericordię qui fecisti oĩa in verbo tuo,& sapiẽtia tua cõstruxisti hoiem.Christus aũt Dei virt⁹ & Dei sapiẽtia quę scd̃m tropologię rationẽ man⁹ est creans. Ad hęc etiã spũs opationi totã nostrã imposuit naturã renouantẽ quoq; ipm creaturas in incorruptionẽ sermo diuinus dicit.Auferes spũm eorũ & in puluerẽ suũ reuertentur. Emitte spũm tuũ & creabũtur, & renouabis faciẽ terrę. Nec pfecto ipe seipm mittit:missionem aũt vocat exitũ ad opus:nõ de loco in locũ migrationẽ.Qm̃ spũs dñi repleuit orbẽ terrarũ:& hoc qd̃ cõtinet oĩa,scientiã habet vocis.Spũs dñi supueniet in te. Quapropter & qd̃ in ea natũ est(inqt)de spũ sancto est.Quod ex alio est,vel creatione ab ipo est,vt illud.Vnus

Vterus Dei. Deus & pater ex quo sunt oĩa.vel per gñationẽ:scđm illud.Ego a patre exiuĩ.&,Ex vtero ante luciferum genui te:nõ qm̃ vterũ Deus habeat,verum qm̃ pprię suę & nõ nothę geniturę ex vtero parentũ nascuntur:vterũ seipm̃ ad generandũ habere Deus Dixit,ad confusionem impiorum:vt saltẽ suã cõsiderantes naturã pprium patris fructũ sicut ex vtero suo natum filiũ esse prędicẽt.Quod ergo ex alio est,vel creatione,vel generatione,vel natura,ex ipo est sicut oratio nostra ex nobis,vel sicut splendor solis ex ipo.Si ergo supernaturale Christi corpus e spiritu sancto est,nec geniturã ipsius esse possibile:quoniã quod ex carne natũ est,caro est:& quod ex spiritu natum est,spiritus est.Nec rursus ex ipso sicut operatio eius:quoniam in simplici natura & incorporea eandem substantiæ rationem operatio suscipit. Relinquitur ergo ex ipo esse,sicut eius creatura. Verum & digitus Dei qui transmutauit in ægypto puluerem in animalia, generationem animalium quæ a principio fuerat ostendens: paraclerus erat,spiritus veritatis.Cum em̃ tres Euangelistę dicant ad Iudæos Dominum dixisse:Si autem ego in spiritu Dei dęmones eiicio:igitur in vos peruenit regnum Dei,Lucas dixisse ipm̃

Digitus Dei inquit:Si autem ego in digito Dei dęmonia eiicio:peruenit ergo ad vos regnum cælorum: quas obres & quæ per Mosen in ęgypto facta sunt signa,quæ digito Dei facta sunt & mirabilia Dei signa in spiritu fiebant. Digitus vero Dei & in his quæ a Mose, & in his quæ a Domino signa facta sunt,spiritus dictus ẽst:non quoniam parua quædam virtus coexistens deo est sicut corpori digitus:verũ quoniã vnũ quid ex donis spiritus quę scđm diuisionem sunt: gratiã etiã sanitatũ q̃ est id qđ est vnũ qd, & nõ vniuersa spũs dona digitũ vocat. Alii em̃ p spũm datur spũs sapiẽtiæ,alii vero sermo sciẽtię scđm eundẽ spũm. Alii gratia sanitatum in vno spũ.Alii pphetia.Alii discretio spirituũ.Alii genera lĩguarũ. Alii interptatio sermonũ. Hęc aũt oĩa operatur vnus atq; idẽ spũs diuidens singulis put vult. Diceret aliqs q̃ hęc oĩa & quęcũq; alia dona spũs sunt tanq̃ corpus qđ ipsius sunt,vnũqdq; donũ digitus:& hoc aũtẽ vtile dictionis ne negligas:cũ em̃ dixisset,q̃ oĩa hęc operatur spũs,sicuti:de dño etiã ipsemet inqt.Et diuisiones operationũ sunt,idẽ vero Deus q̃ opatur oĩa in oibus.Q̃z si oĩa operatus Deus sicuti vult : oĩa vero hęc vnus ac idem spũs operatur diuidens singulis put vult: quõ diuersitas substãtię illic est vbi operationi identitas esse cognoscitur?permutatis em̃ substantiis scđm impiissimum Eunomiũ,diuersas esse oportebat & operationes.Eadẽ aũt auctoritatem & potestatem spũs Saluator attestatur:Spiritus inquit,vbi vult spirat.

De remissione peccatorum.

PRoprium Dei est peccata dimittere,cum ipse dicat:Ego sum q̃ deleo peccata tua. Et,Si fuerint pctã vestra vt coccinũ quasi nix dealbabuntur: & si fuerint rubra quasi vermiculus,vt lana alba erunt.Preterea qm̃ Deus Dei filius Iesus paralytico pctã dimisit dicens,Fili dimittũtur tibi peccata tua:qua in re a Iudęis q̃ Deum ipm̃ esse nesciebãt,blasphemare putabatur,dicentibus:Ipse blasphemat:nullius em̃ est dimittere peccata nisi solius Dei:Dñs autẽ sanctis Aplis insufflans inqt:Accipite spũm sanctũ,quorũcũq; dimiseritis peccata dimittẽtur eis.Si ergo nullius est pctã dimittere,sicuti certe nullius est,nisi solius Dei:dimittit aũt spũs sanctus per Aplos:Deus ergo spũs sanctus & eiusdẽ opationis cũ patre & filio. Docete inqt, oẽs gentes baptizantes eos in noĩe patris & filii & spũs sancti. Gentes iubet credentes & doctas baptizari in trinitatis noĩe. At Petrus Iudęis q̃ cõsentiẽtes fuerãt in morte Christi pœnitentiã agẽtibus:Pœniteat singulos inqt, a malitia vestra & a via praua, & baptizeẽ vnusqsq; vestrũ in noĩe Dñi Iesu,& saluabiẽ:quasi possit eadẽ operari filius in regeneratiõe baptismi: quęcũq; pater & spũs operãtur.Dñs vero Aplis dixit:Expectate pmissionẽ patris quã audistis q̃ Ioannes quidẽ baptizauit aqua ad pœnitẽtiã:Vos vero baptizabimini in spũ sancto.Si ergo in Aplis eadẽ operari potest spũs sanctus quę patris ac filii nomen in iis quæ ex gentibus crediderũt,& Dñi Iesu nomen in iis Iudęis q̃ pœnitentiam egerũt:nemo em̃ diceret minore Aplos per lauacrũ gratia participasse,q̃ qui e gẽtibus crediderũt:qm̃ per spũm sanctũ gratiã habuerũt:quõ nõ est eiusdẽ cũ patre ac filio substãtię spũs:cũ eiusdem sit operationis?

Q̃z eadem sit potestas patris & filii & spũs sancti.

VAde in Damascũ & ibi diceẽ tibi,q̃ vas electiõis mihi es.Dñs de cælo visus Paulo dixit q̃ eũ in prædicatorẽ euãgelii orbi cõstituerat. Intrãti vero in Damascum Ananias dixit.Saule frater respice:Deus patrũ pręordinauit te:ac ne de Christo id intelligereẽ,infert vt cognosceres voluntatẽ eius & videres iustũ suũ Iesum,q̃ vocationẽ & ordinationẽ scriptis cõmendãs dixit.Paulus seruus Iesu Christi vocatus Aplus.deinde quid aliud etiã ad voca-

tionē dicit:Segregatus in Euāgeliū Dei.Qui aūt segregauit,vt Aplorꝫ actus docuerūt,spūs fuit.Ieiunantibus eñ Apostolis inqt & orātibus dixit spūs sanctus,Segregate mihi Paulum & Barnabā in opus ad qđ eos assumpsi.Qꝫ si dñs Deus patrū ipsum elegit quem pręordinauit ac eundem Spūs auctoritate naturę vius segregat,quō alteritas in trinitate substātię est: in qua opationis identitas inuenitur!Mea verba Salomon inquit,a Deo dicta sunt.At Paulus a Christo:An pbatione eñ quæritis(inquit)Christi,qin me loquitur. Nihil aūt minus spūs etiā in Aplis loquit.Loquebātur eñ(inquit)Apli prout spūs sanctus dabat eloqui illis: & Nō estis vos qui loquimini(Saluator ipsis dixit)sed spūs patris qui in cęlis est loquitur in vobis.Spūs autē & in prophetis loquitur.Quis eñ dabit(Moses dixit)oēm populum istum prophetare:quādo dabit dñs spiritū suū in ipsum!Et Testamēti noui propheta nouus Agabus exclamauit dicēs:Hęc dicit spiritus sanctus.Quod prophetę testamēti veteris ex cōsuetudine clamabāt,Hęc dicit Dñs Deus.& hæc Paulus quę a patre & filio & spiritu dicta sunt colligens:Omnis(inquit)scriptura diuinitus inspirata.Qꝫ si spiritus in Prophetis & Apostolis loquitur:& omnis scriptura per deitatem inspirata est,dicatis impii,cū eius scriptura diuinitus inspirata sit,quomodo ipse spiritus Deus nō est! Agabus

¶Qꝫ neqꝫ visio neqꝫ oraculum separatim sit a patre & filio & spiritu sancto.

Esaias ppheta,vidi(inqt)dñm sedētē sup soliū excelsum, & eleuatū, & seraphim stabāt sup illud:sex alę vni &c.& post hęc dixit.Vade & dices pplo huic. Audietis & nō intelligetis,& vidēres videbitis & nō videbitis.incrassatū est eñ cor ppli huius. Quātū igit ad te xtū ipm & cōsecutionē scripturę pphericę supernus pater est q visus oraculū pbuit pphetæ: at tonitrui fili⁹ cū alta locut⁹ sit & tonitruo terribiliora dixerit:q nō qđ nō erat, sed qđ erat verbū dixit:filiū inqt visum oraculū pbuisse pphetæ,qm dicit Esaias de ipsis:Excęcauit oculos eorū,& indurauit cor eorū,vt nō videāt oculis & intelligāt corde & cōuertant,& sanem eos.Hęc dixit Esaias qñ vidit gloriā eius.Paulus vero visionē & oraculū id spūs esse censuit dicēs.Bñ dixit spūs sanctus p prophetā Esaiā ad patres nostros:auditu audietis & nō intelligetis:& vidētes videbitis & nō videbitis:incrassatū eñ est cor ppli huius.Propheta igit patris i quo Iudęi credebāt psonā inducit:Euāgelista filii,Paulus spūs, vnū deū sabbaoth cū q visus fuit cōiter noiantes.Ita cū de vno Deo in ipsis indistīcta maneat opinio,nō ipis de hypostasi distīcta est! ¶Qꝫ participāt creatore q̄ ad imaginē eius facta sunt:hoc aūt p spūm fit.

Quod si hęc intelligerēt ac bñ auscultarēt q cōtra seipos male cauillant:pfecto spūm a deitate nō alienatēt,ne a deitate seipsos abscinderēt:ne mūdū a Deo disterminatēt:ne Deū a ppria creatura disseparēt.Misera eñ cūcta q̄ a deo creatore facta sunt,cū scdm naturā creatā a gloria destituta sint:nisi deitate pticipēt.Nō dign⁹ aūt sermo de deo si nudā ac desertā suā creaturā despicie. Verū nec creatura sic misera,nec deus sic impotēs est,vt sanctā pticipationē ad creaturas nō trāsmittat. Deniqꝫ statim ad imaginē sui hoīem facere voluit.Oīm aūt imago q̄ creatur a primitiuo ad materiā trāsmutata,silitudinē capit & charactere pticipat p artificis mētē & manus cōfirmationē:sic pictor,sic lapidū insculptor,sic q aureā aut ęneā statuā finxit:materiā cepit,in exēplar respexit,recepit rei quā speculatus est figurā:hāc in materiā impressit.Qꝫ si hoīb⁹ nō possunt ad silitudinē informari materię nisi id ea ipsorū pticipēt:quō ad silitudinē dei creatura ascendet, nisi diuino charactere pticiparit!diuinus vero character nō sicut human⁹ est,sed viuēs & vere ens imago imaginis efficiēs:qua oīa q̄ pticipant imagines dei cōstituūtur. Imago qdē dei Christus est:qui est imago(inquit) inuisibilis dei:imago vero filii spūs:quo q pticipāt filii cōformes fiūt:scdm illd scriptū.Quos prescivit & prædestinauit conformes fieri imaginis filii eius, vt ipe sit primogenit⁹ in multis fratribus. ¶Qꝫ spiritus sanctus nec possessio nec creatura Dei est.

Si spūs a gloria filii alienus est,quō scdm Aplm spū tuo cōtestabitur qꝫ filius dei sis! Quō clamabit i te abba pater,nisi donū vere a filio sit nō possessio ei⁹,ab ipso missus nō sicut humanus spūs vel aeriu s:vt solēt dicere q a deitate spm separāt,Sed dei ac filii spūs ęternus.iu maiestate diuina exīs & cognit⁹.Neqꝫ eñ spūs tuus Christus:nec spūs aeris dñs,nec immūdus spūs.Nā hoc quoqꝫ addicere qdā ausi sunt.Spūs vero sanctus Christ⁹ ac Deus vocatur cū Aplus vt mō cōmonuim⁹ dicat:Siqs aūt spm Christi nō habet, nō est eius:si vero Christ⁹ in nobis &c.Hęc igit cū dicat spūs habitationē,Christi habitationē esse affirmat.Et rursus dicēs:Dñs vero spūs est.vbi aūt spūs dñi ibi libertas:quare dñi spūs dñs:nō ergo possessio nec creatura dñi. ¶Qꝫ imago vera & naturalis dei ac filii spiritus est.

ET imago vera, nõ ex imagie vera ficut nos ꝑpterea assimilat ad imaginẽ,& efficit nõ efficit,& vnctio ẽ & nõ inungit. Vnctio vero fpũs in nobis(vt Ioães dicit)& qd dixi in nobis, imo eñ & in Christo dño fcdm carnẽ. Iesum inqt, de Nazareth vt vnxit de⁹ de fpũ sancto & virtute: Christ⁹ igit per fpũm & vnctionẽ quę eft in fpũ: quare nõ per alienã dei tatẽ dñi vnctio est,& nomen Christi:& q ab ipso Christiani vocant. Ploraret eñ vere aliqs si etiã salutis nostræ nomẽ a creatura incipiat: a creatura deductũ sit,& p feruũ adoptionẽ habeam⁹. Creatura nõ sanctificat creaturã, sed ab vno fctõ q de se dicit: Ego fctifico me ipm, oĩa fctificant. Sctificat vero p fpm ficut demõstratũ est. Spũs ergo nõ ẽ creatura, sed fctitatis dei character: & oĩb⁹ fctificatiõis fons. In fctificatiõe fpũs vocati sum⁹(vt Aplus docet) hic nos renouat,& rursus imagines efficit dei per regñatiõis lauacrũ,& innouationẽ fpũs sancti deo adoptamur. Noua iterũ creatura pticipans fpũ quo priuata ĩueterauerat. Imago & iterũ dei hõ q a diuina silitudĩe decidit,& iumẽtis insipiẽtib⁹ filis fact⁹, cõpat⁹ est illis. Silis est fact⁹ iumẽtis fcdm mortẽ. Sicut eñ mors istius inqt, sic mors istius: sed nunc q suscitauit Christum (inqt) e mortuis viuificabit etiã mortalia nostra corpora per fpm eius, q in nobis inhabitat.

℄Q; spiritus cum opera Dei perficiat diuinę naturę est.

QVis eñ qui creaturas renouat, q corruptionem in incorruptionẽ transmutat, q nouã nos effecit creaturã in fecula pmanẽtẽ: a creatore Deo ac filio separabit? Quõ q extra deitatẽ est, deitatis creaturã recuperat: nouã ipsam atq incorruptibilem efficiẽs? Quo Deus alio indigebat vt defluxã creaturã fuã recipet? Silẽtio tradat fermo impius, q inueteratã & corruptã creaturã opus dei esse asserit: eã vero q nõ antiquatur nec corrũpitur a creatura innouari cõtẽdit. Nõ glorificet creatura supra deũ: glorificat aũt supra deũ si q morte ac corruptione soluta sunt q Deus p filiũ opatus est, imortalia p creaturã atq incorruptibilia efficiũtur. Sed fpũs diuin⁹ oĩa q a deo p filiũ facta sunt pficit: sicut in noua creatiõe de qua dicit. Si qs ĩ Christo noua creatura. Propterea, Verbo dñi, inqt, cæli firmati sunt,& fpũ oris eius oĩs virt⁹ eorꝫ. Viuẽs verbũ in quo facti sunt cæli: hic ipse deus verbũ: de quo Ioãnes clamat: Oĩa p ipm facta sunt,& sine ipso factũ ẽ nihil. Vitã esse viuificantẽ fpũs monstrat, fcdm qd fcriptũ est. Vita fpũs q cælestes efficit: hic ipse cũ patre & filio glorificat. Nec eñ verborũ platione q̃uis hũano more verba dei plata dictaq dicãtur, Deus creat: nec aerii fpũs ꝑfusione cæli ornãtur. Spũs ad creãdum viuo verbo coordinat⁹ est, viua virt⁹, diuina natura, ineffabilis ex ineffabili ore exĩs ineffabili modo,& p sufflationẽ ad hoĩem missa: & fcdm figurã corpaliter à dño tradita: rursus ab eo p sufflationẽ restituta. Cõcurrere eñ oportet cũ prima nouitate pñtem innouationẽ atq cõcursum. Informauit igit cũ sufflasset cũ nõ alius eẽt atq is q a principio insufflauit: sed ipse p quẽ Deus sufflationẽ dedit: tũc qdẽ cũ aĩa, nũc vero ad aĩam: sic deus creat nõ manuũ motu corpaliũ, sed viui verbi opatiõe,& fpũs pticipatione viuificãtis. Igit a pricipio cũcta facta sunt in fpũ: & in fpũ rursus innouãtur. Vna & eadẽ plane opatio p filiũ ĩ fpũ videt,& trinitas disseparationẽ nõ suscipit: sed fcdm verã Pauli doctrinã Diuisiones gratiarũ sunt, idẽ aũt fpũs: & diuisiones administrationũ sunt, idẽ aũt dñs: & diuisiones opationũ sunt, idẽ vero Deus: q opatur oĩa in oĩbus: & cũ oẽs diuinas opatiões perdixisset: Oĩa vero hęc(inquit) operatur vnus & idem fpũs diuidens singulis prout vult.

℄Q; cum glorificetur cũ deo fpũs, nõ creatura sed diuinę naturæ ostenditur.

NOn igitur sup Dei creaturã potestatẽ habet creatura, nec circa ipsas operatur: sed alia creatoris, alia creaturarũ est operatio. Angeli(vt Saluator dicit) patris q in cęlis est faciẽ vidẽt,& in ipsis beatitudo & magna gloria est: opera vero sunt dei. Iuxta illud: Qui facis angelos tuos fpũs: & ministros tuos ignis flãmã. Sed & sanctificat eos & in ipsis opatur, sicut in sanctis hoĩbus, quinetiã q dei sunt denũciant sicut hoĩes: quapropter neq angelos vna cũ deo glorificamus: sicut neq hoĩes: cũ nõ ppria eorũ ea q per eos fiũt existimem⁹: sed dei q p eos opatur. Spũs vero cũ deo ac filio glorificatur sicut & diuina opatio per ipsum adimplet. Gratia eñ dñi nostri Iesu Christi(Paulus inqt)& cõicatio sancti fpũs cũ oĩbus vobis. At salutis nostrę caput, perfectaq de deitate ac sanctificatione baptizatoris traditio nil aliud est, q̃ baptizare in noĩe patris & filii & fpũs sancti: In eisdem aũt deitatis operibus trinitatẽ glorificari: qm̃ nec sine filio pater operetur, nec filius sine fpũ: vnius deitatis testimonium est.

℄Q; sicut filius ad patrem se habet, sic & spiritus ad filium.

PRopterea & Dei qdẽ verbũ filius est, filii aũt verbũ fpũs. Portans eñ(inquit) oĩa verbo virtutis suæ: & qm̃ verbũ filii p deum, gladiũ inqt fpũs qd est verbũ dei: verbũ autẽ dei

viuens ac operās.Nec mihi ad humanas similitudines decidas:verū vbiq maius in deo intel ligas exemplum verbi ad vnius demonstrationem operationis accipiens. Nam & intellectus tuus omnia per verbum considerat.

¶Cur & spiritus filius filii non dicitur.

NOn qa nō est ex deo p filiū,sed ne trinitas filios ex filiis habere suspecta,vt est in hoībus infinita putetur multitudo:sed dices si Dei est imago filiꝰ:filii vero spūs:cur nō filiꝰfi lii spūs dictꝰ est?hac em̄ te ad impietatē firmissima vsus es.Nā vel filiū vel creaturā vis intel ligere:& qm̄ filiꝰ noīatus nō est,idcirco creaturarū causam creaturā esse blasphemas, cū qui creaturas sanctificat ac deificat:q Dei noīe glorificat:q diuinas operationes adimplet. Quo niā ergo indignus tibi videtur appellatione filii tanq̄ a patre & filio alienatus, cōsidera quō sanctificatos filios efficit:ꝙ si tu p spiritū Dei filius:quō spiritus a filiatione alienus? & si tu per spiritū Deus,quō spiritus a deitate alienus? Verum rursus interrogabis:cur autem filii nō suscipit nomen.Iis em̄ quę dicta sunt attendere nō dignū putas:eius vero causam quæris qd dictū nō est:sicut Saduceus resurrectionē nō credens,sed modū resurrectiōis curiose inue stigas:& negligēs qd dictū est pptet id qd dictū nō est,& si tacebimus nolētes q̄ Dei sunt va riis curis versare, diuini spūs gloriā victā arbitrare : ppterea ꝙ filii appellatio de ipso posita nō est:quasi nō idē abste q̄rere possimꝰ.Nā si cōcedis infinitos positione filios p spūm sanctos esse,cur spūs saltē positione filius non appellatur? presertim cū melior sit iis q per ipm̄ gratia adoptātur:ac ideo nō debeat magis p appellationē diminui.Nos vero etiā de hoc vt possibi le est nobis ipsis rñdeamꝰ.Nā qd ad te attinet cū eadē quoq tibi imineat interrogatio tacere sufficiebat.Dicimus ergo si qs filiū ex filio diceret in suspitionē multitudinis,trinitatē deita tis hoībus adducebat:facile nāq suspicari erat ꝙ si filius ex filio natus est,ex hoc alius vtiq natus esset,ac rursus alius. Et deinceps ad multitudinē. Quamobrē ex Deo quidē esse spūm aperte prędicauit Aplus dicēs:ꝙ spm̄ q ex Deo est,accepimus:& p filiū effulsisse clarū fecit, cū filii spm̄ sicut Dei ipsum noīauit:& mentē Christi dixerit:sicut & Dei spūm vt hoīs:filiū vero filii dicere cauit vt vnus sit pater Deus semp pater pmanens,& sit inęternū qd est:vnus vero filiꝰ ęterna gñatione natus:q absq pricipio vna cū patre est filiꝰDei verꝰ:q semp est qd est:Deus verbū & dñs. Vnus aūt & spūs sanctus vere sanctꝰ spūs scdm̄ qd scriptū est.Qui cū patre & filio cōglorificatur: q & spūs oris a ppheta Dauid noīatur: quem & digitū Dei esse docemur cum Dñs in euāgelio dicat.Si vero in digito Dei ego eiicio dęmonia.Dicta hæc & bene dicta sunt, sicuti sunt, iis q absq curiosa inuestigatione credūt in Deū & verbū & spiri tum vnā deitatem adorabilē:vt nusq̄ aditus multitudini fiat:sed quilibet in trinitate vnum ens cognoscatur,vnus pater,vnus filius,vnus spiritus sanctus.

¶Qꝫ etiā si spiritus nō vocetur filius,perspicuū tñ est ꝙ ex Deo est:& quomo do humanę similitudines accōmodādę Deo & nō prætermittendę.

NEc em̄ ad cognoscendum ex Deo esse spm̄ minus qd habituri eramus,cū oris spm̄ Dei spūm audiremus.Sufficit em̄ nomen ipsius ad significādū existentiā eius ex Deo. Nec em̄ filius,nec generatio deitatis pprium est:sed ex humana similitudine adductū:ex qua etiā spūs dictio tradducta est.Hac ergo in diuino spū diuina scriptura vsa est:aliter ex Deo eē ostē dēs:qm̄ nō oportebat eadē hūc quoq similitudine significare vti dictū est. Tu vero similiter sicut infideles cōtra diuinā doctrinā hæc disponis ad blasphemiā festinans:& qm̄ pcessio ex Deo spūs generatio vocata nō est,idcirco nec ipsum spm̄ oris Dei esse credis,sed manuū Dei opus & humana exempla despiciens euertis q̄ ex ipsis intelligūtur diuina dogmata: cū opor teret diuini dogmatis verba cū timore audire,& qcqd dicitur cū pietate recipe:nec stultissi me ea q̄ sunt pietatis cauillari.Generat Deus nō vt homo:generat aūt vere:& qd ex eo natū est,est verbū nō humanū:edit aūt verbū vere & ex ipso emittit p os spm̄, nō qualis hoīs est, qm̄ nec os Dei corpale:ex ipso aūt spūs nō aliunde opatur Deus,nō corporeis manibꝰ: opa tur aūt nō ex seipso creaturas pducēs,sed p creationē subsistere faciēs,sicut nō ex seipso opus pducit homo q manibus opatur.Nec trāsmoueas diuinorū verborū terminos:filiꝰ est filius & spūs est spūs,nō creatura. Nec de filio q̄ras cur nō spūs vocatꝰ est:nec de spū cur nō filiꝰ: nec creaturā esse filiū vel spm̄ blasphemabis.Filius Dei fructus,sanctus ex sancto,ęternus ex ęterno,spūs sancti dator ad subsistentiā & formationē creaturę.Qui filium tollit,is creatiōis oīm principiū abstulit.Principiū em̄ est substātię oīm Dei verbū:p qd oīa facta sunt. Qui spi ritū aufert,perfectionē eorū quę sunt,abscindit.Nā quę fiūt,emissiōe & pticipatiōe spūs fiūt:

nec in tpe pcedit qd ex Deo pcedit:quis in tpe factiones reddat verbũ, semp est etiam antea q̃ a Mose subostẽderetur,Quasi em̃ pferebatur humana locutione vt p figurã humanã expo natur per ipsum factã esse creaturã. Spiritus semper est etiã antea q̃ sufflatum ipsum & elatũ describeret Moses corporali figura:per ipsum esse viuificationem describens.

C Q nisi spiritum ex Deo quis dicat nec verbum.

Verũ ea quę copulationis atq̃ cõiunctionis diuinę signa sunt,verbi scilicet ac spũs noĩa abscindit Eunomius:quę vero exteriorẽ ac diuersam naturã significãt, manus scilicet operationẽ & factionẽ operũ hęc sola suscipit.Nã si ex ore Dei nõ credis spũm prouenisse,nec verbũ credes:qm̃ & Dauid verbũ & spũm simul glorificãs: Verbo Dñi dixit cælos esse firma tos,& spũ oris eius oẽm virtutẽ eoꝝ. Et Moses quę verbo facta opera mõstrauit,spũ viuifica ta ostẽdit in factione hominis scdm imaginẽ.Quõ igit dissepatabũtur inseparabilia,verbum scilicet dei & spũs ex deo per filiũ?Quod si nõ credis in spũ,Paulũ audi,q formationẽ nostrã in spũ cõsummari ait:Nos vero oẽs reuelata facie gloriã Dñi speculãtes in eandẽ imaginem cõformamur,a claritate in claritatẽ,tãq̃ a Dñi spũ.Per verbũ ergo in spũ factura scdm imaginẽ est. Sed dicis,Deus facit spũm,& facit p filiũ.& illud, Oĩa p ipm̃ facta sunt,spũm quoq̃ tibi cõtinere videt:quę igitur trinitas est?dualitas tibi demonstratur. Nã si cũ cęteris oibus spũs quõ cũ patre ac filio,spũs?Quõ trinitas est trinitas? quõ in trinitate baptismus:qui vniuersum orbẽ sanctificat? Sed aquis cõnumerari eũ dicis,vtpote creaturã:sicut & aquæ sunt, qm̃ Dñs dicit,Nisi qs regeneratus fuerit ex aqua & spũ:at id parũ est.Tu vero qm̃ Ioãnes dicit,ipe vos baptizabit in spũ sancto & igni:etiã cũ igni gehẽnę diuinũ spũm coordinas. Hæc quẽ impietatis excessum nõ superent?Si aquarũ dignitatẽ spũi attribuit,qm̃ spũs aduẽtu aq̃ sanctificãtur:exequari nãq̃ tibi visum est qd sanctificat ei q sanctificat:& Deo ac filio cõnumeratũ in eadẽ opatione ac gloria nõ horrescis hãc vnã opationẽ ac gloriã decidẽs.Q vero aqs vtit ad corporũ mũdationẽ,idcirco aquarũ honore dignũ spũm arbitrat⁹ es.Ac medicinã qdẽ licet materia vtatur,nõ tñ tanti quanti materiã sed materię dñam existimas.Diuinũ autẽ spũm vt peccati maculas abstergat aquis vtentẽ, ad aquarũ dedecus atq̃ humilitatem deiecisti:Aquarũ,q̃ impiis etiã ad cõem vsum concessę sunt:aquarũ,qbus pollutiones corpis oẽs abstergũtur.Quid etiã,si illud Ignis recordatus fuisti.o quãtã rem mente cõcipere ausus es?admiror cõtumaciã si vere ignẽ nõ extimuisti. Baptizat Christus in spũ,sanctificatione dignos:indignos vere ad ignẽ dimittit,alienos a bono,malo tradẽs.Propterea igitur tibi bonũ & malũ cõiuncta,simul creata,& alterũ alterius videtur participantia:& cũ nos easdẽ patris & filii & spũs sancti operatiões demõstrem⁹:tu nõ pspicis vnionẽ nec cũ seorsum in Dei gloria spũs pdicatur,intelligis Apl'is ipsis deitatis gloriã tribuẽtib⁹:hęc dicit spũs sctũs:sicut pphetę.hęc dicit Dñs:& Dñi temptationẽ,dicẽtibus temptationẽ spũs,cũ ad temptantes Petrus ait.Quid vtiq̃ cõuenit vobis temptare spũm Dñi?& ad eosdẽ.Nõ es mentit⁹ hoib⁹,sed Deo.Q si Apl'i dicãt, Visum aũt est spũi sancto & nobis,nõ coordinãtes seipsos cũ potestate spũs, sed subiiciẽtes tãq̃ ab ipso tũc ducti & quasi vnã cognitionẽ ac prudẽtiã dicẽtes suã & spũs,& vnã potestatẽ: idcirco tu in creaturã spũm deducere conaberis? Quẽadmodũ si Mosen quoq̃ Deo exequari affirmes, cũ audias:Credidit aũt pp'lus dño & Mosi seruo eius. Sed differẽtia est,videlicet inter seruũ & dñm:quã etiã mõstrãs scriptor dixit, & Mosi seruo ei⁹. Nã Deo sicuti dño & sicut ei q Mosen misit crediderũt:Mosi vero sicuti seruo misso.Sic igit spũi qdẽ visum est a quo tãq̃ dño ecclesię leges datę sunt:Apl'is vero tãq̃ ministris p quos pcepta edita sunt.Spũs aũt seruus nõ est:Dñs em̃ inqt spũs est:& vbi spũs dñi,ibi libertas. Et Israel quidẽ vt seruus pceptis spũs ducit cũ formidine correptus:Christianoꝝ vero ecclesia sanctificata p charitatẽ adoptatur.Propterea dicit Paulus.Nõ em̃ accepistis spũm seruitutis iterũ ad timorẽ:sed accepistis spũm adoptiõis:in quo clamamus,abba pater.Quippe q seruũ accepit fili⁹ a seruo nõ cõstituitur:nec ppter serui participationẽ patrẽ Deũ appellare audebit:nec seruus oĩa Dei opatur sicut vult,nec spũs pręsentiã si esset seruus ac creatura p cuncta trãsire careret Psalmista:faciẽ ipsum ac manũ Dei appellãs,cũ dicat. Quo ibo a spũ tuo: & quo a facie tua fugiam? Si ascendero in cælũ,tu illic es:si descendero ad infernum,ades.Si sumpsero pennas igneas diluculo & habitauero in extremis maris: etem̃ illic manus tua deducet me,& tenebit me dextera tua.Spũs em̃ est q adimpleuit cuncta,scdm qd scriptum est. Spũs em̃ dñi adimpleuit orbem.Salomon inqt.Quapropter cũ septẽ orõnib⁹ spũs cognoscatur quas Esaias exposuit:Idcirco Zacharias quoq̃ spũm dñi septẽ oculos appellauit, sic di-

ceus.Isti sunt oculi dñi respiciẽtes terrã.& id qd̃ dr̃:Cælũ & terram ego adimpleo,dicit dñs. Eã adimpletionẽ significat q̃ diuino spũ efficitur:vt etiã p Zachariã dñs dicit. Ego in vobis & spũs meus stetit in medio vestri. Prædicta sunt hmõi:etiã alia plura vt certũ sit spm̃ esse q creaturam implet. Quare qs nõ sentiat maiestatẽ deitatis spũs,cũ audit: Quo ibo a spũ tuo? & rursum:Cælum & terrã ego adimpleo,dicit Dñs. Ad vnũ ac idem cõcurrentem video dei ac spũs dictã in oĩbus vniuersalẽ presentiã. Tu vero in talib⁹ cũ nõ queas increatũ esse spũm intelligere ac dicere,ipsum Deũ spũm vocari cõtendis:At nec p seipsum inhabitat in creatu ris Deus:nec pro spũ Dei Deũ ipsum posset aliqs accipere:cũ aperte audiat Aplm̃ de spũ q in nobis habitat talia scribentẽ. Nobis vero reuelauit deus per spiritũ eius.Spũs em̃ oĩa scrutatur etiam dei pfunda.Quis em̃ scit hoĩm quę hoĩs sunt,nisi spiritus hominis qui in ipso est? Ita & quæ dei sunt nemo cognoscit,nisi spiritus dei.Nos autem non spiritum huius mundi accepimus,sed spiritum qui est ex Deo:vt sciamus quæ a Deo donata sunt nobis. Si ergo in his nemo posset pro spiritu Dei Deum ipsum accipere, q̃uis ita eum cõiunctum cum gloria domini videat:vt homini spm̃ hominis nolit violẽter spiritum dei dicere ipsum esse deum. Spiritus(inquit)meus super te:non Deũ sed spiritum, quia ex Deo est,significauit.Spiritus dñi super me.Appellauit vnum diuinũ spiritũ nõ plures vno. Aliqs dicat, & spũs dñi Deus a dño dicitur Spũs noĩe patrem significauit qm̃ incorporeus est. Sicut em̃ spiritus Deus est: scd̃m illud,Templum Dei estis vos:& spirit⁹ Dei habitat in vobis:sic & Deus spũs est,trinitate scd̃m naturã nec incisa nec disseparata:vt nomina quoq; nõ dissepatentur. Quapropter cum vnus sit Deus,Deus etiam filius natura paterna & noĩe paterno:& cum filius vnus dominus sit. Dominus etiam pater imaginis nomine vocatus sicut eius primitiuus atq; genitor:sic & spiritus dominus a dño nomen habens a quo etiam datur. Dñs etiam ab imagine sua spiritus:qm̃ & Deus spiritus ab ipso appellatus est:nec tres Deos:nec tres dominos, nec tres spiritus:propterea faciundum : sed trinitatis vnionem in communitate nominũ cognoscendum.q̃uis tu ad tantũ dementiæ deueneris disiungens ac disseparans a patre ac filio spiritum:vt qm̃ dicit Dñs:Hæc autem est vita æterna vt cognoscant te solum verum deum:& quem misisti Iesum Christum:in patre ac filio vitam æternam sine spũ asseras denunciatam esse.Quare si spiritus pꝑter hęc tibi tollendus videtur,sine spiritu baptismo vitę baptizeris: sin vero in spiritu vitam hereditas,quomodo vitã ętetnã sine spũ somnias? Si quis spm̃ inquit Christi nõ habet,is non est eius.Quõ igitur in ięternũ viues,nisi sis Christi:Christi vero nõ eris spm̃ eius nõ habens.Sed cur nõ addidit inquies,vt cognoscãt te solum verũ Deũ & quem misisti Iesum Christum & spm̃ sanctum? Nõ disiungens spm̃ a dualitate duos nominat:sed contra vniens,& in patre ac filio spm̃ significans vt ab eis inseparabilem.Nec em̃ Paulus cũ dicit, Quicunq; em̃ in Christo baptizati estis Christum induistis: absq; patre sanctificationem introduxit.Verum in filio patrem quoq; significauit.Nec cum inquit: Vobis em̃ reuelauit Deus per spiritũ eius, inde abstulit filiũ qui dicit. Nec patrem aliquis agnoscit nisi filius:& cui filius reuelabit. Q; si patrem nõ nominans cum patris nomine tamen filium etiam significat:sic vbi spiritus quoq; nõ nominatur in prębẽte ipsum ac dante intelligitur. An & qñ dicũt Apostoli:hæc dicit spũs sanctus,soiũ suspicabimur spm̃ leges nobis ferre & futura predicere:& nõ ex patre per filiũ largionem legum & prophetiam descẽdere?Et quãdo dicitur: puer factus ex spiritu sancto factus non absq; verbo ad pueri subsistentiã spm̃ adue nisse intelligimus. Pręsertim cum dicat Ioannes q̃ verbum caro factum est:cumq; incarnatio verbo ascribatur. Verum per hęc omnia manifestum,qm̃ in verbo spũs est cum vnio deitatis non diuidatur.Trium em̃ noĩm acceptio trinitatẽ enumerat: & trinitatis vnionẽ habet cuiuslibet nominis significatio.Sicut illud:Ex ipso,& per ipsum,& in ipso omnia, in vnum nomen colligit patris & filii & spũs sancti proprietatem.Vnus em̃ Deus est ex quo oĩa:& vnus dominus Iesus Christus per quem omnia:vnus vero spũs in quo omnia:scd̃m quod dicitur. Vos nõ estis in carne,sed in spiritu,si spũs Dei habitat in vobis.Quãobrem & illud.In Deo viuimus & mouemur & sumus,aperte spũs est pprietas in Deo figurata. Nõ em̃ per creaturę operationẽ Deus glorificatur:cũ ipse dicatur esse in quo viuimus & mouemur & sumus. Nec per creaturã creatura cõtinetur & viuit & est:cum & ipsa indigeat virtute creatoris cõ tineri. Verũ quoniam spiritus Deus cuncta quę a Deo per filium sunt in esse corroborãs:idcirco & essendi durationem pręb(et) principatus.& nos qui prius ab ipso distracti corrũpebamur,rursum in ipso viuimus. Cũ autem multa dicere possimus quibus Deus in creatura,&

Deus & dñs pater fili⁹ spũs.

Leges & Prophetię a quibus.

creatura in Deo significatur:quibus omnibus spiritus significatur. his quæ dicta sunt tanq̃ signis aliorũ satis habebimus monstrantes errore implicitis,ꝙ aduersus Deum est eorum in spiritum impietas:si tamen spiritus gloriam,Dei gloriam esse cognoscere studebunt.

¶Qꝫ non ab æquiuocatione identitas,sed a natura diuina vnitas agnoscitur.

VErum spiritus(inquit)etiã hominis dicitur:vt illud. Nõ permanebit spũs meus in hominibus istis:& aeris:vt illud,Flabit spiritus eius & fluẽt aquæ. & alia profecto multa inuenies:sed rectius hęc accipiet,qui diuina pie intelligit, dicens in aduersariorũ obiectionẽ.Qꝫ si quis putabit indentitatem ex ęquiuocis introduci,quid faciet:qm̃ multa dicun

Esse soli[9] est dei. tur entia,cum vnius id sit Domini & veri Dei dicẽtis.Ego sum qui sum. Dicuntur autem & patres multi & dii & genitores & sapiẽtes & potẽtes & creatores:quę soli Deo vera insunt.

Ingenitum. Et ingenita eodem modo dicuntur,quæ nunq̃ nata sunt:nascitura vero vel faciunda: sicut resurrectio mortuorum nundum facta, sed futura:vel sicut a ferro annulus cum faciundus sit,& nundum factus in ferri natura inest:vel sicut cum ex aqua vel lapide ignis vel alia quadam materia modo simili talis fieret ignis.Rursus ingenitum intelligimus,quod minime ac nullibi est,non ens qui dum dixerit subsistentiam destruxit & essentiam substantię. Nam nõ ens nec existens eam quę nullo modo est,naturã significat:entem autem atq̃ existentẽ essentiam,si quis dixerit substantiam existentem significauit:qui vero dixit ingenitum Deum vel hunc ingenitũ cũ articulo,siue Deus nomen pręponat,siue postponat,nec substantiã abstulit,nec esse Dei,nec etiã creatã substãtiã Dei esse significauit:sed ꝙ nata nõ sit, demõstrauit. Nec quoniã esse Dei non abstulit,idcirco quid sit substantia Dei,significauit:verum appellatio ingeniti vocis non qualitatem vel quantitatem, vt illi demonstrare vana pollicentur vana dicentes:Sed quonã modo esse habeat,substantia Dei ostendit. In his vero quomodo qd sit,& id ipm̃ quod est,quale est,vel quid est,quantũ interest,inuestigabile est omni creaturę. Nam si iudicia eius abyssus multa(vt Propheta dicit)& vię eius inuestigabiles & inscrutabiles omnino scd̃m Paulum:quãto magis ipse cuius talia sunt iudicia,tales viæ? Nec mirum si ipse Deus talis est,vbi sua talia sunt.Si eñ quæ pręparauit Deus diligẽtibus se,nec oculus vidit,nec auris audiuit,nec in cor hominis ascẽdit: vt scriptum est:quãto magis eius ipsius Dei naturã qui talia pręparauit,ineffabiliorem quispiam dicat eorum qui pie in ipsum atq̃ simpliciter credunt? Ad hæc verba quoq̃ multa dicuntur. At vnum Dei æternum quod &

Filii adoptiui. Deus,in Euãgelio prędicatur,per quod oĩa facta sunt.Et filii Dei in scriptura multa dicuntur scd̃m illud.Filios genui,& exaltaui.& rursus.Filius meus primogenitus Israel.Vetũ positione & charactere quodã a vero Deo adoptati:positione filii nõ veri sunt:a natura eñ ac veritate res ꝑficiũtur. Qꝫ si q natura essentialiter ab ipso natus est,fili[9] nõ est scd̃m istorũ cõtẽptũ,q dissimiles substãtia patrẽ ac filiũ dicũt,qua in cõditione q positiõe filii sunt,inueniẽtur?Sed ignotãtissimi omniũ,quę scd̃m humanã naturã sunt,impie deitati accõmodant: & scripturas quę multifariam ac multis modis intelliguntur,simpliciter cõsiderãtes: excidũt cum bene duci non patiantur. Rectæ namq̃ sunt viæ Domini, & iusti ambulabunt per eas. Impii vero in viis planis cespitant.Et quod mirum est,quę iuuant eos qui per fidem valent, ea iis officiũt,qui circa quęstiones ac inutiles contentiones ęgrotant:sicut Apostolus dixit, morbum esse animæ,male & curiose de Deo quęrere, ea maxime quæ cum fide cunctis perspicua sunt.Nam si sanctissimo ipsi Deo de seipso nõ credunt,quomodo Prophetas & Apostolos in scripturis sacris de ipso loquẽtes auscultabunt? Credere enim oportet accedentẽ ad Deum,quod est. Credere inquit,non infideliter ac curiose quærere:& quod est inquit,ne illud quęras quod nõ est.Quod eñ est,erat,& est,& erit semper:& oĩbus esse donat,sicuti qui natura Deus est. Qꝫ igitur homo incredulus nõ credis:ꝙ proprium habeat filium Deus, & quæres quomodo genuit Deus? Si vero quomodo de Deo interrogas:& vbi quoq̃ vt in loco,& quando vt in tempore interrogabis:quod si absurdum de Deo talia quærere, turpius profecto erit non credere.Non erubescis forte,cum in infidelitate sis:quęris enim non vt fidem,sed vt infidelitatem inuenias:quod verum est scd̃m quod scriptum est.Nam in malignã animam non introibit sapientia.Credidit enim Abraham Deo, & reputatum est ei in iustitiã:& amicus dei appellatus est.Amicus dei beatus Abrahã:& dictus est, & est per fidẽ amicus,amicus per obœdientiã deitat tu inimicus propter infidelitatem ac inobœdientiam dei. Credidit vero Abrahã deo,non discredidit vt vos:propterea ipse amicus:vos vero inimici. Inimici domini mentiti sunt ei:vt scriptum est:quoniam filium dei natura,positione ac gra

tia dicunt adoptatum:& creatorem creaturam,& factorem facturam, & eum qui semper in patre est, aliquãdo non fuisse:ex Deo qui est,genitum filium a nihilo factum assererẽt.Non autem solũ aduersus Deum ac filium mentiuntur,Deo repugnãtes & Christo:sed aduersus etiam spiritum pugnant.Nam non patiũtur spiritum Dei appellatione Domini vocare dura ceruice & incircunciso corde,diuinis se opponentes scripturis. Cur autem contrarius es bonę huic fidei ac saluãti confessioni? Deus verbũ,spiritus,pater,filius,& spũs:nõ alienus filius,nõ alienus spiritus Dei,& filii,nõ locis dispertiri,nõ æuo circũscripti,nõ interuallo dimensi.Nõ defuit vnq̃ filius patri,nec filio spiritus:sed incõmutabilis & inalterabilis eadẽ trinitas semp,pater nõ filius,sed pater filii genitor:vt mens verbi pater,vt potẽtia potentis:vt sapiens qui sapientiã genuit,vt hypostasis propriũ charactera:filius vero semp filius est, vt forma Dei semp existẽs,vt imago Dei naturalis:verũ & spiritus imago filii dict⁹ est,& digitus Dei, & Dei spirit⁹,& verbũ ac spiritus oris,& spiritus bonus,& rectus,& principalis,& spiritus virtutis:& Dominus,& Deus dictus est spiritus Dei,sicut & verbũ. Nã si vna cum Deo,& verbo virtutes cælorũ spiritus firmat,quomodo alienus?quẽ qui accipiũt tẽplũ Dei efficiũtur,qui & spiritus oris Dei appellaẽ,& creationis causa cũ verbo mõstratẽ? Qui operaẽ omnia queãdmodũ Deus sicuti vult,vt Apostolus asserit, adoptionis spiritus,libertatis causa?Qui vbi vult diuinitatẽ spirat,quẽ & spiritũ veritatis Dominus omniũ aperte nominat? Qui ad ipsum de cælo in specie colũbę descendit?Qui sanctificat carnẽ dominicã cum virtute?Qui adimplet orbem?Qui vbiq; adest vt Deus, ac cum Deo semper est, nec ab eo separatur?Qui omnia Dei nouit? vt & spiritus,qui in nobis est nouit nostra.cum spiritũ dico,qui in nobis est,humanũ spiritũ dico:sic em̃ inquit.Et ea quę Dei sunt nullus nouit nisi spiritus Dei.Et rursus Saluator inquit,Nemo nouit quis est filius nisi pater,neq; patrem quis nouit nisi filius,& cui vult filius reuelare.Hoc illi simile,ac illud huic ęquipollens. Nobis enim inquit,Deus reuelauit per spiritum suum.Vide igitur quemadmodũ nunc quidem pater filiũ nunc vero filius patrem reuelat,nonnunq̃ autem spiritus filium,ac patrem similiter.Quare vniuersa deitas nunc in patris,nunc in filii,& spiritus sancti appellatione tibi manifestatur, & tibi propheticã quæstionẽ soluit aperte Apostolus:nec finit vnã personã existimare deitatem,propter eas voces quę id signare putantur.Nam & ipse q̃uis personam vbiq; filii creatricem prędicet,tamen in patris personam vniuersam creationem reduxit. An non ipse est qui dixit: Vnus Deus pater,ex quo omnia,& nos in eo:& vnus Dominus Iesus per quẽ omnia & nos per ipsum?cum similiter & hic vnum & vnum liquido dixerit: & per quẽ omnia sunt attestatus sit.Vnum esse ad Romanos dixit,& p ipsum omnia fieri.Addidit nõ solũ ex ipso. Quare si dualitas in dualitate signatur,vel trinitas in trinitate similiter.In eodem Apostolo & pro pueris aperte sunt testimonia,q nõ dualitatẽ,immo nec trinitatẽ tollũt,cũ vnitatẽ prędicent,sed vnitatẽ deitatis sciẽtes in vna persona tres prędicãt. Ac ab initio in creatione mũdi aperit, q ad filiũ & spiritũ Deus loquebaẽ,sic em̃ humano more introduxit Moses colloquentẽ ipsum ac dicentẽ.Faciamus homnẽ ad imaginẽ & similitudinẽ nostrã.Cui em̃ dixit faciamus?An nõ verbo & vnigenito filio per quẽ secũdũ Euangelistã omnia facta sunt: & spiritui de quo scriptũ est, Spiritus diuinus qui fecit me. Q; & si nõ dicit nominatim de quibus vel quibuscũ colloquebaẽ, q nõ de se solo dicit,inde perspicuũ est,Ecce inquit Adã fact⁹ est vt vnus e nobis.& rursum.Venite descẽdamus & confundamus linguas eorũ,vt etiã cõnumerati eos intelligas.Nec em̃ Angelos creatori ac Domino quispiã in eodẽ honore collocare audebit:nec vnicã rursus personã Deũ possibile est intelligere,cũ dicaẽ,vt vnus ex nobis, & venite descendamus & cõfundamus.Clarũ autẽ & qđ de Sodomorũ euersione diciẽ,Tunc pluit Dominus sulphur,& ignem a Domino de cælo.Et quod in Prophetis similiter his e psona Dei dictum.Euerti eos(inquit)sicut Deus euertit Sodomã & Gomorrã.Et alibi clemẽter loquẽs Deus diciẽ.Saluabo eos in Domino Deo suo.Qđ nõ est dissimile ab Apostolica dictione qua dicitur.Dabit ei Dominus inuenire a Domino misericordiã in illa die.At Zorobabel & sapiẽtia eius subobscurene tibi ac non apertissime subsistentiã,ac vitã veritatis videtur ostendere,cũ dicat:Omnis terra veritatẽ vocat,& cælum ipsi benedicit,& omnia opera concutiuntur & tremunt?Quænam vero est veritas?an nõ dei verbum ac filius per quẽ omnia facta sunt?Ego inquit,sum via veritas & vita.Veritas autẽ nõ est nisi ex vero natura liter & æternaliter ab ipso nata.Propterea infert dicẽs.Benedictus deus veritatis q est pater veritatis Christi.Christus veritas quẽ omnis spiritus colit & tremit.Quare qđ verbũ quidẽ

Spũs s. nomina.

Figura humana deo attributa.

viuens est & persona perfecta & spiritus similiter,sufficiunt quę modo dicta sunt ad doctri-
nam.Figuræ autem humanę apud Deum multę quoq; sunt alię:nec propterea Deum homi
nem esse existimamus,cum faciem audimus,oculos,aures,manus,& pedes.Nec in cælo sede
re veluti in sede:ac terrā vt scabellum pedum calcatam corporaliter: sed vt diuinæ potestati
subiectam debet dici de Deo.Sic rursum si vterum de deo audies,nō conturberis,tanq̄ cor-
poreū qd cogitans sed spirituale quid intelligens:melius aliquid eloquare generatiuū dei ex
ipso aperte tibi reuelatum.Sic etiam cum manus audis,factiuum ipsius plane cognoscas: au
tem vero audiendi potestatem:oculos perspectiuū ipsius:alas protegendi vim . aliorū quoq;
omnium similiter vnūquodq; propriā seruat sententiam & rectissimā de Deo, iis maxime q
rectissime credūt.Quare nomina hominū sunt vsus ad cognitionē ac discretionē substātiarū
vel etiā rerū ac eorū q̄ circa substātias esse cogitatione pcipiunt. Non ergo mirū tibi videat
vterū dici de deo,quoniā nec manus,nec alia prędicta,nec igit generatio de Deo dici tibi vel
cuiuis audiēti mirū videat.Q; si quis timet ne in deo generāte passio fit,potest & creātis mo
rum timere & laborē & materię assumptionē & vsum instrumentorū. Hęc enim oīa homi
nibus adsunt cū quicq̄ constituant:quę si Deo non adsunt,nec in generādo aderit passio.Im
possibile namq; est naturam impassibilem,in passionem incidere.Cur igitur timet quispiam
timore,vbi timor non est?Deus natura generans,ex se num patitur? Absit. Et creans quicq̄
ex nihilo vel vniuersa quæ sunt,nū laborat?Absit ne dicatur.ꝓ si vnum fugis neq; vnum, si
totum similiter & vnum:si vnum humano more & totum.Sin vero totum nō humano mo
re,nec vnum.Nam si ex nihilo voluntate totū absq; labore fecit deus,& id nobis non est in-
credibile,omnibus profecto credibilius erit vt deum decet ex ipso sine passione natura diui-
na proprium filium genuisse,æqualis honoris,æqualis gloriæ,eiusdem sedis consiliatorem,
cooperatorem,consubstantialem patri & deo:non diuersæ substantiæ,nec alienum ab eius so
la deitate.Nam si ita nō est,nec adorabilis est.Scriptum est enim. Non adorabis Deum alie-
num.Nec recentem aliquem suscipere deum iubemur. Nō ergo dicas cultus esse additionē:
nec etiam ꝙ priscis filius tacebatur,nobis vero reuelatus est.Nam si verbum creatiuū domi
num confiteris:Verbum autem cognouerant patres:verbum dei adorabant , & cum verbo
spiritum,nec eum disseparabis ab eo qui dicit:Ego deus solus,nec est præter me, ne blasphe
mare cogaris in filiū:ꝙ deus non sit.nec enim disseparabis ab eo qui dicit: Ego extendi cælū
solus:ne cogaris negare filium esse creatorem. Nam a gloria solius dei is qui cælum extēdit
non separatur.Quas ob res in filio patrem cognosce:in patre filium glorifica, non partiaris
quæ impertibilia sunt,non scindas quæ non scinduntur.Nam & si scindere volueris,non ta-
men scinditur:& si dirumpuntur hęretici,trinitas tamen non dirumpitur: & est colenda in
vna & æterna gloria vna & vnam deitatem vbiq; circumferens,irrupta,inscissa, indiuisibi-
lis,adimplens omnia,omnia continens,in omnibus existens,creans,gubernans,sanctificans,
viuificans.Hæc diuina & admirabilis catena non dirumpitur:vt scriptum est:Funiculus tri-
plex non dirumpitur.Hoc sensu & beatus Paulus ad eos qui recte crediderunt, scribens di-
cebat.Gratia domini nostri Iesu Christi,& charitas dei ac patris,& communicatio sancti spi
ritus cum omnibus nobis.Nam quando a deo fiunt omnia per Iesum Christum in spiritu,i-
separabilem patris & filii & spiritus sancti operationem esse video.Propterea templa dei & fi
lii & spiritus sancti omnes sancti sunt:in quibus vna deitas,vna dominatio,vna sanctitas pa
tris & filii & spiritus sancti per vnam habitat sanctificationem baptismi.

¶Aduersus eos qui dicunt scriptum esse de Patre ac Filio:
de Spiritu autem in baptismate solum.

CVm vero Pater dicat:In vltimis diebus effūdam de spiritu meo super omnem carnem,
quid dicemus de filio?Nam de ipso scriptum non est.Cum etiam dicat Propheta.Ibi ob
uiam fuerunt serui & viderunt facies suas:inter se numero transierunt,& vnus eorum
non est relictus:quoniam dominus iussit & spiritus eius congregauit eos. Vbi filius?cū aūt
dicat.Spiritus exibit a me & flatum omnem ego feci.vbi filius?& Dauid cū dicat: Spiritum
rectū innoua in visceribus meis.vbi filius?Cū idē rursus:Spiritus tuus bonus deducet me,in
terrā rectā.vbi filius?Et cū dicat:Spiritu principali cōfirma me.vbi filius?Cū vero Iob dicat
Spiritus diuinus q fecit me.vbi filius?An rursus idē Spiritus est in tonitruis, flatus autē oī
tenentis q me docet,vbi filius?Et cū dauid dicat:Emitte spiritū tuū & creabunt, & renoua-
bis faciē terrę.vbi filius?Et cū dicat,Quo ibo a spiritu tuo,& quo a facie tua fugiā? vbi fili⁹?

Cum vero dicat.Vęh filii rebelles,fecistis consiliũ non p me:& pactiones nõ per spiritũ meũ vbi filius?Cum etiam dicat:Egredietur virga de radice Iesse,& flos de radice ascendet:& re quiescet super ipsum spiritus sapientiæ & intellectus,spiritus consilii & fortitudinis,spiritus cognitionis & pietatis:& replebit ipsum spiritu timoris Dei:quomodo separabo spiritũ?Cũ autẽ dicat.Spiritus domini super me,propter quod vnxit me euangelizare pauperibus,misit me prædicare captiuis remissionem & cæcis visum:quomodo separabo spiritum? Et alia per q̃ multa,si quis cum industria quæsit,de spiritu & filio & patre,tam a veteri q̃ a nouo inue niri Testamento poterit.Aue gratia plena dominus tecum.Ecce enim concipies in vtero & paries filium.Et cum Maria diceret,Quomodo fiet istud,quoniam virum non cognosco, in quit ipsi Angelus:Spiritus sanctus superueniet in te:& virtus altissimi obumbrabit tibi. Et rursum idem Angelus dicit Ioseph.Ne timeas accipere Mariam cõiugem tuam, quod enim in ea natum est,de spiritu sancto est.Et Euangelista Prophetam exponens dicit,vt adimplea tur,quod dictum est.Ecce filius meus electus quem elegi.Dilectus meus in quo bene compla cuit animæ meæ.Ponam spiritum meum super eum,& in Euangelio scriptũ est.Spiritus vbi vult spirat:& vocem eius audis,sed nescis vnde venit aut quo vadit.sic est omnis qui natus est ex spiritu.Itẽ in euãgelio.Si vero ego in spiritu Dei dęmonia eiicio,ergo peruenit in vos regnũ dei.Et rursus scriptũ est.Omẽ peccatũ & blasphemia dimittet hominib⁹:spiritus autẽ blasphemia nõ habet remissionẽ.Et in baptismo descẽdit spiritus sanctus & mãsit sup ipsum Angeli vero descẽdẽtes administrabãt ei vt cognoscas quidẽ q Angeli descendẽtes ministra bant,vt seruitutẽ ostenderẽt:spiritus vero mansit super ipsum,vt cũ mansionẽ audias natu rę ipsius libertatẽ intelligas.Scriptũ est autẽ.Et pater in me manens ipse facit opera. & rur sus scriptũ est.Iesus vero plenus spiritu sancto regressus est a Iordane,& agebat in spiritu in desertum diebus quadraginta & temptabatur a diabolo.Et rursus. Accipite spiritũ sanctũ: quorumcũq dimitteretis peccata,dimittent.Et rursus.Veritatẽ vobis dico. Expedit vobis vt ego vadam.Si ego enĩ nõ abiero.paracletus non veniet ad vos:spiritus veritatis qui a patre procedit.Q si dicant.Nõ loquit a seipso spiritus,sed quęcũq audiet loquet.Dicemus ipsis, q nec filius a seipso loquit,sed qui me misit pater(inquit)ille mihi dixit,quid dicã,& qd lo quar.Quęcũq enĩ spiritus & filius loquunt,dei verba sunt: & propterea omnis scriptura di uinitus inspirata & vtilis,est quam loquutus est spiritus. Nã vere id mõstrat spiritũ nõ esse creaturã:quoniã omnis rationalis creatura,est quãdo a seipsa loquit,est quando ea quę Dei sunt loquit,vt cũ dicit Paulus.De virginibus autẽ pręceptũ nõ habeo, cõsiliũ autẽ do tanq̃ misericordiã consequutus.Iis autẽ qui matrimonio iuncti sunt,pręcipio,nõ ego sed Domi nus.& Propheta.O domine iudicia loquar ad te:quid quoniã impii prosperant? Et rursus. Heu me mater:vt quid me peperisti.Nonnũq̃ autẽ dicit:hęc dicit dominus,& nõnũq̃ Moses Ego sum tenuis vocis & tardę linguę.Aliquãdo vero ipse.Hęc dicit dominus,emittas po pulum meũ vt mihi sacrificet.Spiritus autẽ non sic.Non enĩ aliquãdo sua,aliquãdo quę dei sunt loquit.Id nãq creaturę est,verũ omnia spiritus verba dei sunt,similiter & filii.Propter ea nec filius a seipso loquit:Qui enĩ misit me pater(inquit)ipse mihi dixit, quid dicã & qd loquar?Non dices nã id imperfecti est & nescientis verũ,quoniã quæcunq pater loquitur per filium in spiritu loquitur.Pręterea scriptum est.Nullus scit quæ hominis sunt, nisi spiritus hominis qui in ipso est.sic & ea quæ Dei sunt,nullus nouit,nisi spiritus dei.Et rursus.Spiri tus enĩ scrutatur etiã profunda dei.Q si dicãt:qui scrutatur nescit,& ideo scrutatur:dice mus quoniã Deus corda hominũ scrutatur,& per Prophetas dicit: Scrutabor Hierusalem cum lucerna.Ad hæc scriptum est.Nescitis q corpora vestra templum spiritus sancti sunt q est in vobis? quem habetis a deo?Et rursum.Nescitis q templum Dei estis,& spiritus dei ha bitat in vobis?& propterea vos non estis in carne sed in spiritu?Si quidem spiritus Dei ha bitat in vobis.Et rursus scriptum est Et hęc quidẽ fuistis,sed abluti estis,sed sanctificati,sed iustificati in nomine Domini nostri Iesu Christi,& in spiritu dei nostri.Et rursus. Nõ enim audeo loqui aliquid eorũ quę per me nõ efficit Christus in obedientia gentiũ, in virtute si gnorũ & pdigiorũ,in virtute spiritus sancti.Et in principio epistolarũ Paulus patris & filii & spiritus sancti meminit sic scribẽs.Paulus seruus Iesu Christi vocatus Apostolus,segrega tus in euãgeliũ dei,qd ante pmiserat per Prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo q factus est ei ex semine Dauid secundũ carnẽ,qui pdestinatus est filius dei in virtute secundũ sanctificationis spiritũ Et rursus.Gratia domini nostri Iesu Christi & charitas dei patris &

communicatio sancti spiritus: Rursus. Diuisiones gratiarũ sunt, idẽ autẽ spiritus: & diuisiones ministrationũ sunt, idẽ vero Dominus: & diuisiones operationũ sunt, idẽ autẽ Deus qui operatur omnia in omnibus. Et Iob. Viuit dominus qui me sic iudicauit, & omnitenẽs qui amaritudine impleuit animã meam. Spiritus vero diuinus qui mihi in naribus remanet. Et Dauid. Emitte lucẽ tuã & veritatẽ tuã. lucem spiritum dicens, veritatem vero filium. Et in aliis. Ostende nobis domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis.

¶De Spiritu sancto, & quomodo quærendum de eo: & quæ sit eius virtus.

GAudeat omnis anima quę de diuinioribus quærit, si talem habeat oculũ, & talia quæ sensu inuisibilia sunt & quęrere & videre possit. Nã quę sic quęrit, apud eũ quẽ quærit, vt scriptũ est, habitare potest: Scriptum est enim: Si quęris, quęras: & apud me habita. Tunc autem habitat, quando cũ fide quærit. Nã & si non inuenire accidat, non tamen remouetur ne in fide eius habitet quẽ quærit: sed dicit secundũ patrem lunatici: Credo, ad scientia tua ex me, confortata est & non potero ad eam. Et secundũ patrem lunatici: Credo, iuua incredulitatem meam. Cum igitur hanc habeamus intentionem cũ fide de natura sancti spiritus quæramus ab ipso quem quærimus cognitionem petentes. Ipse nãq; est qui quęritur, ipse qui pręber quæsiti cognitionem. Sicut vero per sacras scripturas ab ipso didicimus, ipse est qui sanctos, sanctos fecit: & diuinã iis vitam pręber, qui deum ab ipso quęrũt Necesse est autem honorabiliorẽ esse iis qui accipiũt: qui sancti fiunt cũ ipse adueniat: & cũ ipse derelinquat, corrumpũtur. Ipse vero semper est cũ sit fons ætetnę vitę. Quis vero pręhitionis est modus, vt & in omnibus ipse sit & in singulis, mens cõsideret: quę a deceptione & hęresi liberata, hac consideratione digna facta est. Accedat autẽ quieto statu: quiescat vero ipsi⁹ nõ solum circũadiacens corpus, & corporis æstus: sed totũ continẽs cælum, terrã, maria, & quæ in iis rationalia sunt, & cũcta intelligat adimpleri, & vndiq; super ipsa stantẽ spiritũ, vt influxum & infusum ac vndiq; ingredientẽ & resplendentẽ Spiritus eñ domini adimpleuit orbẽ, & hoc qd omnia cõtinet cognitionẽ habet dei. Resplendet autẽ hominibus qui digni sunt, sicut Solis radii nubẽ illuminãtes, & ipsam splẽdere facientes auriformẽ ipsi faciẽ pręhentes: sic & spiritus sanctus in corpus hominis adueniẽs dedit vitã, dedit immortalitatẽ, dedit sanctificationem, iacens suscitauit. Id autẽ motu sempiterno motũ a spiritu sancto, sanctum animal factum est. Homo vero inhabitãte spiritu, Prophetę, Apostoli, Angeli, habet dignitatẽ: cum prius esset terra & cinis. Verũ natura & virtus spiritus manifestior & dilucidior fiet, quænam sit, si nobis in mentẽ veniet quemadmodũ sanctos ac omnem rationalẽ naturã sua continet ac ductitat voluntate. Nã vniuersę cælestiũ virtutũ multitudini & iustorũ itidem multitudini seipsum dedit: & omnis subsistentia iustorũ tam magnorũ q̃ paruorũ & Angelorum & Archangelorũ sanctificata est: & cũ iaceant corpora aliud hic, aliud illic, cumq; inter se mediũ quid habeant, non sic spiritus nec aliqua sui parte cuilibet dispertitus, diuinitus facit viuere, sed tota eius virtute viuũt vniuersa: & vbiq; adest emittenti Deo assimilatus & in esse & in vbiq; ac in omnibus similiter esse. Et Gabriel Mariam euangelizans ac alius alibi quenq̃ sanctorũ: & quilibet Prophetarũ prædicens, & Paulus Romæ euangelizans, & Iacob⁹ in Hierusalem, & Marcus Alexandriæ: ac alius alia in ciuitate spiritu adimplebantur, nullo in eodem tempore phibente interuallo eandẽ fieri gratiam. Per hũc etiam quilibet sanctorũ

De⁹ deorum. Deus est. Dictũ est enim a Deo ad ipsos. Ego dixi, dii estis, & filii excelsi omnes. & deus deorũ sanctorũ. s. dominus loquutus est, & videbitur deus deorũ (sanctorũ videlicet) in Sion. Necesse est autem eũ qui diis causa est vt dii sint, diuinũ spiritũ esse, & a deo esse. Nam quemadmodum qd cremãtibus causa est vt crement, ipsum cremãs esse necesse est: & qd sanctis causa est vt sancti sint, ipsum sanctũ esse. Sic & qui diis causa est vt dii sint, ipsum Deũ esse necesse est. Sic cũ tale bonũ ac diuina possessio spiritus sit, iã illi credens Christũ, qui hũc pręhet quęrere nõ timeas. Quippe nemo dicere potest Deũ Iesum nisi in spiritu: & quam in subsistentiam alterius vitam spiritus edit, hęc ab ipso nõ separatur. Sed quemadmodum id quidem caliditas ignis innata. id vero quam pręhet aquę vel alii huiusmodi: sic & ipse & in seipso vitã habet & qui eo participant viuunt, vt deos decet, vitam diuinam ac cælestem possidentes. Omnia namq; in seipso immortalia continet, intellectum omnem, angelum omnem, animam omnem & cum bene se habeat mutationẽ non quęrit, nec migrationem: cum omnia in seipso habeat Sed nec augeri quærit cum sit perfectissimus. Idcirco & apud Deũ omnia sunt perfecta charitas, gaudium, pax, magnanimitas, bonitas, sapientia, intelligentia, consiliũ, tutela, pietas, co

gnitio, sanctificatio, redēptio, fides, virtutū operationes, sanctitatū gratię: & quęcūq; his simi lia. Nihil in seipso aduentitiū, sed omnia ppria possidens: sicut Dei spiritus & ex eo existens causam suiipsius habens, sicut fontē sui vnde manat: fons autē & ipse bonorum quę prędixi mus. Verū ipse a deo manans subsistit, quę vero ex ipso manāt operationes, ipsius sunt. Hūc spiritū sanctū effudit super nos copiose Deus per Iesum Christū: effudit, nō creauit: largit⁹ est, non fecit: dedit, non construxit: eadē conferens dico, quoniā vndiq; te firmum esse oportet. Qui ab hoc spiritu doctus est, qui dicet in scrutantium respōsione digitus dei a Propheta nominatur: ac rursus inquit, Docibiles Dei erunt. Multi sunt in quorum rationabili anima hic diuinus est spiritus, nisi negligentia eorum discedat ab ea: cū vero ipsi appropinquauerit & quasi vnum facta fuerit illud audit: Qui vero domino adhæret, vnus spiritus est.

¶Finis librorum beati Basilii contra Eunomium.

RAPHAEL VOLATERRANVS MARIO MAFAEO VOLATERRANO FRATRI SALVTEM.



CVm hos annos me grauior ętas receptui iam canere, & studii ac propositi prope alterius admoneret: rebus Romanis, theatroq; illo non expectato fabulę fine, salutem potius dicendam censui, q̄ in his quæ non satis probaueram vsq; ad extremū oscitabūdus deprēdi. Ex quo nō in Seplasiā aut Baias, sed in nidulum horridum ac patrium tua & amicorum venia me conieci, non tā vt eius amotē sicut Vlysses immortalitati, q̄ vt rebus omnibus immortalitatem latitando & ęquo tm̄ comitatus animo pręferrē. Vbi nihil antiquius habui q̄ quem prius laudabam lectitabamq; ethicorum decimū, vitæ instituto ac animi exercitatione complecti. Verum quoniam is demum iudicis potiusq̄ doctoris eorum quæ agenda me ditandaq; forent partes haberet, ad sacra volumina confugi. Quęq; meo prius rancidula stomacho sunt visa, apto quidem pharmaco excussi, purgauiq;. Nec lectione satis contentus ad scriptitandum quocunq; modo q̄uis opicus, animum adieci: partim vt ea quę ipse sentirē cum cęteris communicarē: partim vt ipse quoq; quæ mente prius pcepissem hoc exercitationis genere degustarem. Res admodum mira, vt sicuti qui nummos possident quanti commutentur, nisi erogando, negotiandoq; non satis intelligunt: ita nisi doceant aut scribāt plærīq; quæ sane sciunt, nescire proculdubio videntur. Nec ea sunt omnes felicitate, vt secū ipsi tm̄ loquendo, quemadmodū de Africano Tullius scribit, nullis similibus ad animi pabulum egeant adminiculis. Quamobrem plura me in hoc genere cogitantem, ad conuertendos demum Magni Basilii sermones tanta cupiditas incendit, vt nō toto vertēte anno rem prorsus absoluerem. Res in his varię vt ipse facile perpendes, & stylo patrio id est asiatico exuberantiq; conscriptę. Morum ipse pariter ac disciplinę Christianę nouus tūc & inexorabilis cēsor. Ob eloquium singulare, seueriusq; vitę institutum, Magnus appellatus, vt ipsius vitā in fronte positā pcurrēdo deprendes. Vnū tm̄ de Gordio, martyre sermonē a Gaspare Volaterrano, prçsule Auximano, viro doctissimo cōuersum vbi multa & deleta & supaddita nec plane absoluta videbanť, meo modo cōscripsi interpolauiq;. Tu aūt quū primā ætatis rudimenta studiis psertim philosophię dicaueris, si hęc probas: & ad stomachū faciāt tuū Christi domini mihi pacem in Principis Apostolorū Basilica: cuius geris curā, p talibus exposce.

Vlysses patriā immortalitati prætulit.

Ethicorū decimus

Docēdi vtilitas.

Magnus cur Basilius.

V A L E.

¶MONODIA GREGORII NAZIANZENI IN MAGNVM BASILIVM PER RAPHAELEM VOLATERRANVM TRALATA.



CVM MAGNI BASILII VIRI SANCTISSIMI PRAECONIIS mea pene omnia scripta sint referta: ipsumq; dum viueret, & admirari, & in honore summo habere nunq̄ destiterim: hoc sane tempore quando excessit, vberiores a me laudes expostulari proculdubio videntur: quum defunctorum memoria præsertim excellentissima virtute præditorum non solum ab amicis, sed etiam alienis commendari maxima sit pietas. Ardua quidem res & meis non solum impar viribus, qui ab hac dicendi exercitatione iamdudum abstinui, sed & iis qui nihil aliud agunt, totumq; huic arti tempus ac studium tribuunt, & inde laudem sibi vindicare contendunt, sane difficilis. Qui si profecto ad summum sese in dicendo experiri voluerint, ex om-

nibus omnino materiis vnã hanc vt ceteris potiorem, quẽadmodũ nobiles pictores ex omnibus exẽplaribus vnum ceteris prestantius ad effingendũ sibi potissimũ deligũt. Ego vero si hac vti facultate vllo vnq̃ tempore debeo: nesciã profecto vbi melius aut religiosius siue opportunius, q̃ in huius laudibus vires meas omneis intẽdam. Quod officiũ tribus omnino de causis mihi adsumẽdũ duxi. Primũ, vt mei amicissimi ac amãtissimi pietatis hoc munus, qñ aliud nequeo, extremũ impẽdã. Deinde, vt omnibus bonis & illius virtutẽ colẽtibus atq; admirantibus rem gratissimam faciam. Postremo, q; exitum qualemcunq; sortiatur oratio, feliciter eueniet. Nam si prope ad eius meritorum narrationis metam peruenerit: id potissimũ quod optamus adsequemur, nostra dictio magnopere cõmendabitur. Si vero longe infra spẽ remanear, huius maxime sancti commendationi adcedet, q; eius laus ac vita omni sit cõmendatione superior. Virtus namq; encomii illa demum est: quemadmodum ea quæ laudantur, omni sint oratione superiora ostendere. Ego autem si postremus omnium ad hoc officiũ veni, quum & Gregorius Nysenus & Amphilochus Iconiensis præsules, ac nonnulli alii de eo luculentissime dixerint: veniam iure precabor ab eo primum de quo agimus. Nam & ipse dũ viueret me sepe, meaq; scripta si quid errassem emendare solebat, neq; id me pudet quando eius virtutem pro lege fere omnes habuerũt. Non enim per negligentiã aut contemptum tãte necessitudinis officio defuit: neu q; aliis potius q̃ mihi hoc munus conuenire existimarẽ, sed vt verum fatear: quẽadmodũ quidam anteq̃ ore ac animo purgati sint ad sacra accedere verenť: sic ego nisi longa meditatione & animo preparato quicq̃ de ipso dicere sum veritus: presertim cũ me corpore debilitatum & articulorum morbo confectũ videã, eum attingere qui preter naturã omne corporis põdus ac iniurias pre celsitudine animi minime sentiebat non sum ausus. Sed iã ad rem ipsam venio: ac primũ quẽadmodũ Isaac & Iacob deũ ob ingẽtem virorũ virtutẽ dicimus, sic item Basilii deũ imploro: vt si vltimus ordine, saltem facundia nõ postremus ad eũ laudandũ veniã. Quod si eque oẽs laudabimus: eius tamen meritis inferiores cũcti apparebimus veluti qui solem aspiciunt, q̃q̃ alius alio plus minusve, omnes tamen videndo deficiunt. Ego igitur si a maioribus ipsius ordiar & existimẽ in hac parte qua terreni homines humana tm̃ sentientes maxime commendantur extolli debere, nihil profecto apud Homerum heroum illorum catalogum admitabimur. Nouum hunc rãtum Basilii progenitorũ suscipiemus. Nam & priscis illis clariora hæc gesta, & (quod potissimũ) veriora conspicias: quũ illa fere sint oĩa fabulosa. Igitur paternum genus ex Helenoponto Ponti oppido claro venit: de qua regione mira multa a Poetis simul & historicis, vt Apollonio, Xenophonte, Polybio, conscripta reperiuntur. Maternum vero e Cappadocia patria itẽ mea, que & iuuentutem pulchre educatam & gentem equorũ generosam admodũ profert. Quorundam eñ genealogie ac prosapiæ priscorum græcorum plus rumoris ac vanitatis q̃ vere glorie aut veritatis habent: quarum nonnullas bona cum venia audientiũ narrare breuiter vacabit: vt plane videamus nihil in his esse, sublime, magnum, sed eo nomine omnino indigna: ac virtute inferiora inueniri. Hi sunt Pelopidæ, Cecropidæ, Alcmeones, Aeacidæ, Heraclide, & alii complures. Pelops Tantali fuit filius Phrygie regis, qui bellũ cũ Ilo, Ilii cõditore gerens, cum belli exitum formidaret, filio mandauit in continentem se cum facultatibus reciperet, hac conditione, si viueret rursus in Phrygiã remearet: si succumberet, remaneret in Europa. Pelops itaq; substantiam ferens omnem in Græciã venit, in partem quæ tunc Apia vocabatur, vbi Oenomaus regnabat filiã habẽs Hippodamiã, quẽ cum equestri certamine ac cursu Pelops superaret, filiã promeruit. Ex quo locũ habitans postea a suo nomine Peloponesum vocauit. Ex eo deide descẽdẽtes Pelopide sunt dicti, vt Atreus, Thyestes, Agamemnon, Menelaus, postrem⁹ omniũ Orestes, & hoc quidẽ de Pelopidis. ¶Cecrops rex fuit Athenarũ biceps descriptus, q; duas teneret linguas, Grecã & Aegyptiacã. Nã fama ẽ Athenienses Aegyptiorũ colonos esse e Saiense ciuitate, quorũ dux is fuit Cecrops, vnde & Cecropide dicti. ¶Alcmeon Atheniensium vnus, vir insignis, quũ Pisistrati tyrannidẽ odio persequeretur, patriãq; libertati restituere cuperet, venit Delphos oraculum sciscitaturus: vnde accepit Lacedæmonios, Athenas liberaturos, quo facto illi ad delendam ex Athenis tyrannidem sunt postea impulsi. vnde Alcmæon magnam est hac sapientia laudem adsecutus. ¶Aeacus Iouis filius qui per siccitatem Grecie rogatus, ex patre imbrem supra terram impetrauit, magnoq; deinde fuit apud populos in honore: Peleũ suscepit & Telamonẽ. Is Aiacẽ, ille Achillem genuit. ¶Hercules item Ioue natus ex Alcmena Amphitryonis vxore, ex quo

Encomii virtus. Helenepontum Cappadocia. Pelopide Peloponesus. Cecropidæ. Alcmeonidæ. Aeacide. Heraclidæ.

Hyllus plur esq alii fuerunt liberi lacedęmoniorũ reges oẽs Heraclydę appellati. Et demũ Gręci nihil ex proprio genere pręclarum gloriari habentes: ad fabulas se cõuerterunt dicẽtes, eos esse sibi progenitores quos deos facerẽt. Quis eñ Iouem sanus mente dixerit deum omni libidinis genere contaminatum? Si autem dicis hominẽ ĩmortalẽ nec propterea corruptioni obnoxium: Magum esse quendam & maleficis hoc adsequi artibus est necesse. Quãobrem ad id quod institui dicere reuertar. Si ex progenitoribus Magnum Basilium laudare vellem, multa ex eius nobilitate generis dicere haberem: verum ipse non ex maioribus sed ex sese ac propria virtute nobilitatem potissimum sumendam duxit. Quum sit longe turpissimum colores & formas & equos aliunde q̃ ex seipsis probari: Nos vero ornatum ac pulchritudinem extrinsecus ab aliis quęrere ac mutuari. Quid enim quęso ad nos maiorum virtutes ac bona, si nos ignaui fuerimus ac secordes? Vnum igitur & alterum factum in eius ꝑ sapia: cuius religio, pietas, iustitia, cõstantia, domum facile totam illustrauit, recẽsere sat erit. Vigente siquidem illa Maximiani sęuissimi tyranni in orbe toto insectatione, cædes vbiq ac strages, vbiq terror ac fuga Christianorum conspiciebatur: Basilii auus simulq reliqui tũc sanguine coniuncti parati pro Christo pati: legem martyrii minime pręterierũt. Lex autem pręceptũq seruatoris neminem sese morti spõte offerre: aut iugulum petẽti præbere cogit, ne aut placendi Deo cupiditate in effundendo sanguine, proximũ contra id facere pręceptũ cogamus, Ne occidas: aut nobisipsis mortem inferre videamur. Tempore vero nos vocante ad certamen, alacriter fateri ac legitime pugnare oportebit: sese nam[illegible] inimicis vt interficiatur tradere, audacis nimium est: deprehensum vero minime Christũ fateri aut refugere, timidi atq ignaui. Igitur Basilii progenitores hoc recte intelligentes in quandam montis speluncam in Ponto cum paucis ministris tyranni sęuitiã fugiunt: in quo sane secessu quis non longi temporis eorum patiẽtiam mirabitur? quum hic annos supra septem commorati, sub dioq agitantes tm̃ pane victitarũt, reliquis vsui necessariis deficientibus: nec vllam propter ea vt olim Hebręi in deserto lamentationis vocem emiserunt. Sed tm̃ hęc secum: Durem⁹ & nosmet rebus seruemus secũdis. nõ deerit prouidẽtia. Quoniã si Deus in Eremo Iudęos mãna & coturnice pauit & alia prodigia edidit: nobis item hodie cibũ pręparabit pro pietate laborantibus. In hac itaq cogitatione existentibus mira Dei benignitate ecce opsonia impræparata atq improuisa aderant, cerui pingues ad illos nemine persequente veniẽtes, e quibus quot erat opus pro tempore interficiebant: reliquos dimittebant, ac quodam modo volũtarios in promptuario vsui futuro conseruabant. Hæc eorum venatio lõge felicior q̃ Orionis & Actęonis, quibus Dianã iratam ferunt, alteri q eam tentasset, scorpiũ immisisse: Alterum, Actęonem dico, q nudam eam lauantem viderit, in ceruum conuersum, a canibus ipsius discerpi iussisse. Felicius item hi ceruina carne diuinitus sustentari, q̃ Iphigenia illa apud Aulidem a morte per ceruam liberata, quę cum (si vera est fabula) pietatem ex Diana inuenerit non reddidit tñ, ad aram Scythicam in Thauris translata, vbi hospitũ sanguine placatur. Illi vero Dei beneficio longe alacriores facti pro eius nomine, demũ suppliciũ constãtissime tulere. Parentes eius perpetua concordia deuincti in mediocri ac bene parta substantia pſancte ac pie vixerunt, pauperes nutriendo, hospites excipiendo, partem ipsius Deo consecrãdo: cæteris omnibus eiusdem status exemplo fuere. Magistratus vero & honores, quos vulgus admirari potissimũ solet, in patria sunt omnes fere adsecuri. Ego vero optimũ de eorum virtute indiciũ facio, q prolem optimam ediderunt: adeo vt ad obtinendũ celebre nomẽ satis per se etiam si tales non edidissent filios, sufficerent. Rursus vero talium extitere filiorũ parẽtes vt si ipsi per se minime clari extitissent, filiorũ attamen pręstantia, cęteros meritis antecellere potuissent. Qd̃ si inter natos omnis vnus aut duo tm̃ pręstarẽt, hoc plane naturæ potius q̃ parentibus adscribi potuisset. Verũ quãdo omnes ferme summa virtute pręditi fuere, palã ꝑfecto videri põt, hoc parẽtũ sapiẽtię ac educationi diligẽti acceptũ ferri oportere. Sũt eñ hi Macrina, Basilius, Gregorius, Petrus, Naucratius. Ex his tres cęlibes ac iidẽ præsules fuere: Basilius Cęsareę, Petrus, Sebastę, Gregorius Nysę. Hic eñ Basilii pater Basilius itẽ appellatus, & si matrimonio se vinxit: ita tñ in eo vixit vt nihil propterea ad pefectã virtutem ac philosophiam consequendã impediretur: & in statu cõiugali vitam ac ritũ seruauit sacerdotalem. Ex quo tria, hęc, castitas, matrimoniũ, sacerdotiũ: quę diuersa solẽt virę genera constituere, nequaq̃ in hoc pugnantia fuere, aut virtuti vllo mõ offecerũt. Eãq pene solus est felicitatẽ adsecutus, quã patres optare solẽt: Et quũ ipse cęteris virtute pſtaret, a filio facile vict⁹.

Iuppiter scelestus

Nota martyrii legem.

Cetuorũ mira oblatio.

Orion.

Actęon.

Iphigenia.

Basilii fratres ac pater.

Eumelia mater. est. Mater Eumelia appellata te nomen hoc ꝓmeruit. Eumeles eñ hoc est prudens, sagax, atq; solers, in rebus agendis vna fuit omnium aptissima, nec minori inter mulieres q̃ vir eius in suo sexu virtute fuisse apparuit. Quáobrem iure id quidẽ ac naturaliter cõtigit, vt ex bonis bonus admodũ ederetur fructus. Venio nunc ad ipsum: ac in primis de ipsius oris dignitate viribus ingenuis, staturæ proceritate, corporis totius pulchritudine nihil dicam: non ꝙ in ipsa iuuenta dũ adhuc carnem abstinentia non corruperat, aliquid non laudãdum habuerit: sed ne mihi vt palestram exercentibus eueniat: qui robur ac vires frustra cũ aliis experiendo ac pręludendo absumentes atq; atterentes, quum ad verã postea veniũt pugnã, e qua corona palmaq; expectatur, inferiores inueniuntur. Hęc tñ laudabo quę dicendo non superflua narrare, neu extra signũ iaculari videbor. Prouerbium nãq;, quum ea quæ ab initio intẽdim⁹ minime sequimur. Existimo eñ apud omneis qui sapiunt iam esse in confesso, quẽadmodũ eruditio seu disciplina primũ est omniũ bonorũ, non solũ christiana quę non dictionũ pulchritudinem, sed rerũ sensum & intelligentiam sequitur: verũ & ea quę extra fidem est, quamve Christiani nonnulli velut a deo separatã odio habuere: male quidem iudicantes. Si eñ quoniam quidam ex philosophia aliena noxam contraxerũt, ac in errores varios inciderũt, ea de causa despiciũt: eodem modo & hi cælũ terramq; & omnia quæ in eis continentur odio poterũt habere: quando plures inueniũtur qui hęc deos constituũt aut his alioqui abutuntur. Similiter autẽ & ignis & elementa cętera, & cibus ipse: quę interitũ ac perniciem male vtentibus ferũt, ab omnib[illegible]t mala vitabũtur. Verũ contra conspicimus, ꝙ non solũ ea quæ de genere sunt meliorũ, sed omnino pestifera & vitanda interdũ ea probe accõmodantes, iuuare inueniantur: Iamq; ex viperę carne singulare morbis remediũ inuentũ, qd Theriacam appellant. Sic igitur ex gręcis doctrinis quęcũq; ad naturę cognitionẽ, morũve institutionẽ faciunt, ediscamus: quę vero ad errorẽ & superstitionẽ, ea vitabimus. Non eñ ex eorũ dogmatis ad Dei cultũ parũ proficimus. Quomodo inquis? Si nostra cũ illis cõferamus ac comparatione vt sancta, puta, integra, vera: illis probrosis, impuris, ineptis, longe prestare noscamus. Non itaq; vlla despiciẽda disciplinę cognitio, quũ de genere bonorũ sciẽtia sit omis: quin potius ipsam spernẽtes, & rusticos & plane ignauos existimare debemus: qui libenter omneis pariter ignaros esse vellent, vt ipsorũ ignorantia in communi latens minime deprendi aut ab aliis taxari valeat. Istorũ itaq; opinione confutata, qd indolis aut disciplinarũ in Basilio fulserit, videamus. Prima ætatis rudimenta a patre optima qdẽ in Ponto accepit Baptismi, magis autem morũ regenerationem, quam diurnam Dauid vocat dicens. Dies renouabuntur. Est enim vitæ renormatio luci similis: nocti cõtraria, veluti sordidę ac tenebrosę pura splẽdidaq;. Sub patre inquam educatus, non vt sub Chirone Achilles, venari, equitare, citharizare didicit. Quáobrẽ Achilles .i. sine cibo dictus. Chilos eñ cib⁹ ac succus est. Nã crudis tñ ferarum artubus pasci adsuetus erat. Sed grãmaticã imprimis edoctus: q̃ cyclica dicit sciẽtia, ꝙ circa eadẽ voluit ac vertit: nec solũ hãc sed morũ ac pietatis studia: q̃ siquis singula non ambo acceperit, similẽ monoculo dixerim: cui altero carere lumine magni incõmodi loco ẽ. Qui aũt in vtroq; legitime instructus fuerit, vt vna cũ moribus sciẽtiã dicẽdiq; facultatẽ habeat is iã in hac vita beatus viuere incipit: & qd futurũ pollicetur seculũ, secũdũ naturã iã possidet. Hæc itaq; Basilius ꝓbe retinẽs ex patrio & domestico exẽplo accepit: in qd respiciẽs veluti equinus pullus statim natus circa matrẽ alacer generositatis indiciũ ludendo & hinniẽdo ꝓdit: velut etiã imago ab egregio pictore anteq̃ sit absoluta lineamẽtis ac vmbris qbusdam ducta satis quãtũ sit egregia futura, ostẽdit. Sic ipse ante legitimos ætatis annos virtutẽ idole adhuc immaturã futuri tẽporis prę se tulit. Postq̃ vero ad ętatẽ virilẽ peruenit, melioris occasionẽ frugis & laborib⁹ alios addere labores cupiẽs & dicẽdi studio incẽsus vt in eo magis ꝓficeret, Cęsareã Cappadocię metropolim venit: q̃ tũc literarũ gloria & studiosorũ frequentia in Asia tota florebat. In hac breui tẽpore adeo cõredit, vt in omi fere disciplina æquaIeis oẽs superaret: vnde magnũ apud eos populos est nomẽ adsecur⁹. Nã & doctrinã supra ætatẽ & morũ grauitatẽ supra doctrinã ostẽdebat. Omiaq; iã adsecutus q̃ & Philosopho & oratori & sacerdoti opus erãt, quũ in his honoris ac ꝓfessionis de more insignia posset accipere, facile despexit, ac supuacua putauit: vt q nõ phaleras, sed verã ex his doctrinis vtilitatẽ susciperet: quibus tñ operã dedit, vt eas theologię dogmatiq; nostro veluti ministras & adiutrices haberet. Quoniam qui ea quæ probe recteq; intelligit, oratione prodere nequeat, similem dixerim siderato: qui q̃uis conetur, sese tamen mouere non potest. Opus itaq; futuro seruo Dei.

Marginal notes: Palęstræ similitudo. — Prouerbium. ἔξω τοῦ σκοποῦ βάλλειν — Scientiæ omis cõmẽdatio — Achilles vñ dicit. — Cyclica. — Cõparatio — Cęsarea. — Siderati

philosophari & ab hoc mūdo secedere & cū deo versari, & his demū mortalib⁹ adminiculis vitā cōsequi cælestē. Post hęc Cōstantinopolim petiit studiis itē literarū admodū celebrē vt magis ac magis in his proficeret. Postremo Athenas contendit doctrinarū omniū ac disciplinarum procreatrices: quas ego aureas appellare soleo, ꝙ multa mihi tribuerint bona. Hic nāq; Magnū Basiliū, lōge melius ac felicius q̄ doctrinā primū noui. Simile quiddā Sauli Regi adsequutus. Is eī patris asinos quęsitū missus, quū de his Samuelē ꝓphetā percōtaretur, Rex ab eo declarat̄ ac vngit̄. Ex quo (parergū hoc est nō ab initio quęsitū aut excogitatū) plus lōge q̄ qđ antea quęrebat, extitisse vidit. Asinos eī vestigans, regnū inuenit. Sic itē ego doctrinā ad dicēdi facultatē sequēs, Magnū Basiliū repperi. Ego eī quū eius laudes celebrare instituerim, quandā mea causa digressionē hic facere cogor, vt plane referā: q̄ initia nostrę beneuolētię in hoc loco fuerint. Q̄ȝ si longiusculus fuero, meo erga illū amori ac desiderio dāda est venia. Nā nec oculus a spectaculis, nec item lingua a narrationib⁹ poterit dulcib⁹ retineri. Adfectus quidē honestus: quē minime pati pœnam ac damnū is qui sapit existimabit. Igit̄ nos Athenæ habuere veluti fluminis fluxū ex vno venientis fonte. Quē admodū inquā aqua ex eodem scaturiens fonte, ac in duo diducta rursus in vnū coit: sic & nos ex eadē patria egressi, ac postea diducti, Ego quidē Alexādriā, Basili⁹ vero Byzantiū ꝓfecti sumus: rursus Athenas cōuenimus: quo prius ego, post me statim ille adcessit magna quidē expectatiōe, vt cui⁹ iā fama celebris esset. Quāobrē quisq; doctoꝝ excogitauit, operāq; dedit quēadmodū eū sibi discipulū adscisceret. Hic ego rem nouā veluti ientaculū curiosis interponēdo, parūper digrediar. Athenis iuuenes circa suos sophistas insaniūt. Nā quēadmodū hi q cursus equorū in circo curāt in diuersas diuisi partes a colorib⁹ cognominatas sedēt, ac loco equos flagello verberādi aera palmis cędūt, digitos mouēt ac indicāt, equos iūgunt ac dexterū ad sinistrū, mediūue ad summū trāspōnūt: & re vera nullius existentes domini, nō equi, nō aurigę: alteri dicūt parti cōmittem⁹: vos vestros simul & aurigas & magistros nobis date. Nos aūt nr̄os vobis cōcedemus, ac ocy⁹ videbitis quātū vos cursu supabimus. Et hęc dicūt hoīes q nec ī crastinū hn̄t qđ edāt. Sic & Athenis iuuēt⁹ certatim studet, vt plures ipsi cōdiscipuli sint, & suos doctores ex hoc fere locupletiores reddāt. Res qdē ab surda simul & inepta. Nā pars nulla est Athenis, neq̄ in tota Gręcia quam nō ipsi præoccupent, & vbi exploratores nō habeant: vt eos qui ad discendū veniūt, ad ꝓprios deducāt magistros. Quando itaq; aliquē sunt nacti, siue voluntariū seu inuitū, hūc retinēt. Ridiculū sane, quomodo eū exagitant aut deludūt. Primū veniens ab aliquo deducentiū hospitio recipitur, qui maxime in sophistica præcellere videatur, vt magistris lucrū adferant: quāobrem ab ipsis magnope diligunt̄, ꝙ huiuscemodi discipuli q̄stuarii ac illis nouos adducētes iuuenes loco magnę mercedis habent̄. Hūc itaq; hospitio semel exceptum vt ei⁹ fastū & adrogātiā siquā fortasse habet extinguant, & humanū ac facile reddāt verbis ꝓuocare ac plane interrogare p contētionē qdā audacter & incōposite, nōnulli vero cū rōne ac dialectica solēt. Qđ sane factum iis q rem hanc & cōsuetudinem nesciūt metū incutit: iis vero qui norunt iucūdū ē & ludi instar. Ostētatio qdē sola timorē habere videt̄, res vero minime. Post hæc ī Balneū p foꝝ eū ducūt. Adpropinquātes more furētū saltāt ac clamāt: Vox hęc est, Balneū ꝓhibetis nec nos recipitis: simulq; portas calcibus cōfringūt, vt vox ac sonit⁹ hospitē eo deductū perterreat, & ex hoc sane appareat, an is intrepidus & firm⁹, an mollis & incōstās existat. Deinde in Balneum introducūt & ab omni liberant metu, & in reliquū tempus vt vnū ex eis habent. His demum nugis illa iuuentus oblectatur. Vt igitur ad Basilium reuertar. Tunc ego illum non solum noui, sed apud eos qui minime nisi forte ex fama nouerār, mea commendatione effeci, vt in honore perpetuo haberetur. Ex quo insanam illius ludi cōsuetudinem vnus effugit: vt nō nouus iam aut nuper aduena, sed ex veteranis videretur. Hoc itaq; cum eo mihi amicitiæ initium: quam vt alii quoq; seruarent operam dedi. Deinde res euenit huiuscemodi. Erant ibi Armeni vafrum genus, scopulis maritimis comparandi videri possunt: qui aqua operti atq; ignoti maximum nauigantibus periculum adferunt. Quando igitur Basilius Athenas venit, Armeni huiuscemodi qui eius socii ac cōdiscipuli ī scholа patris fuerant eum conuenerunt, amicitiam pristinam, ac beneuolentiam simulātes: re aūtem vera ei ꝙ honore ab Atheniensibus magnopere præferretur inuidentes: eumq; nō ordine aut ratione interrogauere, sed cōtētione atq; audacia freti q̄stiones ꝓposuere: hoc ferme mō illū sibi subiicere, ac humilē reddere existimātes. Nō eī secū bn̄ agi existimabant: si ipsi

Cōstātinopolis. Athenę. Saulis pulchra silitudo. Mos Athenis discipul. Silitudo circi. Armeni.

Habitus philosophorũ Athenis — qui iã Athenis Philosophi nomẽ & habitũ sumpsissent:(Nã Philosophorꝝ habitꝰ tritus &
colore tetro ac mœsto erat)ꝑterea sciẽtiæ sermonisq; fastũ p̄ se ferrẽt,hoc nup aduena lõge
inferiores haberent.Ego vero me tũc deceptũ esse nec ĩuidiã malignitatẽq; eorꝝ dep̄hẽdisse
fateor.Quãobrẽ eorꝝ disputationi adstipulator suffragatorq; fui,quũ iã cessuros eos ac pla
ne succũbere viderẽt:ne ex hoc Atheniẽsiũ studiũ ac gloria:quã in primis amore ꝓsequebat
ꝑfundaret. Nã in huiuscemodi disputationibꝰ parua qdẽ additio breueq; auxiliũ magno
est ad victoriã momẽto.Itaq; vt ait Poeta,pares ceruices pugnæ ꝑbui,hoc ẽ pares eos cum
Basilio differẽdo reddidi. Vbi vero illorꝝ noui ĩniquitatẽ:(Neq; ẽm qd intꝰ erat, diu celari
potuit)tũc demũ viro sanctissimo adstiti:rursusq; ad victoriã heteralcã: hoc est in alteram
Prouer. partẽ pariter ĩclinãtẽ cõtuli,puppimq; moui.Prouerbiũ est hoc ĩ eos q iter retractãt iã cœ
ptũ ex nauigãtiũ similitudine:q quũ se ad iter aliud cõuertũt,puppim remis agitãt. Basiliꝰ
vero me sibi adsistẽtẽ cõspiciẽs magnopꝑe gauisus,spũs adsũpsit: ex quo illos & syllogismis
& arte dialectica cõfundẽs atq; absterrẽs,ab se humiles dimisit.Quæ quidẽ res ita me illi be
neuolũ rursus reddidit:vt amoris igne immortali cõtinuo mihi adficeret.Igit hoc mõ Ar
meni illi magna cũ verecũdia victi abscesserũt:suũ dãnantes cõsiliũ ꝙ tã temere virũ talẽ es
sent aggressi:ꝑterea mihi irati ac maledicẽtes,ꝙ nõ solũ eorꝝ sed Athenarũ honorẽ meo in
illũ suffragio ꝓdiderim.Magnus vero Basilius dolore quidẽ attamẽ humano tãgebat.Nã si
forte magna q̃dã speramus,deinde longe infra spem cõceptã ea esse cõꝑerimus, adfligimur.
Sic ille Athenas veniẽs plurimã putabat inuenire sapiẽtiã ac morꝝ disciplinã:vbi vero Ar-
menorũ in quos primũ incidit insolentiam degustauit,magnopere admiratus est : quapro-
pter frustra beatas esse Athenas appellatas dixit.Ego vero eum consolari conatus,adduce-
bam quemadmodum mores hominum occulti essent,nec cito sed tempore deprehẽdi , neu
disciplina quid profecerint subito dinoscimus.his itaq; verbis eum ad spem atq; alacritatẽ
reduxi,Procedente autem tempore nos & philosophia & bonorum studiorum concertatio
magis ac magis conciliauit.Ego quidem dũ omnia quæ simul gessimus cupio narrare,ora-
tionis modum me video præterire.Verum me continere nequaq̃ valeo,ne hæc quidẽ perse
quar dum siquid prætereo melius mihi q̃ quæ dicta sunt,cõtinuo videatur.Qd siquis pro-
hibeat & a serie eorum quæ dicere cupio abscindere conet,mihi vt Polypodi eueniet.Hoc
Polypodis similitudo. enim genus piscis si quis e cubilibus trahere per vim velit , ꝙ acetabula saxis hærentia te-
neat,aut e petris aliquid auellet,aut certe e carne ipsius petris infixũ aliqd relinquet. Si qs
enim mihi circa omneis laudes late vagari concesserit,habeo quod volo ac q̃ro.Si minꝰ an
xius quidẽ & cũ molestia,& si vult aliqs & si nõ vult narrabo q̃ volo.Sic itaq; inter nos ha-
buimus,vt rerũ pulchrarũ fundamẽta ꝓculdubio q̃ Pindarus aureas columnas appellat,ia-
Aureæ colũ.quę sint secũdum Pindarum. ceremus.Nã siqs domũ munitã ędificare voluerit,si bona ac valida ponat fundamenta,pro
culdubio pulchrã clarãq; reddet:sic & nos ad nostrã ędificationẽ simul pulchrũ hocꝰ amici
tiæ studiorũq; cõmuniũ exordiũ cępimus,per qd iter postea ad vlteriora fecimus,ꝓfecimus
q;.Pari nãq; spe ac indole disciplinas cõtinuãtes citra inuidiã,zelo tñ mutuę concertatiõis
incẽsi cõtẽdimus.Duę nobis erãt notę vię, vna qdẽ ꝓ̃cipua q̃ ad Dei tẽplũ ac in eo ꝓ̃cepto-
res deduceret:altera vero inferior dignitateq̃ secularis sciẽtię ac ꝓphanarũ doctrinarũ ma
gistros ostẽderet. Alias vero vias aliaq; instituta aliis ꝓrsus relinquimus.Quumq; diuersas
qsq; appellatiões & noim adoptiones honoris gr̃a,seu ex maioribus,seu ꝓpriis gestis studiis
q; sumptas sibi adsisceret,nos tñ in noie dñi Iesu Christi gloriabamur: Christianosq; ap-
pellari & cẽseri loco sũmę dignitatis & honoris eẽ putabamꝰ: mlto nos magis q̃ Gyges ille
Gygis annulꝰ. in annulo,vel Mydas in auro feliciores ꝓpterea existimãtes.Fama est Gygẽ annulũ ĩuenisse
quẽ qñ videri nollet,intra digitũ vertebat:qd cũ aliqñ faceret clã in Lydorũ regiã inuadẽs
Midę aurum. regẽ cepit,seq; regẽ cõstituit.Midam vero Phrygię dicũt regẽ ita auri cupidũ,vt quęcunq;
attingeret in id cõuerti optaret:quo facto quũ & cibus ip̄e in aurũ verteret , fame periisse.
Abaris sagitta. Dicũt & Abatim hoĩem gñe hyperboreũ apud Scythas ab Apolline sagittã accepisse : quã
iaculãs simul ip̄e cũ ea ferebat,sicq; velocissime populos circũiens respõsa per eã dabat. Fe-
Equus Bellorophontis. rũt itẽ Pegasum equũ alatũ a Minerua Bellorophõti dono datũ:in quo insidẽs ille per aera
ferebat.Non igitur hæc tãtũ cito mouebant,quãtũ nos dũ alterũ alter incitat:ad Deũ per
virtutẽ tollebamur.Qdq; etiã mirũ,nos Atheniẽsium supstitio(ad quã ꝓ̃clara ingenia sese
qñq; cõuertebãt)qd difficile sit ab iis abstinere:q̃ apd eos qbuscũ viuimꝰ magnopꝑe laudant
nunq̃ cõtaminauit.Ego vero qñ cœpi,siquid mirũ in orbe terrarũ reperitur ad nostræ ami

citię cōparationē adducā. Vt est Alpheus fluuius: q ex Arcadia Pelopōnesi ad amatū Arethusę fontē in Siciliā p aquas marinas ingredit, nec ppterea ex eius dulcedine qcq̄ cōmiscēdo amittit. Itē Salamādrā lacertę magnitudie aial tāta dicūt frigiditate naturę, vt in ignis medio q oīa domat, nō solū lęteť & viuat, sed eū oīno extinguat: sic & nos in oī Athenis societate ac cōuersatiōe fidei dulcedinē inuolutā atq̄ incōtaminatā in media hoīm supstitiōe atq̄ infidelitate seruauimus. Nec solū in igne perfidię Deū verū colēdo īcolumes versati sumus: sed eū potius nostra pfessione atq̄ cōstātia suppressimus. Quin & societas qdā ac collegiū hoīm nō ignobiliū circa nos erat, q sibi Basiliū studioꝝ suorū ducē ac magistrū cōstituerēt. Erat eī nō solū Athenis, sed etiā apud exteras nationes pclara de nobis fama: adeo vt q nos despicere vellēt cū stomacho loquerenť ea ex qb⁹ viris Athenę laudanť: apud tales & nostra iuuētus cōmendaf. Et demū eo amicitię nominis venim⁹ vt Pyladē & Orestē superare videremur. Sed ego dū Basiliū extollere cōtēdo, in meas īprudēs incidi laudes, q nec ab alio laudari facile passus essem. Verūtamē nō mirū si vt ex illius amicitia viuētis admodū pfeci & ad virtutē institutus fui, sic & dū mortui memoro laudes, dū inclyta facta recēseo: iuuari pculdubio spero. Ego eī ab eius alioqui ingenii celsitudine ac velocitate tātū distare me fateor, quātū pdites a Lydio curru. Sūt eī currus Lydii velocissimi. Pelops nāq̄ Lydi⁹ cū socero Oenomao cōtēdēs, curru eū ac cursu supauit. Sed & oīo nr̄a iā ad institutū reuertaf. Quis. n. tāta prudētia sapiētiaq̄ ante ętatē pdit⁹ vnq̄ vt Basili⁹ fuit: qm̄ Salomō senectutem canosq̄ sapiētiā appellat ac definit, nō capilloꝝ canitię intelligēs: senect⁹ nāq̄ pciosa & grauis nō annoꝝ numero, sed morib⁹ ac disciplina cēsef. Quis. n. coęuorū ęqualiuve, vel etiā senioꝝ adeo venerabilis fuit? Quis veruq̄ adeo retinuit, vt ofonis facūdia & moꝝ disciplina oīno pbaref? Sic oēs pbe doctrinas edidicit, vt vni tm̄ vacauisse crederes: sic summus in cūctis apparuit, vt si forte illū tanq̄ oratorē iterrogares, tm̄ nouisse Rhetoricā videbaf: sic itē reliquas. Nec mirū quū naturę ingenioq̄ excellēti diligētiā ac curā vehemētē adhibuerit: q bus sane duob⁹ pficere magnope solēt in sciētiis hoīes. Nā eo fuit studio ac labore, vt sat ei circa naturā ad cōsequendas omneis artes diligētia fuerit. Rursus vero ita celeri velociq̄ pditus natura, vt studio vehementi ac cura non multum indiguerit. Quis enim Rhetoricen ignis furorem spirantē vt Homerus de Chimęra dicit, tam probe nouit? Chimęra nāq̄ mōstrū e trib⁹ cōpositū: anteriora Leo est: posteriora Draco: media Capra: sic item Rhetorice ī tria diuisa gn̄a, Deliberatiuū, iudiciale, demōstratiuū. Quis inquā ea meli⁹ est vsus? Non vt mos plerūq̄ oratoꝝ ad accusationē, maledicētiā, adsentationē, est vsus. Nō in pximos mordax: nō in reb⁹ petulās aut scurrilis: nō in cōsulēdo vafer aut callidus: deniq̄ ab his oīb⁹ vitiis qb⁹ alii facultatē hāc habētes abundāt, prorsus alienus. Quis. n. filiis in grāmatica? quę historiā ē apta describere, rē hūano gn̄i admodū vtilē, ac necessariā, planeq̄ ad sapiētiā viā p varia pteritorū exēpla mōstrātē. Est itē ars grāmatica eorū q̄ apud Poetas & Historicos scribunť iudex ac directrix, poemata taxat, linguas ac catalectos interpraf: etymologias vestigat, analogias tradit, Phię latebras oīs penetrauit, q̄ ad mores naturāq̄ ac cōtētionē ptinerēt. Ex aliis mathematicis Astrologiā primū didicit quātum sobrio ac plane christiano fas erat, vt planetarū cursus ac rōnē teneret: reliq̄ hoc ē apotelesmata & astroꝝ effect⁹ ac figuras p q̄s eis credētes ac psuasi puidentiā tollunt, penitus spreuit. In Geometria quum figuras omneis planas ac solidas earūq̄ ratione nosset, in nullā hac de causa superstitionē venit nec errauit vt qdā, q circulari cælū forma, nec circuli pricipiū aliqd aspiciētes, in opinionē facile venerūt, mūdū hūc sine pricipio esse. Nūeros ac pportiōes pbe tenuit, rebusq̄ recte accōmodauit, vt quēadmodū se octo ad q̄tuor, ita q̄tuor ad duo. At nūeris diuinā inesse naturā, vt Pythagoras putauit, & deū p ipos multa agere, & oīa fere eoꝝ rōne euenire, delira mētis siliia putabat. Ex quo magnope laudād⁹ Basili⁹: q ex artib⁹ cūctis q̄ potiora essent delegit: q̄ vero minime tenēda, minime curauit. Quę aūt ad corp⁹ ptinerēt, ab ipsi⁹ vitę exordio vsq̄ ad extremū, tenui fuit valetudine & ex hepatis morbo cōtinuo laborauit. Quāobrē necessariā ei cōtinua valetudo medicinę sciētiā fecerat: cui⁹ theoricā ac rōnē facile p philosophiā quā tenebat īuenit: practicā vero & empireticā laboris dolorisq̄ tolerātiā fecit. Nā & ad philosophię cognitionē fit & obseruātiā corpis debilitas & valetudinariū eē, vt ait Plato nō parū faciūt. Imprimis igiť sese ac ppriū malū curādo in hui⁹ artis habitū venit: non tā ea q̄ sūt artis manifeste curā & experiētiā exqrēs, q̄ rei hui⁹ & morboꝝ cām ad Phī vestigationē ptinētē pscrutās: vt cuiuslibet rationē accidētis reddere valeret. Vir itaq̄ sanctus

Alpheus | Arethusa. | Salamandra. | Currus Lydius. | Prouer. ὡς πτέοι πρόσιον ἄσμα. | Chimęra. | Rhetorice. | Grāmatica. | Historia | Astrologia. | Geometria. | Arithmetica. | Nūeris nō inesse diuinitatem. | Medicina. | Corpis debilitas ad philosophiam facit.

Prouer. postq̄ oēs adeptꝰ erat disciplinas,vt vltra Gades trāsire nō posset. (Prouerbiū hoc Pindari
ἐπέκεινα in his q̄ ad summū ꝑuenerūt,ꝙ vltra Gades nō sit tellus ꝑnetrabilis.)de reditu in patriā
Γαδείρων cogitauit ad rerū meliorū occasiones captādas sicuti ambo cōuenimꝰ. Aderat dies qua ex
ἀπέραν Athenis nobis digrediēdū erat:ac statim amicoꝝ ac socioꝝ,tū etiā p̄ceptoꝝ turba nos cir-
τουκαδιό cūsistūt:orātq; nullo mō discederemꝰ:nō p̄cibꝰ nō instātię locū vllū solitū ab iis fieri q a cha
δευτον. rissimis se diuellūt,dimittebār.Hic em̄ meipm̄ potius q̄ Basiliū,quū audax sit facinꝰ eū taxa
re,accusabo.Is quū causas eiꝰ necessarię ꝑegrinatiōis adduceret,meq; ꝓpterea relinq̄re opor
tere:Athenis ego miser ab eo ꝑditꝰ & lassus & debilis & ęger remāsi: me nāq; dimittere,ne
quaq̄ eū dimittere volētē credidit.Hoc em̄ factū circa nos fuit, veluti si corpus vnū ī duas
scinderet parteis, & ambę simul īterirēt.Vel quēadmodū duo vituli simul educati & sub eo
Similitu dē iugo adsueti disiūgerent:ac mugitu lamētabili oīa cōpletēt.Sed nō diu hęc sepatio fuit.
dines. Neq; oībꝰ interea gētibꝰ nostrę diuisiōis rōnē seu excusationē reddere sustinui.Itaq; me in-
gēs desideriū,vincula oīa eoꝝ q me retinebāt abrūpere iussit , & ad meū Basilium ꝓperare,
Equꝰ ho equū illū Homericū imitando:q p̄sepe dedignās,vinculaq; abrūpēs,fremit,in cāpūq; ruit:ac
mericus sublata ceruice iubas quatiēs ad ꝓpriū ac relictū gregē facile reuertit.Postq̄ igit ambo ī pa-
triā reuersi sumus:mūdo qdē veluti theatro cuidā aliquātulū satisfecimꝰ.Nā in theatro &
scęna quadā existentes palā familię,amicis,propinquis,eousq; verba fecimus:vt eorum desi
derio & charitati erga nos satisfaceremus:qui nos interrogare ac adspicere quantum in li-
teris ac doctrinis ꝓfecissemus,magnoꝑe cupiebant.Nos vero quum minimum ostentatio
ni dediti essemus,minimūq; dilatare philaterias cuperemus:breuiter in statū pristinum no
strū reuertimus.Quūq; in virilē venissemꝰ ętatē : generosiorē lōge Christi causa prouinciā
aggressi sumus,nō tamen simul.Nam & malus dęmon per inuidiā nos diduxit.Et magnum
Basilium Cæsarea vt Rectorem & institutorem,simulq; pręsulis adiutorem habuit:qui vbi
me reliquit peregrinationes multas ac ei proposito quod instituerat necessarias suscepit.
Teclę tē Nam statim Seleuciam ab beatæ Teclæ templum siue secessus & quietis, seu potius voti &
plum. supplicādi gratia ꝓfectus est.Me autem ab eo meorum pietas parentum & cupido senectu-
Gorgo- tē eoꝝ nutriendi,deinde domestica calamitas separauit . Nam ea forte tēpestate mea soror
nia Cęsa Gorgonia defuncta est: & ante hāc bonꝰ Cęsatius excessit:cuius diuitias ac substātiā multi
rius. rapere volebāt.Ego aūt & patri adsistere & rapaces ꝓhibere cupiēs,in multa īcidi mala:exi-
stimoq; ꝙ a vito sancto discesserim,nec me in via Dei vt plane aio īstituerā,relictis oībꝰ ex-
ercuerim,hęc oīa incōmoda mihi euenisse:sed mea facta quōcūq; Deus oīpotens iusserit fe
rant.Illū vero Dei dispēsatio per sacerdotii gradus illustrē ac notū omnibꝰ fecit,ac inter p̄s
byteros cōstituit:nō attū statim nec p̄ter ordinē,sed p gradus vicesq; paulatim deductus ac
Non lau ꝓmotus. Nec em̄ eos laudo q sine ordine statim in ecclesia ꝓmouentur . Quin potius nau-
dādi qui tarum morē laudauerim.Nam illi gubernatorē non ab initio,nec subito faciunt:sed quem
statim primum per omnia nautica exercent ac experiunt officia.Remigem prius videre volūt.De-
ad ma- de in prora cōstitutū vētos nosse atq; ediscere,petras insup ac scopulos probe vitare adsue
gna in ec scētē:Postremo ī oībꝰ exercitatū muneribꝰ in puppi collocāt,clauūq; in manū tradūt & gu
clesia ꝓ- bernatorē cōstituūt.Similiter & in bellica disciplina.Primū miles efficit:deinde ordines re-
mouent. git:postremo dux efficitur.Eadē & medici & pictoris rō:vt hic ante ꝓfessionē canones mul
tos ediscat,multosq; videat & tractet morbos.Ille colores cōmiscere ac tēꝑrare prius: dein
de delineare:ad extremū absolutas coloribꝰ figuras reddere sciat.Episcopū aūt,res ridicula
tumultuarie,cōfuseq;,nec ordine,nec rite fieri videmꝰ:nō itē ex virtute,sed vitio & astutia
Prouer. nō q dignus,sed q potētior fuerit.Nam nec prius exercitatus,sed rerū ecclesię ignatꝰ:rudis
Gigātes q; adeo & a seculari vita recēs ꝓmouetur.Vt gigātes apud Thebas.Cadmus em̄ apud The
apd̄ The bas Bœotias quū draconis dentes seuisset,nati sunt subito armati pubetenꝰ gigantes,& sic
bas. inter se bella gerentes eadē die interierūt.Sic itē nos eodē die p̄sules facimus,& nihil discen
tes credimus esse sapientes:q nullo prius muniti sunt gradu,nō virtute,nō eloquētia: nul-
lū p iustitia laborē:nihil demū ꝓ ecclesia sunt passi.Ille nāq; q diuina tm̄ meditat,& corpus
spiritui subiugat:vt qūq; loco cœlesti sit dignus,locū īter hoīes libēter retinet humilē atq;
inferiorē.Ignorās vero & absq; disciplina,elatus ac supinus supra meliores extollit:nec bo-
Demo- ni aut humilitatis exēplo mouetur:sed oī studio tm̄ honores q̄rēs ex p̄tāre sibi ingeniū ac
sthenis prudētiā pollicetur.Ex quo verū illud Demosthenis.Rē p̄ter dignitatē feliciter adseq,stul-
dictum. tis male sentiēdi aut cogitādi est occasio.At noster Basiliꝰ quēadmodū reliquę virtutis eiꝰ

sic sacerdotis & ordinatiōis ecclesiasticę norma,& exēplū cęteris efficit. A primis em̄ icunabulis munetū sacerdotaliū paulatim creuit, vt non dedignaret lector sacrorū voluminum prīus:deīde interpš & enarrator fieri,sicut ait Dauid.Ex cathedra senioꝝ laudēt Dñm: sic demū Eps effici metuit.Quem locum neq ipe quęsiuit,aut optauit vnq̄:sed diuinitus oblatū ac veniētē cepit.In quo qdē statu ineundo quę illi cōtigeꝛe,videam⁹.Fuit em̄ aduersus eū cōtētio q̄dā Eusebii Cęsariēsis an̄ ipm epi,viri alioq certe admirabilis,tū p pietate ac nominis Christi cōfessiōe cōstātissimi, vt in Valētis pricipis insectatiōe satis ostdit. Verūtñ ī uidię,q̄ dęmonis ipulsu magnos interdū solet euertere viros,resistere nō potuit:qn & hūanū aliqd ipe pateret.Nā Magno Basilio verbis factisq palā aduersabat:eūq oīno ab ecclesia repellere conabat.Aduersos tñ habuit Nazareos.i.q Dei cultui dicati erant.Itē Ascetas.i.q vita sanctiore sese ī virtute pfectā exercebāt:quoꝝ caput Basili⁹erat,q̄q & Nazareus ēt ipe. Qm̄ itaq hi Basilii in psulat⁹ electiōe repulsam,eūq Eusebio laico posthaberi nullo mō patiebant,ecclesiā in pres scīdere decreuerūt.Qđ trib⁹ admodū de causis facile fuit.Primum, ꝙ Magnus Basili⁹ cui⁹ spreti gratia vehemēter exacerbati sunt,summa & auctoritate & veneratiōe apud omneis erat,vt illis magnā ad id faciēdū tribueret audaciā.Deinde, ꝙ de Eusebio multi nō recte sentiebāt:quū nec canonice,nec rite:sed p vim quodāmō ac tumultum ad hoc officiū tract⁹ ēēt.Tertio,ꝙ ex vrbe Roma Lucifer & Eusebi⁹ Epi Cęsareā ad rē sedādā missi fuere.Quid igit Christi discipul⁹ ī tāta turbatiōe faceret?Nā nec paci aut quieti se se opponere vllo mō statuit:nec suę sctitatis erat decertare:nec ī ecclesia tūc ab Arrianis oppugnata schisma oīno aliqđ itroducere.Quāobrē nec Eusebii ptib⁹aduersari,neq Nazareorū quos pprios habebat fauore vti cōstituit.Igit me auctore atq adhortāte,mecū in Pōtū ī Cœnobiū secessit:tuti⁹ ī solitudine ab his periculis posse liberari ac cōsciētię paci consulere cogitās,q̄ cū Eusebio de ambitione contendere.Qui quidē secessus quū oībus admiratio ni esset,vt sic repēte e Cęsarea omissis oībus abscederet,mirabilior tñ eius reditus īuenieт. Res enim sic se habet.Quo tempore nos in Ponto requieuimus,fuit Valens imperator Cęsarec.Is em̄ nō apostata quidē vt Iulianus extitit,nec a Christi cultu omnino abscessit:verū tamē nō minori impietate incōmodoq veris Christianis fuit:q vnā atq æqualem in tribus personis naturam fatentur:nec Sabellii errorem vnicam trium esse personā. Nec Arrii tris diuersas in trinitate naturas ponentis sequuntur insaniam.Ex quo quū Arrius a Marte nomen trahat,discordia pestilenti ecclesiam omnem referstt. Valens itaq ab hac bellua psuasus catholicos psules omneis ptim in exiliū misit,partim suppliciis adiecit.Cęsaream quoq expeditionem barbaricam nō tā terrena fragiliaq ędificia quæ rursus instaurari possunt vastaturus,sed ecclesiam Dei & miserorum animas æternæ damnationi ac morti traditurus: Arrianorum item episcoporum alius in eo tractu exercitus:in quos ecclesiæ diuisæ erant, quemadmodum Iudęorum regnum in quattuor Herodis filios.Hi vero aliam quidem ecclesiarum iā tenebāt,aliam iam adibant,aliam deniq habere sperabāt: Impatoris iniqui fauore & auxilio freti.Illius nāq potestas alios quidem subuertit,quibusdam minabatur. Ita ꝙ Arriani,Basilii & Eusebii contentionis occasionem nacti,& ipsum Eusebium nondum sacris initiatum videntes:audentiores facti,ad oppugnandū tempus cōmodum esse cogitantes,in ciuitatem irruerunt.Aderant quidem nostri prompto magis animo q̄ potenti resistere:pugnaq propterea debilis:ꝙ magnum bellatorem & athletā verbo & spiritu munitissimum Basilium non haberent.Missus nāq sum ad eum rogatum:vt si ecclesiam saluam esse vellet venire maturaret.Ille roganti statim obtēperauit,ac pulchre cogitās priuatā Eusebii cū eo discordiam magno esse hęreticis vsui:fauore & vniuersalis boni & cōis ecclesię piculi vitandi gratia,omni studio Eusebium sibi cōciliare contēdit. Deinde se totū contra cōes hostes conuertit:arma spūalia sumpsit:meq adiutorem pulcherrimæ huic pugnę habuit. Itaq populū in fide dubiū ad officium reduxit:illos qui bene sentiebāt in officio cōtinuit, ad spem exhortās ne ab aduersariis persuaderi paterentur:ac demū amicis se munimētū pbuit:hostibus vero ensem,securim,ignē intētās:eos q in fide errabāt quatiēs: somēta quoq ac oīnem aridā materiā malignantiū ignē in ecclesia Dei incēdere aptā oīno remouēs. Dicta insuper a Prophetis Dauid & Hieremia in mediū adducens:quorum alter ait. Nonne sicut ignis ecce sermones mei dicit Dñs,& vt securis incidēs petras?Dauid vero.Circūdederunt me sicut apes fauū,& exarserūt sicut ignis in spinis. Quēadmodū em̄ Paulo Barnabas olim ad manifestādā Euāgelii veritatē & cōmune fidei certamē adfuit: sic ego Basilio tunc

Eusebi⁹ eps Cęsariensis.

Nazarei.

Ascetæ.

De Valēte & Arrii secta.

Herodis filii tetrarchæ.

Epistola Basilii ad Gregorium. meo in Arrianã pugnã socius adcessi. Audi epistolã per quã me vocauit. Adcinge te, curã me in psenti pugna liberare, ac nobiscũ iis q nos omnino euertere cupiũt, occurrere: quorũ audaciã ore tuo tñ frenabis, causaqꝫ fueris ne res pugnę nostrę ab illis pessundent, scientqꝫ propterea oẽs queadmodũ vnus ipse Dei gratia nostrã cõgregationẽ regas, & omne os impium ac cõtra Deũ loquentiũ insolẽtiam facile cõtundas. Aduersarii tandẽ & Episcopi oẽs a Valente missi magnã passi verecũdiã: sic rebus infectis abierũt ac didicerũt, non ita facile Cappadocas vt reliquas gentes potuisse cõtemnere: quos circa plures obseruãt populi veluti centrũ circulus circũscriptus: nõ solũ ob rectã fidẽ, sed etiã ob darã eis a dño cõcordię gratiã. Ex hoc eñ qꝫ de trinitate bñ sentiũt, ac eã verbis reqꝫ contra impugnãtes tuent, ipsi ab eo magnope defendunt: & magis ac magis apud deũ gratia cõualescunt. Vñ maius sane adiumẽtũ ex ea recipiũt q̃ ipsi pstẽt. Vt igit ad institutũ supra redeã sermonẽ, Basilius Cęsareã reuersus, nihil potius habuit q̃ expugnãdę causa hęreseos Eusebiũ placare: illi tñ seruire atqꝫ in oĩbus q̃ ex Deo essent psto esse: vt cũctis palã ostenderet: queadmodũ oĩa q̃ passus ex illo fuerat instigatione diabolica puenisse, vt cõmunib⁹ fidei hostib⁹ maior grassandi cõmoditas esset: ipse aũt quum obediẽtię vitęqꝫ spiritualis leges pbe nosset, illi cũctis in rebus aderat audiẽdo, cõsulẽdo, agẽdo, spiritalẽ sedulãqꝫ operã Episcopo nauabat: & vt vno dicã verbo, tãtũ ad illi⁹ adcessit beneuolẽtiã, quãtũ pri⁹ ab ea pcul videbat. Quãobrẽ Eusebi⁹ quidẽ primas in ecclesia vt epũs tenebat: Penes Basiliũ vero ecclesię potestas & auctoritas erat. Ille tñ pręsidebat: hic oĩa obibat. Erat eñ singularis admirabilisqꝫ cõcordia alterutrũ se iuuãtib⁹, & vires inter se accipiẽtib⁹. Episcopus qdẽ ex Basilii cõsilio atqꝫ ĩgenio cõualescẽdo: Basili⁹ vero ex Epõ auctoritatẽ sumẽdo. Et demũ epus populũ habebat. Hic vero Epũm. Et

Similitudo leonis pulcherrima. queadmodũ is q leonẽ curat cũ eo sit virib⁹ inferior, arte quadã lenit ac mãsuefacit: quo ferme mõ ferę impetũ atqꝫ ferocitatẽ sopit & emollit: sic & Magnus Basili⁹ circa Eusebiũ se gessit. Ille nãqꝫ quũ nup laicus & rerũ ecclesiasticarũ ĩperit⁹ ad hãc dignitatẽ adsumpt⁹ esset, vigẽte pserrim flãma tũc hęreseos Arrianę, huic põderi nõ satis idoneus videbat: ex quo ductore, ac adiutore Basilio ĩdigebat: cuius maxime virtute res feliciter ac pbe succedere spes erat. Itaqꝫ nõ vt qdã existimãt, Basili⁹ sub Iuliano principe: sed post Valẽtis mortẽ eps fuit.

Quę gessit Basilius sub episcopo administrator ecclesiæ Cęsarieñ. Vbi aũt regimẽ & administrationẽ ecclesię Cęsariensis sub Eusebio psule accepit, discordias omneis sedauit, simultates abstulit, mores cõstituit, non solum verbis ac præclaris sermonibus ab eo editis: sed etiam vitæ exemplo: spiritu namqꝫ & corpore iuuare populum conat⁹ est: opera exercitationeqꝫ corpore curando quoquo versus ambulando: benigne faciendo: in opibus opitulando. Spirituali vero docẽdo, monendo: omnibus vitę modũ instituta qꝫ dando. Monachis itẽ quomodo se exercerent scribendo. Omnia deniqꝫ excogitauit ac fecit, q̃ ad Dei plebem ędificandã facerent. Inter hęc vnum eius ac potissimum factum nõ silebo. Ciuitas enim Cęsariensis & omnis ei subiecta regio fame quandoqꝫ laborabat: nec mali vilẽ erat

De fame quę Cęsareę fuit. remedium. Nam loca maritima & quæ in ora sunt posita, huiuscemodi calamitatẽ atqꝫ penuriam facile tolerant ob mercatorum adnauigantium, & quæ sunt vsui necessaria vendentium, commoditatem. Nos autẽ in mediterranea regione & procul a mari collocati nec vẽdere quicqꝫ si forte abundamus: nec si egeamus ob mercatorum ad nos minime peruenientiũ

Contra hos q famis tempore diuites fiũt. pœnuriam comparare quicqꝫ valemus. Quodqꝫ longe peius, famis tempore ii qui possident, sine pietate sunt, ac plene insatiabiles questu. Huiuscemodi namqꝫ difficultates obseruãt: alimenta non statim proferunt, aut hominum vsui subueniunt: sed quanto possunt tempore prorogantes malum hoc augent, & demũ esurientiũ calamitatem quæstum, agriculturam qꝫ sibi fructuosam faciunt: dum vberiores redditus ex fœnore, & iniustis mercaturis ac negociis excogitant: Salomonem minime audientes dicentem: Deo fœnerat, qui pauperis miseretur. Hęc itaqꝫ ii qui frumentum negociantur, agunt: lucroqꝫ huiuscemodi sordido dãt operam. At Magnus Basilius quid? Quãdo tempus miraculorum non erat. (Nam signa & prodigia ob eos qui non credũt, vt ait ad Corinthios Paulus.) non pluit manna vt per Mosen in deserto: nec vasa per Heliæ verbum apud mulierem sarreptanam impleta sunt. Neqꝫ

Hebręos et famis tpe a Basilio nutritos. quinqꝫ panibus tot millia per Dominũ epulo excepta. Sed suas ipsius possessiones ac facultates in medium ponens, ac pecuniam ad comparandum frumentum prębens, toto famis tempore, populo laboranti suffecit: vndecũqꝫ confluentes, etiam Iudęorũ pueros nutriẽdo. Sed & oratione quoqꝫ & adhortatione ad populũ, diuites ad horrea communicanda & aperienda, facile induxit. Ex quo illud Esaię fecit. Frange esurienti panem tuũ. Item illud Danielis.

Pauperes saturauit panibus & nutriit eos in fame. Deniq; qđ in Cantico Dei genitricis scri bit: Esurientes impleuit bonis. Sed quo modo Basilius hoc egerit, videamus. Coegit enim omnis ętatis sexusq; miserorũ vulgus fame sauciatum. (Nam Hieremias quemadmodũ fames nõ minusq̃ ensis vulnerat, ostendit.) Coegit item omnis generis cibaria: olas & lebetes frequentes cum opsoniis posuit. Hęc erãt legumina salsa, vt faba, cicer & his similia cũ sale. Deinde discumbẽtibus ipsemet ex suo ministrabat. Atq; hoc modo non solum corpora pauit sed etiã animas pauperũ honorauit: vt vtroq; exẽplo satiaret eos, hoc ẽ, saniores redderet. Hunc igitur ego secundũ Ioseph vere dixerim, ac longe plus eo pręstitisse. Ioseph enim veniẽti fami p frugũ puidẽtiã occurrit. Quũ.n. annonę caritatẽ puideret, ex Pharaonis insomniis q septẽ pingues boues totidẽq; macie cõfectos vidit: ex quibus copiã, deinde subsequẽtẽ pœnuriã significari dixit: ex toto tractu frumẽta in multos annos coegit. quo ferme modo Aegyptũ oẽm ĩ seruitutẽ cũ hoĩb[9] redegit. Eũ nãq; Aegyptii adeũtes dixerũt, hei no bis nõ ampli[9] q̃ pprius corpus, & terra hęc relinquitur. Ne igitur moriamur & nostra tell[9] desolata remaneat, otam[9] nos possessiõesq; nfas p frumento habe. Ex quo Ioseph q̃q̃ misericordia mot[9] eis subuenitet: ita tñ subuenit, vt Aegyptũ vna cũ colonis veluti seruos Pharaoni subigeret. Magnus aũt Basili[9] nõ mercatura vsus aliqua, sed gratis populũ pauit, vt ex benignitate hac sua Dei benignitatẽ in se pararet. Et vt p cibũ corporeũ aliis pbitũ cibo ipse spirituali nutriret. Ait.n. Propheta. Panẽ angelorꝝ mãducauit homo, q̃q̃ ille mãna ĩtelligeret hũc Theologus Dei verbũ hoc existimat, quo aĩæ hũanę cibo nũq̃ destituto nutriũt: vt apud Ioãnẽ dñs ait. Quo itẽ diues erat noster Basili[9] frumẽti pbitor, omniũ hoĩm alioq pauperrimus quãto minoris pecuniã ęstimauit. Post hęc aũt Eusebio in ei[9] manib[9] deceden te, ecclesiæ successit: patriæ tñ principibus ob inuidiam magnopere resistẽtibus, cum quib[9] pessimi apud Cęsaream viri cõspitabãt. Verũtamen sanctus spiritus vicit ac Ciuitatis præfectum mouit, vt præsules nonnullos creari iuberet: inter quos ipsum Basilium Cęsareæ, & Magnum Eusebium Samosatis. Meum insuper patrem, qui q; iam senio confectus & inualidus viribus esset, lectica ferebatur: spiritus tamen qui ex semimortuis viuos & ex ignauis strenuos ac solertes reddere solet, promptus admodum erat. Ad capitis tactum tñ electus. Basilius igitur sic ad pręsulatum promotus, opinioni omnium non solum respondit: sed eã longe superauit: nihil rerum quę ad sanctum pertinerẽt pastorẽ pręterẽdo. Qđq; mirum ĩ arduis huius officii negociis & administratione, Philosophię, Theologięq; studia in quib[9] nutritus erat, nunq̃ deseruit: quũq; in omni vita cęteros virtute superauerit, vbi factus. est Episcopus, seipsum superauit. Existimabat eñ, homines quidẽ cõmunes & idiotas satis ad virtutemadcedere, si non improbi essent vel mediocriter boni: At siquis in dignitate & administratione seu imperio fuerit, in pręsulis officio pręsertim: vitiũ omnino putauit si non omneis alios virtute antecelleret, & tantũ ea quantũ dignitare pręstaret. Nec eñ populos aliter vel ad mediocrem virtutem nisi ipse in ea absolutus longe inter cęteros emineat, tra hi posse. De hui[9] itaq; vitę in hoc statu sanctitate id dici poterit, qđ de seruatore Lucas testatur: quemadmodum sapientia apud Deum & homines proficiebat. Non vt augmẽtũ ali qđ acciperet, cum ab initio Dominus gratia sapiẽtiaq; absolutus esset: sed q; hęc hominib[9] ignaris paulatim apparerent: Sic item Basilii virtus in hoc officio minime qdẽ creuit, quũ summus etiã vir antea fuisset: sed ex opera & exercitatione populo manifestior apparuit. Me vero vbi primũ est eius audita pmotio, putabant omnes statim discedere: ac ad eũ iturum patemq; cum illo potestatem habiturum: tantam inter nos amicitiam ac beneuolẽtiã nouerant. At ego quum inuidiam fugerem ne viderer eorum loca qui ppe aderãt occupare: simulq; ne Basiliũ falso iudicare possent, me priuata amicitia suscepitũ aliis ptulisse, quo ad potui me continui ac supersedi: quum plus rationi q̃ appetitui cuperem in hac parte tri buere. Ille vero me vocare, modo q̃ti de mora nõ cessabat. Rursus meam causam & excusationem in bonam accepit partem. Demũ aliquot post diebus ad eum veni. Quumq; me supra cęteros ingradu collocare ac proprẽsbyterũ creare vellet, abnui statim honoriq; ex ea dem quã supra narraui causa ptinus cessi: hoc est ne plus beneuolentiæ q̃ iudicio tribuere videretur. Ille vero non solum non q̃stus est: sed vt ingeniosus & sagax meam deprehẽdens mẽtem magnope laudauit. Quum primum vero hanc administrationem iniit, nihil pri[9] ha buit, q̃ eos qui aduersus eum insurgebant omni studio placare. Itaq; illis citra adsentationem vsus, in omnibus quę secundum Deum essent obsequebat: contumaces simili modo ad

Ioseph

De gestis Basilii postq̃ pſul est factus.

Mos ad sensus velocissimi in electione caput tangere.

Nota Gregorii modestiam.

Protopſbyter.

officium reduxit. Quumq; vt ait Demosthenes, multi in mansuetudine ignauiã, & in grauitate atq; constantia seueritatem & audaciam accusent: ita vtrũq; coniunxit, vt humanitati iudicium & iustitia, ne languidus aut mollis: austeritati vero placabilitas, ne puicax & crudelis videretur, non deesset. Qui vt Isocrates non acerbitate aut pœnę metu: sed clementia ac virtutis amore ad obtemperandum induxit, vnicam ostendendo in obediẽtia salutẽ, vnicumq; rursus in contumacia & cõtẽtione periculũ: nec ab eo tales, sed a Deo potissimũ alienari. Quibus artibus effecit, vt omnes quos suspectos habebat ad eius ꝓcumberẽt pedes veniam preteritorũ ꝑtentes: ac sese omnino excusantes. Postq̃ res domi ordine ac in statu felici composuit, vitiumq; omne abstulit: ad alias dirigendas ecclesias animum conuertit. Nã alii quidẽ Episcopi proxima tm̃ respiciũt, ac satis habẽt sua sibiq; credita curare, & sic secure agere: si sua tm̃ respicere nec aliena qcq̃ ęstimare securitas sit. At Magno Basilio nõ hoc satis, sed cõtinuo cunctarum ecclesiarum curam ęque ac proprię cepit. Itaq; vniuersi orbis multitudinẽ quę Euangelium iã receperat vidit diuersis sectis ac hęresibus contaminatam: ꝓ qua Dominus noster Iesus Christus sanguinẽ suum fudit: quamve ad imperiũ ac regale sacerdotium elegerat, queadmodũ in Exodo ad Iudęos dicitur: Eritis mihi regale sacerdotium: & gens sancta. Vidit etiam queadmodum Assyrius, velut aper Iudęos illos ex Aegypto in Palęstinam migrantes vt vineã quandã euertit, sicut ait Psalmus. Vineam de Aegypto transtulisti: & quę sequuntur: Sic Christianorum multitudinem diabolus vt singularis aper deuastauit, ex tenebrosa infidelitate vt ex Aegypto migrantem, ac in fidem vt in terrã promissionis trãspositam, & in hac adeo auctam & dilatatã, vt mõtes ac valles operiat: hoc eos qui prius altissimi ꝓposito ac spiritualem odorem prę se ferre videbanẽ, virtute abscondat atq; tegat. Hanc itaq; ꝑ figuram vineam appellatam: Magnus Basilius sic lacessitam conspiciens, corrigere quoad potuit, cogitauit. Itaq; non conniuendũ: aut vllo modo dormiendũ: sed ꝑcibus, lachrymis, orationibus, monitionibus, iurgationib⁹, oĩ studio instãdũ censuit: eo magis q̃ malũ cõe iminebat. Nã vno hoĩe bñ vel male agẽte, nihil admodum ad reliquos attinet: nec propterea cęteri cõtaminantur. Publicum vero ad omneis spectat, & eo demũ priuatim quisq; morbo quo societas fere omnis laborat. Hęc itaq; die nocteq; cogitans minime quiescebat, illudq; Ionę patiebaẽ q̃ siccato ex sole capitis vertice debilisq; fact⁹, vitã spreuit dicens: Bonũ mihi magis mori q̃ viuere. passus itẽ & illud Dauid dicentis. Non dabo somnum oculis meis: nec palpebris meis dormitationem, & requiem temporibus meis, donec inueniam locum in tabernaculo Deo Iacob: hoc est donec inueniam locum ĩ quo dei templum ędificetur. Sic itẽ diuus Basilius curis est absumptus: vt si quid carnium seu corporis ipsius ex abstinẽtia continua sit relictum, id totum a curis est absumptum: quousq; calamitatis huius solutionem reperiret. Vt autem intelligas quãta vir sanctus animi anxietate teneretẽ: ex eius verbis de se scribẽtem audi. In vitam heri venimus quæ & corpus meum omnino cõterit & animam conturbat: q̃ impares huic ponderi virtute reperiamur. Corpore namq; toto iam fere nullus sum, ad eam deduxit me cura debilitatem. Attamen auctore Deo durabimus, ac donec hos spiritus regat attus, hanc Christo diligẽtiam debebimus: vt de his quę ad Dei ecclesiæ ædificationem facere cognoscimus, nihil relinquamus. Igitur omni studio & opera ad resistẽdum hęreticis parat⁹, nihil potius habuit q̃ sacrorum volumĩnũ arcana fibrasq; omneis vestigare, ac in mediũ adducere: ac hostib⁹ vt bonus Christi miles bellum internecinum mouere. Et quemadmodum in bello arma sunt quæ comminus offendunt, vt ensis & gladius: alia vero quæ eminus hostem feriunt, vt hasta & sagittæ: sic & Basilius adcedentes propius secũ ei cõgrediẽtes hęreticos, lingua sermonisq; eruditi acumine velut ense feriebat: eos vero q̃ ꝓcul erant, literis & epistolis sicuti sagittis ac iaculis vulnerabat. Quę epistolę nõ vsquequaq; illis tabulis: quas accepit Moses, ignobiliores erãt. Neq; de cibis aut sacrificiis seu purgationibus, q̃ ad corpus attinẽt, vt Iudęis tm̃ pręcepta tradunẽ: sed vniuersi orbis hominibus de rebus fidei maximis, ac altissimis scribuntur. Deinde q̃ scripsit aut docuit: exemplo, vita, motibus, ostendebat: quãdo neutrum sine alterutro prodesse cognoscebat. Nam quæ suaseris nisi facias ipse, parum alios mouebũt: nec mouere nisi q̃ sentis aut agis docere commodis verbis: & oppugnãtibus etiam si opus resistere vaeas, satis poterũt. Quãobrem alios ipse quidem hortatum ac monitum ibat: ꝑ alios vero nonnullos: quosdam etiam ad se vltro vocatos cogebat. Populos aliter in publico, priuatim vero alios aliter admonebat, vt errantes in fide ac motib⁹ omnes ꝑ medicina & natura cu

Basilii verba.

Comminus ac eminus pugnare

iuslibet ad sanitatem & officium reduceret. Et demũ quemadmodum ille Beseleel e diuersa materia tabernaculum sibi construxit, sic & is ecclesiam arte, opera, verbisq; diuersis excitauit. Interea Valens imperator Cæsaream venit cum apparatu plurimo, q; non amplius res erat ei cum Eusebio vti prius, sed cum Magno Basilio longe fortiore. Quamobrem maioribus se viribus adcinxit, vt priorem pugnam instauraret: magnum sibi dedecus futurum existimans, si quũ tot dominaretur gẽtibus, & omneis circa catholicos ob impium dogma euerterit, ab vno tm̃ Basilio & vna vrbe Cæsarea vinceretur: ac deniq; nõ solũ apud hereticos præsules qui eũ impellebãt, sed omneis homines ridiculus esset. Rex quidã Persarum Xerxes vt scribit Herodotus, cum multis milibus contra Athenienses veniens nõ ob hoc solum est in adrogantiam superbiãq; effusus q; magna sibi ac vasta polliceretur, q; q; tanto confideret exercitui: sed longe magis q; Atheniẽses maximi nominis viros perterrefaceret. Quamobrẽ Hellespontum nauibus iunxit, ita vt ponto transiri posset. Athos montis cacumen diuidens velificauit. Eretrienses ex improuiso euertit. Nam miles quilibet dextrã sinistrę alterius complicãs ac iũgens more sagenę, Eretrienses omneis inclusos abduxere. Item quoniam põtem prius in Hellesponto constitutum maris impetus euellit, firmiore rursus constituto, iussit pelagus hastis more serui verberari. Quã omnino insaniam timidi nempe horruerunt, audaces autem ac firmi riserũt. Valens vero his longe peiora fecit: maior eius stultitia, maior adrogantia aduersus etiam maiorem & inuictissimũ, & eum penitus nihil curantem virum, vanarum virium ostentatio apparuit. Nam vt ait Dauid: Iniustitiam in altitudinem locutus est, posuit in cælo os suũ, & lingua eius pertransiuit in terra. Hoc est cælestis vnigeniti diuinitatis altitudinem non horruit impius in terram deprimere & eũ creaturis cõmunem facere: cuius diuinam naturam nec capere quidem mũdus potest, quis nostra causa descenderit ac nobiscum familiariter sit versatus, vt hos qui in tenebris & in vmbra mortis iacebant, ad se traheret: descendit inquam vt ascenderemus. Sed & ipsius Valẽtis furorẽ ab initio referre parũper vacabit. Is enim quoquo versus catholicos p̃sules insectãdo, alios p̃cibus ac psuasione de sentẽtia dimouit, nõnullos vi ac metu: ex qb⁹ ptim exilio, partim cęde mulctauit, bona proscripsit, certi ab eo missi vt canes venatici in sectam Arrianã vti se scriberẽt omnes adhortabantur. Octoginta orthodoxos ad eũ presbyteros de impietate deprecanda missos cepit, atq; adligatos nauibus ventis ferri dimisit, ac demũ cremauit. Duces cum exercitu non aduersus barbaros: sed aduersus vniuersam ecclesiam mittebãtur. Postq̃ igitur Valens, vt supra narraui, Cæsaream attigit, nihil habuit prius q̃ Basiliũ, qui tãq̃ scintilla rutilãs ex toto illo incẽdio superat, verbis, minis, disputationibus per alios exagitare: quę omnia velut ab arcu sagittę fuerãt in pectus durũ atq; impenetrabile veluti ferrũ offendentes, emissę: vnde in auctorem ipsum & mittentem facile retorquebãtur: seq; ille suis telis miser feriebat. Basiliũ vero scopulo maritimo cõparabimus: in quẽ vndarũ impetus minimũ valentes, refracti retrorsum redundabant. Nã quãdoq; quosdam de iudicum ordine ad ei persuadendum, aliquando milites ad eum tenendum, interdum eunuchos suos ad leniendũ misit. Hi cubicularii ipsius erant, genus admodũ molle, tm̃ impietate aduersus Deum fortes, dum sectam & ipsi Arrianam tuentur. Viri nãq; sunt inter mulieres ad eas obcustodiendas oblectãdasq;: mulieres vero inter viros ad omnia obscœna patienda. Quamobrem quando genitalibus stuprũ admittere nequeunt, lingua fornicaria & adultera vtuntur, vt illis omnibus euenit qui contra Deum loquuntur aut sentiunt, vt ait in Euangelio Dominus. Generatio praua & adultera. Item Propheta. Mœchatus es cũ amatoribus multis. Valens igitut quemadmodũ quandoq; Nabuchodonosor suũ Archimagirum Nabuzardam misit Hierusalem, vt omnia incenderet: sic & ipse ad Basilium suũ Archimagirum Demosthenem virum furibundũ, & audacem misit: quem Basilius adspiciens ait. En Demosthenes illiteratus. Is enim viro sancto mortẽ culinę gladiis intentabat. At iusto Dei interiit iudicio, ac igni æterno ac proprio est missus. Nã sicut ærarii fabri, sic & coci igne ad suam vtuntur artem. Sed hęc relinquam, & ad maius eius certamen veniã. Quis tũc nõ nouit Modestũ præfectũ, quãta cõtra nos audacia & ira est vsus! Is Imperatori valde dilectus erat q; omnia eius mãdata diligẽter obiret. Ad hũc Magnus Basilius vt ad leonem rugientẽ adductus, hilari lętoq; vultu tanq̃ non ad iudiciũ, sed conuiuiũ, aliquod iret, vbi in conspectu fuit, eum nomine præfectus compellat, Episcopum tacuit. Dic inquit, quidnã sibi vult tãta in potestatẽ imperatoriam audacia! Quid tãdem cogitas! solus ne tu

Beseleel is tabernaculũ.

Xerxis insania

Valẽtis principis stultitię cõparat. Eretriẽses.

Valẽtis impietas

Eunuchorum mollities.

Archimagirus culinæ seu coco rũ princeps.

Modest⁹ pfectus.

posse resistere? At Basilius cur me inquit, audacem voces aut temerarium nescio. Ego vero nihil mihi conscius sum. Tunc prefectus. Hoc ait Basili queror & accuso, φ cũ cæteri q̃dẽ Imperatori assint, tu solus eum spernis. Cui sanctus, iure inquit hanc Valentis opinionem respuo. Non enim Imperator meus Deus hęc iubet: nec vllo modo patietur, vt Dei filium creatum dicas. Ego quoq creatura sum, Deus item fieri p adoptionem & mandatorũ obseruantiã aptus, vt ait Dauid. Ego dixi dii estis, & filii excelsi omnes. Cui rursus prefectus. Ego enim hęc volo quę iubeo. Quid tibi videor esse? an certe nihil? Nõne tibi satis erit honori ac dignitati te mecum vna in fide sentire: & me socium professionis habere? Cui ille: Fateor, inquit, te & præfectũ, & virũ plane clarum esse, non propterea Deo clariorem, & te in fide sociũ habere magnũ profecto mihi fuerit: verũtamẽ nolo vt præfectũ te socium aut Arrianũ, sed vt vnũ ex aliis mihi subiectis Christianis: quando Christianus nõ ex persona aut nobilitate, sed ex certa fide ac conscĩẽtia censetur. Tũc prefectus ira concitatus, quãdo preces non valuere minis est aggressus: ac exilium, tormenta, deniq mortem proponebat. At Basilius, nihil horũ (inqt) quæ dixisti curo. Melior nãq sum iis qui publicant ac proscribũt: ipse me ob spem regni cęlestis proscribens. Nihil vero possidens ab exilii metu liber sum, vnã hominũ cognoscens esse patriã, Paradisum. Omnẽ aũt terrã cõmune adspicimus naturæ exiliũ. Propria vero carens terra nullo loco circũscribor. Domini enim est terra & plenitudo eius. Incola ego sum in terra secũdum ipsum, sicut omnes patres mei. Tormenta item despicio. Quid enim hæc in me poterũt, si corpus fere nullũ, & ossa sine carnibus fere inuenient? Tm̃ vnam breueq admodũ plagam inferre poteris, vt me his ærumnis liberes. Quomodo mortem formidabo quæ me meo creatori sit reddiitura? His igitur verbis præfectus perterritus. Mecũ ait nemo hactenus hac audacia & licentia congredi aut loqui vt ru nũc, est ausus. cui sanctus. Q: forte, inquit in Episcopũ non incidisti. Q: si incidisses, sic item ille pro pietate certãs tecũ disseruisset. Nos enim cætero humiliores omnibus sumus hominibus: vbi vero de fide deq Christi pietate agitur, minime humiles aut timidi eẽ apparemus: φ ipsum execrari Deũ videremur, si quicq̃ ex eius dignitate detrahi pateremur. In summa tu quicq̃d tibi libet facies, & tuo modo potestate contra me vteris: nũq̃ persuadebis aut certe coges me tuę sectę & impietati adsentiri. Postq̃ vero hæc audiit prefectus, & illius propositũ atq constantiã accepit, eum ab se dimisit: non quidem minabundus, sed reuerentia quadã se subtrahendo. Ipse autem ad Imperatorem reuertẽs pugnam habitam retulit. Aliũ tentare oportere ait, Basiliũ vero vel palam de medio tollere, vel nõ expectare ob minas flecti. His gestis Imperator suum vocauit consilium, victusq laudibus ac fama Magni Basilii iussit vim ei minime adferri. Verũtamen quemadmodũ ferrum in igne mollitur remanet attamen ferrũ: sic & Valens ad breue tempus lenitus, minas in sancti ammirationem conuertit. Idem nihilominus remãsit ac in eadem perfidia obdurauit: nec Basilii fidem adsumere vllo modo voluit, verecundię sibi adscribens a cœpta opinione discedere: honestam alioqui causam occasionẽve quęrebat: quonã modo viro sancto nocere, aut incõmodum inferre posset. Repperit tãdem. Nam in die Luminariũ quando populus omnis in ecclesiam conuenit ingressus & ipse: vbi ordinẽ psalmodię: cerimonias rite celebratas: aras omni decore ac reuerentia cultas, populũ deniq diuino cultui adsistentem vidit, admiratus est. Omnes enim vt angeli cum reuerentia quadã & honore circa Basilium stabant: ipse vero medius illorũ circa cathedrã integer, immobilis, graui supercilio, firmis oculis cõspiciebatur, tanq̃ si Imperator minime superuenisset, nec nouum aliquid aut formidandũ negocium contigisset. Vbi autẽ hoc spectaculum Valens animaduertit, attonitus cunctabatur: subitoq capitis ac oculorũ vertigine quadam correptus est: quæ multitudini quidem minime tunc apparuit. Postq̃ autem vasa quæ Christo dono daturus attulit in manibus cepit ac ad aram adcessit, tũc casum palam ostendit vestigio corporeq toto tremebundus. Qđ nisi diacouorũ quidã eũ manibus prehendisset, proculdubio cecidisset. Dona vero quę offerebat, suscepit aut attigit ex adstantibus nemo: φ sane ignorabãt, an Basilius ob hęresim ea excipere aut grata habere vellet. Post hęc Imperator quasi nobiscũ consentire visus intra sacrum parapotasma siue Diaconiũ vocatum ingressus, Basilium iãdiu videndi cupidus adspexit, ac cum eo collocutus est. Quid autem ei sanctus dixerit, quidve cum eo disseruerit, nõ habeo dicere: nisi tm̃ Dei voces quæ ab aliis multis & mihi quoq tũc presenti auditę sunt. Quæ nẽpe collocutio ac disputatio prudentissima diuinaq, principis erga nos

beneuolétiæ & humanitatis causa cum etiam magno nos discrimine liberandi principium fuit. Et vt Demosthenes in oratione pro Cthesiphonte, ait: hoc primũ res Thebanas constituendi initium primaq; constitutio fuit: Sic factum hoc ciuitati maximũ & instans periculũ vti nebulam dispulit. Et profecto iam fere Imperator persuasus erat, nisi improbi viri in suas eũ partes ac sententias extorsissent. Quamobrem in exilium mittere Basilium quũ decreuisset, prodigiis quibusdam superuenientibus perterritus sentẽtiã reuocauit. Nã sella qua vehendus erat statim confracta & dissoluta est. Quũq; de mote literam quæ exiliũ notatet scripturus esset, nũq̃ eam calamo non reddẽte exprimere valuit. Nocte deinde spatio ad deliberandum Basilio data in ea sane filiũ ægrotare grauissime cõtigit. Imperator vero quum præ tristitia male quoq; haberet & humi prostratus volutaretur more Dauid, quũ a Deo ob adulterium admonitus in cinere & sacco iacuit, medicos vndecũq; adcersit. Ad preces demũ ac supplicationes confugit: quẽ quoniã per se vocare vereretur, q eum contumelia paulo ante adfecerat, per legatum vnũ ex iis qui ei familiares erant rogauit: ille statim venit: cuius præsentia natus resipiscere cœpit: ex quo pater exhilaratus in spem venit meliorem. Q; nisi aquæ dulci salsam miscuisset: hoc est Basilii tñ aduentu contẽtus, alios hæreticos nõ vocasset, proculdubio etiã proximoq; principis sententia qui vna & ipsi mœsti erãt, filius perfectę sanitati restitutus fuisset. Idẽ fere casus paulo post Modesto præfecto de quo supra mentionẽ fecimus, euenit: vt in morbũ & ipse incideret periculosum, qui huius viri manibus diuinitus est seruatus. Ex quo ille gratias ei agẽs pteritorq; veniã petiit, locoq; excusationis ac verę pœnitẽtię inqt, Lachrymas accipe, precesq; meas, ac demũ erroris preteriti veram confessionem. Da igitur vir sanctissime mihi quã ignorabam salutis viam. Itaq; hãc proculdubio adsecutus, aliis postea qui nesciebãt palam fecit. Et hæc quidẽ quæ Basilius cũ Valente & Modesto gessit exitũ sortita bonũ, sic se habent. Cum aliis vero quo modo certauerit videamus. Eusebius Ponti præfectus Dominicę Augustę Valentis vxoris auunculus aduersus Basilium vt impietatis & dogmatis eius cõmotus specie & occasione querelę super muliere quadam vidua, quã paulo ante quidam ex eius adsessoribus in matrimonium sibi per vim trahere cupiebat, acerbitatis suæ virus ostendit. Hæc vero non tam audax q̃ prudens consilium cepit, ad aram confugit. Vt autem sicut in iudicio pro meo Basilio excusationem faciam, inuoco te sanctam Trinitatem: dic oro quid tunc non solum Magnũ Basiliũ, sed sacerdotem simplicem facere oportuit! Nonne eius erat officiũ mulieri adesse, opemq; ferre: quũ facta sacrilega Deus prohibeat, ac sacras ędes honorari, & ad has confugiẽtes minime attingi aut auelli omnino iubeat! Sed nouus legislator & iudex & pręfectus omnes ait, nostrę potẽtię ac auctoritati cedere oportet. Itaq; mulierẽ omnino quęrebat. At hic omnino iuuabat, ille vero furebat: & ad postremũ certos misit qui in Basilii cubiculo illã se inuenisse dicerent, vt hac eũ infamia notarent. Igitur de re habita est quęstio ad dicẽdã causam adcersitur. Prefectus cũ adrogãtia simul & audacia pro tribunali sedet: Basilius comparet, ac illud Dauid ait. Nisi conuersi fueritis, gladium suũ vibrauit: arcum suũ tetendit & parauit illum. Hoc enim totum tũc contigit. Nam & Dei gladius acuebat & arcum tetendit deus: sagitta vero non adhuc mittebatur. Ita enim dei lex est tolerare, longanimitate vti, pœnitentiæ tempus expectare: deniq; spatium modumq; dare quo se a peccatis homines liberẽt, vt ait in sapiẽtia Salomon. Sed respice quęso athletę dei, & iniqui prefecti certamen aliud. Sacerdotalem ille vestẽ excuti ac distrahi iussit: At hic & tunicam exuere paratus erat. Quin & verbera & vngues intẽtauit: & hepar e mediis visceribus euellere minabatur. Quę omnia sanctus aspiciens ac contemnẽs vt ineptias, & vanũ eius furorem risit, aitq;: gratias tibi ex hac tua in me voluntate agam, si hepar hoc meũ pulsaueris. Nam hoc sane vt ex habitu vides cætera viscera cruciat & adfligit: Itaq; interioribus sane medeberis. Si autem vt plane minaris id omnino extraxeris & auelleris, corpus totũ semel a molestia liberabis. Sanctus igitur & Præfectus sic inter se certabant. Ciuitas vero hoc sentiens veluti cum fumus apes cõmouet, sic tota commota est: maxime vero hi qui Cæsareæ arma factitabãt, quive Imperatoris opera texebant. Hi enim in tumultu & seditione promptiores erant, vt audaciam ex principe sumẽtes. Et demũ quicquid armorũ forte in manus venerat cuiq;, vel ex arte sua statim corripientes: mulieres etiam quædam textrices, radios hoc est texendi instrumenta, hastę loco arripientes in Basilii defensionẽ cucurrerũt. In summa, nullus fuit qui ad se suamq; salutem hoc pietatis opus virum sanctissimum tueri non

Demosthenes.

Eusebi9 Ponti pfectus.

pertinere putaret. Et qui maxime se audacem ostẽdisset, is magnopere collaudatus: qui ve-
ro minime restitisset, vt impius aut ignauus taxabatur. Et profecto ea die præfectũ truci-
dassent, nisi Basilius statim apparẽs auctoritate sua rẽ sedasset. Hęc itaq; omnia Dei proui-
dentia bona de causa facit vt ait Salomon, dũ superbis resistit, humilibus aũt dat gratiam.
Quamobrẽ Magnũ Basiliũ non liberabit ille qui mare rubrum vt Israel transiret diduxit?
Qui Iordanis aquas diuisit, vt arcam sacerdotes sine inundatione per medium deferrent?
Qui solem vt Iesu Naue victoriam præberet stare iussit? Qui Amalech supplicãre Mose in
fugã cõuertit? & alia q̃ plurima prodigia edens vt populũ suũ seruaret? Hi igitur labores
Basilii quos ex prophanis ac laicis viris sustinuit, felicem admodum finem habuere. Inci-
pit reliquum nunc bellum vicinorum Episcoporum: incommodum profecto ac damnũ vel
maximum subiectis adferens populis. Quid n. cum ii qui exemplo pacis ac quietis cæteris
esse debent, inter se pugnantes ac tumultuantes aspiciantur? Causæ dissidii contra virum
optimũ plures. Primũ quidem, ꝙ in vna fide minime conuenerant, nisi forte a populis ca-
tholicis coacti. Deinde, ꝙ ægre ferebant eũ episcopum declaratũ, suis luminibus & gloriæ
illum putantes obstruere. Quamobrem inuidia cruciabantur quum virtute longe superari
viderentur: nec tamẽ id fateri prę verecũdia volebant: ꝙ morbus hic eo profundius pene-
tret ac lacessat: quo magis in arcano conditur pectore nec palam fit. Nam alia adcedebat
occasio patriæ schisma ac in plures præfecturas diductio, videlicet in primam ac secũdam
Cappadociam. Et in duas metropoles, Cæsareã & Tyanam: multaq; ex prima prefectura se-
Basiliꝰ ꝑ cũdę addita. Hinc itaq; seditio episcopis mota est. Anthymus eñ nouus ciuitatis Tyanẽsis
iuribꝰ ec Metropolitanus vtriq; Cappadociæ singulos creauit episcopos, etsi duæ vsq; tunc vnum
clesię suę episcopum habebant Metropolitanũ: conuenire dicebat & nostras id est ecclesiasticas paro
pugnat. chias seu iurisdictiones simul cũ secularibus præfecturis & diœcesibus diuidi. Quamobrẽ
parochias transposuit iis quę addita nouę prefecturę id est primę Cappadocię fuere: in qua
Metropolis tũc Tyana fuit. Basilius vero veteri cõsuetudini, & ei diuisioni quę olim a pa-
tribus est facta fauebat, dicebatq; secularia quidem diuidi posse, ecclesiastica vero nequaq̃
oportere: sed tñ sicuti prius manere. Quid eñ cõmune gladio cũ spiritu? Hinc itaq; multa
Nihil mala contigerũt: alia vero instabant. Tyanensis enim episcopus ad se Cæsarienses præsules
cõe gla- trahebat, eorũq; redditus subripere conabatur: & presbyteros induxit quosdam vt se, non
dio cum aũt Cæsariensem sequerẽtur: aliquos vero nõ persuasos de ordine mouit, & alios cõstituit.
spũ: nota Ex his igitur, horũq; exẽplo res quoq; seculares diuisę & in seditionẽ versę, male habebãt.
ex hoc Plures nãq; his tumultibus gaudebãt presertim seculares: quum sacerdotes huiuscemodi
nõ eẽ di- facta patrantes conspicerent: vnde & ipsi peccandi licentiam sumebant, nec redarguentes
uidendã vllo modo metuebant. Facilius nãq; est ea quæ consistunt dissoluere, q̃ iam collapsa resti-
diœce- tuere atq; aptare. Basilius post hęc ꝑ loca subiecta nõnullos creauit episcopos, me vero in-
sim ob p̃ ter cęteros apud Sasima paruũ admodũ oppidũ præsulem constituit. Ego vero cum eũ in
fecturæ reliquis omnibus habeam magnopere laudare, in hoc valde laudare nequeo, ꝙ me non ad
secularis modũ fidum, nec multo in honore meã habuerit amicitiam, loco tam ignobili me pręficiẽ-
diuisio- do, q̃q̃ Metropolitanæ tñ dignitatis ac nominis participem fecerit. Verum cũ sancti spiri-
nem. tus instinctu omnia egerit, Dei tñ honorem ac volũtatẽ omni amicitię præponens, in bo-
nam id sumimus partem. Mihi sane ex hac cura totius vitæ spiritalis & philosophię impe-
dimentũ subortũ est. Nũc reliquas eius virtutes breuiter percurrã: quibus summis omniũ
temporũ viris non solum æquiparari, sed eos longe superare palam est. Nõnulli vna aliqua
virtute tñ clari. Alii vero quædam recte faciũt. omnia vero pauci admodum perfecte. Hic
vero in omnibus pariter summus, magnitudine quadã naturę apparuit. Si paupertatẽ quę
Pauptas ris, peculii aut rei cura nũq̃ ei fuit: siquid forte possedit, pauperibus adfatim cõmunicauit
vt in ea quã supra memoraui fame ostendit. Non vt Crates ille Thebanus qui substãtiam
Cratis dimittens omnẽ, super aram ascendit aitq;, Crates Cratem liberauit: hoc est sese a pecuniæ
Thebani seruitute liberũ fecit: sed hoc inani gloria ductus. Noster vero Basilius illud Aeschyli ser-
factũ. uauit. Non videri, sed esse iustus malebat, summe sciens esse beneuolum Platonem in iusti
tiam, iustũ videri velle non existentem. Neq; item vt Cynicus Diogenes, qui in vrbe media
Dioge- dolio se incluserat & paupertatem quæstuosam habuit, vt occasio foret vnde omnes ei cõ-
nis exẽ- ferrent. Hic autem procul ab omni ambitione seu arte aut quæstu animũ a rerum omniũ
plum. possessione abduxit: & vt nautę vitãdi periculi & leuandę nauis gratia onera subtrahunt,

sic & ipse sponte cūcta reiiciens,securus hoc vitę pelagus pertransiit.In victu autē & cultu corporis q̄ abstinens & paruo contētus fuerit etiam scimus:vnica tm̄ tunica se amiciebat: humi cubitabat,noctibus totis vigilabat,qđ illud Domini teneret dicentis. Adspicite lilia agri quomodo crescunt. dico vobis ꝙ nec Salomon in omni gloria sua ita vestitus erat vt vnū ex illis.Cotidie ieiunabat pane solo contentus:& loco delitiarūm sal habebat.Aquam continuo potabat. Ob quam vitę duritatem simul & asperitatem morbū facile cōtraxit,in curisq; ac medicinis diu fuit:cum quo & ego qui q̄q̄ cętera infirmior virtute, attamen similiter adfectus ægrotaui.De ipsius vero castitate habeo tātū dicere,ꝙ eā vsq; ad extremū diligētissime seruauit.Integer em̄ corpore & omnis expers libidinis perpetuo permansit: cū nulla magis virtus angelis cælestibus æquiparari possit:quā etsi quidam matrimonio inferiorem putarunt ꝙ humanum genus ex ea deficere videtur,magnopere errant. Nec Deus ipse nisi discipulis suis & plane sequentibus eum traditurus exemplū virgo ex virgine natus permāsisset.Basilius igitur hāc adeo dilexit, vt de vera virginitate sermonem etiā conscripserit:per quē corporis pulchritudinem in animę decorē transfert. Omnis enim gloria filię regis ab intus.Nam exterior quidem pulchritudo facile corrūpitur materiāq; libidini & incontinētię prębet:Interior aūt Christo tm̄ sese vero sponso manifestat. Cui prudentes illæ virgines obuiam eunt. Vt autem non solum sibi,sed & aliis quoq; proficeret, prīmus cœnobia excogitauit,ritūq; illum monachorum antiquū atq; agrestem ad ordinem quēdā formulāq; relligioni propiorem reduxit.Animaduertens enim ꝙ ii qui in cōmuni vita hoc est inter alios mixtim agunt,monachalem alioqui abstinentiā seruantes,aliis quidē vtiles, sibi nequaq̄ existunt:cum in multis eos necesse sit versari malis: quæ vitæ quietæ ac plane perfectę contraria videtur.Eos vero qui in solitudine procul ab aliis agunt firmiores sane proposito,magisq; Deo coniunctos q̄ supradictos vidit:attamen sibi tm̄ vtiles,cum rerum experientiam nequaq̄ teneant,nec cum aliis commercium vllum habeant. Vtrūq; vitę genus coniungere conatus est. Quamobrem Monachorum cœnobia haud procul ab iis qui in hominū societate viuūt ædificari iussit,nec omnino separauit,vt ꝑ propinquitate cum opus charitatis exposceret adesse valerēt: Distātes alioqui ꝓpriis essent terminis,ne quies eoꝝ aut pax interrumpi per multitudinem posset:sic nec ipsi Monachi sine actionis merito ex impendēda aliis pietate forent, neq; rursus eorū actio per tumultus inutilis efficeretur. Ex quo alter alterum hoc modo iuuare possit.& Monachi per conuersationem eorum qui in cōmuni agunt vita pia fieret:& ipsi ex monachis quietem,constantiam,sapientiam,con templationem ediscerent:quemadmodū tellus ac pontus inuicem se iuuant,ac suscipiunt. Conspiciens item nihil Dei magis gratiam promereri,q̄ benignitatē in pauperes, hanc ita coluit,vt Xenodocheum celeberrimū ædificauerit:in quo ęgri ac pauperes curarētur atq; educarentur,ea fama ac celebritate vt diuites in hoc etiā proficiāt: hoc est superflua huic largientes,alia vitent mala:aut certe ne reliqua eorum in futurum pereant bona. Hic inquam ægri mala & incommoda æquo ferunt animo , & ob inuentam misericordiam Deo gratias continuo agūt. Ego autem hunc locum considerans tanta magnitudine & nobilitate conspicuū,septem orbis miraculis non inferiorem dixerim.Quorum primū Aegyptię sunt Thebę centum portas habentes.Secūdum muri Babylonis a Semiramide coctis lateribus & bitumine constructi circuitu stadiorum.ccc.latitudine cubitorum.lxxx.Tertiū in Caria Mausoli sepulcrū ab Arthemisia vxore ædificatū. Quartum Pyramides in Aegypto vt quidam volunt ab Ioseph Hebręo ad frumenti conseruationem excitatæ , vnde nomen accepit.Pyros enim triticum dicunt.Alii sepulcra esse ferūt in Ignis quem colūt honorem constructa,ad eiusq; similitudinem in acutum quadrata specie tendere. Quintū in Rhodo colossus idolum Apollini sacrū:quidam æream hunc columnam dicunt altam,vt ait Aristoteles,cubitis sexcentis.Sextum Capitoliū Romanorum. Septimū Hadriani templum in Cyzico.Ex quibus sane omnibus nulla auctoribus vtilitas,nisi breuis admodum & fragilis gloria emersit. Magnus vero Basilius hoc Xenodocheum pietatis gratia tm̄ excitauit : ꝙ minime sit passus inopes ac debiles errare:& miserum spectaculum coram aliis abiici & expelli. Quo ferme exemplo nos considerare voluit quemadmodum vnum est omniū caput Christus,vt ait Apostolus:Nos autem membra in Christo:Qui autem membrum spernit caput etiā spernit.Et cū Salomone docuit, Q; Deo fœnerat q pauperis miseretur. Aegros vero ac tetris adfectos morbis exosculari solebat:non inani gloriæ aut ostētationi seruiēs,

Abstinentia.

Castitas.

Basilius primus cœnobia ordinauit.

Monachorum cœnobia ędificari iussit.

Xenodocheum a Basilio ædificatum.

Septē orbis miracula.

Pyramides.

sed ut exemplū plane cæteris preberet, ne pauerēt aut ægros fastidirent, hulceraq; potius curarent. Quidam vero male sentientes ex hoc,& nonnullis aliis gestis eius, iactabundum taxabant. Inuidi nāq; semper quando per se aperte rem laudabilem detestari nequeunt, in vitium ei vicinū detorquere conātur. Fortem, audacem vocant: Iustum, seuerum & crudelē. Prudentem, astutum ac malignum. Magnanimū, gloriosum. Liberalem & misericordem, prodigum. In dicendo pro iustitia liberum, impudentem & licentiosum. Basilii constātiam atq; grauitatem contemptum ac superbiam dicebant. Nam ille vt bonus, omnibus adridere solebat, quasi hoc signo eorum collaudans ac probans virtutem: Sic improbos seueriore adspiciebat vultu: quibus & taciturnitas sola, loco increpationis ac correctionis fuerat: dū illi eius colloquio ac sermone priuati intra se quid mali admisissent, cogitabant: atq; hoc modo ad officiū reducebātur. Viros facetos & quos vrbanos vocāt proprie scurras, minime diligebat, minimeq; his adridebat aut adplaudebat. Nō enī vulgo placere, aut omnibus se obsequentē prębere curabat. Quem morem siquis vituperet, leonem etiā accuset q̄ acriter ac torue nō humiliter & blande quemadmodū simia id est mimus aliquis, adspiciat: ac scęnicos & histriones q spectatoribus risum per alapas & verbera inter se cędentes præbēt, potius recipiat ac probet. Q̄ḡ siquis in conuersando huius mansuetudinē exquirat, videbitur & huic parti magnopere satisfecisse: in castigando lenis, ita tamen vt disciplinę ratio semper haberetur: sine tristitia grauitatem: sine adsentatione hilaritatem: sine ostentatione animi magnitudinem præ se ferebat. De ipsius nunc oratione & eloquentia quid dicā, aut cui cōparabo? Quātū itaq; tuba tibiam, aut vox Domini cęteras: sic eius scripta sermonesq; reliquis antecellūt. Nā & sacri eloquii mysteria exprimere nō omnibus datū, vt ait Dauid: Peccatori autē dixit Deus: quare tu enarras iustitias meas? Nec vllus Iesum, nisi in spiritus sancti virtute (vt ait Apostolus) dicere poterit. Magnus autem Basilius præter omneis diuina narrare dignus erat, & vt dignus in agro dominico operarius in sacro eloquio gratiā ac lumen ex Deo ac spiritu ipsius inuenit. Igitur sacra volumina nemo nec eloquētius nec verius aut vberius enarrauit. Nec vllo vnq̄ verbo, aut sententia errauit. Sed id qđ ait Salomon id ei probe euenit. Det mihi Deus ex animi sententia loqui, & quæ dico digne cogitare. Nam scite quæ nouit expressit: quæ vero exprimebat recte sensit: & par sibiipsi apparens nullum doctrinæ Theologicę locum siue ad mores seu ad Dei contemplanda mysteria facientem, reliquit. Eius monumēta ita clara celebrataq; sunt hodie, vt nemo sit qui sapere cupiat aut de rebus diuinis aliqđ intelligere, quin ea in manibus habeat. Vetera iam cessant, his nouis tm̄ vacant. Hinc adfatim sibi quisq; materiam, ad ea quæ cupit adsumit: siue ad exercitationem encomium faciat, seu ad consulendum & deliberandū aut hęreticis respondendū veniat, vt in promptuario apud eū cuncta reperiet. Scripsit Hexameron quē ego quoties lego vbi de rerū principio diuinitus disserit, ita me in cōditoris charitate atq; cognitione confirmo: vt nulla re magis moueat aut oblecter. Quę vero cōtra Eunomium & hęreticos scripsit, ignem mihi videre videor inconsumptū: ita ipsorū repressit audaciā. In libro ad Amphilochium de spiritu sancto, q̄ in hoc errasse inuidi nonnulli dictitabant: ita ipsum ante oculos ponit, vt nil manifestius aut verius Deū ostendat. Epistolas nōnullas Sermones item super varios scripturę locos & Homilias ad populū habuit, quibus omnis magnopere ædificatur ecclesia. Quas igitur ob res Basilium ego omnis ætatis ac memoriæ principem facile iudico: cuius si laudes absoluere omnino vellem cum ad montis verticem iam peruenisse videar, infra eius radices adhuc versabor. Sed age eū cū vtriusq; testamenti viris, parumper comparemus. Adam primum Domini mandatū præteriit. Hic semel susceptum perpetuo seruauit. Et ob sciētię lignum non errauit: rite & ordine ac ad suam aliorū q; salutem hac vtens. Et nunc in paradiso cuius ardentem rompheam euasit, triumphat: quam Deus versibilem fecit vt peccatoribus formidolosa ferri aciem verteret: Iustis vero terga ostēderet. Enos primus cœpit inuocare nomen Domini. Hic autē & Deū palam aliis fecit, qđ longe maius est. Enoch deo placuit & ob breuem iustitiam translatus est. Nam fides tunc obscura & in vmbra erat. Hic vero in omni vita ob suā perfectā virtutem translatus in adoptionem filiorū Dei ac supra hominē factus est. Nec clam aut in fidei obscuritate, sed manifesta professione: & nō in parte vitę, sed in tota, q̄ ea demū sit felicitas, vt ait Aristoteles, quę nō in vno actu, sed in vita omni est perfecta. Noe per breuis ligni opus humanū seruauit genus, per octo tm̄ animas in arca seruatas. Sanctus vero hic hæreticorum

Marginalia: Viris facetis minime adridebat. — De scriptis & eloq̄ntia ipsius. — Scripta Basilii. — Basilii cōparatio. — Adam. — Enos. — Enoch. — Noe.

diluuiũ effugiens,arcam salutis patriam suã fecit: quæ cũctis prævaluit zizania seminãtibus:vnde & cæteris salus redundauit.Abraam noui generis nouiq; sacrificii auctor ꝓmissa ex Deo accipere meruit:pro filio arietem condignã inuenit hostiam. At hic cum sese totũ Deo traderet ad omnem laborem,vsq; ad martyriũ paratus,non aliũ substituit.Neq; enim brutũ animal digna homini cõpẽsatio.Isaac ex Mesopotamia Rebeccam duxit:& postq̃ cõsenuit oculi eius caligauerũt:volens filium natu maiorem Esau benedicere,deceptus est a Rebecca subdito Iacob.Hic aũt pro vxore ecclesiã ex ꝓpinquo sibi iũxit:& filiis spiritalibus ꝓ dignitate benedictionẽ impertiuit.Iacob scalã in cęlũ ascẽdẽtẽ in somnis vidit & per eã angelos ascẽdẽtes & descẽdẽtes:quę quidẽ Christi diuinitatis in carnẽ descẽsum prænotat. Item lapidẽ statuit oleoq; obleuit.Angularis hic lapis Christus est pro nobis oblitus atq; vinctus.Idẽ cũ Deo in hominis forma luctatus est.Palęstra hęc cõtẽtio verbi ad corpus adsumptũ:siue naturę humanę ad diuinã altitudinẽ cõparatio est . Dolor vero femoris ictï, humanę generationis pugnã ostẽdit.Si eñ cũ diuina natura nostra confertur: vt fragilis & doloribus obnoxia superatur.Iacob itẽ multos greges possedit,ac cũ Laban cõuenit,vt q̃ vario vellere nasceretur,ipse sibi haberet:virgis igitur in aqua vbi bibebãt adpositis,ad earũ imaginationẽ grauidę factę,similes illis postea foetus ediderũt,vnde diues est factus.Ad postremũ duodecim filiis moriturus benedictionẽ dedit.Basilius vero vidit & ascendit altissimã in rebus spiritalibus in Deũ scalã:& sua scripta inuectiua,cõtra hereticos columnã maximũq; lapidẽ orthodoxæ fidei cõstituit. Nec cũ deo,sed pro deo contra fidei cõmunes hostes luctatus est.Plures quoq; diuersis ac variis virtutibus insignitas oues rationis participes habuit.Demũ nõ tm̃ duodecim,sed innumerabiles filios spiritales genuit:quibus & benedixit.Ioseph frumẽti copiã in Aegypto quęstuosam habuit:Basilius gratuitę præbitor frugis,vti supra memorauimus:nõ solũ terrestris,sed etiã spiritualis fuit. Et vt ille dominam repulit impudicã,ob quã & calumniã est passus:sic is tentatorem cũ victoria eiecit:& tũ de iis quę de spiritu sancto senserat cõtra fas accusantes,libro super hoc edito luculentissimo cõpescuit . Moses quidem Aegyptũ decem plagis percussit,his videlicet,sanguine, rana,synipe,musca canina,quadrupedum interitu, turgente tubere, grandine,locusta,tenebris,postremo primogenitorũ interitu.Legem quoq; in duabus tabulis vtrinq;,id est etiã a tergo scriptis accepit:vt plane ostẽderetur vulgo,& iis qui humi iacebant, exteriora esse scripta.Ea vero quę intra erant,paucis admodũ vt ad superiora tendẽtibus,ostẽdi. Aaron vero sacerdos erat pro populo sacrificãs atq; orans:consecrabat insuper ac curabat ea quę circa tabernaculũ foederis erant:qđ vt ait Paulus,Dominus non homo constituit.Ambos itaq; imitatus est Basilius:Aegyptios quidem,hoc est hęreticos spiritualibus flagellis,orescriptoq; emissis castigans,ac eos in regnũ cęleste vt in terram promissionis ducens, longe magis zelator est bonorũ operũ,vt ait Paulus,habẽs ĩ cordis tabulis leges scriptas nõ ꝓtim vmbratiles & figuratas,ꝓtim spiritales sed omnino spirituales.Nec semel ĩ anno vt Aaron summus sacerdos,sed sępenumero in Sancta sanctorum ingressus est:hoc est,in sacrorũ voluminũ penetralia,arcanaq; mysteria,vt multitudini ac vulgo inadcessos sacræ theologiæ sensus ac inscrutabiles retexeret. Expians insuper populũ,non vituli cinere,vel rebus aliis fragilibus,sed sacro baptismi fonte,& aliis spiritualibus expurgationibus fructũ reddidit. Successit Iesus Naue,qui terrã attigit promissionis.At Basilius iis quos subiectos habuit, diuersas distribuit mãsiones.De quibus Seruator ait,In domo patris mei mãsiones multæ sunt,hoc est diuersa pro dignitate cuiusq; meritorũ præmia donaq;.In domini nãq; manu & potestate,mercedis est distributio,vt est apud Dauid, In manibus tuis sortes meæ, hoc est,penes te potestatẽq; tuã.Itẽ tabernacula ceciderũt mihi in pclaris meis, id est datę sunt mihi Dei partes ac sortes,vt succedã illis in præclaris & opimis, hoc est in triũpho ac de dæmone victoria.Tabernaculã enim sortiũ ac partiũ distributiones vocat,q; tabernaculis terrã diuidamus ac metiamur.Samuel ex materno susceptus est voto;Basilius itẽ ex patrio Ille duos reges vnxit.Hic frequẽtẽ populum sancti spiritus oleo fouit. Dauid mãsuetudo prædicatur.Mansuetus ille quidẽ dicitur q alienas æquo animo sustinet iniurias.Hic autẽ Valentis insaniam ac furorem non solũ constanter tulit , sed etiã verbis sanctis & eloquii modulatione diuini temperauit : quemadmodũ ille cithara Saulem insanientem curauit. Salomon sapientiam quidem a Deo petiit,verum ab eo paulo post per idololatriã & cõcubinarum libidinem excidit.Hic rectam continuo fidem in Deum semel acceptam perpetuo

Abraam

Isaac.

Iacob.

Ioseph.

Moses.

Aaron

Iesus Naue.

Samuel.

Dauid.

Salomõ

Helias. seruauit:& ob eam Valenti Principi continuo restitit. Qua de causa & Helia inferior non fuit:qui restitisse regibus dicitur. Quin & ille igneo ad cęlũ curru est sublatus:Hic partim tribulationis ptimꝙ charitatis igne vt rubus ille Moseos, nõ solũ incõsumptus incolumis ꝙ seruatus,sed altissima contẽplatione sublatus ad Dei penetralia fuit : vnde gratia velut
Heliseus Heliseo ex chlamyde Helię inclyta prouenit ei plurima. Quin & corpore iã per abstinẽtiã consumpto cũ ossibus ac pelle tm̃ superstes esset, sine mortis sensu proculdubio migrauit.
Ioannes Vt autẽ ad nouę legis veniam viros q̃uis audax plane sit res,cũ Ioanni Baptistę cõpararet:
Baptista Attamen & hic quoꝙ tenuissimo victu fuit,vt qui pane & aqua tm̃ nec ad satietatẽ aleretur:noctibus totis tunicam ex animaliũ setis,quã ciliciũ vocãt,amictus, sacris lectionibus aut scriptionibus vacabat.Ille in medio duorũ fuit testamentorũ. Hic vetus nouo ita prudenter enarrando adcõmodauit atꝙ coniũxit,vt omneis de fide ambiguitates facile solue
Apostoli ret.Reliquis postremo Apostolis ac discipulis Iesu Christi non inferior dici poterit,verus
& disci- post eos Apostolus ad orbem moribus ac fide collapsum restituendũ missus: quãto magis
puli dñi. difficilem rẽ tractans:reficere enim q̃ de nouo condere difficilius sępe numero putabitur. Sed quid plura dicã?Illius vitia non tã animi q̃ corporis ac naturę,aliorũ virtutes dici poterant. Si qs igit̃ illũ imitari se puter,rãto inferior quãto vmbra a statua,aut Echo a vera voce inuenietur.Satis enim eius studiosi habere videbũtur, si ad ipsius prope adcedãt virtutes:aut aliqua ex dictis eius mutuentur: quemadmodũ & ego sępe facere soleo vt ipsius vtar sententiis:quoniã quę ille vel sine cura & ex tẽpore dixit:iis quæ ab aliis adposite dicũtur,sunt longe prestantiora. VBI vero tempus resolutionis ac certaminis legitimi premiũ accipiendi adpropinquauit,non ascendit in montem ex pręcepto domini vt Moses,de
De mor inde mortuus est:sed ante mortuus est:deinde in montem cælestẽꝙ locũ ascendit.Iam iãꝙ
te Basilii moriturus Dei verba clara voce nunq̃ deseruit:quin & successorem sibi ex iis qui ei ministrabãt & auditores in rebus diuinis fuerãt,declarauit.Post hæc quę sequũtur alii referãt. Ego deinceps quid aliud agere habeam q̃ flere,cũ Ecclesiam tanto pastore viduatam,nosꝙ tali præsule ac doctore priuatos videam?Iacebat vir sanctus iam ad horã extremã,& angelorũ choris celeriter inseri expectans: ad eũ omnis populus confluxit,cuius mortẽ irã in se Dei fore putabant,& amentes pre dolore facti circũstabant,siqua via effluentẽ ac properãtem animã retinere possent.Ipse autem extrema Prophetę verba proferens:In manus tuas Domine cõmendo spiritũ meũ,expirauit.Elatus a sacerdotibus ac per vrbẽ feretro vectus, tanta comitantiũ multitudine,vt vici frequentia psalmos hymnosꝙ in eius laudẽ canẽtiũ complerentur. Mirũꝙ cum philosophiæ partes sint,dolorem temperare, lachrymis modũ imponere: huius in occasu nemo tam sapiẽs fuit,qui nõ dolore,lachrymis,questubus certatim alios vincere studeret. Corpus cũ omnes magna contentione & tangere & adripere certarent,sepulcro maiorum intulerũt:vbi & pater sacerdos & auus martyr,sub Maximi-
Pater & liano,conditi erant. Mihi vero tanti viri consuetudine orbato quid reliquũ nisi mori,aut
Auus miseram in futurũ ducere vitam?Quo me vertam iam amplius? Vnde consilium quæram?
Basilii. Quid agam?quando eũ amisi q̃ ærumnas meas ac labores solabatur.Venite omnes,venite, ac me choro circũsistite,laudes eius mecũ canite.Alius aliam partẽ suscipientes,quãdo nõ omnia possumus omnes.Narrare illius decora virtutesꝙ,omnis ætas,sexus,ordo.Pueri patrem desiderãtes:Senes coæuũ vestrum. Qui in magistratu & administratione estis,vestrũ principem,Populus præsulem & pastorem,Egentes & paupetes nutritorem, Deniꝙ quilibet suis laboribus & officio adiutorem ac aduocatum plorate:vt vestrę salutis patronum habeatis.Hoc tibi o Magne Basili extremũ munus post annos octo quibus ecclesię pręfuisti obtuli.Qđ si prope ad meritas tuas laudes dicendo adcessi: Tu mihi in te speranti hãc gratiam redde.Si vero valde infra votũ longe contigit:veniam & seni & valetudinario, & ob tuam mortẽ attonito dabis. Tu obiter e cælo nos respice, & datam mihi renũ debilitatem ac articuloꝝ dolorẽ,vel iube discedere,vel adiuua,& hortare ita me æquo ferre animo,vt hinc demũ discedentem me in æterna tabernacula recipias: Et beatam Trinitatem eo quo est modo tecum pariter contemplari valeam.

¶Finit Monodia Grægorii Nazianzeni.

SEQVVNTVR

MAGNI BASILII SERMONES AC TRACTATVS PER RAPHAELEM VOLATERRANVM VERSI.

¶IN PSALMVM PRIMVM.



CVM OMNIA SACRA VOLVMINA DIVINI SPIRITVS instinctu conscripta: ac plane vtilia sint, veluti animæ medicina salutaris omnibus cõmunis: ex his alia tamen alii propriis morbis eligere cõsueuerunt. Alia quidem Prophetę instruunt: similiter & leges & historici & prouerbia diuersa tradunt ac propria lectoribus pręcepta: Vnus est Psalmorũ liber, qui oĩa facile comprendit: oĩbus vsum sui fœnerat: futura vaticinatur: historias narrat: leges ac mores vitę instruit: ad res agendas ignaros erudit: & in summa pręceptorũ omniũ quoddã fere promptuariũ inquirere volentibus existit: vnde antiqua animarũ vulnera sanãtur: errãtes in viã reducuntur: perdita restituũtur: deniq perturbationes oẽs & adfectus animi praui, quales variis modis hominũ animis in hac vita dominãtur, penitus tollũtur: & hęc cũ voluptate quadam & animi deductione diligenti. Nam quãdo spiritus sanctus mortale genus ad voluptatem procliue, & a virtute ob labores auersum animaduertit: nos ad rectam vitã tendere cupiẽtes sanctis præceptis numerorũ modulatione comprensis inuitauit: vt auriũ oblectatione deliniti, sermonis vtilitatem ociose susciperemus: more medici sapiẽtis, qui pueris medicinas aliquãto austeriores daturus: vt vorantibus nauseam discutiat, melle poculum circunlinit. Sic nobis nõ tam ętate q̃ moribus pueris hęc apta modulamina Psalmorũ offerũtur, vt specie quidem oblectare videantur: re autem vera nostras facilius instruant, ac purgatas reddant aures. Nec eñ vllus ex iis qui tardiore presertim sunt ingenio reperitur, qui Apostolicum seu Propheticũ aliquod pręceptum statim edisčat: Psalmorũ vero protinus reminiscitur: hos & domi cantat, & foris obmurmurat, & in agro meditatur. Nec vllus adeo mente perturbata fuerit: qui vbi psalmos cœpit, non statim mitescat mœstitiamq ex animo discutiat. Psalmus igitur animi in lętitia: tranquillitas animarũ: pacis caduceus: cogitationũ moderator. Idem amoris conciliator: dissidentiũ cõpositor: impetus animorũ coercet: contumaces ad officium reducit. Quis eñ inimicũ, cum quo vnã ad Deum emittit vocem putauerit? Ex quo maximũ bonorũ charitatem psalmodia pręstat: ac quasi totius chori in eodem spiritu cõiunctionem quandã ac necessitudinẽ parit. Psalmus item dęmonũ fugator: angelici auxilii prębitor: securitas noctiũ & requies diurnorũ laborũ: infantiũ tutela: iuuenũ præsidiũ, senũ admonitio: mulierũ ornatus. In solitudine dulce diuersoriũ prębet: Incipientibus elementũ: proficiẽtibus augmentũ: fragilibus auxiliũ tribuit. Insuper celebritates inlustrat: tristitiã quę ex Deo est oñdit: lachrymas e corde lapideo ꝓuocat. O diuinã sapiẽtiã, q̃ nos sponte, ac cũ animi alacritate canẽtes docuit q̃ diutius nostris essent animis duratura. Nihil eñ violẽtũ durat: nec vlla item pręceptio cũ difficultate prolata in animo residet. Quid eñ nõ inde disces? nõ fortitudinis robur? nõ iustitię seueritatem? nõ modestię decus atq ornamentũ? nõ prudẽtię documenta? nõ pœnitentię modũ? non patientię remediũ? Nonne demũ omnia quę possis excogitare? Hic & perfecta reperitur Theologia. Vaticiniũ in primis venturi Christi: futuri iudicii terror: resurrectionis spes: disciplinę timor: glorię promissio: mysteriorũ reuelatio: omnia deniq vt in magno cõmuniq promptuario, in Psalmorũ libro condita reperiuntur. Quodq obseruatione dignum est, cũ multa sint musica instrumenta, ad hoc psalterium appellatum se Propheta noster adcommodauit: vbi plectrum non vt in cithara seu lyra ex inferiore parte percutiendo deducitur, sed superne pulsatum modulamina reddit: vt plane nos edoceat non soni dulcedine illecti ad inferiora sensus, sed mentis altiora tendamus: æque bene dispositum animum hoc instrumento facilius ad cælestium meditationem bonorũ erigere posse notando. Nunc vero cantus initium videamus.

Laudes psalmorum.

Psalterium quõ percutiē.

BEATVS vir qui nõ abiit in consilio impiorum. Architecti namq periti ędificiorum fundamenta ad rõnem eius quã intendunt sublimitatis deducendę ęque adcommodant. Similiter nauim onerariam facturi inferiora prius contabulant robore ac magnitudine, numero nautarũ, ac ponderi qđ latura sit, pariter rñdentia. Et natura in aĩali cõstituendo cor ante oĩa gignit ꝓportione reliqs futuris mẽbris congruũ atq idoneũ. Sic mihi breue hoc procemium ad vniuersam psalmorũ materiam vim conuenientẽ habere videtur. Qm̃ itaq multa & grauia, laborumq plena, pietatis cultoribus in sermonis ꝓcessu enunciaturus erat, finẽ ante oĩa beatũ cõstituit: vt spe pręmii inuitati facilius illa valeãt tolerare, vel

luti p loca iniqua & ardua iter facientibꝰ maximũ est leuamen,cũcta efferre necessaria:& mercatores,cõmeatus amor,ad magnũ maris spatiũ nauigandũ audaces reddit:& agricolę sudores,spes annui fructus cõsolatur.Quapropter hic nostrę vitę magister ab initio laborũ mercedẽ oñdit:vt prȩsentes ęrũnas spernentes viribꝰ totis ad cælestiũ bonorũ gaudia pperemus.

Quid est beatum. Beatꝰ itaq; vir qui nõ abiit in cõsilio impiorũ. Est em̃ aliqd pprie ac vere beatũ qd est Deus: vnde Paulus Christi reminiscẽs ait. Scd̃m manifestationẽ beati Dei & seruatoris nostri Iesu Christi.Beatũ ergo qd per se bonũ est:qd oĩa respiciũt,qd oĩa cupiũt:incõmutabilis natura: dñica dignitas,trãquilla pax,perpetua lętitia:circa quã nõ est alienatio neq; mutatio:fons scaturiẽs:charitas copiosa:incõsumptꝰ,ęternusq; ignis.Stulti hoĩes,& mũdi amatores ipsiꝰ boni naturã ignorãtes sępe diuitias nullius dignas precii,beatas faciũt:quarũ nullũ ipsa natura ęstimãdũ bonũ,nõ solũ q; facilem habeãt ad res contrarias cõuersionem:sed q; earũ possessores nihilo meliores reddere valeãt.Quis em̃ ob pecuniã iustus?quis ob corporis prosperã valetudinẽ prudẽs? Cõtra,hęc adspicimus abutentibꝰ male cedere,exitioq; esse. Beatus ille qui ea quę sunt vere preciosa possidet:qui ve bonorũ permanentiũ est particeps.Sed hũc quõ cognoscemus?Qui nõ abiit in cõsilio impiorũ.Ego vero priusq̃ hæc verba exponam id soluam

Vir nũ beatꝰ & nõ fœmina? dubiũ.Cur propheta virũ tm̃ beatũ hic faciat.Num fœminas ab hac beatitudine forte excludit? Nonne vna virtus viri & fœminę,qñ par vtriq; creatio,honorq; similis?Audi Genesim. Fiat(inquit Deus)homo:ad imaginem Dei fecit illum masculũ & fœminã. Quorũ itaq; natura vna,horũ & actus idem.Quorum simile opus,horũ & merces eadem. Cur ergo viri reminiscens,mulierem tacuit?Quoniã satis esse existimauit,quãdo est vna vtriq; natura,a pręcipuo sexu ordiri.

Abiit nõ abit. Beatus igitur vir qui nõ abiit in cõsilio impiorũ.Cõsidera verborũ vehementiam:quonãmodo quęlibet dictio mysteriis referta sit.Non dixit qui nõ abit,sed nõ abiit in consilio impiorum. Nõ em̃ ille qui in vita est,beatus est ob exitum incertũ:sed qui quodcunq; opus absoluerit:vitamq; fine certo clauserit, hic iam salutis securus, beatus recte dici poterit.

Ambulãt non ambulauerunt. Cur item beati immaculati qui ambulãt in lege Domini?Nõ em̃ ibi dicitur,qui ambulauerunt:qm̃ qui benefaciunt in ipsa laudantur actione:qui vero nihil admittunt:si semel a malo declinauerunt,non propterea laudandi:sed qui omnino peccatũ omni tempore vitare valent.

Quõ beatus q nõ abiit &c. Ex qua sane sermonis serie altera nobis oritur dubitatio:Cur eũ qui ex virtute viuat nõ dicit beatũ,sed qui nihil admiserit:qua ferme ratione,equus,bos,lapis,beati poterũt appellari.Quod em̃ inanimatum, est in via peccarorum?aut quod rationis expers sedit supra cathedram pestilentię? Paulo enim vltra si legeris,medicinam inuenies.Infert em̃:Sed in lege Domini fuit volũtas eius. Diuinæ em̃ legis meditatio ei tm̃ qui particeps rõnis est,cõuenit. Nos autem & illud dicimus:q; principium ad bonorũ receptionem:est a malis abscessio.Declina a malo(inquit)& fac bonũ.Palam igitur nos ad virturẽ introducere cupiens,prius a fuga vitiorũ initium fecit.Si em̃ statim te ad ea quę sunt perfecta vocaret,in ipso forte exordio desperasses.Nunc vero ad faciliora te inuitat.vt ad ea quę sequũtur postea promptior ac plane exercitatior existas.

Pietas. Ego pietatis exercitationem scalę a Iacob visę recte comparauerim:cuius pars terrã,pars vero cælũ attingebat.Ex quo eos admonere opus,qui ad virtutem ducẽdi sunt vt primis admoueant gradibus vestigium, & inde paulatim adscendendo progrediẽdoq; ad cõprensibilem humanę naturę altitudinem perueniant.Quemadmodũ vero in gradibꝰ prima est ascensio ab humo recessus,sic in exercitatione laudabilis operis discessus a malo.Omnino autem in ratione virtutis facilius longe ab interdicto abstinere,q̃ imperatum aliquod facere.Verbi gratia.Nõ mœchaberis:nõ occides:nõ furaberis.His omnibus otio tm̃ & immobilitate est opus.Ama vero proximum sicut teipsum,&,Vende omnia tua & da pauperibus,exercitatam quandam & plane altiorem hęc requirunt virtutem.Ex quo illius admirare sapiẽtiam:qui nos ad perfecta per res faciliores & comprehensu aptiores deducit.

Nota hęc tria. Tria em̃ nobis digna obseruatione proponit. Non abeundũ in cõsilio impiorũ.Non consistendum in via peccatorum.Non sedendũ in cathedra pestilentię.Rerum naturã secutus hunc dictis ordinem imposuit.Primum em̃ consulimus.Deinde consiliũ firmamus. Postremo in iis quę cõsuluimus permanemus.Ante oĩa in mẽte nostra beata est ipsa puritas:qm̃ cogitatio mentisq; consiliũ initiũ est earũ quæ in corpore fiunt actionũ. Libido em̃ in corde hominis voluptati primũ genita:in corpis inde cõtaminationẽ exit.Ex quo Dñs ait,Intus sunt quę coinquinant homines.

Qui proprie pii & impii. Quoniã aũt impietas proprie dicitur in deũ peccatũ,& infidelitas,absit vt de Deo quicq̃ dubitemus.Hoc namq; abire foret in consilio impiorũ.Si autem corde tecum dixeris.

Profecto Deus est,omía gubernat,atq; regit,pro cuiusq; meritis iudicat atq; tribuit. Cur itt sti egeant,peccatores in copia sint rerú:hi tenui valetudine,illi prospera. Alii ignobiles,nónulli illustres, nequaq̃ temere fieri & euẽtus aliquos sine ratione putaueris.Si hæc probe no ueris,proculdubio in consilio impiorũ non abiisti. Beatus itaq; q in rerũ administratione & euentu magno sit animo,& in iis quæ a nostris probata scriptaq; sunt, magna constãtia permaneat.Beatus & ille qui in via peccatorum nõ stetit. Via eñ vita dicitur:per quam quilibet natus properat ad finem.Quemadmodũ qui in nauigiis dormiũt,sponte a vento in portũ deducitur, ex quo nõ sentientes impulsæ nauis cursu itineris finem contingunt:sic & nos vitæ nostræ tempore prætereunte veluti quodam motu cõtinuo & irrequieto ad proprium quilibet terminum latenti vitę nostræ cursu properamus. Verbi gratia:dormis & tẽpus euolat:vigilas & mente aliquid agis:vita tamen sensim absumitur.Omnes enim vnum currimus curriculum,ad propriam metam tendentes. Quamobrem omnes in via sumus: in via si fueris cuncta quæ oculis occurrunt, facile despicies:cuncta præteribis,plantas, hærbas,aquas, animalia,& quæcunq; spectatione digna breui tempore oblectatus relinques. Rursus si in loca iniqua, crepidines, valles,scopulos quandoq; : in feras,& sentes, & alia duriora & aspera incideris:parumper adspectu turbatus paulopost deseres. Talis item vita humana: quæ nec delectabilia nec rursus acerba & tristia diu retinet.Sed nec via hęc tua est:neq; pręsentia tua sunt.In viatoribus primus vestigium mouit & statum:post eum alius,item alius insequitur. Considera parumper res humanas,nonne similes?Hodie terram coluisti & cras alius colet:& post eũ alius. Vides agros & domos sumptuosas:quot nomina breui tempore mutauerunt, quot Dominis seruierunt.Cur via,nostra non dicetur vita:quę modo hunc,modo aliũ sortitur continuo statum?Beatus ergo qui in via peccatorum non stetit.Hoc autem non stetit, quid sibi vult? In primis adhuc annis existentes homines, nec in vitio sumus nec in virtute: q̃ ętas ipsa habitus vtriusq; minime sit capax:post autem ratio ad perfectũ venit, tunc fit qđ scriptum est.Adueniente mandato peccatum reuixit:ego vero interii.Oriuntur enim ptaue ex carnis adfectibus cogitationes animis nostris infixę. Verum vbi mandatum venit,hoc est cognitio bonorum,si inferiori rationi non dominaris,sed in seruitutẽ redigeris:reuixit quidem peccatum,mens vero ob delictum interiit. Beatus igitur qui non stetit, hoc est diu non est immoratus, in via peccatorum: sed superiore ratione ad piam se recepit exercitationem. Duæ nãq; sunt inter se contrariæ vię:vna quidem lata & ampla,altera angusta & ardua.Totidem etiam duces,quorum vterq; ad se viatorem adripere conatur.Via nãq; illa facilis ducem habet decipientem dæmonem malum:qui per voluptatem sequentes ad perditionẽ trahit.Asperæ vero & angustę angelus præsidet bonus:qui per labores virtutem ad finem beatum tendentes deducit.Donec enim quilibet puer est in hac vita voluptatẽ persequens:nullam vitæ futuræ rationem aut curam habet. Vir autem factus post cogitationem perfectam vitam in vitium & virtutem deductam recte considerare & adcurate mentis oculos vtrinq; voluendo,quę ad amborum pertinẽt proprietatem,intueri poterit. Nam & peccatorum vita omnia dulcia,alioqui inania pręse fert. At iustorum sola futurę vitę bona esse ostendit:& quãto pulchriora monstrat futura,tanto laboriosiora pręsentia prębet.Voluptaria namq; & amoena non alia expectat:sed pręsentem sequitur iocunditatem. Hallucinatur eñ omnis anima & cogitatione menteq; claudicat:quæ vtramq; in se comparando non expendit.Hic carnis oblectationem adspiciet,ibi disciplinam.hic saturitatem,ibi ieiuniũ.hic parasitos & scurras,ibi lachrymas copiosas.hic saltationem, ibi preces ad Deum ac vota.hic tibias & musicam,ibi luctus.hic libidines & amores, ibi virginitatem. Qm̃ autẽ vere bonũ ratione cogitationeq; tm̃ comprendi per fidem potest:procul est atq; remotũ, quod oculus nõ vidit,& auris nõ audiuit.Peccati vero oblectatio promptã habet & per omneis fluẽtem sensus voluptatem.Beatus qui ab eius abstinens illecebris,ad exitium minime tendit:sed per patientiam salutis spem expectans in ambarum viarum electione non ea ingreditur quę ad peiora contendit.¶Et in cathedra pestilẽtię nõ sedit.Profecto nõ dicit cathedras in quib⁹ nostra requiescũt corpora.Quænã a ligno ad peccatũ translatio, vt acceptator cathedram deprensam fugiat? Magis autẽ cathedrã existimare longã in vitio moram oportet: quod maxime nobis cauendum:qm̃ in peccatis diuturnitas habitũ quendam vix mobilẽ in animis constituit.Antiquus eñ animi morbus, & mali exercitatio longitudine obdurata vix remediũ, vel potius nullũ reperiet:cum in naturã,vt in plerisq; videmus,sępe consuetudo vertatur. Precibus igitur ad

Via vita dicitur.

Non stetit.

Vię contrarię.

Deum opus,ne malū attingamus: deinde si forte inciderim⁹ vt tanq̃ veneno aliquo pcussi sta tim remediū quęramus,sicuti a Salomone scriptū est de fœmina impudica. Ne oculos in eā fistas,sed cito auerte:minime cōmorando. Vidi ego quosdā iuuenes in carnis adfectus facile ruētes & vsq; ad mortē in vitii cōsuetudine durātes. Queadmodū em̄ q in cœno sese obuol- uunt cōtinuo sibi lutum augent:sic hi fœditatem ex voluptate singulis diebus sibi adcumu lant.Beatus igitur in primis qui peccatum omnino non nouit. Si autem per inimici insidias impietatis consilium iniuerit,in peccato nequaq̃ stabit.Si postremo hoc sustinere poterit ne saltem malo insideat : neu in cathedra pestilentiæ sedeat. Sed quando intellexisti cathedram

Quæ sit pestilētia hic diuturnam in peccatis significare moram,nunc vide quam dixerit pestilentiam. Dicūt em̄ rerum huiuscemodi periti pestem ea esse natura: vt si vnius hominis vel iumenti corpus at- tingat,ad proximos quosq; statim serpit:vt vno contaminato, mox ad alium vis morbi per- ueniat.Tales itaq; sunt iniquitatis filii:alius aliū inficit:inuicem ęgrotant:simul etiā pereūt. An nō vides libidinosos homines, quomodo in foro sedentes ac eos qui sobrie casteq; degūt fugillantes,suaipsius opera verecundanda narrant, studia queq; tenebratum & ignominię de decora,vt res longe pulchras & facta fortia,commemorant!Hi demum pestilentiæ vocantur qui proprium morbum in omneis transferendo sibi similes illos esse exoptant:vt per malorū communionem multorumq; societatem,propriā diffugiant infamiā.Nam neq; possibile pec- catū qd in vno fuerit,ad vicinos omneis nō transire, si spūs ac ventus iniq̃tatis ipm adcende rit.Fornicationis em̄ spiritus nō in vno tm̄ cōsistit:sed late in proximos grassatur.Coqui sta tim eodem comprenduntur morbo:Ganeę,ebrietates,scurrilia verba. Amica insuper ad epu las vocata huic adrider:illū irritat,ac puocat ad libidinem.Deniq; omneis ad idem incendit peccatū.Num parua hęc pestilētia!Quid autem,siquis auarum imitatur aut ambitiosum:qui potentia quadam politica & honoris specie fucatus populis imperet,exercitus teneat:deinde turpissimis adfectibus cōtaminatus inueniatur. Nonne is pestem animo suo accepit, alterius malū quod est imitatus propriū constituens! Res em̄ in vita magnæ atq; inlustres vitas cla- rorū hominum ad se reducunt atq; referunt: & milites plærūq; ducibus adsimilari solent:& in ciuitatibus populi eos imitantur qui potentia pollent.Et demū postq̃ vnius morbus imi- tatione dignus multitudini existimatus fuerit,vere pestilentia quędā animarū dicetur in vi- ta dominari. Vitę namq; splendor ac claritas multos ad æmulationē similem eorū qui proni ac lubrici sunt ad peccandū,trahit.Quoniā itaq; alius alium tabefacit,recte animarū pestilē- tiæ in terris dicantur. Ne igitur in cathedra pestilentiæ sederis,neu particeps hominū con- taminatorum consilii fueris:vel saltem in malis non diu manseris cōsiliis.Sed ego me video

Vox debilis Basilio. fratres adhuc circa Psalmorum procemia versari,& iam sermonē modū excedentem, vt im- pręsentiarū nec plura vobis percipiendi:neq; item mihi,ob innatā vocis me destituentis debi litatem,enarrandi sit facultas:si autem quæ cœpi dicere de vitādis ante omnia malis,deq; p- fectione per bona opera consequenda hoc sermone nō absolui:attamen hæc pauca vestro au- ditorio nunc loco gratiarum reddentes,pollicemur Deo fauente reliqua nos breui tempore pręstaturos:modo in futurum vox mihi suppeditet. Dominus autem det nobis obiter eorū quæ diximus mercedem:vobis vero eorum qui audiuistis fructum exoptatum,gratia Dei & Domini nostri Iesu Christi:cui gloria & imperium in ęterna secula.Amen.

¶IN PSALMVM SEPTIMVM DAVID:QVEM CECINIT DOMINO PRO SERMONIBVS CHVSI FILII HIEMENEI.



Chusi se trāsfugā simulauit. Omine Deus meus in te speraui.Ea quæ in huius Psalmi titulo inscribun- tur cum historia regum vbi de Dauid narratur,minime conuenire viden- tur. Ibi enim Chusi princeps sociorū Dauid, filius vero Arachi memora- tur.Hic autē filius Hiemenei.Est enim nec hic neq; aliquis alius filius Hie- menei ex his qui ibi apparent. Sed quoniam is Chusi transfugam se simu- lādo in partes Absalonis,fidelem fortemq; Dauid amicissimo nauauit ope-

Achitofel cōsilium. ram. Nam & Achitofel ducis peritissimi & audacis consilium de inuadendo Dauid atq; ir- ruptione facienda irritauit.Idcirco filius Hiemenei est hic appellatus id est filius dextræ.Il- lum enim consulentem nullum tempus intermittendum, sed imparatum statim petendum admitti nō permisit:vt induceret, inquit historia,Dominus in Absalonem omnia mala.Con filium itaq; vt rem different eo dedit animo, vt moras innecteret, Dauidq; tempus colli- gendi exercitus tribueret. Ex quo receptus gratusq; apud Absalonem fuit dicentem.

Bonũ consiliũ dedit Chusi filius Arachi,longeq melius cõsilio Achitofel: Dauid amico in-
terea per sacerdotes Sadoch & Abiathar quę agẽda essent ostẽdit:ac pręcepit ne in Araboth
deserto castra metaretur:sed vt transire maturaret. Quoniã itaq ob bonũ consilium dexter
ac commodus est factus Dauid,ex officio & facto laudabili cognomentum accepit.Hac itaq Denomi
de causa filius Hiemenei,hoc est filius dextrę dicitur.Ipsa namq scripturę cõsuetudo,peio- nãdi in
res a peccato magis censere,q̃ a patribus solet. Meliores vero filios ex aliqua eis conueniente scriptu-
virtute.Quamobrem Diabolum Apostolus perditionis filium appellat.Et in Euangelio Do- ra rõ.
minus:Nullus(inquit)periit nisi perditionis filius.Filios autẽ sapiẽtiæ eos vocat,qui in Dei
cognitione sunt occupati.Et si fuerit inquit,ibi filius pacis.Nõ igitur mirum videri debet si
nunc eius tacendo patrem,dextrę filium Dauid potissimum socium nominet,ex re gesta no
men sibi vsurpans.¶DEVS Deus meus saluũ me fac.Profecto nõ talis est qui in homine spe-
rat,vel alicui rei alii animi pendulus in vita confidit:verbi gratia:potentię,diuitiis,vel alio-
rũ alicui quę apud multitudinẽ clara putãtur:cũ dicere nõ valeat. Domine Deus meus in te
speraui.Pręceptũ est enim nõ oportere in principibus sperare,aut in filiis hominũ:in quibus
nõ est salus.& rursus. Maledictus homo qui cõfidit in hoie. Quemadmodũ nec quicq̃ aliud
pręter Deũ colere oportet:sic nec in alio sperare q̃ in Deo oĩm Dño fas est. Spes mea inqt Da
uid & cãtatio mea Dñs.Sed quõ primũ seruari a persequẽtibus:deinde liberari rogat? Puncti
eñ distinctio clarã hic reddit orationem.Saluũ me fac inquit,ex omnibus persequẽtibus me.
Deinde sequitur:Libera me nequãdo rapiat vt leo animã meam. Quæ igitur differẽtia inter Seruari
seruari & liberari?Seruãtur proprie debiles:liberantur vero ii qui capti in custodia retinen- & libera
tur:propterea is qui per se debilis & in se fidem accipit, ꝑpria fide seruari dicitur. Fides tua ri differẽ
inquit Dñs,te saluã fecit.& rursus. Fiat tibi sicuti credidisti. Qui vero liberari cupit preciũ tia.
aliunde pro se daturus expectat: qui etiã morti propius est cognoscens quemadmodũ vnus
est seruator,vnus item liberator:ait, In te speraui,saluũ me fac,ex debilitate.Libera me item
ex captiuitate. Existimo enim q generosi Dei athletæ per omnem vitam cum inimicis inui-
sibilibus continuo pugnantes, postq̃ omneis eorum subterfugerint insectationes prope vitæ
finem constituti, a mundi principe huius examinantur:et si quidem vllo modo ab hostibus
vulnera accepisse,vel siquos peccatorum recessus,retinẽtur:si demũ integri & sine vulnerib9
nihilq admisisse reperiantur, vt sobrii & liberi apud Dominũ requiem inueniunt. Orat ita-
q de vita præsenti & futura.Serua me inquit,hic a persequentibus me:libera vero me, tem-
pore reddendę rationis.Nequando rapiat vt leo animam meam.Et hęc ex ipso Domino dis-
cere potes dicente. Nunc princeps mundi huius eiicietur foras : & in me non habet quicq̃:
Sed in eo nihil habere dicitur qui nihil vnq̃ admisit. Homo autem satis habet si dicere au-
det:Venit princeps mundi huius & in me habet pauca. Periculum itaq hæc pati fuerit ni-
si nobiscum liberantem pariter & seruantem habeamus.Duobus autem propositis totidem
sequentia respondent.Serua me,ex multitudine persequentium me & libera me:nequãdo ra
piat animam meam veluti redemptore carentem. Domine Deus meus si feci istud,si est ini-
quitas in manib9 meis,& reddidi retribuẽtib9 mihi mala:decidã merito ab iĩmicis meis ina-
nis.Persequatur inimicus animã meã. Mos est scripturæ retributionis nomen non solum in
premium aliquod boni & mali accipere: sed in actionũ principio:vt Retribue seruo tuo pro Retribu
tribue. Dare namq initium benefaciendi est. Reddere vero mensuram iis quæ sunt tributa tio.
ęqualem circunscribere.Retributio autem alterũ fere dandi principium,ac bonorũ seu ma-
lorũ in quosdam cumulus quidam ac periodus.Igitur sic velle dicere videtur. Si reddidi re-
tribuentibus mihi mala:hoc est si reddidi Absaloni filio meo me persequenti similia:Decidã
merito ab inimicis meis inanis.Inanis enim ab inimicis ille decidit,qui ex gratię Christi ple
nitudine excidit.Persequatur itaq inimicus animam meã.Comprehẽdat & conculcet in ter
ram vitam meam. Anima enim iusti a corporis adfectibus liberata, vitam habet cum Chri-
sto absconditam in Deo,vt dicere cum Apostolo valeat: Viuo autẽ non ego,sed viuit in me
Christus.Item quod nũc viuo in carne,in fide viuo. Peccatoris aũt & eius qui scdm carnem
viuit,anima & corporeis adfectibus inquinatur & in prauis cupiditatibus vt in luto quodã
continuo volutatur:quam conculcans inimicus magnopere cõmaculare & veluti in puluerẽ
redigere cõtendit.Conculcet in terram,hoc est corpus terrenum & in cinerem reuersurum.
Et gloriam meam in puluerem deducat. Sanctorum enim vita qui cum superis conuersan-
tur & sibi thesauri sempiterni bona thesaurizant : gloria in cælo est. Terrenorum vero &

ſecundum iura carnis viuentiū gloria in puluerem deduci dicitur. Qui enim ex opibus fluxis ac fragilibus gloriatur, & hominum honorem breui tempore duraturum amplectitur. Is profecto in cælum non adſpirabit, ſed in puluere permanebit. ℭExurge Domine in ira tua. Myſterium reſurrectionis iam Propheta orat in peccati eorum condemnationem, vel in crucis exaltationem: quæ futura erat poſtq̄ in vltimum terminum inimicorum vitium exaltatum fuerit. Poteſt & talis inferri ſenſus. Quando eleuatum fuerit vitium ac in ſummo præcipitiꝙ ſteterit, poteris tu quemadmodum bonus medicus regionis terminos præoccupans, ſiſtere morbum late vagantem ac ſerpentem, & eius continentiam plagis tuæ diſciplinæ incidere ac prohibere. Et exurge Domine Deus meus in præcepto quod mandaſti. Poteſt item hic ſermo ad reſurrectionis myſterium referri. Nam Propheta iudicem exhortatur, exurgat in peccati omnis condemnationem, & ad mandata perficienda quæ nobis pridem conſtituit. Poteſt etiam recipi ad rerum Prophetę, quę tunc contingebant, conſtitutionē: & ita Deū rogat vt ad vltionem præcepti quod mandauit exurgat. Pręceptum autem erat hoc. Honora patrem tuum: quod & auris Abſalonis filii præterire videbatur. Ideo rogat vt eum corrigat atqꝫ caſtiget, & exemplum tam impium ne toleret, neu cunctetur; ſed exurgat in ira, & exurgens proprium vlciſcatur mandatum. Non enim inquit, tam vltionis libido q̄ præcepti tui quod mandaſti reuerentia me mouet. Et ſynagoga populorum circundabit te, & ꝑpter hanc in altum regredere. Pro circundante te ac venerante ſynagoga: quam poſſediſti per gratiam deſcenſionis in carnem & legis nouæ ordinationem, regredere in altum glorię, quā habuiſti ante mundi cōſtitutionem. Dominus iudicat populos. Multis in locis ſcripturę ſermo de iudicio diffunditur, vt neceſſarius & optatiſſimus in pręceptionem apud eos q in Ieſum Chriſtum credūt. Quoniam tamen variis ſcribitur modis, confuſam fortaſſe mentem eorum qui non recte ac diligenter ea quę ſunt ſignificata percipiunt, reddere poterit. Qui credit in me non iudicatur: qui non credit iam iudicatus eſt. Si enim qui credit ſimilis eſt impio, quomodo in primo dicitur Pſalmo. Non reſurgunt impii in iudicio, & ſi credētes filii Dei ob fidem facti ſunt ac propterea digni vitare iudicium: quomodo Deus ſtetit in ſynagoga Deorū? In medio autē Deos diiudicat. Sic videtur aliquando iudicare ꝓ probare in ſacris voluminibus accipi: quandoꝙ vero pro condemnare. Quando probaꝫ ait, Iudica me Domine & tenta me. Quando condemnatur: Si noſipſos iudicaremus, non vtiꝙ iudicaremur. Si enim noſipſos ac proprias conſcientias perſcrutaremur: condemnationi non ſubiiceremur. Rurſus dicit. Iudicabit Dominus omnem carnem: hoc eſt in exquirenda ratione eorum qui vixerunt ſeſe iudicem cuilibet oſtendet: & ſua pręcepta peccatorum factis coram adducet oſtendēs, quemadmodum in ſalutem iudicandorum ea mandauerit: Vt qui peccauerunt veluti rei & obnoxii criminibus diuinum ſuſtineant iudicium, ac meritam eis illatam pœnam ſponte proſpiciāt. Eſt & alia ſignificatio ex hac voce iudicare: vt ait Dominus. Regina auſtri exurget & cōdēnabit generationem hanc. Eos enim qui a diuina & vera doctrina quam familiarem habent, ſe auertunt: ac diſciplinam & ſapientiæ dogmata minime reſpiciunt, comparabit atqꝫ opponet alienigenis ac ſepoſitis ea recipientibus. Ex quo grauiores daturos pœnas ſuper admiſſis illos dicit. Exiſtimo enimꝙ non ſimiliter omnes iudicabuntur qui terreſtre hoc corpus accipiunt: ꝙ aliis alia in eodem crimine cauſa excuſabilior: ea item quæ nos circumſtant grauāt leuātꝙ ſępe. Fac vt aliquis ab initio in prauis moribus educatus ſuper libidine aliqua in quā inciderit ſit iudicandus. Is a parentibus impuris in omni intemperātia nutritus, in ebrietatibus, ganeis, turpi colloquio fuit. Alius vero multa ſecum habebit ad bene beateꝙ viuendum prouocātia, nutritionē, pręcepta, doctrinā, acroamata ſancta, lectiones ſalutares, patentū exēplum, admonitiones, monſtrationes, ad grauitatē modeſtiamꝙ deducentes: prҽterea viuendi formulam adcuratam: deinde in idem ac alter inciderit peccatum: redditurus ad poſtremum factorū rōnem, quonā modo non maiores longe, q̄ ille pœnas merito dare oportere exiſtimabiſ? Hic eñ tm̄ & ſolis occaſionibus ſalutaribus per cogitationē amiſſis, vt oblatis in mente a Deo nō eſt vſus ſalubriter. Alter vero præter hęc etiam cum magnū ad ſalutem adiumētum habuerit, ꝑpter intemperantiā ac breuiſſimi tpis negligentiam & incuriam ſeſe ꝑdidit. Similiter autem & is qui in lege Domini natus eſt, & inter eos qui Deum colunt & venerantur, ac omnia pietatis officia obeunt, continuo verſatur: non eandem habebit ad Idololatriam excuſationem, ac ille qui ex profanis & infidelibus natus parentibus, ab initio Idolis & imaginibus colendis eſt adſuetus. Dominus iudicat populos: aliter Iudæum & aliter Scytham.

De iudicio.

De iudicio dicta pulcherrima.

Hic enim in lege requiescit,& in Deo gloriatur & meliora probat:edoctus legem & communibus sententiis semper auscultans,prophetarum instructus literis:si contra ius fasq; fecerit, aut iustitia exciderit,longe detestabilior & grauioribus erit obnoxius peccatis. Scythæ autē Nomades agrestibus & inhumanis educati morib9,rapinis ac prædis inter se adsueti:iræ tm̄ nulla temperantia indulgentes:lites deniq; omnes non ciuiliter sed ferro dirimere prompti,& contentiones per sanguinem soluere edocti, siquid forte inter se humanitatis aut bonitatis cōmunicauerint:nobis ob propriam virtutis & legis institutionem,siquid forte defecerimus longe grauiorem præparant mulctam. Iudica me Dn̄e scd̄m iustitiam meam:& scd̄m innocētiam meam super me. Videbitur hic sermo aliquid forte iactabundum & gloriosum,& simile aliquid illius orationi Pharisęi sese extollentis. Diligēter attamen intuenti Propheta noster ab hoc vitio procul omnino esse iudicabitur.Iudica me Dn̄e(inquit)scd̄m iustitiam meam. Diuersa est quidem de iustitia ratio.Iustitię termini comprensu difficiles.Est eñ angelorum iustitia quæ humanam superat:sed & rursus illorum virtus proportionabilem habet eorum magnitudini ordiniq; pręstantiam.Postremo ipsius Dei iustitia omnem excedit mētem,oñi genitæ naturæ incōmutabilis atq; inenarrabilis. Me igitur iudica Dn̄e scd̄m iustitiam meā: hoc est hominibus tm̄ comprehensibilē.Et scd̄m innocentiam meam super me.Sic eñ maxime videtur multum quidem a Pharisęi adrogantia distare. Innocentiam enim suam nominat,simplicitatem inexperientiáq; ac ignorationem eorum quę necessaria sunt cognitu.Sicut in Prouerbiis dicitur,Innocens omni verbo credit.Quoniam itaq; nos homines in plurimis ob inconsiderantiam & inexperientiam erramus,Deum rogat super innocētia veniā. Ex hoc eñ palam est,q; ea quæ dicta sunt humilitatem Prophetæ magis q̄ superbiam pre se ferre videtur.Iudica me(inquit)scd̄m iustitiam meam,& scd̄m innocentiam in me existentem,id est scd̄m iustitiam humanæ fragilitatis, & scd̄m morum meorum simplicitatem. Scio non me versatilē,neq; in mundi negociis circūspectū:sic me peccantem pro portione meæ & fragilitatis & ignorātiæ iudica.¶Consumetur nequitia peccatorū.His verbis verū se pręcepti Euangelici discipulum ostendit. Orat enim pro persequentibus eum : & ita orat vt fine quodam eorum terminetur iniquitas.Quemadmodum si quis oraret pro iis qui ex corpore laborant dicat:consumetur laborantium morbus,nec vlterius veluti carcinoma quoddam serpat iniquitas.Rogat itaq; vt a peccato aduersarius desistat:ac illi modum imponat:hoc modo inimicos diligens ac benigne facere iis qui eum oderunt,cupiens:Absaloni videlicet & eum fouentibus.Et dirigens iustum.Rectus iustus nominatur,& rectus corde qui bene facit.Quid igitur vult orando Propheta?Oratne eum qui iam rectus est dirigi? Nihil,dicet aliquis,obliquū aut obtortum seu transuersum in recto erit. Sed profecto necessaria hęc pro iusto petitio:vt rectum eius mentis propositum ex Deo manuductum atq; directum ne præ fragilitate quandoq; labet,neq; ab inimico veritatis in dogmatis obtortis lædatur:quum nequaq̄ in rectitudine animi diu perseuerare,nisi a Deo dirigatur,possit.Scrutans corda & renes Deus Scriptura multis in locis Cor pro mente:Renes vero pro parte animi concupiscibili accipere solet.Hic vtrumq; Deus scrutatur. Iudica(inquit)me in præceptis super pietate,quæ sequi studeo. Insuper in malis adfectibus ac perturbationibus animi. Tu namq; corda & renes perscrutaris.Scrutatio proprie cum omnibus vestigationibus & argumentis inquisitio,quęstioq; de rebus occultis a iudicibus habetur : vt qui earum sunt conscii, multis coacti tormentis in apertum constituant. Apud iudicem enim verum qui minime decipi aut falli potest,nostrarum cogitationum omnium simul & actionum ad postremum quęstio habebitur. Nemo itaq; eum iudicio præueniat:non ante tempus iudicet, donec veniat ipse qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Dum Deus corda & renes scrutatur,suam ostendit iustitiam. Scrutatus est cor Abraam, si Deum ex tota anima & ex toto corde diligeret: quando Isaac filium iussit in holocaustum offerre : vt plene ostenderet quemadmodum filium supra Deum non amabat. Scrutatus est & Iacob fratris insidias passum,vt appareret in tantis Esau peccatis nihilo peior suisse frater.Horum itaq; corda scrutatione quadam & laborum exercitatione sunt examinata. Renes vero Ioseph scrutatus est quando impudicæ & insanę reginæ libidini,turpissimæq; voluptati virtutem ille continentię pretulit:vt plane omnes conspicerent iure illi honorem maximū exhibitum eum in maximis probationibus eius grauitas & modestia claruisse.Auxiliū meū a Deo. Proprie in bellis ii qui eruptionem inimicorum sustinent auxilium quęrunt.Hic vero inuisibiles Prophe-

De iustitia.

Innocentia quomodo intelligit.

Recti corde q sint.

Corda & renes q̄ sunt.

Quomō deus corda & renes scrutatur.

ta sentiens inimicos & instans sibi periculum ex inimicis eũ petentib⁹ aiaduertẽs,ait. Auxiliũ meũ a dño:nõ ex diuitiis,nõ ex reb⁹ fragilib⁹,nõ ex fortitudine,aut potẽtia mea,sed ex dño. Quale aũt mittat auxilium timentibus eum Deus,alibi a Psalmo didicimus.Immittet angelus domini in circuitu timentibus eum,& liberabit eos.& rursus.Angelus domini eruit ue

De corde recto.

eius qui saluos fecit rectos corde. Rectus corde is est,qui animum retinet vtrinq̃ paratum, vt nec in rebus excedat,neq̃ rursus deficiat:sed in medio virtutis consistat.Qui eñ in fortitudine deficiet,in timiditatẽ ruet.Si vero excesserit,ĩ audaciã.Quamobrem huiusmodi homines scriptura obliquos & obtortos noĩat.Is eñ qui a virtutis medio ad excessum seu defectum tendit:est acsi obliqua linea fuerit nũc in curuũ,nũc in conuexum deducta. Fit eñ cor obliquum nunc per iactantiam adrogantiamq̃ elatum,nunc per calamitates & dolores deiectum.Ideo Ecclesiastes ait.Obliquum non dirigetur.Deus iustus iudex fortis & patiens non irascetur per singulos dies.Hoc videtur eis Propheta inferre,qui in rerum euentibus turbantur.Eos itaq̃ his verbis ad spem adhortatur,neu diffidant diuinę prouidentię,vidẽtes inulrum patrem ex filii iniuria & insectatione:ac Absalonis furorem cotidie conualescentẽ eorũ occurrens cogitationibus, ac diuini iudicii veritatẽ adfirmans ait. Deus iustus iudex fortis & patiens nõ irascetur per singulos dies.Non eñ facta hominũ ignorat,sed cuilibet pro meritorum portione reddet:quę probe expendit ac numerat. Quoniã igitur peccatũ ego admisi ex eo meritã recipio mercedem. Nolite itaq̃ loqui aduersum Deum iniustitiam. Deus eñ iustus iudex.Neq̃ tam humilia deo cogitate,vt existimetis ipsum ad vltionem dormire,aut languescere.Nam fortis & potens est.Quę ergo causa,q̃ non statim peccantibus pœnam infligit?Quoniam patiens est.Non irascitur per singulos dies.Nisi cõuersi eritis gladiũ suũ vibrabit.Minatorius sermo ad conuersionem inducens tardos iu pœnitentia.Non statim vulnera,plagas,mortes infligit,sed armorũ vibrationem veluti præparationem quandã ad pugnam intentat.Quemadmodũ eñ qui arma abstergunt ac poliunt,pugnæ apparatũ per hoc satis ostendũt:Sic & sermo hic Dei motum ad vltionem ostendere volens,gladiũ suum dixit vibrare.Arcum tetendit.Non aliquis neruus arcum Dei tendit: sed potentia quandoq̃ intẽsa,interdum vero remissa.Peccanti itaq̃ minatur sermo,quẽadmodum euadere pœnam non licebit si a peccato non desistat.Parata sunt eñ in arcu vasa mortis. Vasa namq̃ mortis,potentię sunt inuisibiles inimicorum Dei.Sagittas suas ardentibus effecit,veluti ignẽ dominus non adamanti qui non absumitur,sed ardenti materię lignisq̃ creauit: Sic & sagittas in aĩas quę multum aridę materiæ ad cremandum aptæ retinent,fecit ac direxit. Illi itaq̃ qui ignitas diaboli sagittas in se recipiunt atq̃ habẽt,hi sunt demum qui dei sagittas excipiũt. Ideo dicit sagittas ipsius iam ardentibus effectas. Ardent eñ in aĩa lasciui amores, opum concupiscentię ęstuãtes,irę,vrentes curę,timores a Deo alieni.Ille vero qui expers sagittarum huiuscemodi est & Dei armaturam indutus,a letiferis telis pfecto liber remanebit. ¶Ecce parturiit iniustitiam,concepit dolorem,& peperit iniquitatẽ.Aliquantulum ad constructionẽ se cõfuse dictio habere videtur.Quoniam prægnantes primum concipiunt,deinde parturiunt, postremo pariunt. Hic vero primum parturire: deinde concipere:cordis conceptum deinde in lucem exire explicat. Irrationales eñ hominũ incontinentium impetus & insanę ac ineptę concupiscentię:dolores ob acerbitatem ęstumq̃ quẽ in anima patiũt,dicti sunt.His itaq̃ prauis cupiditatibus quicq̃ non dominatur,in corde dolorem & vitium cõcepit. Per iniquas deinde actiones peperit iniquitatẽ. Videtur eñ hęc dicere,quodãmodo erubescens,pater iniqui filii appellari.Non meus inquit filius Absalon,sed diaboli per peccatum se fecit.Ideo Ioãnes in Euangelio: Quicunq̃ facit peccatum,seruus est peccati:Ergo parturiit ipsum per iniustitiã diabolus,& cõcepit ipsum:hoc est in penitissimis visceribus per proprium adfectum tulit. Postremo peperit:palam ipsius iniquitatẽ ad effectum producens. Nam omnibus qui-

De lacu & puteo

Lac⁹ hic idẽ fere quod cisterna.

dem Absalonis aduersus patrem insectatio manifesta fuit. ¶Lacum aperuit & effodit eũ. Lacus nomen apud scripturam in malam partem plerũq̃ reperitur : sicut & puteus in bonam. Lacus eñ est in quem Ioseph deiectus a fratrib⁹ fuit.Et in Psalmis.Deputat⁹ sum cũ descendentibus in lacum.Et in Hieremia.Me fontem aquę viuę reliquerunt, & effoderũt sibi lacus pertusos:qui non poterunt aquam continere. & iu Daniele lacus leonum scribitur:in quem coniectus est Daniel.Puteum autem effoderunt Abraam & filii Isaac:& ad puteũ exiens requieuit Moses.Et mãdatum a Salomone accepimus,aquam potare vasis nostris, & ex fonte puteorũ nostrorum. Deniq̃ Seruator noster apud puteum cum Samaritana de diuinis my-

steriis est locutus. Causam vero cur lacus ad peiora, puteus vero ad meliora vsurpatur, hanc esse existimamus: quod aqua in lacu acquisititia quodammodo cadensque a cælo est: in puteis vero aquarum venæ peruiæ sunt factæ priusquam loca effodiantur. Apparent autem reclusis terræ visceribus occultis. Et in anima quoque vena est occulta cogitationum, in quam de rebus pulchris scientiam meditationemque naturaliter cadentem secum aliquis tegit, atque abscondit: hoc est ad malignitatem propriam, & ea quæ sunt veritati contraria vertit: nihil omnino curans habere pulchrum. At contra, si occultis amputatis vitiis obstructas salientis aquæ vias patefecerit: fons apparebit, atque lux in sermone, & præceptis potabilibus. Idcirco cuilibet sibi puteum effodere necessarium, vt mandatum supradictum conseruet. Bibe aquam ex tuis vasis, & e fonte puteorum tuorum. Sic itaque nos filii censebimur effodientium puteos Abraam & Isaac & Iacob. Lacus minime faciendus, ne in effossionem incidamus, quemadmodum hic dicitur: neve audiamus ea quæ ab Hieremia scripta sunt in peccatorum probrum ac vituperationem: Deo de ipsis dicente quorum pauloante meminimus. Me fontem aquæ viuæ reliquerunt: & lacus pertusos sibi effoderunt, qui aquas continere non poterunt.

¶IN PSALMVM.XIIII. DOMINE QVIS HABITABIT IN TABERNACVLO TVO.

Sermone hoc volens Propheta eum, qui beatitudinem est adsequututus perfectum reddere: ordine quodam & via meditationum suarum vtitur, & ab his quæ prima & magis attendenda videntur, principium orditur. Domine quis incolet tabernaculum tuum. Incolatus enim diuersorum est ad breue tempus non stabilem habens vitam, sed fluxam: spem ad meliora migrandi ostendens. Sancti enim viri est, hanc vitam more hospitis transire: ac ad alteram properare. Ideo Dauid de ipsa loquitur. Incola ego sum in terra & peregrinus, sicut omnes patres mei. Incola item fuit Abraam, qui ne terræ quidem vestigium propriæ possedit: sed vbi opus ei sepulchro fuit, id argento mercatus est. Ex quo sane sermo demonstrat: quemadmodum in carne viuentem, incolam esse oportet: migrantemque ex hac vita in locis propriis requiescere: quoniam in hac vita incolit vt alienus: Terram vero corpus in sepulchro recipientem, domum sibi constituit. Beatus profecto, qui iis quæ in terra sunt, non vt propriis vtitur, neque hic moram vt in patria constituit: quin potius rerum meliorum sublimitatem respiciens, vt proscriptionis loco hac vita grauatur, atque ita eam incolit, vt a iudicibus quibusdam ob crimen aliquod ex propria terra in alienam expulsus. Rarus qui præsentibus, non vt propriis vacet: diuitiarum vsum fluxum atque fragilem sciat: corporis valetudinem prosperam breui tempore duraturam: postremo humanæ gloriæ felicitatem minime firmam ac stabilem esse cognoscat. Quis ergo incolet tabernaculum tuum. Tabernaculum dei hominis caro dicitur ad animæ habitationem a deo data. Quisquis carni huic vt alienæ attendit: quemadmodum incola qui alienæ inquilinus est domus, ad domini arbitrium eam colit atque exercet. Ita & nobis carnis diligentia traditur: vt congrue eam exercentes, fructum ex ea bonum præbenti reddamus. Si enim deo digna fuerit caro, Dei tabernaculum fiet: quemadmodum ipse in sanctis habitat. Talis enim est qui tuum tabernaculum incolet. Deinde ad perfectos procedens ait. Aut quis requiescet in monte sancto tuo? Iudæus quidem vt qui terrestria sapit, quando montes audit, ad Sion statim recurrit. Quis requiescet in monte sancto tuo? Ille qui carnem incolet, in monte sancto tuo requiescet. Mons ille locum cælestem inlustrem atque clarum significat: de quo Apostolus ait. Adpropinquastis ad montem Sion, ciuitatem Dei viuentis, Hierusalem cælestem, in qua festum ac celebritas angelorum ecclesiæ primogenitorum descriptorum in cælis existit. Postquam pertransiit hanc carnem aliquis, vt alienam incolens, non vt propriam præparans: is tandem quod propria membra castigauerit, ac rationi obtemperantia reddiderit, supraque terram sanctitatem custodierit, dignus est in monte sancto requiescere: quem Psalmista exoptans alibi ait. Pertransibo in locum tabernaculi admirabilis. & rursus. Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum? Quisquis igitur hæc fecerit quæ in hoc Psalmo describuntur, insuper & amicos de Mammona iniquitatis sibi præparauerit, vt ait dominus, in hoc monte & in æternis eius tabernaculis recipietur. De hac commoratione Dominus etiam ait. Pater sancte, da vt vbi ego sum, & illi sint. Rarus profecto rarus, qui in corpore sit incola, & qui in monte requiescere mereatur. Propterea ut dubitans ait. Quis incolet, & quis requiescet? Quemadmodum illud. Quis nouit sensum Domini? Item illud. Quis annunciabit

παροικεῖ, ὅτι παροικία, Græce in colet tabernaculum dicitur. Abrahæ inopia.

Tabernaculum dei corpus humanum

vobis mare sempiternum? Rursus illud. Quisnam fidelis & prudens dispensator? Interrogatorium est illud quis, responsum a domino exquirentis: cui dominus soluens dubiũ, ait. Ambulans immaculatus, & faciens iustitiam. Si enim immaculatus est, & nulli bonorum deficiẽs ab omniq; vitio procul: quid quæso ab eo differt, qui facit iustitiam? profecto eundẽ sensum duplicibus verbis videtur enunciare: sed propriam quandam sententiam vtrunq; dictũ continet: vt sit immaculatus secũdũ interiorem hominem, in omni virtutis genere perfecte prę paratus atq; instructus. Faciens autem iustitiam, qui ea quæ circa corporis agibilia versant, recte absoluerit. Oportet itaq; non solum ea quæ sunt recta iustaq; facere: sed etiam iusto rectoq; animo facere, secundum illud: Rem iustam iuste prosequere. hoc est cum ratione rẽ iustam absolue. Verbi grátia. Idiota aliquam pręparat medicinam aut curam, quæ opem ferat ægrotanti: non tamẽ talem vt medicus cum arte careat, quæ gestum ab eo minime consequitur. Ambulans itaq; immaculatus, mente perfectus erit. Faciens autem iustitiam is est, qui secundum Apostoli vocem intrepidus est domini operarius. Attende dictionis vim. Nõ dixit, qui ambulauit, sed qui ambulat. Non enim qui fecit iustitiam, sed qui facit. Nec vnus actus perficit studiosum, sed in omni vita virtutis opus pręstare oportet. Qui loquitur veritatem in corde suo, & non egit dolum in lingua sua. Rursus hæc similitudinem quandam & societatem inter se habere videntur. Loqui eñ veritatem in corde, & nõ agere dolũ in lingua sua eandem fere expositionem habent, quam ea quæ supra narrauimus. Quemadmodũ enim ibi operari iustitiam interioris hominis perfectionem, & in rebus agendis prudentiam significare ostendimus: sic in hoc loco quoniam id quod loquitur ex cordis abundantia (vt dicitur) loquimur, velut ex fonte adfectus intrinseco fluctibus verbis: prius dixit. In corde veritatẽ, deinde in verbo simplicitatem per linguam significauit. Duo autem notantia, veritatem inuenimus: vnum quidem earum rerum comprensionem, quę beatam omnino vitam spectant: alterum circa ea quæ in vita versantur agenda, prudentiam ac sanum iudicium. Illam enim veritatem salutis adiutricem in corde existentem hominis perfecti oportet sine dolo in omnibus proximo exhibere. In vitæ autem negotiis si forsan studiosus veritate exciderit, iis quæ hic dicuntur atq; promittuntur non erit impedimento. Quot enim stadia terræ vel maris: quotve in cælo astra mouentur, & quantum alterum alteri celeritate præstet: in his & similibus veritatem ignorare, nihil profecto ad beatitudinem a deo promissam consequendam faciet. Forsan & Psalmus hic tale aliquid videtur adducere. Q; ea quę de veritate sunt, hoc est mystica, loqui cõuenit nõ cum quolibet, sed cum proximo, hoc est cum iis qui mysteriis seu sacramentis se cõmunicauerint. Si enim veritas est Deus noster, impressam & quodammodo signatam hanc in corde veritatem retinemus, & de qua loquentes Euangelium prædicando proximum nostrum minime decipimus. Qui dolum nõ egit in lingua sua. Sæpenumero inimicus Dei dolus apud scripturam taxatur. Exterminabit (inquit) Deus omnia labia dolosa. Item dolus in corde operantium mala. Omne nãq; melius in prioris cõmixtione dolum continere, & adulterari dicitur. Vt vinum dolum sustinet dum eo peius admiscetur, vt si aqua illi addatur. Item aurum detrimentum sustinet ac dolũ, dum cũ argento & ęre coit. Sic & veritas dolum patitur ac damnũ facit, quando suis verbis falsa & deteriora cõnexa sentit. Nec fecit proximo suo malum. Quem Psalmus hic proximum appellet, nemo dubitat eorum qui audierunt Euangelium interrogantis. Quisnã est meus proximus? Cui dominus dixit parabolam illius, qui descendit ab Hierusalem in Hierico: quem & interrogauit, quis horum tibi videt fuisse proximus? & ille, qui fecit inquit, misericordiã cũ illo. Docuit eñ p hęc omnẽ hominẽ putari proximũ. Hoc eñ mandatũ obseruatu difficile, multáq; requirit diligẽtiam. Opus nãq; nec minimo quidem proximo quicq̃ nocere: nõ eum verbo lędere: nõ ab eo quæ non conueniunt auferre: non malum aliquod optare: non deniq; rebus eius lętis omnino inuidere. Et opprobrium non accepit aduersus proximos suos. Dubia dictio vtrum ipse nõ fecerit aliqua quæ sint causa recipiendi opprobriũ a proximo suo, & hac de causa non acceperit ab ipso opprobrium: an potius nullum proximorum ipse vituperauerit eorũ, qui casibus humanis sunt exagitati, vel corporis orbitatib9, vel aliis quibusdã, quę sępe in vita eueniũt, calamitatibus. Neq; item peccantem probris insectandum, vt est scriptum. Ne impropera hominem sese a peccato conuertentem. Nunq̃ enim ad delinquentium vtilitatem opprobrium sumitur. quod satis ostẽdit Paulus ad Timotheũ discipulum suum Argue, increpa, obsecra inquit. Nequaq̃ tamen ad contumelias & opprobria veniendum præcepit. Castigatio eñ &

Dolus.

Proxim9

Mãdatũ de prio nõ lędendo q̃ difficile.

Opprobrium.

increpatio peccatoris correctionem spectare videntur. Opprobrium vero & contumelia po-
tius verecundiã & afflictionem. Paupertatẽ nãq; & ignobilitatẽ & ignorantiã & corporis im
becillitatẽ probro dari, omnino homini studioso ac virtutem sectanti fugiendũ. Quæ enĩ no
bis inuitis eueniũt, hæc omnino cogentia sunt: ex quo mala minime volũtaria, misericordia
magisq̃ exprobratione aut conuiciis indigent. Ad nihilũ deductus est in conspectu eius ma
lignus: timẽtes autem Dominum glorificabit. Magni profecto ingenii, magniq; propositi &
in nullo rerum humanarũ vsu errantis: deniq; illius qui ad summũ habitum iustitiæ perue-
nerit, est: ius suum vnicuiq; pro dignitate distribuere: Iniquos insuper ad nihilum deduce-
re, nihili pendere, q̃uis magna obtineant imperia, opibus adfluant pluribus, generis polleãt
nobilitate, aut alio tumeant fastu: modo sola iniquitas in eis conspiciat, digni sunt vt ad ni-
hilum deducant. hoc est vt nullo habeantur in precio. Contra vero. Timentes dominum &
si pauperes sunt & ignobiles & idiotę sermone, corpore debiles, gloria extollere, beatosq; exi
stimare fas erit: cum tales edocti instructiq; a spiritu existant. Beati (Psalmista inqt) q timent
Dominũ. Eiusdẽ nãq; bene institutæ mentis fuerit, & agentem iniqua q̃uis clarum ac poten
tem nihilipendere, & timentem deum q̃uis tenuem ac pauperem, nec quicq̃ externorũ possi
dentem, glorificare.

Nõ sunt pbro dã da q̃ nfę ptãtis nõ existunt.

¶Qui iurat & proximũ suũ non decipit. Hic iuramentum homini per-
fecto quandoq; concedere videtur: qd in Euangelio omnino prohibetur. Ego vero dico vo-
bis non iurare omnino. Quid igitur dicemus? Qz vbiq; dominus tã in veteri q̃ in noua lege
eandem habet pręceptionis consideratione. Cupiens enĩ peccatorũ effectibus occurrere, ac di
ligentia pręuenire, & a primis initiis iniquitatẽ extinguere: vt quidẽ vetus lex ait, Non mœ
chaberis. Dominus vero, Non concupisces. Illa item, Non occides. Dominus perfectiora in-
stituens, Non irasceris. Sic itaq; in hoc loco Propheta quidem iuramento videtur adsentiri.
Dominus vero omnem periurii occasionem auferre, ac iurantium periculis occurrere volẽs,
Iuramentum omnino tollit. Nominat item iuramentum multis in locis immutabilẽ firmãq;
rei ac propositi cuiuslibet constantiam, vt est illud: Iuraui & statui custodire iudicia iustifi-
cationis tuę. Item, Iurauit dominus & non pœnitebit eũ. Non q; Deum ad testamentum di
ctorum fidẽq; dubietari faciendã adduxerit: sed quoniam immutabili ac firmo dogmate gra
tiam professionis Dauid confirmauit: Sic & hic dixisse potuit, hoc est. Qui iurat & pximum
nõ decipit, vt cũ Seruatoris dicto conueniat, Sit sermo vester est est: nõ non. De rebus existẽ
tibus adfirmare poteris & adnuere. De non existẽtibus vero, & si omnes homines adhortarẽ
tur, nunq̃ vllo pacto inducaris, vt contra veritatis naturam adfirmes. Nõ facta est res, nega-
tio sequatur: facta est, verbo adfirmetur. Qui vero sic adfirmanti minime crediderit, ipse vi-
derit: damnum sentiat incredulitatis. Turpe quidem & omnino stultum sese vt fide indignũ
accusare: & ad iuramenti securitatem confugere ac referri. Sunt autem quidam sermones iu
ramentorum figuras habentes, nõ iuramẽta om̃ino existentia, sed remedia potius persuaden
di: ut Ioseph Aegyptium familiarem sibi reddere cupiens, per sanitatẽ iurauit Pharaonis. Et
Apostolus charitatem suam erga Corinthios ostẽdere volens, ait: Per gloriam vestri quam
habeo in Christo Iesu domino nostro. Non enim ab euangelica doctrina discessit, is qui per
rem ante omnia charissimã vero simpliciter fidem facit.

Iurare an liceat

Qui iurat fidẽ suã infamat.

¶Qui pecuniam suam non dedit ad
vsuram. Ad cõmunionẽ & mutuam charitatẽ, qd est naturæ pprium, nos Propheta inuitat
Homo enim animal politicum & ad conueniendum vnã in societatem natus, cõmunicatio
ne opeq; mutua semper indiget. Qd item dominus pręcipere videtur: Omni petenti te tribue
Vult te omnino erga petentes ob fraternam charitatem esse facilem, & animo ac ratione ro
gantis necessitatem perpendere. Quomodo autẽ hęc recte perpẽdi queat, in Actibus Aposto-
lorum didicimus. Vt ab his instruamur qui adpositæ pietatis officium absoluũt. Qui enim
(inquit) possessiones vel domos habebant vendentes, earum precia ad pedes Apostolorum
ponebãt: proq; cuiusq; necessitate distribuebantur. Quoniam vero sæpenumero pręter neces-
sarium vsum res possessa occasionem mercaturæ, materiãq; delitiarũ luxuriosis ac prodigis
tribuebat, necessario ab iis qui probe pauperum incommoda sunt edocti, facta est æqua facul
tatum distributio, vt inde diligenter omnium visibus subueniretur. Quemadmodũ in mor-
bo aliquo constitutis vini vsus sæpe inutilis est: quantumve aut qualiter quove tempore sit
eis bibendum, non facile est omnibus nosse: Idcirco medico, huic opus erit officio. Sic & cir-
ca necessariorũ curam dispensatio non omnibus vtiliter tractari poterit. Multi enĩ miserabi-
lia membra sibi sponte componunt ad multorum deceptionem: vnde & orbitates corporis

Vlcero sis medi cis nõ ol bus cre dẽdum. ac hulcera mercaturę cuiusdam materiam & occasionẽ prębent. Ex quo talibus ampla distri butio non admodum facienda. In vitium sæpe vertitur & quęstum. Quamobrẽ horum latra tum repellere oportet, paucaq; his dare. Eis vero qui misericordiam, & fraternitatis charita tem erga illos maxime ostendunt, qui patienter & ęquo animo tribulationẽ ferre didicerũt: sane illa a dño verba ad postremũ dicenť. Esuriui & dedistis mihi mãducare: sitiui & dedistis bibere: & reliq̃ q̃ sequunť. Scriptũ est eñ ab eo, Qui vult mutuã pecuniã, ne vultũ auertas. Qd pceptum inter potissima continetur. Nã & pauper cui subueneris, verũ diuitẽ ostendet in cælis pro eo q̃s tibi exoluet alienum. Dicitur enim, Qui pauperis miseretur, Deo fœnerat. Fœnoris vero certa fideq; digna sponsio, Regnum est cælorum.

❡SERMO IN RELIQVA QVAE SVPER EODEM PSALMO DICENDA RESTANT CONTRA FOENERATORES.



Esterna die super Psalmo. xiiii. sermonem apud vos habui, quẽ angustia tẽ poris coactus minime absolui: nunc autem vt certi debitores, reliqua quæ restabant libenter exoluturi venimus. Est enim reliquum breue quidem au ditu, adeo vt multis forte vestrum nihil ex Psalmo præteritum aut relictũ videatur: Scientes autẽ vim magnam ad vitæ negotia hoc quod restat ha bere: probatione aliqua ad eius vsum nõ egere existimauimus. Propheta eñ perfectum plane hominem, dignumq; vita beata descripturus: in eius gestis secundum vir tutem, illud quoq; adnumerauit, vt argentum sine fœnore daret. Quod sane vitium in pluri

Vsuræ malum. mis scripturę locis vituperari videtur. Nam Ezechiel in maximis ponit malis fœnus, & plus q̃ sortem accipere: & lex prohibet, dicens. Non fœnerabis fratri tuo & proximo tuo. & rur sus ait. Fœnus supra fœnus, & dolus supra dolum. Et de ciuitate in multitudine malorũ de prensa. Quid ait Psalmus? Et non defecit de plateis eius vsura & dolus. Idem quoq; ad perfi ciendum virtute hominem nunc Propheta noster vsurpauit dicens. Qui argentum suũ nõ dedit ad vsuram. Enimuero inhumanitas est maxima, si is qui egestate premitur mutuum ad vitæ subsidium quærat: dans vero minime sorte contentus, ex miseri calamitate prouentus ac opes sibi excogitet. Dominus enim palam nobis præcipit: Ne vultũ auertas ab eo, qui abs

Fœnera torisvet furiæ. te mutuum petit. Auarus autem videns inopem ad genua sua supplicem procumbentem ex tremaq; omnia facere paratum minime misericordia commouetur. Eius qui præter dignita tem rogat & agit communem non cogitat naturam: humilibus precibus nihil cedit: sed im mobilis, implacabilisq; consistens negando perseuerat. Iurat insuper atq; obtestatur sese omĩ no carere pecunia: & quærere si quem ipse fœneratorem inuenit, ac mendacio fidem per iu ramentum faciens, iniquæ mercaturæ impudens periurium addit. Postq̃ vero conspicit mise rum illum meminisse fœnoris, fœturamq; sortis vltro offerentem: supercilium remittere ac subridere incipit: tunc demum amicitiæ paternæ recordatur, & familiarem, & amicum appel lat. Videamus (inquit) quid nobis restat depositi argẽti. Est enim amici hominis depositum quoddam apud nos, vnde quæstũ ille facit, graueq; fœnus nobis imposuit. Nos vero ex hoc detrahemus, lõgeq; minoris tibi dabimus. His itaq; aut similib⁹ ac blãdis demulcẽdo verbis miserum circumuenit: & libellis obligans ac vinciens eius etiam calamitosæ paupertati serui tutem addit. Ille demum sese fœnore semel inuoluens ad quod digerẽdum minime idoneus existit, voluntariam seruitutem per omne vitæ tempus ordit ur. Pecuniam dic mihi quæris ex paupere? & si ille ditiorem te ostendere potuit, quid apud tuas ianuas quærebat? ad auxi lium confugiens, hostem repperit: antidotum quærens, in venenum incidit. Officium tuum fuerat hominis depressi egestatem consolari. Tu vero potius adauges, fructũ ex homine de stituto qualemcunq; comparando: veluti si quis medicus ad aliquem laborantem adcedens loco remidii ac reddendæ sanitatis, id quod ei vitium restabat, auferret: & tu inopum ca lamitatem vestigalem ac prouentuum materiam tibi constituis: & veluti coloni ad satorum augmentum imbres exoptant, sic tu egestatem homini vt pecunia tibi succrescat exquiris. An ignoras q eo maior peccatorum exurgat aceruus, quo magis fœnus augescit? Nam qui mutuum quærit, q̃q̃ reddere grauatus retum angustia desperat, attamen ad sumendum au dax esse ob egestatem instantem compellitur: creditorem libellis, chirographis, vadibus secu rum relinquens. Quum primum pecuniam accepit, splendidus victu ac supellectile lautus apparet: æris alieni commoditate fruendo gaudet: atq; in conuiuiis frequens mẽsa lõge sum ptuosior: familia luculentior, aliam commutauit speciem. Adulatores conuiuæ veluti vespę

ac fucus vndiq; ad domum concurrunt, donec pecunia suppeditat. Tempore vero procedente, succrescente fœnore nec noctes quietas habet, nec dies serenos: non solem iocundum, sed execratur vitā: odit luces quæ ad tempus constitutum tendunt: expauescit menses aduenientes: & si dormit insomnis fœneratorem videt malum capiti intentantem: & si vigilat, de fœnore continuo cogitat. Creditore simul & debitore inter se congredientibus, est operę precium eorum gestus considerare. Hic quidem vt canis prędę incurrit. Alter vero, vt paratam ei venationem se vidēs illius exhorret occursum: quum ob paupertatē audaciā libertatēq; omnē amiserit. Vtriq; in digitis summę debitę calculus est. Huius in fœnoris fœtura gaudentis: alterius æris alieni continuo augescentis, calamitatem suspirātis. Bibe igitur miser ex tuis vasis aquam (vt ait Salomon) hoc est ex tuis facultatibus viue. Non ad alienos fontes propera: sed ex propriis fructibus tibi vitę solatia para. Habes vasa ærea, vestes, iumenta, diuersi generis supellectilem: hęc vende: omnia deniq; perdere ac proiicere præstat, q̄ libertatem. Sed me pudet (inquis) hęc publicare. Quid ergo, vt paulopost alius abs te eadem auferat: & tua per pręconem vendat: ac ante oculos tuos probro maximo & verecundia cum tua mercator licitetur! Ne ad alienas fores accedas: puteus enim alienus sitienti angustus. Melius est longe paularim cogitationibus egestatem consolari, q̄ breui tempore gaudentem alienis facultatibus paulopost om̄ibus simul apud te existentibus priuari. Si habes aliquid vnde reddas, cur pręsentē necessitatem ex his occasionibus non dissoluis! Si vero ad exoluendū eges, malū malo curas. Ne recipias euertentem te fœneratorem, neu te veluti prędam quandam exquiri ac vestigari patiare. Sumere mutuo initium mēdacii: ingratitudinis occasio: periurii materia. Alia verba sunt quando sumis: & alia quando expostularis. Si em̄ amicus ille q dat, caue ne amicitiam lędas: si vero inimicus, ne fias aduersario subditus & captiuus. Breui admodum tempore ex alienis honestatus & gaudens, paulopost patrimonio euerteris. Pauper es nunc; sed liber: si acceperis primū quidem nihilo ex hoc auctior eris: deinde libertatē amittes. Auctoratus em̄ fœneratori & quodāmodo stipendiarius eris: ineuitabile ferens obsequiū. Canes accipientes mansuescunt. Danista vero accipiens irritatur: nec quiescit continuo latrans, pluraq; expetens. Si iuraueris, nō credet: q̄ sunt intus diligētius pscrutat̃: tua cōmercia, negocia q; diligētius vestigat. Si ante domūculā tuā fueris, ad se te trahit: si aūt latitaueris, instat ad ostium, foresq; impudēter pulsat: ex quo apud vxorē verecūdiā feres: apud amicos derideberis in foro: vitā deniq; tibi sine victu & dulcedine parabis. Multa (inqs) egestas cogit, & nullus alius pecunię prouētus. Quęnā quęso vtilitas, hodiernā superare diem! rursus ad te paupertas, vt velox pedibus redibit, & ipsa egestas cum auctario aderit. Fœnus em̄ supra fœnus non omnino liberationem, sed paruam difficultati moram prębet. Hodie quidē patiamur ex egestate dura, & cras minime euertemur. Nā si nunc minime acceperis, simili modo fueris hodie crasve, & reliquo deinceps tēpore pauper. Si autē acceperis longe plus adfligeris, fœnore paupertatem augente. Et nūc quidem nullus tibi probro dat paupertatē: quū malum sit minime voluntarium. Si autem fœnori sis obnoxius, non deerit qui tuū detestetur propositum. Nō itaq; malis nostris minime volūtariis, mala rursus ex nostra negligētia stultitiaq; addamus. Stultę nāq; mētis sese ex rebus pręsentibus nolle cohibere, sed ad spes vanas conuertendo ea quæ sunt manifestū incommodū, atq; detrimentū præbitura, tentare. Iam cogita, vnde exolues, vnde sumes. An res vsui & exolutioni sufficiat, vnde ad tantam summam pecunia cogetur, vt partim curare necessitatē, partim explere sortē, postremo fœnori suppeditare valeat Sed non ex his quæ accipis totum reddes, aliunde opus est sumere. Illas igitur expectemus spes, nec vti pisces ad escam properantes, qui cum cibo hamum vorant, sic & nos cum pecunia deuoremur a fœnore. Nullam verecundiam paupertas habet. Quid ergo nobisipsis opprobria ex ære alieno comparamus! Nullus em̄ vulnere vulnus curat. Nemo item malis malo medetur, nec paupertas fœnore corrigitur. Diues es, noli sumere, pauper es, noli item sumere. Si em̄ eges, non opus tibi fœnore, nā si nihil habes, vnde quęso æs alienum reddere poteris! Noli tuam vitam serę pœnitentię tradere, nequando beatos existimes dies, qui fœnus præcesserunt. Hoc em̄ pauperes a diuitibus differimus, vt securi simus cum eos solicitos & vigilantes continuo, nos dormientes, nihilq; cogitantes rideamus. Præterea in magna quiete agentes, eos magna rerum perturbatione vexatos adspiciamus. Qui autem debet, in paupertate continuo sollicitos dies, atq; noctes habet insomnes, secū omni tēpore cogitat, quonam modo sese his liberet curis, nūc sua quāti sint ęstimādo, nūc aliena respiciendo. Si quas

A fœnore dādo dehortatur.

Quot mala ĩ sumenda mutua pecunia.

Danista fœnerator idē.

videt sumptuosas domos, agrosve diuitum, seu vestes splendidas eorũ quibus occurrit, vasa quoq; discumbentiũ preciosa, angitur, dolet. Si mea (inquit) hęc essent, æs omne alienum exoluerem, ab omni cura liberarer. Hæc & his similia die ac nocte in animo mœsto resident. Si quis ianuam pulsauerit, statim debitor latitat. Si velociter ad eum aliquis adcurrit, huius cor perculit. Canis latrat: hic sudore pfluit, & anxietate corripitur: cogitatq; quo fugiat, vbi latitet. Vbi vero tempus exoluendi venit, aliquod cõmentatur mendacium: quali excusatione creditorem ab se repellat. Non solum autem eos qui te comprendere quærunt, sed qui te

Leporis natura.

salutant suspectos habes. Nonne vides te sortem cum lepore ducere: quem ea dicunt esse natura, vt simul & pariat & nutriat, & superfœtet. Sic & pecunia vno tempore datur: fœnus gignit: & superfœtat augescendo. Nondum em̄ in manus recepisti, & pręsentis mensis fructus expostularis. Hæc rursus data alterum malum producit. Illud rursus aliud deniq; infinitum

τόκος Fœnus quasi fœtus.

malum. Quamobrem genus auaritię hac appellatione taxatur, totus (vt existimo) ob multiplex mali germen nominatur. Vnde em̄ aliunde q̃ ob dolores quasi parientis, qui in eorum mentibus gignuntur, qui grauati sunt fœnore! Sicut enim dolores pariẽti, sic tempus statutum debitori existit fœnus supra fœnus: malorũ parentum malus est nepos. Hę itaq; fœnoris

Viperarum natura.

fœturę recte genimina viperarum dicuntur. Viperas em̄ dicunt ventrem matris abrumpendo parere. Sic item fœnora debitorum domos absumunt atq; deuorant. Semina enim omnia suo tempore nascuntur: animalia quoq; tempus habent statutum: Fœnus tantum hodie nascitur: cras parere incipit. Animalia item quę cito pariunt, cito etiam a partu desistunt: pecunia vero velox habens augendi principium, infinitum recipit crescendo processum. Res insuper qualibet aucta, vbi ad propriam magnitudinem peruenit, desinit augeri. Argẽtũ vero auari omni tempore augescit. Animalia pariendo desinunt, quum filii ac nepotes parere incipiunt. Argentum vero fœneratoris, tam antiquum, q̃ nouum parit. Ne quæso in seruitutẽ animalis huius monstruosi venias, liber videas solem. Quid miser vitę tibi libertatẽ inuides! nullus pugil sic aduersarii plagas subterfugit, vt debitor creditoris occursum: ad columnas ac parietes caput occultando. Quomodo inquis nutriar! Habes manus: habes artẽ, fac aliqd vnde mercedem capias, ministeriũ. Multę sunt ad mercedem viæ, multæ occasiones. Si vero corporis debilitate, aut re aliqua prohiberis, roga ab his qui facultatẽ possidẽt. At turpe (inquis) rogare. Turpius eo qđ fœnus accipit, priuari. Non omnino dando leges, hoc ego dico, sed ostendens quemadmodum omnia tibi tolerabiliora sunt, q̃ fœnore inuolui. Formica em̄ potest, neq; rogans, neq; mutuo adcipiens nutriri: & apes propriũ nutrimenti reliquias regib⁹ condonant, quibus nec manus nec artes natura dedit. Tu autem industrium animal homo, vnam tm̃ ad vitę vsum viam reperire nescis! Q̃ũq̃ videmus sępe homines ad fœnus & mutuum confugientes, non gratia vsus necessarii: cum pauperes minime fidem inueniant: sed vt sumptibus superuacaneis & rebus infructuosis se tradant, ac deliciis seruiant muliebribus. Mihi (inquis) opus est veste sumptuosa & aurata: filiis paruis ornatu decenti: seruis item floridis & variis vestibus: mensę deniq; supellectili copiosa. Qui hæc talia vxori administrat ad

Trapezita mensarius.

Trapezitam venit: & hos quos accipit nummos priusq̃ vtatur alio reddit creditori, & semp continuatione sese iugiter obligando, probrum paupertatis fugit. Et veluti Hydropicus in phantasia doloreq; continuo corporis turgentis & malę carnis ingrauescentis est, sic is continuo secum volutat semper accipere, semper dare, & ex secũdis priora dissoluere: deniq; fidẽ sibi ex cõtinua versura cõseruare. Deinde veluti qui ob bilem stomacho grauati sunt, si cibũ sumant, & alium nondũ parum facta purgatione iterent, ad postremum om̃ia cum dolore & anxietate vomunt. Sic hi fœnus ex fœnore sumentes priusq̃ priora purgentur, secundũ addentes breui tempore ex alienis gaudentes, ad extremam rem domesticam lugent. O quãtos aliena perdiderunt! Quanti pro breui mutuari æris voluptate, in ærumnas maximas sese cõiecerunt! Sed multi ex fœnore (inquis) diuites facti. Plures ob hoc magis puto laqueos attigerunt. Tu tamen diuites factos respicis: eos vero qui desperauerunt, animũq; desponderũt, non numeras. Qui enim rogandi verecundiam ferre nequeunt, laquei mortem verecundiæ prætulerunt. Vidi ego iam miserabile spectaculum, pueros ingenuos ob paternum æs alienum trahi in carcerem. Nõ habes pecuniam relinquere filiis, ne saltem eis generositatem auferas, vnam hanc ipsis conserua libertatis possessionem, quam ipse a parẽtibus accepisti. Nullus patris paupertatem aliquando dat probro. Paternum vero æs alienum in carcerem ducit. Ne relinquas libellum, vt execrationem paternam in filios & nepotes descendentem.

Audite diuites, qualia pauperibus ob vestram inhumanitatem consulimus. Durare præstat in rebus difficillimis, q̃ calamitates ex fœnore subire. Si autẽ crediris domino, non opus his verbis. Quod autem domini verbũ? Mutuo date iis, a quib⁹ accipere minime speraris. Et qua le(inquis) hoc mutuum: cui non reddendi spes exoptatur? Intellige dicti virtutem: & legislatoris virtutem admiraberis. Quando pauperi daturus es Christi causa: idem ipsum & donũ & fœnus est. Donum ob receptionis spem nullam. Mutuum vero siue fœnus ob domini munificentiam pro illo reddentis: qui parua quidem pro paupere accipiens maxima pro ipso retribuet. Qui enim pauperum miseretur: Deo fœnerat. An negligis omnium conditorem tibi ad exolutionem auctorarum habere? Si quis in ciuitate diues tibi pro aliis spondeat, libẽter adnues: Deum vero pro pauperibus se vadem offerentem, non recipis? Da argentum domi condirum, nulla ipsum grauando fœtura. Ex quo vtriq; bene cõsultum fuerit: tibi imprimis pro custodię sollicitudine securitas aderit: accipienti vero ex vsu lucrum. Si autem argẽtum argenti quęris, iis quæ a Deo traduntur, contentus esto. Ipse enim pro pauperibus auctariũ reddet: ab eo qui vere benignus, benignitatem expecta. Quod enim accipis ex paupere, omne superat crudelitatis exemplum. Ex calamitatibus proficis, ex lachrymis argẽtum tibi paras: nudum strangulas, esurientem cędis, misericordia nulla, cogitatio ꝓpinquitatis & communis naturę nusq̃: & hac humana lucra existimas? Væh dicentibus amarũ dulce, & inhumanitatem humanitatem appellantibus. Non profecto Samsonis ænigmata talia erant, quę cõuiuis proposuit. A comedente exiit cibus, & a forti exiit dulce, & ab humanitate exiuit humanitas. Non colligunt e spinis vuas, & a tribulis ficus. Neq; item a fœnore benignitatem. Omnis enim arbor marcida malos reddet fructus. Sed rationes talium parumper considera. Hecastologi & decastologi horribili auditu nomina mẽstrui repetitores veluti dæmones cõprensiones faciunt: ac pauperes circa lunæ periodos inuadunt: iniqua profecto datio, danti pariter & accipienti. Huic quidem in substãtiam: Illi vero in ipsam animam pœnam adferẽs. Rusticus enim spicam accipiens semen rursus sub radice non vestigat. Tu vero fructus habes, nec definis archetypa requirere. Sine terra plantans, sine semine metis. Incertum cui congregas. Illum enim lachrymas super fœnore effundere palã est: Creditor vero illud recepturus dubium si lætabitur. Incertum enim an diuitias fruendas aliis tradat. Non deerit autem ira quã sibi ex iniquitate thesaurizet. Igitur a volẽte accipere mutuo ne vultum auertas. Nõ pecuniam tuam dederis ad vsuram, vt tãm ex veteri q̃ noua lege instructus bona cum spe ad Dominum migrare valeas, ex eo bonorum factorum fœnus recepturus gratia Dei & Domini nostri Iesu Christi: cui gloria & imperium in æterna secula. Amen.

¶IN PSALMVM. XXVIII. ADFERTE DOMINO FILII DEI. IN EXITV SEV CONSVMATIONE TABERNACVLI. PSALMVS DAVID.



Psalmus tertius & vicesimus communem huic inscriptionem habere videtur, Psalmus videlicet Dauid. Insuper & proprium quoddam additur, Exitus tabernaculi. Quid autem hoc est? Intelligamus aliquem exitum & tabernaculum quoddã, vt in sensus nostri enarratione consistere valeamus. Quo ad historiam igitur, videtur sacerdotibus & leuitis opus remittentib⁹ hãc dari promissionem, vt eorum reminiscantur, quæ ad Deum adorandũ præparare oportet. Exeuntes enim e tabernaculo & ingressuros: hic Psalmus admonet, quæcũq; habere conueniat: Videlicet filios arietũ: Item gloriam nomini Domini: Item alibi nusq̃ q̃ in aula Domini: & in loco sanctificationis adorare oportebit. Nostræ autem menti quę alta cõtemplatur, ob magnificum & diuinum scripturæ sensum familiarem nobis legem reddentẽ illa succurrunt: vt hic nec aries ouium maritus: neq; item tabernaculum ex hac materia inanimata habitaculum: neq; exitus tabernaculi discessus a templo, sed hoc nostri corporis tabernaculũ intelligatur: vt nos plane docuit Apostolus, dicens. Existentes in hoc tabernaculo ingemiscimus. & rursus. Flagellum non adpropinquabit tabernaculo tuo. Exitus enim tabernaculi discessus ab hac vita est, ad quem hic nos sermo præparare, & hæc talia domino ferre iubet. Quoniam vitæ huius facta & exercitatio viaticum quoddam sunt ad futuram: quicũq; hic gloriam & honorem Domino ꝑ bona opera refert, is demum gloriam & honorem sibi ex Domini promissione & iusti iudicis pręmio thezaurisat. In multis eñ exemplaribus sic scriptum est. Adferte Domino filii Dei. Et quoniam non omne donum est Deo acceptum: sed eorum tm̃ qui corde sunt puro. Nõ enim castæ sunt preces, nec accepta oblatio, vt

Exit⁹ tabernaculi.

dicitur, ex meretricis mercede. & rursus Hieremias. Non vota (inquit) & sanctę carnes auferunt peccata, aut ex his propterea purus eris. Ideo Psalmus prius nos puros ac mūdos esse corde, ad hoc vt filii Dei simus, admonet: deinde dona adferre, nō quęlibet, sed quę sint ab eo ordinata. Ante oīa dices orationē dominicam: deinde meditaberе propriā scrutando vitā, an dignus sis patrem vocare Deū: per sanctitatē enim nobis est ad sanctū aditus & familiaritas. Si sancti filius cupis esse, sanctitas te quoq; in filium adoptet. Adferte itaq; Domino, non omnes, neq; ex omnibus, sed filii Dei quos magna decet adferre dona: propterea magni eligūtur adferentes: vt tuā mentem, nō ad humum deiicias, nec te arietem rationis expertē facias, hoc videlicet brutū balansq; animal inquirendo, velut ex sacrificio placare sperans Deū. Adferte (inquit) Domino filii Dei. Non eīn patri filius offerat est opus: sed si offerendum, magnum aliquod & dignū filii charitate & paterna dignitate, illud qđ offertur esse oportet. Filios itaq; dicit arietū adferre: vt ipsi quia nobis offeruntur, vbi filii sunt arietū, in filios Dei

Aries. mutentur. Aries eīn animal imperiū retinens supra oues apud pascua lęta, & aquarum amoenitates, item apud stabulum & caulas. Tales eīn Christi existunt pastores, qui populis praesident, eosq; ad pascua florida & odorata spiritalis vitę disciplinę deducūt: ac aqua saliente ex promptuario sancti spiritus irrigantes ad fructū reddendum nutriunt, ac ab insidiis inimicorum liberatos ad requiem securitatēq; traducunt. Horum igitur filios a dei filiis adduci domino iubet hic Psalmista. Si enim arietes reliquum pręcedunt gregem, filii quoq; horum ob studia benefactorū, ex praesulum diligentia ad vitam secundū virtutem conuertentur. Adferte domino filii Dei: adferte domino filios arietum. Didicisti cui Propheta dicat: didicisti

Qui adfert gloriam & honorē. & a quibus, nunc docet quid. Adferte domino (inquit) gloriam & honorem. Quomodo eīn nos qui terra & cinis existimus, magno Domino gloriam ferremus? quomodo & honorem? Gloriam quidem per bona opera, quę luceant coram hominibus, vt videntes glorificent patrem nostrū, qui in caelis est. A pietatis eīn professoribus per pudicitiam & sanctitatem laudari Deus magnopere potest. Vt Paulus plane adhortat, dicens. Glorificate & portate Deū in corpore vestro. Hanc item gloriam dominus requirit ab iis qui in eum credunt, & adoptionis gratia sunt dignati. Filius enim inquit, glorificat patrem. &. Si pater sum ego: vbi est gloria mea? Honorem fert deo is, qui secundū Prouerbium ex iustis laborib9 & primitiis suae iustitię eū honorat. Deniq; omnis Theologus qui a recta fide non excidit, & de sanctissima trinitate, patre, filio, &, spiritu sancto probe sentit, gloriam & honorem domino videt adferre. Gloriam item hanc reddit quicūq; diuina mysteria operaq; & verba, per quę oīa facta sunt meditando vestigat. Eius insuper prouidentiam vsq; ad minima penetrantē: postq; talem gubernationem futurū iudicium diligenter considerat & expēdit. Nec solū qui quae nouerit recta faciat sed aliis ea quę de Dei bonitate & iusto iudicio sentit per doctrinā tradat: Is demū est qui Domino gloriā: & honorē adfert: & vita tali cōtemplationi cōgrua vtitur. Talis etiā viri lux corā hominibus re verboq; lucet, & per pulchra fortiaq; facta patrē qui est in caelis glorificat. Non autē fert domino gloriā & honorē qui humanā hanc gloriā attonitus miratur: non item qui exoptat argentum: non qui corporis sequit voluptates: non qui alienas sectas superstitionesq; colit. Velut eīn per bene facta gloriā Deo ferimus: sic contra p malefacta auferimus. Peccantibus dicitur. Nomen meum per vos blasphematur ex gentibus. & rursus Apostolus. Per pręuaricationē legis Deum despicis. Legis auctori proculdubio infertur iniuria, quum lex contemnitur. Si neglecta sit in domo disciplina, si furor, clamor, contumelia, risus, delitię, luxus, impuritas, scurrilitas, vigeāt, in eum qui domui pręsidet, ignominia verecūdiaq; factorū omnium vertitur. Reliquum igitur est, vt quemadmodum bonis factis Deo gloria redditur, sic & aduersario per iniqua. Quando enim sumens membra Christi faciam membra meretricis, tunc gloriam ab eo qui me seruat, ad eum transferam qui me perdit. Nā quicunq; Christo non credit, gloriam incorruptibilis Dei, in imaginem corruptibilis hominis & volucrum & serpentum & quadrupedum, quae sunt in terra, cōmutat, vt ait Apostolus. Colens enim creaturam contra creatorem non Deo fert gloriā, sed creaturis. Caueamus igitur hanc diabolo ferre, ne cum ipso aeternae tradamur verecundiae. Sed quando peccatum nostrum ad illius gloriam facit, qui est nobis auctor peccati, similitudinē proponemus duorū in bello ducum inter se inimicorū. Horum alter earum fert partiū gloriā, quę in acie superauerint, alter vero ignominiam atq; verecundiam. Sic & in tuis benefactis Dominus laudabitur. In his autem quae secus agis, eius aduersarius. Sed ne longe quis inimicos quaerat, nec

procul consideret duces:sese tm̃ respiciat,& oẽm similitudinis veritatem inueniet. Quãdo em̃ ratio cũ appetitu luctatur:si quidẽ p virtutẽ & fortitudinẽ vicerit,fert contra appetitũ victoriã,& Deũ quodã modo per se coronat.Quando vero p mollitiẽ a voluptate superat, seruus & captiuus peccati factus,gloriã,iactationẽq; ac superbiæ materiã aduersario parit.

¶Adorate dominũ in aula sancta eius.Post fructum eorũ quæ offeruntur necessaria adoratio:quæ quidem non extra ecclesiam,sed in aula Dei perficiẽda.Ne autem proprias aulas, neu synagogas intelligas,vna est aula sancta dei,in qua prius Iudæorum synagoga constitit:sed postq̃ scelus in Christum admiserunt,facta est eorum statio desolata.Idcirco dominus & alias oues habens,quæ non sunt ex hoc ouili gentibus destinatis in salutem,contra Iudæorum aulam,proprium ouile,propriãq; aulam ostendit.Non itaq; extra sanctam hãc aulam adorare deum licet.Q; si quis ab iis qui ab ea alieni sunt,tractus atq; illectus fuerit, intra hanc aulam desinet esse. Plures etiam adorationis viæ formæq; hac plane in aula videntur esse,sunt tamen extra:quoniam & mentis vagatione & curis alienis,animũ adorationis tempore occupantibus fructum nomenq; huius aulæ amittunt.Potes & aulam quoq; cælestem intelligere stationem. Idcirco plantata hic in domo Domini, quæ est Ecclesia Dei viuentis. Ibi in aulis domini Dei nostri florebunt, ait Psalmus. Qui autem venerem, seu argentum, vel aliud quod ex omnibus magis honorat, Deum fecerit, non adorat Dominum, neq; in aula est sancta, etsi dignus hac sensibili substantia videtur. Aula domini q̃d & atrium

¶Vox domini super aquas. Multis in locis nomẽ vocis positũ apud volumina sacra inuenies,vt in respõso Abraham statim facta est vox,dicẽs.Non hẹreditabit te hic.Et in Mose. Omnis populus voces audiebat.Et apud Esaiã rursus voce dicẽtis clara. Vox igit̃ trifariã repetitur.Aut circa aerẽ percussio.Vel aer percussus ad aures vsq; illius veniens ad quẽ fit vox.Est alterius generis q̃dã oratione hominũ imaginata:apud quos vult suã deus vocem penetrare.Ex quo genus hoc analogiã quãdam ad phantasiam in somnis factam multoties habet.Quemadmodũ enim nõ percusso aere quãdã verborũ & sonorũ memoriam in phantasia per somnũ accipimus:sic vocem non per auditum, sed per ipsum cor nostrum formatam haurimus. Talem itaq; quandam oportet ex deo vocem putare inesse prophetis. De voce domini

¶Vox domini super aquas.Hic plane Psalmus ostendit,quemadmodum omnis creatura significatione quadam,vel votis suũ nũciare videtur auctorẽ. Nubes enim postq̃ aqua sunt refertẹ sonitum inter se collisẹ faciunt. Sicubi etiam sonitus aquarum diruptarũ quibusdã obuersantibus & contra nitentibus fit,& mare ventis turbatum mouetur violentũq; murmur emittit. Vox (inquit) domini super aquas. Nam quũ tonitrus ex nubibus obstrepit, nihil est aliud putandũ q̃ q; deus maiestatis intonuit,& q; dominus est is qui per se humidam connectit naturam:Dominus super aquas multas.Didicimus enim in mũdi creatione aquam esse super cælos. Aquam rursus abyssi,aquam maris congregationes. Quis igitur alius est is qui omnia continet minime permittens ex impetu naturali ad inferiora ferri, q̃ deus qui ad omnia penetrat:in omnibus inest:ambulat super omnia,qui aquarũ habet potestatem? Quando baptizato filio facta est superne vox.Hic est filius meus dilectus: Tunc dominus super aquas erat multas,eas per baptismũ sanctificans.Deus autẽ gloriẹ magnificentia tedimonii superne intonuit,& super baptizatos clara a domino voce dicitur. Eũtes in mũdum vniuersum baptizate,in nomine patris,& filii,& spiritus sancti. Vox igitur domini super aquas.Fit autem tonitrus,quando spiritus siccus & violentus in nubis cõcauitate ac corpore relictus circũuoluitur,exitũ & eruptionẽ quẹrẽdo.Nubes aũt resistentes ex vehementi constructione asperũ illum sonitum ex inclusi spiritus vehementia emittũt. Quoniam vero veluti bullẹ tumefactẹ ac vento explicatẹ atq; reseratẹ amplius resistere nequeunt,tunc violenter disruptẹ a vento ad exteriorẽ respirationẽ tendente:edunt murmura & fulgura.Dominus itaq; in aquis & magnos strepitus tonitru faciens in molli aeris natura tantã vocis magnitudinẽ parit.Potest etiam & ex ecclesiastico sermone, Tonitru doctrinam nominari,quæ a domino traditur per euãgelici testimonii magnificentiã perfectis hominibus post baptismũ receptũ. Q; aũt tonitrus sit Euangeliũ ostendũt discipuli a domino per metaphoram,filii tonitrui appellati. Quamobrẽ non cuilibet vox tonitrui talis, sed si q̃s dignus fuerit rota noïari conueniet. Dicitur em̃ vox tonitrui in rota,si q̃s fuerit patulus & extẽsus veluti rota parũ terrẹ attingẽs, & oĩno talis qualis erat is de quo dixit Ezechiel. Vidi & ecce rota cũ quattuor aĩalibus:& species eoꝝ ac facies:& quẹ sequuntur. Quomõ fit tonitrus. Tonitr9 euãgeliũ appellatum. Rotæ q̃s similis.

Sācti sūt aquæ. ¶Deus ergo maiestatis intonuit: Dominus super aquas multas. Aquę item sancti sunt, quoniā ex corꝑ ventre flumina fluūt: hoc est spiritualis doctrina animas irrigans audientium. & rursus. Accipiūt aquā salientē in vitā æternā: hi qui recte capiūt illā. Super has ergo domi-

Heliç p- cibus sic citas & pluuia. nus aquas dicetur esse. Reminiscere item Heliç historię, quādo tribus annis & sex mensibus clausum est cælū, ꝙ serenitate existēte apud montē Carmelū, audiit Helias vocē aquarum multarū paulo post tonitrus simul & aquę insequutę, sicut ex nubibus fluentes. Dominus ergo sup aquas multas, vox domini in virtute. Sicut in rota vox fit: sic in virtute vox do-

In qb⁹ fit dñi vox. mini cōsistit. Qui enim cūcta facere, & tolerare Christi virtute potest, is est q domini audit, facitq; mādata. Vox domini nō in debili dissolutaq; ac molli anima, sed forti ac virtutibus

Magnificus qs. innixa. Vox domini in magnificentia. Magnificētia enim virtus est circa res decentes atq; magnas. Qui em̄ res gesserit magnas atq; illustres, is magnificus erit & illustris. Nā quando anima libera fuerit, nec carnis superbię seruierit, magnitudineq; ad dignitatē sibi conuenientē ex deo acceperit: ea demū est in qua fit domini vox. Qui enim magnificas de deo cogitationes habent: sublimes item de rerū creatione rationes speculantur, seseq; penitus dei prouidētiæ bono tradidere: preterea sumptib⁹ minime parcētes munificos se fratrū vsibus ostenderunt: ii demū sunt magnifici, in quibus vox domini auditur. Vere nāq; magnificus omnia quę ad corpus pertinēt omnino despicit: nihili præ cōparatione inuisibiliū bonorū existimās. Insuper magnificū nulla calamitas adfliget, tristēve redder. Non homūculorum improborū & despiciendorū peccata malaq; exempla commouebūt. Non carnis impuritas humilē faciet, cū humilibus adfectibus qui locū apud eū ob mētis sublimitatē non habēt, minime fit obnoxius. Legitur & quædā dei magnificentia, quēadmodū illud. Eleuata est magnificentia tua super cęlos. Qui enim magna de deo cogitant ac meditantur: ii dei magni-

Cedri laus & vituperatio. ficentiā eleuant atq; extollūt. ¶Vox domini confringentis cedros. Cedrus enim quādoq;, vt reliquis quidē arboribus pręstātior & incorrupta, & odorata, & vmbram prębere apta, apud sacra volumina laudatur. Quādoq; vero vt infructuosa & sterilis & impii similitudinē referēs, vituperatur. Vidi impiū (inquit Propheta) exaltatū & eleuatū, sicut cedros libani: veluti & nūc accipitur. Vox domini confringētis cedros. Sicut enim in magnifica anima fit vox domini: sic etiā inflatos superbia tumidosq; ob ea quę in hac vita magna existimātur, vt sunt gloria, imperiū, corporis forma, nobilitas: vires, cōfringere Deus dicit. Et cōfringet dñs cedros Libani. Qui em̄ se rebus ingerūt alienis & ex eis gloriā fastūq; regrunt: hi sunt Libani cedri. Sūt em̄ cedri p se altę, addita mōtis sublimitate lōge altissimę. Sic & in mūdi rebus fluxis atq; fragilibus q erecti sunt, cedri ob fastū & adrogātiā ac mētis elationē vocari possunt. Appellātur aūt Libani cedri, ꝙ aliena abutētes altitudine, ex terra rebusq; terrestribus ad fastū superbiāq; veluti ad Libani verticē extollūtur. Non em̄ omneis cedros cōfringit dñs, sed Libani tm̄: qm̄ Libanus idololatrię locus. Quęcūq; itaq; aīę aduersus Dei

Libani Cedri. sciētiā extollūtur, ipsę Libani cedri & dignę cōteri dicūtur. Sūt aūt q̄dā cedri dei quas arbusta trāslatę ex Aegypto vitis operiūt: sicut in Psalmis didicimus. Operuit mōtes vmbra eius & arbusta eius cedros dei. Quoniā vero vna cū aliis de Christo trāslationibus, & vitis Dñs noster dicit: Ego sum (inqt) vitis, & vos palmites: Cedri dei sunt illi q cū infructuosi cremariq; sunt apti ob sterilitatē, si Christū induētes illius vmbrā amplectātur, ex eius gratia ꝓprię vitę fœcūditatē inueniūt. Cedros ergo dei arbusta fructuosa circūplexa custodiūt. Cedros aūt Libani cōteret dñs, & cōminuet tāq̄ vitulum Libani. Reminiscere vituli apud

Vitulus Libani. Exodū quē idololatrarū more finxerūt, quēve cōminuit dñs. Vituli itaq; illius mō totū Libanū, & ipso cōsuetudinē oēm idololatrię nascētē exterminabit: Dilectus vt filius vnicorniū. Vnigenitus fili⁹ dās mūdo vitā, q̄nq̄dē sacrificiū & oblationē sese ꝓ nostris peccatis ꝓfert, & agnus dei noiat & ouis. Ecce agnus dei. & rursus: Vt ouis ad occisionē ducet. Qn̄ vero plectere vitia & potētiā gn̄i humano ītumescētē ac alicui virtuti aduersantē euertere

Vnicornū fili⁹. Monoceros, hoc est vnicornis. oportet: tūc fili⁹ vnicorniū noiat: vt in Iob didicim⁹. Monoceros, hoc est vnicornis est aīal hoīb⁹ minime subiectū aut obtēperās. Nō illoro ipm aut vinculo ligabis: neq; dormiet ad præsepe & multa alia de ipsi⁹ aīalis libertate & īdocilitate ad parēdū hoīb⁹ ī ea ꝓphetię prędicunt. Qn̄ vero ad vtrūq; similitudine vnicornis scriptura vtit: q̄nq; em̄ laudatur, interdū vero vituperat: Libera (inqt) ex gladio aīam meā & a cornibus vnicorniū animā meā. Populū bellicosum detestās hoc dixit, q crucis tēpore dño insurrexit. Rursus. Exaltabitur (inqt) sicut vnicornis cornu meū. Videt nāq; eius aīalis vis & natura ad vltionē prōpta-

Cornua in bonā partem.

ꝑioris similitudinē apud scripturā referre.Ob sublimitatē vero cornu,qđ in fronte gerit,
& libertatē eius ī bonā accipi ptē: & demū cornu multis in locis sacri eloquii ꝑ gloria vsur
patū inuenimus,vt est illud,Et cornu eius exaltabiť in gloria.vel ꝑ virtute & fortitudine,
vt,Protector meus & cornu salutis meę. Christus itē dei virtus vnā patris habēs virtutē,
nō mirū si vnicornis appellať.¶Vox dñi intercidētis flāmā ignis.Intercidit eñ ignis flāmā

Flamma intercisa.

scđm historiā trium pueroꝝ apud Babylonē: ꝙ caminus supra cubitos.xlix.effusus est &
cremauit circa oēs.Rursusꝗ flāma dei mādato dulcissimā in se recipiēs aurā, suauē pueris
respirationē veluti sub vmbra quadā trāquillo in statu cōstitutis ꝓbuit.Facta est (inqt) flā
ma,veluti spūs roris sibilās.Lōge nāꝗ admirabilius ignis naturā intercidi q̄ mare rubrū in
partes diuidi: Attamē dñi vox ignis cōtinuā naturā indiuisibilēꝗ intercidit.Existimo nāꝗ
ꝙ ignis ad vltionē diabolo & angelis eius paratus Dñi voce confringať.Quoniā duo sunt
in igne potissima,virtus caustica,& inlustrās. In altera eoꝝ poniť pœna,q ob peccata igne
ꝑpetuo cremari sunt digni.Alterā vero splēdoris eius & lucis ii sane sortiūtur, q diuinæ
obtēperāt volūtati. Vox itaꝗ dñi cōcutiētis flāmā ac diuidētis: velut obscurū expectemus
ignem q punit:minime vero illustrantē lucē q̄ requiē parit.¶Vox dñi concutiētis desertū.
In beneficio deserti ipsa cōcussio adeo ornabiť: vt vbi erat desolata,minimeꝗ habitata ter
ra,posito sterilitatis ꝓbro,laudē multos pariēdi filios recipiat.Multi.n.filii desertę magisq̄
illius q̄ virū habet:& illa q̄ aquarū spiritu referta est,fit ante hāc desolata ī stagna aquarū.

Cades sanctificatio dr.

¶Et cōmouebit dñs desertū Cades.Nō eñ cornu desertū cōmouebit,sed tñ Cades:hoc est
sanctificationis.Cades eñ sanctificatio dicitur.¶Vox dñi ꝑparantis ceruos.Similē honorē
oportet ceruis impꝑtiri, ac illis in quos diximus vocē dñi fieri.Quoniā tali hoc animal est

Quid ꝑ venena serpētiū signat.

natura,vt omnis veneni serpentis periculi sit expers: cui remedio est,si forte in id inciderit
quēadmodū aiūt qui talia obseruauerūt vipera deuorata.Omnia nāꝗ venena serpentiū ini
quis & aduersis virtutibus in sacro eloquio cōparātur,dicēte domino. Dedi vobis potesta
tem conculcandi serpentes & scorpiones,& supra oēm virtutem inimici. & Psalmo rursus
promittēte Prophetę.Quemadmodū super aspidē & basiliscū ambulabit.Cerui enim nomē
in diuinis libris optimorū similitudini semper aptamus.Nam & in montibus habitare cer
uus,& ad fontes aquarū potare dicitur:quoniā iustus omnis in altissimis versatur mentis

De cerui natura.

adfectibus,signū metāꝗ supernę vocationis ꝑsequens & ad potabiles fontes recurrit,is q
prima Theologię principia requirit.Trahit item ceruus oris respiratione e cauis animaliū

Vir sanctus qb9 similis.

latētia venena,& vi spiritus e latebris & cubilibus extrahit.Velut enim aquila dicitur vir
sanctus ob eius spiritus sublimitatē & ab humo distantiā.Ouis ob mansuetudinē & cōmu
nicabilitatē. Aries ob imꝑiū & fortitudinē.Colūba ob innocentiā & simplicitatē Sic etiā
ceruus ob remediū aduersus noxia:ideo Salomon ait.Ceruus amicitię & pullus tuarū gra
tiarum tecū versetur.Docens plane nos,huiuscemodi ceruos aptos ad Theologiæ doctri
nam esse.Vox domini præparantis ceruos.Quando enim aliquē dei hominē ꝑfectum prę
paratū videmus:vtilitatē ex eius congressu & conuersatione consequimur.Nam vbi cerui
præsentia,omniū serpentium vitiū fugatur.Odorem cerui nulla ferūt animalia venenata,
vbi præsertim cornu eius suffitum sentiūt.¶Et reuelabit condensa.Primū vox domini prę
parat ceruos deinde reuelat condensa : hoc est ex anima simplici ac præparata venenorum
omniū, & corruptibilis materiæ syluas amouet atꝗ rescindit.Et quoniā omne lignū nō fa
ciens fructū bonū,incidetur a securi & in ignē mittetur:necesse est vt veluti nemora,& cō
densa syluestris animę:in quibus sicuti quędā ferę varia peccatoꝝ genera nidificāt:a verbo
dei qđ est omni gladio ꝑnetralius,purgētur.Quoniā aūt plures hoīes curis humanis ve
luti quādā terrā spinis opertā suas gerūt aīas oneratas,vnde nec sanctitate ꝑficere,nec pla
ne verbo dei nutriri satis valēt:reuelat dñs condēsa:hoc est curarū existētiū in vita defor
mitatē & squalorē,& incōmodū aꝑit:vt loco boni ac mali aperto nō errent hoīes,nec de
rebus iudicia sumāt obscura. Multi nāꝗ bona vbi laboriosa vident,mala existimant.Mala
rursus ob insitā voluptatē,vt bona ꝑsequūtur.Ex quo infinitus occupat mortales error.
Sūt eñ bonoꝝ naturę ligna fructifera,& oēs cedri q̄ in laudes accipiūtur. Maloꝝ vero cō
dēsa,ne decipiātur qui aliquē in eis fructum inuenire putāt, reuelat ac manifestat dei vox.

Quæ in tēplo dīcenda.

¶Et in templo eius omnes dicent gloriā.Audiant hęc Psalmi verba ii qui longos alienosꝗ
in templo edūt sermones.Qui in tēplo dei est,nō vana,scurrilia,probrosa loquetur verba:
sed omnis dicet gloriam. Adsistūt verba describentes angeli: adest & Dñs adfectus intran

tiũ cõsideratis.Preces cuiuslibet deo manifestę sunt.Aliqs ex adfectu tm̃ orat:alius p sciẽtiã cęlestia quęrit: qdã persancta summis labris verba loquitur: cor aũt eius procul a deo est. Quũ orar carnis psperitatẽ,corporis bona:Insup diuitias & gloriã qrit humanã. Oportet aũt nihil hoꝝ,vt sermo dei plane docet:Sed in tẽplo eius oĩs dicet gloriã.Cęli enarrãt gloriã Dei.Angelorũ opus laudare deũ,oĩbus deniq; cęlestibus exercitibus vna hęc cura: gloriã creatori dare.Reliquę item creaturę oẽs,siue cęlestes,siue terrestres,seu rationales,siue rationis expertes:demũq; inanimatæ, seu voce siue gestis aut aliqua significatione summũ omniũ cõditorẽ Deũ extollere ac pdicare videtur.Hoĩes eñ miserabiles domũ dimittẽtes, ad tẽplũ properãt,vt sibi auxiliũ quętãt:sed qua dic mihi reuerẽtia,qua humilitate. nõ vere verbũ audiũt,eius sensum & naturã nõ probe percipiũt: in peccatis deprẽsi minime angũtur:in memoriã ptetirorũ veniẽtes minime dolent:iudiciũ nõ metuũt: sed in tẽplũ ridẽres ingrediũtur:dextras inter se iũgũt:locũ prolixi prophaniq; sermonis domũ Dei faciũt, nõ audiẽtes Psalmũ dicẽtẽ:In tẽplo eius oĩs dicet gloriã. Tu aũt nõ solũ non dicis:sed alii impedimẽto es,adorantes tua vaniloquẽtia sępe auertis sacrę scripturę,spiritus sancti gratię obtrectas.Vide ne quãdo inde abscedas,loco recipiẽdæ mercedis pro laudibus diuinis, vna cũ iis q nomẽ Dei execrãtur,cõdemneris.Psalmos habes,prophetas,euãgelica pcepta, Apostoloꝝ epistolas,quę corde oreq; voluta,lingua psallar, mẽs sensum eoꝝ quę dicũtur, scrutetur.Nõ enim gloria deus indiget,sed vt eũ laudes te dignũ reddere cupit.Qd enim seminat homo (ait Apostolus) hoc & metet. Semina doxologiã vt coronas honoresq; ex Deo in regno cęlorũ metas.Hęc itaq; p digressionẽ a nobis nõ ab re neq; inutiliter sint dicta,ob eos q in tẽplo Dei minime gloriã dicũt,sed nugas cõtinuo voluũt, & frustra ingrediũtur.Sed vtinã tm̃ frustra,& nõ malo cũ suo.Dñs diluuiũ inhabitare facit. Diluuiũ eñ aquę inũdatio est, omne subiectũ delẽtis,omne itẽ sordidũ purgãtis. Baptismi enim gratiã diluuiũ nominat: ex quo anima peccatis abluta atq; purgata apta in futurũ est esse domiciliũ dei.Cõuenite & huic quadrareq; videtur ea quę in Psalmo.xxxi.cõscripta sunt.Postq̃ eñ dixit:Quoniã iniquitatẽ meã cognoui,& peccatũ meũ nõ occultaui.& itẽ hoc.Pro hac orabit ad te oĩs sanctus:sequitur. Verũtamen in diluuio aquarũ multarũ ad eũ nõ adproquinquabũt.Nõ eñ peccatori adpropinquat,gratiã baptismi & peccatorũ veniã per aquã & spiritũ accipienti.Simile fere & huic in Michee vaticinio dicitur: Promptus ad ignoscẽdũ est Dominus,& cõuertet,& miserebitur nostri.Delebit peccata nostra,& proiiciẽtur in pfundũ maris,& sedebit dominus Rex in æternũ.Splendenti naq; anima statim post diluuiũ Dominus insidẽs,veluti thronũ eã sibi constituit.¶Dominus fortitudinem populo dabit. Dominus benedicet populo suo in pace. Ex his verbis Deus a peccatore populo virtutem simul & fortitudinẽ aufert.Populo aũt iustitiã sequẽti dat opem fert auxiliũ.Ideo dicitur: Omni habẽti dabitur.Qui eñ in benefactis corroborabitur,dignus vt a deo benedicat est. Vltima naq; benedictionũ pax esse videtur,vt animę bona rationemq; confirmans.Ex quo pacificus homo mores animũq; iam stabiliuit , ac ab omni penitus perturbatione sedauit. Qui vero æstus & pugnam tumultuantiũ cogitationũ & adfectuũ patitur, is diuinę pacis minime particeps videtur,quã dominus discipulis dedit: quę item supetat oẽm sensum,& illoꝝ corda q ea sunt digni,pulcherrime custodit.Hanc Apostolus rogat Ecclesiis dicens. Gratia vobis,& pax adimpleatur. Hęc tãdẽ & nobis vtinã adsit legitime certãtibus,& carnis superbiã abiiciẽtibus,quę inimica est Dei: vt in tranquillo & quieto statu anima cõstituta, pacis filii appellari mereamur, & Dei benedictionis esse participes in pace dñi nostri Iesu Christi,cui gloria & imperium in æterna secula. Amen.

Laudare deum. — Diluuiũ baptisma. — Michee verba. — Pax benedictionũ vltima.

IN PSALMVM. XXIX.PSALMVS CANTICI IN DEDICATIONEM DOMVS DAVID. EXALTABO TE DOMINE QVONIAM SVSCEPISTI ME.



Psalterium. Psalmus Canticũ

PSALTERIVM quidẽ instrumentũ est musicũ ad hymnos diuinos pręparatũ. Psalmus vero actio per corpus in Dei gloriã,quãdo verbũ cũ modo coaptãtes,nihil incõcinnũ aut absonũ in motibus ac numeris perficimus. Canticũ est quodcũq; contẽplatione simplici theologiaq; cõprenditur. Ex quo Psalmus sermo est musicus, quãdo cõcinne apteq; scdm harmonię rationẽ ad organũ pulsatur . Canticũ vero vox cõcinna sine organi sono & concẽtu.Hic igirur quoniã Psalmus cãtici inscribitur,existimamus verbũ velle significare qd actionẽ sequitur cõtẽplationis.Continet aũt secũdũ historię sensum,vt ex inscriptione

apparet:sermones quosdam dedicationis domus Dei.Ex quo tēporibus Salomonis excitā-tis templi muros,hic Psalmus fuisse ad Psalterium adcommodatus videtur. Sensus vero spiritualis humanitatem a verbo adsumptam & ipsam nouam legem significat. Vel forte domum intelligere conuenit ædificatam a Christo Ecclesiam, vt Paulus ad Timotheum scribit. Videas quomodo oporteat in domo Dei conuersari:quæ est Ecclesia Dei viuentis. Dedicatio enim ecclesiæ, existimanda renouatio mentis per spiritum facta,singulis corpus Ecclesiæ Christi complentibus. Est enim diuina & vera harmonia non comprendens ali-quos sermones auditū oblectantes: sed noxios animarum spiritus cohibens atq; mitigans.

¶Exaltabo te Domine,quoniā exaudisti me,& nō lętificasti inimicos meos super me.Quo modo enim is q in altissimis habitat,exaltatur ab iis q humilē habitāt locū.Si Deus ī cęlo: Tuq; ī terra,quonā modo Deū exaltabis?Quid igitur his verbis Propheta sibi vult? Deus nāq; exaltari dicitur ab iis qui magna de ipso percipere ac contēplatione sublevati, ad Dei gloriā pertuenire valent.Qui ad beatitudinē cū sciētia properat Deū exaltat:qui vero cōtra nititur,dicere nō licet quantū in seipso Deū humilē reddit.Et demū oēm rebus nostris cō uenientē statū Deo tribuere ac addere quodāmodo videmur.Idcirco dormitantibus nobis & pigre agētib⁹ dormire dicitur Deus,indignos nos sua erga nos custodia iudicās.Si quā do autē ex somno detrimētū sentimus,dicimus,Surge,quare obdormis Domine?Itē,Non dormit,neq; dormitabit,q custodit Israel.Et alii quidā ob turpia quæ admittunt oculos a Deo auertūt:& ob pœnitētiā indignos sese dei oculis putātes,dicūt.Cur faciē tuā auertis? Et alii pter hos sunt,q obliuione Dei capiūtur, ac velut eius obliuiscentē Deū reddentes, inquiūt. Cur obliuisceris Dñe paupertatis nostrę & tribulationis nostrę?Et in summa:qua lia sunt illa quæ de Deo secūdū adfectus humanos dicūtur,talē sibi Deum quisq; si fecerit constituet.Exaltabo te itaq; Domine quoniā suscepisti me,& non delectasti inimicos meos super me.Nihil humile,nihil terrenū in vita mihi fecisti,& vnde facultas mihi exaltandi? Quoniā tu me pueniēs suscepisti:hoc est sublevasti me, & supra ea quæ me circūstant atq; opprimūt,constituisti: veluti si quis puerū quēdā imperitū natandi manu sublimē ex aqua educat.Qui igitur Dei auxilio respirat a ruina is demū ob benefactorū gratiam exaltare se recipit Deum. Velut si quis quēdam palęstritam debilem a ruinę periculo liberet, ac supe-riorem aduersario constituat:huic quidē insperatæ victoriæ occasionē præbet:illi vero spe ratæ palmæ lętitiā aufert.Non enim labores qui sanctis eueniūt,nostris inuisibilibus inimi cis lętitiam pariūt:sed quando fessi desperamus,& nostræ cogitationes in angustiā redigū tur,vt parum ad malorum tolerantiam exercitati,tunc demū irrident,lętantur & exultāt, velut cū Iob amisit possessiones, filiis est orbatus, tabo & vermibus eius caro scaturiebat. Nondum hæc aduersario lætitia. Si vero mollitie cordis ad hæc tot laboriosa execrabile aliquod verbum,vt vxor incitauerat,dixisset:tunc super eum inimici gauisi essent.Idcirco nec in Paulo sitiente,esuriente,nudo,pulsato,laborante:quoquo versus peregrinante, ad-uersarius est lętatus.Contra vero potius est adflictus:quū eum tam hilariter atq; cōstāter hęc pati:prętererea hęc verba iactantem adspiceret. Quis me separabit a charitate Christi?

¶Domine Deus meus clamaui ad te,& sanasti me. Beatus q propriā plagam ex imis pene tralibus nouit:vt medico adcedens dicere valeat.Sana me Domine quoniā cōturbata sunt omnia ossa mea:Et,Ego dixi Domine,miserere mei:sana animam meam, quia peccaui tibi. Hic quidem gratias reddit ob illatam ei medicinam.Domine,inquit,deus meus. Nō enim omniū Deus est Deus,sed eorū propric qui charitate sunt ei coniuncti, vt Deus Abraam, Deus Isaac, Deus Iacob.Si enim omnium esset Deus, non separatim se horum dixisset. & Thomas certus resurrectionis, Dominum amplectens ait,Dominus meus & Deus meus.

¶Clamaui ad te & sanasti me.Nihil mediū nullūq; iteruallū fuit,inter meā vocē & tuā gra tiā,sed simul clamaui & sanitas prodiit.Etiā te loquēte dicā.Ecce adsum.Magna itaq; loqui oportet Deū orantē,vt velox nobis oriatur sanitas. ¶Domine eduxisti ab inferno animā meā.De hac sanitate Deo gratias agit.Nā quādo morbo adfectus ad infernū descēdit:inde per illius virtutē q p nobis pugnauit,& imperiū supra mortē habuit,est reductus.Saluasti me a descēdētibus in lacū.Multis qdē modis lacus nominatur.Subterraneus fossę custodię captiuorū aptę:sic in Exodo dicitur.A primogenito Pharaonis vsq; ad primogenitū capti ui,quę erit in lacu.Sed & Hieremiā in lacū iniecerunt.Et Ioseph fratres præ inuidia in la-cum aqua carentē miserunt. Quælibet igitur aut ad inferiora nos per peccatum grauan- Lacus.

do deducit,vel habiles ad deū accedēdū,ad superiora tollit.Seruasti eīm prius in vita existē tem iniqua me a descēdētibus in tenebrosum & horridū locū separādo. Ideo ait.Suscepisti me,hoc est me a ruina praecipitē reduxisti, vt occasio lętitiæ aduersus me meis eriperetur inimicis.Qd igitur alibi ait.Preparasti pedes meos tāq ceruit:& super excelsa statuens me: Reditum ad excelsa liberationem solutionēq a lacu appellat. Psallite domino sancti eius. Non enim sigs Psalmi verba ore proferat,hic domino psallit:sed quicūq corde puro enūciat psalmodiā,& quicūq sunt sancti erga Deū iustitiā seruātes: hi demū domino psallere rhythmis spiritualibus concinne poterūt. Qui vero a libidine veniūt,qui fructū,q dolum & mendaciū in corde retinēt,psallere quidē ore poterūt,re autē vera non poterunt.Sanctū enim ad Psalmos dicēdos hic vocat Propheta.Nō potest arbor mala bonos edere fructus. Neq item cor malū vitæ verba recte proferre.Facite itaq arborē bonā vt fructus ex ea bonos edere,ac persancte domino psallere valeatis.¶Et cōfitemini memorię sanctitatis eius. Non dixit,confitemini sanctitati eius,sed memoriæ sanctitatis eius, hoc est gratias agite. Cōfessio nāq in hoc loco pro gratiarū actione accipitur.Gratias itaq agite,quoniā in memoria sanctitatis eius estis,q olim in profundo maloꝝ existētes, & carnis impuritate cōtaminati venistis in obliuionē eius,q nos creauit.In redēptionē ergo & placationē eoꝝ q admisistis,cōfitemini de his q a vobis nō recte nec sobrie facta sunt.Quoniā ira ī indignitate eius,& vita in volūtate eius.Prius eīm triste dixit:irā in indignatione eius.Deinde rē lętiore:vita in volūtate eius. Videt eīm Tautologia esse,hoc est idē dicere apud eos, q nō perspicacitet ea q significātur,attingūt.Propheta irā esse ī indignatione Dei, veluti rē eādē,plurimū tū differētē adfert.Thymos eīm motus est animi ad inferēdū qdā tristia merenti. Ira vero labor adsumptus a iusto iudice ad pœnas pro modo iniustitię cuiq inferendas.Verbi gratia. Medicus cognoscēs partē corporis aliquā inflāmatione adfectam & sanie refertam: iudicat incisionē necessariam esse faciēdam.Hanc itaq indignationem siue Thymon sacrū nominat eloquiū.Post vero Medici iudiciū ac sentētiam adferendi remedii venitur ad rē & ea exequenda quę sunt visa & iudicata,hoc est ad ferrū incidens & dolorē adfecto inferēs. Hæc demū ira Dei dicta est.Veni igitur ad ea quæ in Psalmo scribūtur, & facile sententiæ consequentiā inuenies. Quoniā ira in indignatione eius. Pœna scdm iustū Dei iudicium. Vita vero in voluntate eius.Quid ergo dicit?Quoniam qd vult Deus:hoc est omnes eius vitę esse participes.Labores aūt & pœnę non eius volūtate infligūtur,sed eo permittēte ob peccata inhęrentibus eueniūt.Vitam itaq Deus bonorum omniū dator,propria volūtate tribuit.Iram vero sibi quisq thesaurizat in die irę & reuelationis iusti iudicii Dei.Mos est sacri eloquii:si quando tristia lætaq cōmemorat,tristia lætis in ordine præponere: quoniā lęta post maloꝝ experiētiā siue memoriā magis degustātur. Ego,inquit,interficiam & ego viuere faciā.Percutiam & ego sanabo.Beneficium pœnam sequitur. Ipse nāq pessundat & rursus erigit.Percussit & manus eius curauerūt.Dolenda semper ante ponit vt gratię nobis chariores existāt,magisq sapiant,quū malorū remediū & datoꝝ custodiam videamus. ¶Ad vesperum demorabitur fletus,& ad matutinū lætitia. Reminiscere temporis dominicæ crucis,& sermonis significationem qui ponitur hic facile reperies.Ad vesperum demoratus est fletus discipulis domini:quando in cruce pendentem conspexerunt:& ad matutinum lætitia:quando post resurrectionem cum gaudio cucurrerūt: inter se bonos adferentes nuncios,quemadmodum viderūt dominum. Vel forte in vniuersum,vespera seculum hoc dicitur:in quo qui persancte plorant,adueniente postea matutino consolabūtur.Beati inquit,qui lugent,beati qui flent quoniā ipsi ridebunt. Quicūq enim dies seculi huius in consumatione iam existentis & ad occasum tendentis,in plorandis peccatis absumunt: hi demū illo vero matutino aduenięte gaudebūt. Qui seminant in lachrymis inexulta tione metent.Ego autem dixi,in abundantia mea non mouebor in æternū. Quemadmodum ciuitatis est abundantia vęnalium secūdū forū. Itemq regionem & agrum abūdare dicimus quæ multis referta fructibus existat:Sic quoq animę dicitur abūdantia quę bonis est actionibus referta:quāve coli est opus cum labore ac cælestium imbrium frequenti irrigatione saginari: vt fructum tricesimū,sexagesimū,centesimum reddere:ac benedictionem adsequi valeat dicentis.Benedicta horrea tua & diuersoria tua.Qui enim propriam virtutis firmitatem sentit,cōsidēter dicet,& roborabitur ne facile ab aduersario euertatur. Vt ager plenus cui benedixit dominus.Domine in volūtate tua prestitisti decori meo virtutem. Qui

[Margin notes:]
ὀργὴ τῶ τῷ θυμῷ.
Tristia cur ante læta.
Abūdātia alæ,

enim tempus in inquirenda virtutum ratione consumpserũt, quasdam dixere virtutes ex contemplatione consistere: vt Prudentia in rerum cognitione malisq̃ ac bonis discernẽdis: nonnullę sine contemplatione eas tamen quę sunt ex contẽplatione sequentes: vt Decor & fortitudo. Quidã sapientes naturali quidem cognitione has perceperũt, secũdũ aũt perfectã virtutẽ ex contemplatione venientẽ non intellexerũt. Verũ vt decor animæ fiat diuina est opus gratia. Vt igitur supra dixit. Quoniã vita in volũtate eius: sic nũc deũ in reddendis gratiis exaltat. In volũtate tua prę́stitisti decori meo virtutẽ. Pulcher qdẽ & fortis secũdũ naturam, debilis autẽ factus: quoniam ob peccatum per insidias serpentis admissum perii. Pulchritudini ergo meæ quã ex te in prima creatione accepi: addidisti virtutẽ ad ea quæ opus erãt agere necessariã. Pulchra nãq̃ ac decora omnis est anima quæ in symmetria propria virtutũ ac harmonia sibi congruẽti conspicitur. Pulchritudo aũt vera & sola mentis purgatione contẽplabilis circa beatã versatur naturam: cuius tu per eius gratiã particeps aliquantulũ eris, veluti ex rei fulgentis contactu splendorem aliquẽ ingentẽ mẽtis referẽs. Ex quo Moses pulchritudinis huiusmodi quo ad speciẽ vultus conuersando cũ deo visus est particeps. Qui ergo propriam sentit virtutem, vocem hanc gratias referentem emittit. Domine in voluntate tua prę́stitisti decori meo virtutem. Quemadmodũ enim decor atq̃ fortitudo circa contemplationem virtutis, ex virtutibus proueniunt contemplationis: sic contraria vitia citra contemplationem fœditas & debilitas apparent. Quid enim turpius aut intẽpestiuius anima perturbationibus ac vanis adfectibus obnoxia? Vide quęso parũper iratum eiusq̃ rusticitatẽ ac acerbitatẽ. Considera mœstum atq̃ tristem, tum quãta sit in ea humilitas deiectioq̃ animi. Præterea eum qui a libidine aut gula superatur vel terroribus adfligitur, quisnam conspicere pateretur: quum palam sit animi adfectus vsq̃ corporis statum atq̃ adspectum solere immutare. Velut itaq̃ vestigia pulchritudinis animæ in sancti hominis statu apparent, sic contra in reliquis fœditas quædam. Prouidendum itaq̃ nobis omni studio hanc habere pulchritudinem: vt sponsus dei verbũ nos excipiens, dicat. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. ¶ Auertisti autem faciem tuã a me & factus sum conturbatus. Donec enim inquit contemplationis tuę radii mihi fulserunt, in statu firmo atq̃ tranquillo agitaui. Postq̃ vero auertisti faciem tuam a me, in multa perturbatione & tumultu deprensa est anima mea. Auertere enim faciem suam dicitur deus, quãdo temporibus calamitosis æstuantes relinquit animas vt fortitudo certantis cognoscatur. Si aũt pax ea quę superat oẽm sensum custodiat corda nostra, facile perturbationes tumultusq̃ & anxietates possim[9] euitare. Quoniã vero diuinę volũtatis auersio decori opponit: Pulchritudini vero & fortitudini perturbatio: Sane pturbatio, animę turpitudo & debilitas fuerat ex alienatione a deo proueniens: Orandũ igitur vt dei nobis facies continuo fulgeat: vnde in statu simus decenti ac salutari. Pręterea mites & tranquilli ac ad omne officiũ q̃d a nobis exposcitur pparati inueniamur. Paratus sum inq̃t, & non sum turbatus. Ad te domine clamabo & ad deũ meũ precabor. Sępe clamor & clamare ad deum reperitur, q̃ clamare sit eius qui magna & cęlestia desiderat. Si quis aũt parua & humilia a deo petit: parua item & humili vtitur voce, non ad sublime nec ad ipsius dei aures peruenĩẽte. Quæ vtilitas in sanguine meo dũ descẽdo in corruptionẽ? Cur inq̃t clamaui, & quæ te deum meũ rogaui? Quid mihi opus inq̃t carnis oblectatione aut sanguinis multitudine, quũ sim eas amissurus in cõmuni corporis resolutione? sed potius meũ corpus castigo & in seruitutẽ redigo: ne forte ex valetudine nimis pspera, & sanguinis copiosi feruore occasio pc̃cati mihi carne grauato existat. Ne igitur tuũ corpus deliciis tradas, somno, balneis, plumis, ac mollib[9] cubilibus, semp hoc habeas in ore verbũ: Quæ vtilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionẽ? Quid quæso vegetum validumq̃ studes reddere q̃d paulo post est interiturũ? Quid te ipsum saginas & carnibus grauas? An ignoras, quanto pinguius tuũ tibi corpus, tanto grauiorẽ animæ tuæ carcerem constituis? Nũquid confitebitur tibi puluis, aut adnũciabit veritatem tuam? Quomodo terrestris homo ac carneus confitebitur tibi deo? Quo modo item adnunciabit veritatem is qui disciplinis non studeat, & in tanta carnis mole suam ipsius mentem oppressam teneat? Iure itaq̃ meam extenuo carnẽ, nec meo sanguini parco qui in carnẽ coagulari est aptus: vt mihi vel ad cõfessionẽ vel ad veritatis cognitionẽ nõ sit impedimẽto. ¶ Audiuit dominus & misertus est mei. Postq̃ narrauit aliqua q̃ ipse ad dominũ clamauit, statim diuinum sentiens auxilium nos ad petenda similia prouocat.

Decor & fortitudo.

Auersio Dei.

Clamare

Stultũ saginarẽ corpus breuiter interiturum.

Audiuit inquit dominus & misertus est mei. Dominus factus est adiutor meus. Oremus ergo & nos:clamemusq; voce spirituali petẽtes magna:nõ carni sanguiniq; studentes. Qui enim in carne sunt deo placere nõ possunt. Vt & nos exaudiat deus:nostrã debilitatẽ miseratus:vnde nos diuiuo freti auxilio dicamus, Cõuertisti laborẽ meũ in gaudiũ mihi. Non eñ cuilibet animę dei gaudiũ oritur:sed si qs peccatũ suũ vehemẽti lamẽtatione ac singultu plorauerit: veluti si se extinctũ lugeret, qui sane fletus postremo in gaudiũ reuertitur.

Laudabilis luct⁹ ex Deo sumptus Per tibias in euãgelio p̃phetas significari

Q; aũt sit laudabilis quidã luctus ostendũt pueri, vt ait Euangeliũ, in foro sedẽtes atq; dicẽtes. Lamentari sumus vobis, & nõ plorastis. Cantauimus, & nõ saltastis. Est enim tibia instrumentũ musicũ flatu ad melodiã reddendã vtens:ex quo satis existimo oẽm sanctũ Prophetã Tibiam voluisse nominare ob motũ a sancto prouenientẽ spiritu. Ideo dicit. Inflauimus tibiam, & nõ saltastis. Prophetici enim sermones nos ad actionẽ sanctę prophetię congruam cõuertũt:quę hic dicitur saltatio. Sed & lamẽtantur nobis Prophetæ ad luctũ nos prouocantes, vt simul in degustationẽ & memoriã peccatorũ nostrorũ ex propheticis sermonibus venientes, nostrũ lugeamus exitiũ:laboribus multis & exercitationib⁹ nostrã carnẽ adfligendo. Tali nẽpe homini luctuosa vestis conscinditur: quã flens peccatũ suũ sumpserat:tandẽq; salutis ac lętitię vestem recuperauit. Hæc enim sunt illa splendida & nuptialia indumenta:quibus si quis fuerit ornatus a sponso non eiicietur. Scidisti saccum meum ac circũdedisti me lętitia. Saccus ad pœnitẽtiam facit, quũ sit humilitatis signum. Olim nãq; patres in sacco & cinere sedentes pœnitentiam egerunt. Quoniã Apostolus reuelata facie in eandem imaginem transformatur a gloria in gloriam ob datam ei a Domino gratiam. Propriã enim dicit gloriã. Vt cantet tibi gloria mea. Gloria iusti, ipsius est spiritus. Quicũ q; spiritu psallit, dicat, Vt cantet tibi gloria mea & non cõpũgar. Nõ amplius inqt faciam digna compũctione, cordisve contritione ob dimissi peccati memoriã. Domine Deus meus in æternũ confitebor tibi, hoc est gratias agam: quoniã quidẽ ex pœnitentia mihi veniam dedisti & ad gloriam me reduxisti:a me verecũdiam ac probrũ ex peccatis auferas. Ideo in perpetuum confitebor tibi. Qd enim temporis interuallum esse poterit, quo me taliũ bene factorum tuorum obliuio capiat?

¶IN PSALMVM. XXXII. EXVLTATE IVSTI IN DOMINO.

Exultatio.



XVLTATE iusti in Domino:rectos decet collaudatio. Consueta quidem ac familiaris est sacris voluminibus exultationis vox:clarissimum quẽdam ac iocundum in rectis animabus statum ostendens. Exultate itaq; iusti in domino. Non autem quando rem prosperam domi habetis:non item quando corpori bene fuerit: non postremo quum ager fluctibus omnigenis refertus erit:Sed q; dominũ habetis, talem habentem pulchritudinem, talem bonitatem, talem deniq; sapientiam. Sit vobis in eo lętitia. Satis videtur nãq; Propheta hic ob aliquam rem gratam adsecutam, in domino exultare. Ideo iustos adhortatur talem sentire dignitatem: vt videlicet tali sint domino serui dignati. Quamobrem ad ei cum gaudio seruiendum te inuitat: vt si quando tuo cordi quasi lux quædam multam de se Deus cogitationem atq; intelligentiam peperit: tuamq; mirum in modum inlustrauit animam, in eius amorem magnopere venias:res vero corporis vt vilia despicias. Ex qua sane breui & obscura lætitiæ forma, omnem iustorum statum facile nosse poteris, æque semper & sine labore in huiuscemodi gaudiis diuinitus versari. Tibi autem diuina dispensatione quãdoq; nec admodum sępe talia contingunt: vt per breuem degustationem in eorum venias memoriã, quę in futuro seculo fueris cõsecuturus. Iusto aũt q; in ipso insideat inhabitetq; spiritus, adfatim est diuina cęlestisq; lętitia. Nã inter præcipuos spiritus fructus:charitas, gaudiũ, pax, numerãtur. Exultate igitur iusti in domino. Locus inquit iustorum capax est Dominus:in quo qui existit, necesse est vt lętetur, & gaudeat. Omnis nãq; iustus sese locũ Deo suscipiẽdo præparat:sicut peccator diabolo:qui illud monentis minime audit. Nolite locum dare diabolo. Itẽq; Ecclesiastici. Si spiritus potestatem habentis in te adscendat, ne locũ tuũ dimiseris. In ipso itaq; Domino existentes quoad liceat & possimus ipsius mirabilia speculemur. Sic demũ ex eorum comparatione lætitiam nostris cordibus comparemus.

Rectos decet col.

Rectos decet collaudatio. Quemadmodum enim pedi obtorto atq; obliquo calceus non ad modũ probe aptatur:sic obtortis cordibus diuina laus minime cõuenit. Quamobrẽ existimo dæmonũ oribus vt de Seruatore indigne loquentibus ad eum manifestandũ ablatam

fuisse potestatem. Et Pythonem increpat Paulus, vt ab impuro sanctus nō commendet. Tale quid & peccatori dicit Deus. Quare tu enarras iustitias meas? Conemur igitur fratres omni studio opus omne obliquum ac minime rectum vitare: mentemq; nostram vt rectam regulam & animæ iudicii naturale omnino sequi: vt nobis existentibus rectis Dei laus maxime cōueniat. Quemadmodū enim serpens peccatum nos docens obliquus dicitur, & in serpentem draconem Dei ensis inducitur, q̄ multas spiras ac inuolucra in itinere facit. Serpentis namq; tractus inæqualiter humum serpit: prioribus partibus aliter ac illis quæ sequūtur motis. Et rursus, postremis aduersus priores procedere conantibus. Ex quo qui diabolū serpētemq; imitat, obliquam & contrarietate refertam prę se fert vitam. Qui vero dei vestigia sequitur, rectas semitas, recta item pedum vestigia faciet: quoniam rectus Dominus De⁹ noster & iustitias nouit vultus eius. Si enim duæ regulæ iuxta inter se ponantur, ambarū inuicem rectitudo conuenit. Si vero obtortum iuxta regulam rectam ponatur lignum, incongruum & procul a proportiōe obliquum recto reperietur. Quoniam itaq; recta est dei laus recto opus corde, vt ei laus congruat atq; conueniat. Si enim nullus Dominū Iesum nisi in spiritu sancto dicere valet: quomodo laudem referes, spiritum in tuis visceribus rectū renouatumq; non habens? ¶Cōfitemini Domino in cithara in psalterio decem chordarum psallite illi. In cithara namq; confiteri Dominum oportet, hoc est actiones per corpus congrue reddere. Quoniam autem in corpore peccauimus & mēbra nostra serua peccati ad iniquitatem prębuimus: Corpore item confitebimur eodem in peccati dissolutionem vtentes organo. Maledixisti? benedicas. Male per cupiditatem accepisti? redde. In ebrietatem incidisti? ieiuna. Adroganter & superbe egisti? te submississime gere. Inuidisti? adhortare, consolare. Occidisti? te martyrem p Christo prębe: vel ęque martyrio per tuam confessionem propriū corpus castiga: Tunc demum post confessionem in decachordo psalterio Deo psallere te dignū reddes. Prius itaq; per corporis actus congruos officium pręstare oportet: vt decēter ac cōgrue diuinę adsistamus laudi: sic tandem ad intelligibilium contemplationem ascēdere. Psallere namq; mens dicitur, quando per huius organi pręparationem & quasi sonantem potētiam res quęrit cælestes. Opera igitur corporis vt ex rebus terrenis Deo confitent. Per mētem vero ex rebus diuinis oblata mysteria vim atq; effectum quasi per spiritum insonātem consequūtur. Qui enim ęque omnia mandata veluti symphoniam harmoniamq; ac concentum quēdam peregerit: is demum in decachordo psalterio Deo psallit. Decachordum aūt appellat q̄ Decem mandata generatim in prima legis promulgatione fuerint conscripta. ¶Cantate ei canticum nouum, hoc est non in legis ac scripturę vetustate: sed in nouatione spiritus Deum adorate. Qui enim Legis nō historicum: nec sane ad corpus pertinētem, sed eius spiritualem accipit sensum: hic canticum nouum cantat: quoniam inueteratum exoletumq; iam illud testamēti pertransiit. Renouatum vero ac reformatum doctrinę Dei canticum nos excepit: quæ nostram vt aquilę iuuentutem renouat. Quoniam q̄uis exteriorē corrumpamus hominem, interiorem tamen de die in diem (vt ait Paulus) renouamus. Ex quo ad ea quę prius erant facta iam tibi iunior canticum nouum Deo cātas: vel forte nouū, mirandum & pręter antiquam consuetudinem institutum: vel nuper ac recenter in lucem veniens dicit. Si enim admirabilem & omnem excedentem naturam, Incarnationē domini narraueris: Si regenerationem quoq; ac renouationem vniuersi orbis ex peccato inueterato: postremo resurrectionis mysteria mūdo nūciabis: tunc demū recens ac nouū canticū cātabis. Bene psallite ei in vociferatione. Audite mandatum. Bene psallite, hoc est mente minime vagabunda & alias res agente, sed adfectu syncero & animo attento in vociferatione psallite. Quemadmodū boni quidem milites triumphum de inimicis habitum: illi qui victorię causa fuit, referre cōsueuerunt. Item vos referte: atq; illum laudate. Confidite & lętamini inqt, ego vici mundum. Quisnam hominum aduersus diabolum bellum gerere idoneus, nisi ad Ducis exercitus auxilium confugiat? Inde itaq; ob fidem in eum nostram, hostē facile iaculabuntur. Bene psallite in vociferatione. Est enim vociferatio in hoc loco fremitus & vox q̄dam cum clamore confusa sine modo & numero: alioqui concors ac congruens iis qui in bello simul conclamant. In vna igitur voce & vna charitatis cōspiratione psallite. Quid demum oportet psallentes dicere? Quia rectum est verbum Dñi. Hac de cā prius rectos corde ad laudem euocat: quoniam hoc quod est laudandum Dei verbum in principio erat apud Deum existens deus. Rectus itaq; pater: rectus filius: & rectus spiritus sanct⁹. Et omnia opē

Cōfiteri Domino in cithara.

Psallere.

Decachordū.

Cantare cant. no.

Vociferatio.

Opa oia ra eius in fide.

Quid est quod dicit? Opus cælum, opus terra, opus mare & aer: Deniq; aīa- ta & inanimata: Rationis participia & expertia omnia. Quomodo autem in fide oīa? Quę nam inanimatis fides? quę itē brutis, lepori, cani? Nec inanimatum neq; brutum aliquid in fide. Hic autem nihil excipit, omnia comprendit. Cuncta inquit opera eius in fide. Sed audi quid sibi velit. Si cælum inquit videris: ipsiusq; ordinē consideraueris, fidei tibi dux est. Per id namq; artifex tibi ostēditur. Si terræ ornatus, rursus per hos tibi conditoris augescit fi- des. Nec tm̄ per ea quę corporis videntur oculis eum credimus: sed per ea quę mentis viri- bus intuemur inuisibilem conspicimus. Omnia ergo opera eius in fide: & si lapidem dixeris quādam habet in eo qui credidit virtutis demonstrationem: & si formicam: & si culicem: & si apem dixeris. Sępe namq; in minimis conditoris sapientia solet apparere. Nam qui cælum & immensa pelagi spatia diffundit, is est qui tenuissimum apis cuspidem veluti fistulā quā- dam attenuat: vnde ictus modo veneni effunditur. Oīa igitur opera eius in fide. Nihil ti- bi omnino sit infidelitatis occasio, nulla dubitatio, mentisq; vanitas exurgat. Caue dicas, vt

Fortui- tū nihil.

forte venit hoc: ita factum est: vt casu hoc cōtigit. Nihil enim inordinatum, nihil omnino temere factū scias: nihil in rebus vt accidit sic editum. Nec malum vllum euentum, aut ma-

Hora nulla ma la.

lam dixeris horam. Hę namq; ineruditorum ac disciplinam Christianam ignorantium vo- ces. Nonne duo passeres asse væneunt, & vnus ex eis absq; Dei voluntate non cadet. Quot capilli capitis? & vnus ex eis nō est apud Deum obliuioni. Vides igitur diuinum oculū vel

Miseri- cordia & iudiciū.

minimorum cōsideratione, minime falli. ¶Diligit misericordiam & iudicium. Misericordia Domini plena est terra. Si per se iudiciū Dei satis esset: ac abrupte ex meritis nostris nobis- cum ageret: quæ nobis spes reliqua esset? quis ex omnibus saluus fieret? Nūc autem diligit misericordiam & iudicium velut assistentem ei misericordiā faciēs, & in regio iudicii thro no prodeuntem. Sic quemlibet in iudicium adducit. Si iniqtates obseruaueris Domine: Do- mine quis sustinebit? Neq; enim misericordia sine iudicio, neq; iudicium sine misericordia. Ante iudicium misericordiam diligit: & post eam ad iudicium venit. Hęc enim inter se con- iuncta sunt, ne misericordia sola securitatem nimiam ac negligentiam pariat: neu iudicium in desperationem deducat. Vult tui misereri, modo post admissa humilem te factum & pœ- nitentem & lugentem inueniat. Insuper si occulta te facta vulgantem: ac demum fratres vt pro te Deum orent tuiq; curam suscipiant precantem viderit: procul dubio te in gratiā re- stituet, & auxilio suo dignum iudicabit. Si rursus cor tuum impœnitens superbumq; ac fu- turum seculum contemnens, nullumq; iudicii timorem conspexerit: tunc deniq; in te iudi- cium diligit. Quemadmodum em̄ medicus cōcinne ac leniter prius purgatoriis & periplas- matis mollis tumores ac tubera exsiccare contendit: vbi autem plagam duriorem ac resistē- tem viderit, reiecta misericordia & cura molliore: tabidum ac noxium ferro abscindit. Dili-

Miseri- cordia i pōdere.

git igitur misericordiam in iis quos preteritorum pœnitet. Diligit itē iudicium in iis qui duro sunt corde. Tale est quod etiam Esaias dicit. Misericordia tua in pōdere. Nam ille mi- sericordiam cum iudicio constituit pondere, numero, & mensura cuiuslibet merita expen-

Tempus miseren- di.

dens. Misericordia Domini plena est terra. In hoc enim loco misericordia a iudicio disiūgi- tur. Nam terram tm̄ Dei misericordia refertam dicit, iudicio in tempus defunctorum adhī- bito. Hic profecto misericordia sine iudicio est, q: non venit vt mundum iudicet, sed vt ser- uet. Quoniam nequit homo mundo corde ac liber omnino a peccato reperiri, etiam si vnius diei tempore supra terram vixerit. Quamobrem quo magis vitiū cotidie videris admissum & fragile genus hominum mille mortibus dignum: eo magis bonitatis eius & tolerātiæ & lōganimitatis diuitias admiraberis. Nos igitur dum in hac vita sum⁹ Dei misericordia q̄q̄ indigni vtimur. Qui autem sunt in cælo eius beatitudine fruuntur. Vel forte nos terrā ap pellat ob admissum peccatum, q: illud audimus a Domino: Terra es & in terrā reuerteris. In peccatis itaq; & humo sepultos nos ad vitā q̄ est in Christo, reuocauit misericors De⁹.

Verbo do. cel. fir.

Verbo Domini cæli firmati sunt & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Non em̄ hic ver- bum simplex aut communis ipsa locutio ex nominibus & dictionibus consistens existiman- da. Neq; item spiritus est vapor in aera diffusus, sed verbum in principio consistens apud Deum: & spiritus sanctus: qui hanc proprie sortitus est appellationem. Vt igitur conditor

Spiritus oris dei, deus.

verbum cælum firmauit: sic spiritus Dei qui ex patre procedit, vt non creatum aliqd existi- mes, sed ex creatore spiritu ex ore Dei procedente virtus omnis firmata: hoc est firmū & so- lidum in sanctitate & omni virtute quę sacras deceat potestates ex spiritu auxilium habet.

Hic em̄ ſpiritus oris eius ſcribitur:inueniemus autem alibi verbum oris eius dictum,vt in-
telligatur Seruator noſter & ſpiritus ſanctus ex patre ꝓcedere.Quoniam igitur verbū qui-
dem domini Chriſtus & ſpiritus oris eius ſpiritus ſanctus eſt: vterq; cælum ac terrā & oīa
quę in eis cōtinentur creauit.Hac igitur de cauſa verbo domini cæli firmati ſunt, & ſpiri-
tu oris eius omnis virt⁹ eorum.Nihil em̄ ſanctum citra ſpiritus pręſentiam. Angelos nāq;
ab initio verbum cōdidit.Sanctos vero ſpiritus reddidit.Non em̄ parui ab initio creati de
inde paulatim exercitati atq; perfecti :ſic ſpiritus ſuſceptione digni ſunt habiti : ſed in pri-
ma ſubſtātię ſuę conſtitutione ſtatim conſpirantem habuere ſanctitatem. ¶Congregans ſi-
cut vtrem aquas maris,ponēs in theſauris abyſſos.Non dixit congregans ſicut in vtre,ſed
ſicut vtrem.Noſce parumper vtris naturam. Nunc quidem inflatum quando in reſūpto
ſpiritu pellis turgeſcit:nūc vero contractum quando incluſus ſubterfugit ſpiritus.Sic item
mare quandoq; feruet & ſpiritibus inſurgit agitatum atq; tumens:quandoq; vero dum eſt
tranquillum,in quietem & humilitatem ſe contrahit . Quemadmodum igitur vtrem tra-
hit,ſic aquas maris humiles reddit dominus.Reperitur & in vtre.Quo ferme modo ad an-
tiquam nos remittit hiſtoriam.Quando mare rubrum nullo ipſum diducente: aut retinen
te per ſeſe conſtitit,& vt in vtre quodam diuino iuſſu ligatum,fluere ac diffundi ex natura
ſua nō potuit.Ponens inquit in theſauris abyſſos.Communi ſententię congruere magis vi
debatur ſi dixiſſet:ponens in abyſſis theſauros:hoc eſt in myſterio ſuas diuitias continens.
Nunc autem ſicuti quędam precioſa digna diuinis theſauris abyſſos dicit eſſe. Quādoq; ve
ro ſermones de diuino iudicio ac dei prouidentia incomprenſibiles humanis mentib⁹,abyſ
ſi vocant:vt Pſalmus teſtatur.Iudicia Dei abyſſus multa.Si igitur quęris cur peccatoris vi
ta prorogatur?Cur puer rebus humanis vtilis ante diem rapitur?Cur homo mortalis:cur
ſeruus,cur liber,hic diues,ille pauper. Vnde iniuſtus felix:Iuſtus ęrumnis ꝓmitur? Deinde
cur aut quomodo ſit in peccatis differentia:vt fœmina in ſtupro educata p vim quodāmo-
do in peccato retinetur.Secus autem quæ ab initio heram ſit nacta bonam & in virginitate
nutritam?cur hęc diuinitus beneficium inuenerit:illa vero condemnetur? & quę ſit in quo
libet horum a iuſto iudice ſententia?Hęc ſane omnia in mente voluens ac cogitans temini
ſcere quemadmodum iudicia Dei abyſſus multa,& in diuinis ſunt abſcōdita theſauris nec
quibuſuis facile comprenſibilia.Et credenti quidem ex Deo promiſſio eſt.Dabo tibi theſau
ros abſconditos & inuiſibiles.Vbi vero dignati erimus facie ad faciem videre,tunc in the-
ſauris abyſſos dei contemplabimur.De vtribus vero vt ea quæ in ſacris voluminibus dicū
tur adducam:Vtres noui in Euangelio nominant̄,qui de die in diem vitæ genus ac ſpiritū
renouant ac perficiūt.Qui vero veterem hominem non depoſuerunt:vinum nouum com-
mode capere nequeuntes,vtres ſunt veteres.Neq; em̄ nouum vinum in vtres mittimus ve
teres:ne vinum effundatur & illi pereant,nulla venia digni ſi bonum ac nouum effundant
merū.Igitur in vtres nouos vinum mittendum.Nouum quoq; & ſpirituale vinum & ſan-
cto feruens ſpiritu,id eſt animū ſyncerum ac veritati & pręceptis Dei noui auſcultās ī no-
uum mittendum hominem:qui quoniam Domini noſtri Ieſu Chriſti ſtigmata in corpore
fert ſuo,iure nouus dicitur vter. Timeat eum omnis terra. Ab eo autem commoueant̄ oēs
inhabitantes orbē.Poſtq̄ timor domini initium eſt ſapientię,qui terrena ſapiunt per timorē
erudiantur. Timor em̄ vt pędagogus & iſagogicus quidam ad pietatem ſumitur.Charitas
vero a timore inſtructiuo exercitatos ſuſcipiēs ꝑficere ſolet. Terrę igit̄ vniuerſę id eſt terre
nis viris timorem præcipit hic ſermo.Commoueantur autē inquit,ab eo omnes inhabitan
tes orbem.Hoc eſt omnis motus ſiue ex mēte ſiue ex corpote actum perficiēs diuinę volūta
ti obtemperet:Si em̄ ab ipſo cōmouebunt̄:videlicet ſi nec oculus nec manus ꝑter dei volun
tatē ac mādatū moueantur.Neq; item cor ea q̄ deo diſplicent excogitet : & demum a nulla
alia cauſa ꝑterq̄ Dei timore moueantur.Quoniam ipſe dixit & facta ſunt:ipſe mandauit &
creata ſunt.Nam quando ex terrea materia & anima corpori inhabitante cōpoſitus eſt ho
mo:Terra quidem iure dicitur ex terra conditus.Inhabitans autem orbē animā vocabit̄ di
uerſoriū & habitationem in corpore ſortita.Vtrūq; vero pulcherrime attingit per hęc quę
ſequunt̄ verba.Quoniam ipſe dixit & facta ſunt:ipſe mandauit & creata ſunt.Quo ad Dei
imaginē nobis creatā ait,creata ſunt.Quoniam in ſacris voluminibus creatio in potiorē ſo
let accipi partē:vt eſt illud.Si qs in Chriſto noua creatura.Item illud: Vt duo crearet ī vnū
nouum hominem.Quamobrem quum ait,facta ſunt in primi hoīs ſubſtantia generatio di-

Congregans ſicut vtrē aquas maris.

Abyſſi.

Iudicia dei, abyſſus multa.

Vtres noui.

Timor domini.

Differentia inter creare & facere.

cit.Creata sunt aũt in secũda p gratiã,regeneratio.Quãtũ itaq; Dei mãdatũ a simplici differt verbo,tãtũ creatio a generatio distat.Dñs dissipat consiliũ gentiũ: reprobat aũt consilia populorum.Expositio est hæc pcedẽtis.Cur Deus in eũ credentes creauit?quia populorum stulta dissipat cõsilia,q̃ per idololatriã & vniuersam vanitatẽ habuerũt.Et reprobat cõsilia principũ.Possunt & ad dominicę crucis referri tẽpus:quãdo illi quidem regem gloriæ supplicio adfecerũt.Per crucis nãq; mysteriũ humanitas renouata.In resurrectiõe quoq; cõsilium gentium dissipatum,& Pilati & militum & reliquorum:qui se illa cæde cõtaminaue re.Improbata sunt autem consilia principum:Pontificum videlicet & scribarum & regũ po puli.Resurrectio nãq; omnem eorum cogitationem dissoluit.Si enim singulas scripturæ hi storias percurras:quæ Deus aduersus impias & infideles nationes excitauit,facile inuenies secundum corporis sensum:quod est dictum,multam habere vim.Quãdo ẽm Ioram filius Achab regnauit apud Israel:tunc rex Syrię Samariã obsedit,ad eamq; compulit famem:vt asini caput octoginta,& quartum sextarii fimi columbini qnq; argenti drachmis emerentur.Sic itaq; dominus nouit gentium consilia dissipare.Q₂ autem improbat consilia princi pum,in historia Achitophel didicimus quando Dauid Dominũ orauit dicens.Dissipa domine consilium Achitophel.Quando itaq; aliquem adrogantius magna minantem audiue ris,ac plagas,mortes,incommoda,tibi intentantem,respice continuo in dominum dissipãtem consilia gentiũ & populorum cogitationes improbantem.Consilium Domini in ęternum permanet:cogitationes cordis eius in generatione & generationem.Nonne vides gen tium dogmata,vanã hanc philosophiam,sophismata,dissertationes,oĩa dissipata & inuti lia iudicata:solamq; nunc Euangelii veritatem regnantem?Multa namq; in hominum cordibus consilia:sed Domini consilium præualet:stabili firmoq; Dei consilio stabile firmumq; cor parare oportet:qđ nullo modo licebit,nisi prius humanas ac prauas animi cogitatiões a nobis abiecerimus.Quuemadmodũ ẽm q in cæra fingunt aut scribunt aliqd,eã prius digerũt atq; cõplanãt:deinde formas quas cupiũt imprimere studẽt: sic item cor nostrum qđ diuina sit suscepturum eloquia,planum rectumq; ac liberum a prauis cupiditatibus reddere oportebit.Cogitationes cordis eius in generatione & generatione. Duo testamenta p totidem cogitationes ac generationes velle videtur significare. Prima namq; cogitatione primum accepimus.Altera vero salutarem Christi doctrinã præbuit.Beata gens cuius est dominus Deus eius,populus quem elegit in hæreditatem sibi.Nemo ẽm beatum facit Iudæorum populum:sed eum populum qui ex omnibus melior electus.Nos autem sumus gẽs cuius est dominus Deus noster.Nos item populus quem elegit in hæreditatem sibi.Gens quidem quia ex multis congregata est nationibꝰ:populus vero quia contrario expulso populo fit vocatꝰ.& quoniam multi vocati pauci vero electi,beatum facie nõ vocatum, sed electũ. Beatus igitur quem elegit.Quæ autem beatitudinis causa?An expectatio bonorum ęternorum hæreditas?An secũdũ Apostolum postq̃ plenitudo gentium ingredietur: tunc omnis Israel seruabitur.Primum multitudinem gẽtium beatam facit. Deinde omnem simul Israel seruat.Igitur non omnis,sed solummodo qui ad gratiam fuerit electus seruabitur: Ideo dicit,Populus quem elegit in hęreditatem sibi.¶De cælo prospexit dominꝰ de præparato habitaculo suo.Eos enim qui in propria manent animæ dignitate & naturæ vim adferunt,cęlitus hoc est superne aspicit Deus.Eos vero qui vitiis omnino subiciunt non e cælo,sed descendendo videt.Clamor inquit Sodomorum & Gomorrę ad me venit,& peccata eorũ magna.Descendam & videbo.& rursus.Descendi videre ciuitatem quã ædificauerunt filii hominum.Hic autem ait:De cęlo prospexit dominus:vidit omnes filios hominum.Considera excelsam eius speculam e cælo vsq; homines intuentẽ.Vbicunq; fueris: quodcunq; gesseris dei oculum prospicientem habebis.Ex pręparato habitaculo suo.Paratum est continuo ad spectandum Dei habitaculum:omnis aspicit filios hominum:nullus latitare potest:nihil ei impedimento,quin videat vniuersa:non tenebrę,non parietes.Tantumq; abest vt vnũquem q; nõ videat,vt etiam corda quæ ipse finxit,diligentius contempletur.Ipsum namq; cor purum,rectum,simplex,nullo commixtum malo:ad imaginẽ suam ab initio creauit deus: postremo idem carnis cõtaminatione variis ac diuersis obnoxium adfectibus nosipsi constitui mus.Quoniam igitur cordium est cõditor Deus,propterea omnia nostra opera intelligit. Opera quidẽ dicimꝰ etiam & verba & cogitatiões,& demum vniuersam hominis vitã:quali adfectu,quo proposito, qua mente mouemur: an hominibus magisq̃ Dei mandata pla-


Sub Iorã filio Achab fames in gẽs ĩ Samaria.

Prospicere dei & descẽdere de cęlo.

cere studeamus,solus videt & intelligit.Non seruatur homo per multam virtutem.Nō exercitus militaris:non ciuitatum mœnia:non peditū phalanx:non equestris turma:nō nauaIis muniminis præparatio regi salutem parit.Domin⁹ em̄ reges facit & euertit, & nulla est potestas nisi a Deo constituta.Seruatur ergo rex non per multam virtutem,sed per diuinā gratiā,vt ex his verbis fit ille apostolicus sermo:Gratia estis seruati.Sicut nec villicus tantū ob diligentiā agriculturę,quantum ob augentem terrę fructus Deum excelsum adsequitur.Neq; item qui plantat est aliquid:neu qui irrigat,sed deus q incrementum p̄stat. Si ergo cor regis in manu domini:non ob militarem potentiam:sed ob diuinum præsidium cōseruabitur.In manu autem domini non quilibet,sed qui regis appellatione dignus fuerit. Quidam regnum dixere legitimam esse præfecturam:vel in omnibus imperium peccato minime obnoxium.Nam qui sui cōpos imperiosusq; est,recte vocari rex poterit.Et gigas non seruabitur in multitudine virtutis suę.Gigantem dicit eum qui viribus ac robore corporibus pręstātibus vtitur.Neq; igitur rex ex armis auxilium ad salutem habet:Neq; item fortis sibi ad omnia sufficere idoneus est.Infirma profecto & inualida sunt cūcta humana:vni Dei potentię comparata.Quocirca mūdi infirma elegit Deus vt fortia cōfundat: & ex ore paruulorum & lactentium laudem perfecit,vt inimicū & vltorem destruat.Dei nāq; gratia maxime in pueris & sensu nō adhuc vtentibus effunditur.¶Fallax equus ad salutem:i mul titudine autem virtutis suæ non seruabitur.Eiicitur ab vsu sanctorum equus. Ex quo nec in bellis Israel vnq̄ fertur equestrem habuisse exercitum. Nec sanctorum aliquis priuatim equo vti pulchrum existimauit.Pharao equestri vsus exercitu & Sēnacharim sup̄bus equo tum multitudine narratur.Quāobrem Pharaonis equū & ascensorē Deus deiecit in mare, & Sennacharim omnes equorum assessores sunt interfecti.Vnde lex p Mosen regibus mandat:Non sibi inquit,equorum multitudinem comparēt:In multitudine virtutis suę,nō seruabitur.Quādo em̄ infirmor ait Paulus,tunc fortior sum.Virium namq; corporis munitio:saluti sp̄us est impedimento.Ecce oculi Dn̄i,sup metuētes eum.Et alibi dicit:Oculi dn̄i sup iustos,hic vero:sup metuentes eū.Qn̄ nos dn̄m respicim⁹ & ipsi⁹ maiestati oculi nostri sunt intenti,tūc vere illud dicim⁹.Vt oculi seruorum in manibus dn̄orum suorū: sic oculi nostri ad dominum nostrum.Tunc videlicet ad nostri curam & considerationem oculū domini trahim⁹.¶Et in iis q sperant in misericordia ei⁹.Humilitatē describit.Quō inqt aliqs in ei⁹ misericordia sperat?Is videlicet qui nō propriis virtutibus:aut p̄prię fortitudini confidit:neq; itē ex p̄pria iustitia seruari existimat:sed tm̄ i ei⁹ misericordia spem collocās, illd̄ p̄pheticū tenuerit.Ecce dominus & merces eius parata reddere cuiq; secūdum opera eius. Nequis itaq; ob labores oı̄no mergat aut ob iustitiam se pręcipitet sed ad sperādam dei misericordiam,prompto sit animo:existimetq; ob modici,breuisq; laboris tolerātiam p gratiā Dei & Seruatoris nostri a morte perpetua liberari,& in fame nutriri.¶Anima nostra sustinet dominū,quia adiutor & p̄tector noster est. Exhortationem habet ad patientiā hic sermo:vt si quando contingat nos ob ea quæ præter votum eueniūt turbari,a Dei & dn̄i nostri Iesu Christi charitate minime discedamus:sed totis viribus animaq; tota spe diuini auxilii,rebus in aduersis duremus. Quoniā in ipso lętabit cor nostrum & in noı̄e sancto eius sperauimus.Hoc sane conuenire videtur cū iis quę in Psalmi principio dicit. Exultate iusti in domino.Item.In domino lętabitur anima mea.Huic etiam illud Apostolicū quadrare videtur.In his omnibus superuicimus per eum qui nos diligit.Item illud.Nō solū autē sed & gloriamur in tribulationibus.Dicens enim hic psalmista.Anima nostra sustinet dn̄m: Non violenter neq; coactus,vt in tribulationib⁹ pressus patientiā ostēdit:sed cū gaudio ærūnas & incōmoda pro nomine domini nostri Iesu Christi suscipit.Nō solū inqt sustinem⁹, sed i ipso lętabit cor nostrum:& in noı̄e sancto eius sperauimus.Mihi tm̄ satis est Christianū nomen,vt inimicorum periculū effugiam Dei sanctū dicit esse nomen, nō qd̄ in syllabis tm̄ vim habeat sanctitatis,sed q͞ omnis Dei p̄prietas & cogitatio cōtēplationū de ipso excellēti modo quodā sancta venerabilis & pura est.¶Fiat dn̄e misericordia tua super nos,quemadmodum sperauimus in te.Vides quomodo scite ac prudenter orat:proprium adfectū mensurā facit promptitudinis miserationū dei.Tantum inqt fiat misericordia tua sup nos: quātum spes fiduciaq; te nostra pręueniendo poposcit.Omnis enim spes nostra in requiem tuam cōuertitur:vt corpori humilitatis nostræ reformato,noscamus hoc ipsum conforme factum corpori claritatis Christi:cui gloria & imperium in æterna secula Amen.

Regnū. Rex. Q; equ⁹ sc̄tis non fuit in vsu. Hūilitas

¶IN PSALMVM.XXXIII.PSALMVS DAVID QVANDO MVTAVIT OS CO-
ram Abimelech & propterea dimissus abiit:benedicam dominum in omni tempore.



SALMI huius enarratio ad duo subiecta nos trahit.Inscriptio siqdē ꝑtim
a Dauid apud Nobe ciuitatē sacerdotū,ꝑtim vero apd Geth ab Achis re-
ge alienigenarū gesta videt̄ habere.Fugiēs em̄ Saulē Dauid ac eius se mā-

Achimelech sacerdos.

dato simulans obtemꝑare,ad Nobe vrbem ad Achimelech sacerdotē ve-
nit:vbi fame cogente panes ꝓpositionis:insuꝑ ad se tuendum gladiū Go
liat accepit: profectusq̃ inde in Geth vrbē:vbi Anchus siue Achis regna-
bat,in seruos eius incidit:qui inter se dixere.Nonne hic Dauid rex terræ: nonne huic cāta
bāt per choros dicentes:Saul ꝑcussit mille & Dauid decem milia?Timuit aūt Dauid,muta
uitq̃ os suū.Cur autem titulus Abimelech nominat:cum historia Anchus regem Getheo
rum dicat:talē nos causam varietatis comꝑimus.Reges alienigenarū omnes cōmuni no-

Abimelech reges alienigenarꝫ vocati.

mine Abimelech vocabant̄:propriū vero quilibet habebat sicuti apud Romanos Cęsares &
Augustos dici palā est:alia vero aliis noīa.Et apd̄ Aegyptios Pharaones. Nā & Ioseph sub
Pharaone fuit: & post quartā gn̄ationē tp̄e Mosis item Pharao & regnante Salomone aliꝰ.
Accepit inqt filiā eius Pharao,& Hieremię tp̄e fiiī alius:sic & Abimelech tp̄ibus Abraā le-
git̄ fuisse:rursus tp̄e Isaac & nūc demū sub Dauid Abimelech memoratur,commune regnī
nomen.Anchus vero siue Achis a genesi nomen inditum. Corā igitur Dauid suum muta-

Achis Getheorū rex.

uit os.Delatꝰ est em̄ in manibꝰ seruorꝫ strepens labansq̃ ad ciuitatis portas.Defluebant in-
quit saliuæ eiꝰ in barbā:& ait Achis ad seruos.Vidistis hoīem insanum? Quare adduxistis
eū ad me?An desint nobis furiosi?Dimittite illū.Abiit ergo Dauid inde,& fugit in speluncā
Adollā.Magnū itaq̃ periculū euadēs Dauid, Deo vt sui seruatori grās agit in hoc psalmo
dicēs.¶BENEDICAM dn̄m in omni tp̄e.Fugiens ex morte sibi veluti terminos vitæ ꝓscri
bit,suāq̃ ipsiꝰ aīam ad ꝑpetuā diligētiā seruādā auctorat:vt nullū ei tp̄s ꝓtereat:qn deū lau
det ac magnarū paruarūq̃ rerū initia causasq̃ in eū referat.Nō existimabo inqt ex mea fie-
ri diligētia nec casu id cōtingere:Sed in oī tp̄e benedicā dn̄m:nō solū in rebꝰ vitæ sc̄dis,sed
etiā aduersis.Hinc edoctus Paulus ait.Gaudete,sine intermissione orate.In oībus grās agi-
te.Vides nequāta viri charitas?Nō grauabat̄ ob malorꝫ seriē ac multitudinē: ꝙ imprimis
patrē olim & amicos & ꝓpinquos & possessiones reliqrit:sed & inimicis traditꝰ, & iāiā dis-
cerpendus nō dixit.Vsquequo hęc mala?nō ob instātē laborē est territꝰ,ꝓbe noscēs ꝙ tribu
latio patientiā operat̄:patiētia ꝓbationē:ꝓbatio spem.Ei nāq̃ qui probe institutus est, ac se

Bn̄dicendū in aduersis.

mel ad res ęquo aīo pferendas sese parauit:labores veluti cibi sunt qdā exercitatorii ac gy-
mnasia ad gloriam Dei militē ꝓmouēdū. Qn̄ verbis ꝑiti cōtumeliosis,benedicimus:exe-
crationē sustinentes patimur:laborē tolerātes gratias Deo agimus. Turpe em̄ nos in rebus
lętis bn̄dicere:silere aūt in tristioribus:sed & tūc vberius est bn̄dicēdū plane cognoscēdo ꝙ
quem diligit dn̄s castigat:flagello cędit omnem quem in filiū recipit.Semꝑ laus eius in ore
meo.Videtur rem difficilē polliceri Propheta:quō em̄ semꝑ Dei laus in ore nr̄o pōt esse?qn̄
em̄ in vitę factis variis aut sermonibꝰ occupat̄ laudē Dei in ore nō habet: qn̄ item dormię
penitus silet.Bibens quoq̃ aut comedens quō deū laudabit? Ad hęc dicimus,quemadmodū

Os arcanum.

est os qddam mentis intra hoīem qd̄ ex vitę verbo nutritur,pane videlicet q de cælo descē
dit.De hoc itaq̃ ore ꝓpheta loquit̄:Os meū apui & adtraxi spūm. Hoc itē nos dn̄s adhor-
tat̄ dilatatū habere oportere ad copiosā verborꝫ veritatis susceptionē. Dilata inqt os meū
& implebo illud.Pōt etiam cogitatio de deo infixa veluti semel impressa aīę rationalis laus
dei recte appellari semꝑ in aīa existēs.Potest item sc̄dm Apostolicū ꝓceptū studiosus cuncta
facere ad Dei gloriā:ex qua facta dictaq̃ ipsius oīa vim laudis habent. Siue em̄ bibat iustus
siue edat:oīa ī dei gloriā facit.Hoc dormiēte cor vigilat vt est in cāticis.Ego dormio & cor
meū vigilat.Vt em̄ bonorꝫ hoīm bona plęrūq̃ sunt visa:sic reliquorum phantasmata in so-
mniis ebrię cogitationis sunt significationes.¶In dn̄o laudabitur aīa mea.Nullus inqt meā
sciētiā p quā a ꝑiculis sum seruatus laudet.Nō em̄ in virtute:nō in sapiētia hūana,sed ī dei
grā est salus.Nō gloriet̄ inqt diues in facultatibꝰ suis:neq̃ sapiēs in sapiētia sua:neq̃ fortis
in fortitudine sua:sed in hoc gloriet̄ intelligēdo,cognoscēdove dn̄m deū suū. Si qs aūt pul
chritudine corporis vel parētū nobilitate laudat̄,nō in dn̄o laudat̄ eiꝰ aīa:sed in magna cō
stitutus est vanitate.Nō iem̄ artes medicinę verā habent laudem.Gubernatores aut medici
aut oratores aut Architecti ciuitates ędificātes vel Pyramides seu labyrithos vel alios sū-

ptus ędificioꝝ ſupbos faciētes:Qui ī his laudanť nō inquā in dño ſuā hñt aīam.Satis ē no-
bis ad omnem dignitatem & exiſtimationē Chriſtianos eſſe,& talis Domini ſeruos cenſeri.
Nonne ſiquis regis alicuius miniſter erit,gloriabitur in tali ſe ordine cōſtitutū videri?Qui
vero in Dei ſeruorū dignationem venerit aliunde laudem ſibi exquiret? ac ſi ad omnis ex-
cellentiā glorię & nobilitatis hęc appellatio non ſatis eſſet.In dño laudabiť aīa mea:audiāt
manſueti & lętētur.Quoniā ſine bello inqt mea ſalus parta eſt:ex ſola oris mutatione vt di
uino auxilio deceptis inimicis.Audiant māſueti,qm̄ & poſſibile iis qui ſunt quieti tropęū Audiant
excitare:& minime pugnantes imbelles victores declarari. Lætentur itaqꝫ qui meo exemplo māſueti.
manſueti ſunt.Accepi em̄ hāc ex Deo gratiā vt manſuetus exiſtam.Memento Dñe Dauid, Manſue
& omnis manſuetudinis eius.Maxima oīm virtutum manſuetudo.Ideo inter beatitudines tudinis
ponitur.Beati inquit mites,qm̄ ipſi poſſidebūt terrā.Illa em̄ terra cæleſtis Hieruſalem non laus.
eſt bellatorum ſpolium ſed longanimitate & manſuetudine pręditorum hominum ſperata
hęreditas.Idē em̄ poteſt:audiant manſueti & audiant Chriſti diſcipuli.Vult namqꝫ Dei rē
mirā ob beneficiū in eū collatū vſqꝫ ad nos & tpa nr̄a penetrare.Audiāt inqt ventura ſecu-
la & Chriſti diſcipuli futuri.Hos nāqꝫ manſuetos nōiauit quibus dñs ait.Diſcite a me quia
mitis ſum & humilis corde.Qui em̄ mēte qeti ſunt ab oī animi vitio liberi:vt nullā in ſuis
cordib⁹ perturbationem habeant:hi deniqꝫ mites appellantur.Ideo Moſem ſacrū eloquium
præter omneis homines ſupra terram manſuetum fuiſſe teſtatus.¶Magnificate Dominum
mecum.Conuenientem chorum Propheta in Domini laudem ſibi adſumit.Neqꝫ turbatus,
neqꝫ tumultuoſus,neqꝫ ex carnis adfectibus,Oeſtrum patiens mecum ſit,ſed vos tm̄ māſue Oeſtrū.
ti qui ſtabilitate firmitateqꝫ morum ac tranquillæ conſcientię conſtituti eſtis:ſimulqꝫ pigri
tiam atqꝫ torporem ad obeunda ſpiritualia officia procul expellitis:Vos inquam magnifi-
cate Dominum mecum.Magnificat autem Dominum is qui magno mentis ꝓpoſito lętoqꝫ
animo & erecto pro pietate labores tolerabit:quoniam qui magna cogitatione ac cōtentio
ne animi Creatoris magnificentiam conſiderauerit,ſine dubio tantę pulchritudinis condi-
torē ingēti cum voluptate ſpectabit.Quanto em̄ quis magis in ſublimitate meditationū ac
rationū quibus omnia conſtant & omnia reguntur ſeſe tollet,tanto magis Dei magnificenti-
am conſpiciet:tantoqꝫ magis in ſeipſo Deū extollet.Quoniā itaqꝫ non vna mens, nec vnius
hominis meditatio:neqꝫ item breue tempus ſatis eſt ad Dei mirandorum comprehenſionem:
omneis ſimul manſuetos ad huius rei ſocietatem conuocat. Oportet enim ocium omnino
ob omni tumultu exteriore habere & intra cordis arcana penetraliaqꝫ quietē poſſidere illū
qui in veritatis contēplatione verſari cupit.Audis ne Prophetam confitentē peccatum:qd
ait?Cōturbatus eſt a furore oculus meus.Non ſolum aūt furor ſiue ira,ſed concupiſcentia
& timor & inuidia oculum aīæ cōturbat.Et demum ꝑturbationes oēs & immoderati mot⁹
aciē ꝑſpicacitatemqꝫ animi impediūt. Et quemadmodū oculis adfectis ac turbidis viſibilia
diligēter deprendere non valemus:ſic et corde adfecto ac in vitiis & tumultibus occupato
rerum veritatē cognoſcere nō erit.Recedere igitur a mundi occupationibus opus erit:nec
ꝑ oculos neqꝫ ꝑ aures aut alios ſenſus alienas in aīam cogitationes introducere. Inſurgētes
em̄ inimici ex carnis ſuperbia animam ſtrepentibus tumultibus & mortalibus complent ſe-
ditionibus.¶Exquiſiui Dominum & exaudiuit me.Hęc inquit audiant manſueti,quod ego
tempore illo difficili,quando furor omnis eorum qui ſe vindicare volebāt aduerſus me mo
tus eſt,omniſqꝫ man⁹ cōtra me armata eſt.Cæterum ego nudus & inermis paratus ad oēm
ignominiam inimicis patebā tunc:nec ob timorē mentē ꝑcipitem egi,nec de deo cogitatio
nes ꝑtermiſi.Non deniqꝫ ſalutē ꝓpriam deſperaui:ſed exqſiui dñm.Non em̄ qſiui tm̄ ſimpli
ci quadam breuiqꝫ ſpę:ſed exquiſiui.plus em̄ oñdit exqrere q̄ quęrere:quemadmodū plus eſt Exqrere.
ꝑſcrutatio q̄ ſcrutatio.Defecerūt ꝑſcrutantes ꝑſcrutatione.Multam igitur quietē ac animi Defece-
trāquillitatē ratio exquiſitionis expoſcit.¶Et ex omnibus tribulationibus meis eripuit me. rūt per-
Omnis em̄ iuſti vita laborioſa eſt.Laborioſa item & arcta via q̄ ducit ad vitam.Multę quo- ſcrutan-
qꝫ tribulationes iuſtoꝝ.Idcirco apoſtolus ait:in multis tribulati.Itē.Per m̄ltas tribulatiōes tes per-
oportet nos intrare in regnū cæloꝝ.Liberat em̄ ex tribulatione,ſanctos Deus:quos q̄q̄ pro- ſcruta-
bare cupit patiētiā tn̄ eis opportunā virtutēqꝫ ꝓbendo nō deſerit.Si em̄ tribulatio patiētiā tione.
operatur:patiētia,probationem:qui tribulationem detrectat probatione ſeſe priuat.Quem ἐξερευνῶ
admodū em̄ nullus ſine aduerſario triumphat aut coronatur:ſic neqꝫ probat⁹ apparere ni- ντες.
ſi per labores poteſt. Ex omnibus ergo tribulationibus libera me. Ne quæſo me ſinas tri- ἐξερευ
νήσει.

bulati sed cum tentatione fac virtutis prouentum: vt valeam sustinere. ¶ Accedite ad Deū & illuminamini, & facies vestrę non confundētur. Hos em̄ qui in tenebris & in vmbra mortis sedēt hortatur ad Dñm venire, ac radiis diuinitatis propinquare: vt ex ipsius propinquitate veritatis gratia, fulgentis splendorem eius in seipsos trahant. Sicut enim sensibile hoc lumen non omnibus similiter oritur, sed habentibus oculos & vigilantibus & nullo impedimēto prohiberi valentibus recte conspicitur solis aduentus: Sic & iustitię verum lumen qđ illuminat omnem hoīem venientem in hunc mūdum non omnibus eius splendorem pbet: sed his tm̄ qui recte erga Deum se habent. Lux inquit orta est nō peccatori, sed iusto. Vt.n. ortus est sol, sed nō vespertilionibus, nec aliis aīalibus nocturnis: sic & lux natura qdem ipa fulgens & clara est, non tñ omnes claritatis participes existunt. Sic & omnis qui male agit, odit lucem: & non venit ad lucem vt eius opera nō manifestētur. Accedite igitur ad ipsam & illuminamini & facies vestrę nō confundentur. Beatus qui in die iudicii quando venerit Dominus illuminare abscōdita tenebrarum & manifestare consilia cordium, ausus erit sub luce illa redargutionum consistere, & in vitam reuertens intrepidus ac sine verecūdia, conscientiam incōtaminatam ac a vitiis liberā prę se feret. Qui vero male fecerint, in probrum & verecūdiam & damnationem resurgent: in seipsis turpitudinem & omnes peccatorū latebras conspicientes. Insuper quod ipsis tenebris & in igne perpetuo erit horribilius: verecūdia cooperientur: quam omnino sustinebunt vestigia pteritorum malorum q̄ admiserunt velut aliquam indelebilem eoꝝ memorię pmanentemq; maculam ante oculos habētes. Paucorum em̄ est ad veram lucem accedere & manifestari velle, intrepidumq; & ore & aīo constanti examen gestoꝝ subire. ¶ Hic paupꝫ clamauit & dñs exaudiuit eum. Non semper laudabilis paupertas sed ex electione sumpta euangelicoq; pręcepto. Plures namq; te pauperes: diuites vero ac auari sunt animo: quos nō egestas seruat sed animus condemnat. Nō em̄ q omni nō eget beat[9], sed qui oībus orbis thesauris Dei mādatum prefert, ac poti[9] existimat. Hos & Dñs beatos dicit. Beati inquit pauperes spiritu. Nō autē pauperes ob egestatem tm̄ sed paupertatem animo complectētes. Nihil em̄ ex iis quę non sponte ducimus beatū: q; virtus omnis & ipsa pręsertim in voluntate consistat. Hic itaq; pauper clamauit: voce indicatiua ad pauperem secundum Deum esurientem & sitientem & inuidam tuam mentem conuertere conatur. Hic inquit pauper quasi digito ostēdens. Hic discipulus Christi qui diues natura existit: qm̄ sunt patris eius qui propter nos pauper fuit, vt nos eius paupertate diuites essemus. Omnis em̄ actionis quę nos ad beatam vitam perducit, auctor ipse primus dñs fuit: ac sese discētibus exemplum prębens ad eas quas ipse nominauit beatitudines reuocauit. Quorum pręceptiones & exempla si quęris, e verbo primum manātia reperias. Dicitur em̄ primum: Beati mites: quonam modo hanc mansuetudinem discem[9]? Discite a me quia mitis sum & humilis corde. Beati pacifici. Quis nobis pacis bonum ostendit? Ipse pacis auctor, & concilians duos in vnum nouum hominem, ac per sanguinem crucis eius omnia siue in cælo siue in terris pacificans. Beati pauperes. Ipse primus pauper esse humilisq; voluit formam serui accipiens, vt nos ex eius plenitudine acciperemus. Si quis itaq; a sancto ac benigno spiritu ductus nō sibi fastum adsumens, aut sibi confidens, sed humilians sese vt alios exaltet: spiritu clamet: magna oret: nihil indecens: nihil humile sapiat, fragilia caduca q; sectando: Huius hominis clamor profectō exaudietur. Auditionis igitur finis quisnā est? Ex omnibus tribulationib[9] incolumem seruari: Carnis superbię minime seruite aut addici. Quis insuper modus per quem pauper liberatur? Immittet angelus Domini in circuitu timētium eum: & seruabit eos. Ipse Propheta explicat quem dixerit pauperem. Timentem videlicet deum. Quoniam qui timet in ordine adhuc serui est. Charitate autem perfectus ad filii dignitatem accedit. Ideo & seruus & pauper dicitur is qui nihil proprium habet. Fili[9] autem iam diues ob paternam hæreditatem. Immittet ergo angelus Domini in circuitu timentium eum. Omni namq; in Christum credenti angelus adsistit, nisi nos illum ob nostra peccata absterreamus. Velut enim fumus apes fugat & fœtor columbas expellit: sic angelū vitæ nostræ custodem tenebrosum fęculētumq; peccatum. Si em̄ in aīa tua ea q̄ sunt digna angelica custodia & mens diues veritatis cōtemplatione ac his oībus q̄ scdm virtutem egeris tibi adsint, pculdubio custodes & pręsidia cōstituet tibi Deus: teq; angelorū munitione circumuallabit. Considera igit quanta est angelorum natura. Quando toto exercitui & hominū circuitui frequenti vnus cōparat angelus ob magnitudinē eius q custodit castra tibi

Iudicii terror.

Nō semper laudabilis pauptas.

Beatitudinū exēpla in Christo.

Angelū abigit peccatū.

munitionesq́ pbet Deus:Te nempe angeli potentia securitateq́ vallãdo.Hoc nãq́ in circui tu,significat.Sicut eñ muri ciuitatis circunducti inimicorũ incursus arcẽt:sic & angelus a fronte & a tergo custodit:& nihil vtrinq́ incustoditũ relinquit.Propterea inquit 1 Cadent ab latere tuo mille,& decem milia a dextris tuis:ad te aũt nullius plaga inimici adpropinquabit.Quoniã angelis suis mãdauit de te.Deinde sequitur. ¶Gustate & videte quoniam suauis est dñs.Si dominus noster verus est panis & eius caro verus cibus: necesse vt voluptas lętitię panis per gustũ nobis spiritualẽ propinquet.Sicuti mellis natura nõ adeo verbo persuaderi iis qui minime sunt experti,quãtũ ipso gustu cognosci pôt.Sic nec cęlestis verbi bonitas clare pręceptis aut doctrinis tradi poterit.Nõ eñ nisi veritatis dogmata penit⁹ probantes propria experientia,Domini bonitatẽ deprehẽdere possumus.Gustate dixit & saturamini:qm nũc ex parte cognoscimus & per speculũ in ęnigmate videmus. Veniet aũt quãdoq́ tempus quando huiuscemodi charitatis gustus arraboq́ ad pfectã veniet satietatem. Quemadmodũ ii qui adfecto stomacho & sine gustu cibos respuẽtes a medicis curanť, adpetentiam aliquo cibi cõdimẽto excitãtib⁹:ex quo sensus puocatus cõtinuo ad reliqua adpetẽda facile extendať:sic & in verbo veritatis,ipsa nos experientia ad insatiabile puocat conti nuo desideriũ.Idcirco ait,Gustate vt beati estis,semper retinentes sitientesq́ iustitiam.Beatus vir qui sperat in eũ qui cõtinuo in verbi desiderio in nulla re alia spem q̃ in domino col locat.¶Timete dominũ omnes sancti eius:quoniam non est inopia timentibus eũ. Nisi eñ timor nostram instruat vitã,difficile sane in corpore persancte agere.Cõfige(inquit)timore tuo carnes meas.Velut eñ qui clauis confixa habẽtes corporis membra,immobilia reti nẽt:sic diuino timore animam confixam habẽtes,omnem peccati materiam & occasionẽ facile vitabunt.Timenti ergo non est inopia.hoc est nulla est virtus,cui nõ sufficiat is qui timore correpť⁹ ab omni iniusta se actiõe cõtinebit. Perfectus autem is est qui nihil pulchri, nihil boni humanæ conueniẽs naturę agere ptermittit.Quemadmodum eñ is cui pars aliqua necessariorum ĩ vita defuerit,in perfecto rei familiaris statu nõ erit:sic item qui vnum tñ despexerit mandatũ,non absolutus in ea parte videbitur.Perfectum autem qui sumpserit timorem,& omnia ob pietatem vereatur:nec vnũ quidem cõtemnat officium, & aliqua in parte nõ deserat:is profecto inopiam non experietur:q́ ad omnia obeunda ei timor suppeditabit.¶Diuites eguerunt,& esurierunt:inquirẽtes aũt dñm non minuenť omni bono. Hic nos ædificat sermo & instruit ad corporis substantiam contemnendam:diuitiarũ spem fluxam atq́ fragilem esse ostendens.Opes enim dominos sæpe mutant:& quemadmodũ vndę a ventis exagitatę huc illuc perfluunt. Vel diuitem dicit Israelem populum: quorum & adoptio,& adoratio,& promissiones:ex quibus deniq́ patres.Hi eñ ob peccatum in domi nũ admissum eguerũt.Alii vero quęrentes dñm non minuentur omni bono.Quomodo autem eguerũt & esurierũt?Postq̃ eñ panẽ vitę interfecerũt, venit ad eos panis inopia,fames: ve:& quando insidias terræ aquæ viuentis parauerunt,venit ad eos sitis:qui nõ solum cor pore sunt passi obsidionis tempore,sed & spiritu famem verbi Dei sustinentes,eguerunt atq́ esurierunt.Qui vero ex gentib⁹ venerunt discentes quærere Dominum,non minuentur omni bono.Perfectum bonum est ipse Deus,quo non minuenť ipsum quærentes. Nemo.n. eruditus discrimen habens boni ac mali,id quod terrenis oblectationibus occupatur bonũ appellabit.Is enim qui diuitias & honores corruptioni obnoxios in boni ordinẽ redigit:venerabile ac sanctum & Deo soli conueniens nomen ad res fragiles & nullius momẽti tradu cit:simulq́ in durum incidit commutatę rei errorem. Vel forte Apostolos significare vult & Christi discipulos:qui q̃uis in rerũ aliquarũ inopia fuerint,hoc bono nõ sunt diminuti. Dñm eñ exquisiuerũt & eius comprehensione nequaq̃ exciderunt.Nam ęterna nunc requiescẽtes requie fruunť.Oblectatio namq́ humana seu corporea plus habet sæpenumero doloris q̃ voluptatis.Nuptię eñ sępe aut steriles sunt:aut incertus liberorum euẽtus.Pręterea, iurgia,lites,viduitates continẽt.Agricultura malos sępe nuncios sterilitateq́.Mercatura naufragia.Diuitię isidias.Sed & delitię & satietas & mollis vict⁹ multos ac varios secũ trahũt morbos ac adflictionũ varia genera.Paulus quidẽ dominum ĩquirebat,& nihil ei bonorum defuit:q̃q̃ quis eius corporis ęrumnas numerabit quas per omnem vitam tolerauit?Ter flagellis cęsus:semel lapidatus:ter naufragium passus:nocte & die in profundum maris:in iti neribus sæpe,in fame & in siti.In ieiuniis:in labore & ærumna vsq́ ad vltimũ tempus.Quonam modo bonis corporis non est diminutus? Sed animum ad veri boni considerationem

Cõparatio apta.

Comparatio.

Cõparatio.

Iudæorũ esuries.

Bonũ verum.

Nuptiarũ mala.

parumper dirige,& vt scripturæ mētem deprędas,& te sentētię dubietate minime decipias.
Magister ¶Audite filii audite me:timorē dñi docebo vos. Vox est magistri amantissimi ac p viscera discipuli patria ad disciplinā inuitātis. Nam & filius spiritualis est magistri discipulus. Quicquid em̄ pater. ab aliquo pietatis forma recipit seu gignit:is profecto ab eo fingit & in lucē educit. Quemadmodum mulier pręgnans quæ in vtero formatos gestat infantes:vnde Paulus omnē Galatarū Ecclesiam ex prima excidentem disciplina veluti veterno quodā & mentis stupore affectam,rursus resumens atq; instruens,filios appellat:& quoniam post dolorem eos iam collapsos erexit,& ad officium fidei reduxit:dolere se quoq; aio dixit ob eorū tristitiā qui exciderūt. Filii inquit,quos iterū parturio donec formet in vobis Christ⁹. Igitur venite filii audite me. Quid tādem nos pater spiritualis docere habet? Timorem inquit Dñi docebo vos. Quoniam supra iussit timeri deū & ex timore lucrum ostendit dicens, Quemadmodum nō est inopia timentibus eum:nunc demū pręceptionē aliquam nobis huius tradit timoris. Qz em̄ valete oporteat,cuiusuis vel idiotę fuerit dicere:Quomodo aūt sanitatem pręparare ac
De vitio cōseruare oporteat,tm̄ eius qui medici habet artem. Nō em̄ omnis timor bonus aut saluta so timo- ris. Est em̄ quidam quem Propheta in anima refugere videtur dicens. A timore inimici eripe animam meam. Inimici em̄ timor mortis nobis metum iniicit,personarum fastus & potētiam horrere nobis persuadens. Quomodo ergo hæc metuēs martyrii tempore poterit peccato resistere,& dño qui pro nobis mortuus est & resurrexit satisfacere? Quin talis poti⁹ timorem a dæmone procedentem retinebit. Deniq; timor huiuscemodi infidelitatis fili⁹ esse videtur. Namqui Deum vt adiutorem fortissimum credit sibi adesse: nullius vim inuadentis pertimescit:nec facile cōmouebitur. Timor em̄ salutaris qui ad sanctitatem deducit, & animę diuinitus insitus est:qualis existat si cupis audire,attende. Quando forte ad aliqđ te
Timendi iudicii pulchra cōmonitio peccatum videris paratum:illud horribile mandatū & Christi iudicium cogita: in quo iudex in alto sedens tribunali circunfusos vndiq; populos corā habebit. Adstabitq; oīs creatura eius aduētum gloriosum exhorrens,rationē gestorū reddituta. Deinde qui multa in vita admiserunt,timidi ac tristes apparebunt,vicinum adspicientes ignem,sæuas flāmas respirantes ob malorum pręteritorum impœnitentiam ingemiscentes:ob ingentem dolorē & odium ad omne commune noctis adspectibus æquiparandi. Deinde barathrum & tenebras
Inferni cruciat⁹ pœnæq;. inaccessas,ignemq; obscurū:causticas alioqui vires habentem conspicientes. Inde vermium serpentiumq; innumerabilium genus venenosum ac carniuorum,nunq̄ saturum,intolerabiles dolores morsibus infligens. Postremo omniū durissimā pœnā probrum illud & verecundiā sempiternā. Hæc tu timebis:hoc demū timore institutus quodam quasi freno tuam cohibebis a prauis cōcupiscentiis animam. Talem itaq; Dñi timorem nos pater ille se recipit docere. Nō qđe eos q audire negligūt,& ab ea auditiōe pcul absunt i peccata facile ruētes: sed qui de salute propria solliciti ad eius pperant doctrinam:non inquam hospites & pegrinos a fide vtriusq; testamenti:sed qui per baptismum & adoptionem Dei sunt facti domestici. Propterea inquit: Venite,hoc est per benefacta mihi vos reddite propiquos. Filii lucis estote. Filii per regenerationē dignati. Audite vos qui aures cordis patenteis habetis. Timorem domini docebo vos:hūc quē pauloante vobis descripsi. ¶Quis est homo qui vult vitā diligit dies videre bonos. Si quis inquit vult vitam:non mortalem hanc qua viuunt bruta, sed veram vitam per mortem minime deficientem. Nūc ait Apostolus,mortui estis & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Quando em̄ Christus apparebit: & vita nostra. Igitur vera vita Christus est,& nostra in ipso vita vera est felicitas. Similiter autem & dies quidam sunt boni quos Propheta promittit. Quis est homo qui vult vitam diligit dies videre bonos. Mūdi aūt huius dies mali:quoniam dicitur q mundus totus in maligno positus est. Nihil felix quod casib⁹ subiicit variis,& finē est quandoq; habiturū. Partes hui⁹ mēsurę sunt dies ipsi:propterea dicit Apostolus. Redimētes tēpus,quoniam dies mali sunt. Ia
Dies boni & mali q̄ sunt. cob itē Dies inquit annorū meorū pauci admodū & mali sunt. Igitur nunc qđē in vita non sumus sed in morte. Idcirco optabat Paulus dicens. Quis me liberabit a corpore mortis huius? Alia est em̄ vita ad quā nos hic Psalmus vocat. Nunc quidē dies nostri mali sunt:qdam alii boni quos non eripit nox. Erit erit deus ipsorum lux,perpetua luce inquam eos suæ gloriæ inlustrās. Ne itaq; quum bonos audieris dies,hanc vitam putabis Prophetam pollicerī:breuiter nāq; quos hic sol facit perituri sunt. Nihil em̄ corruptibile illi,q perpetuus fuerit,erit. Nam si animā immortalis,immortales item eius gratię fuerint. Si autē ad legem te

conuertis & hęc vmbram futurorũ habet bonorũ. Intellige quędam sabbata dedicata sanctaque & ex perpetuis diebus. Neomenię festa & demũ spiritalem intellige legem. Prohibe linguam tuã a malo, & labia tua ne loquantur dolum. Si eñ inquit dies videre bonos in vita cupis, fac vitę mandatum. Qui me diligit inquit, & mandata mea seruabit. Primũ autẽ mandatum prohibete linguam tuam a malo, & labia tua nõ loqui dolum. Peccatum per linguã admissum promptum est admodũ & versatile & multimodũ. Iratus es? Et lingua fulminat. Cõcupiscentia teneris? Ad hanc lingua ante omnia pręsto parata veluti lena quędã & conciliatrix ad peccandũ, & rem ad votum tuũ deducendam adest. Pręterea linguę instrumento & armis quum non vere, sed per simulationem loquaris, ad alios decipiendos vteris. Denique qd verbis opus? Tota vita ex ea peccaris & erroribus cõtaminatur. Scurrilitas, vaniloquẽtia, maledicta, falsa testimonia, iurgia, cõtẽtiones, hęc & alia innumerabilia sunt linguę opera seu germina. Qui vero aduersus Dei gloriã atque iustitiam latrant: alio quodã & grauiore oris piaculo se contaminant. Quoniam igitur ex tuis verbis laudẽ aut vituperationẽ adsequeris: prohibe linguã tuã a malo: nec vana mẽdaciaque lingua irã tibi thesaurizabis. Prohibe item labia ne loquantur dolũ: quę tibi sermonis instrumenta sunt data: fac vacationẽ rei pessimę. Est autem dolus consilium occultum ac malum: quo specie boni ad decipiẽdos proximos vtimur. ¶Declina a malo & fac bonum. Inquire pacem & persequere eam. Elemẽta sunt hęc monitionum ad pietatem isagogica: linguam argutam continere: a dolosis cõsiliis abstinere: declinare a malo. Non enim res perfecta tñ mala abstinentia, sed ei qui secũdum virtutem viuere cœpit, absistere prius a malo conuenit: vt a mala vitę consuetudine liberatus sic aggredi opus laude dignum & in virtute sese exercere valeat. Difficile namque bonum attingere: nisi omnino prius a malo abstineas. Vt item difficile sanitatem recuperare: nisi morbo prius liberatum: vel in calore versari eum qui prorsus a frigore non discedat. (Hęc eñ inter se reciproca sunt) Sic item qui in vita non esse probra exoptat, ab omni vitę contaminatione se liberet, oportet. ¶Inquire pacem & persequere eam. De hac dixit domin⁹ Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Nõ sicuti mundus dat pacem ego do vobis. Inquire igitur Domini pacem & persequere eam. Persequaris autem non aliter q̃ ad signum currens ac brauium supernę vocationis. Superna eñ pax vera est: quoniam quanto longiore tempore carni sumus obnoxii: tanto magis multis & variis perturbationibus nosmet persundamus. Inquire itaque pacem & a mundi huius tumultibus quandoque solui, & ante omĩa mentem habere tranquillam: ac vitę statum sine fluctibus, sine periculis, non prauis adfectibus commotum, nõ a mendaciis sectarum falsa persuadentium aliquo modo distractum custodire: vt veram dei pacem quę superat omnem sensum, valeat omnino possidere. Qui pacem inquirit, Deum inquirit qui pax est: quive duos in vnum hominem nouum cõstituit, faciens pacem, & per sanguinem crucis suę siue in cælo siue in terris concilians. ¶Oculi domini super iustos & aures eius in preces eorum. Quẽadmodum sancti corpus sunt Christi & ex parte membra, & posuit eos deus in ecclesia quidẽ vt oculos: illos vero vt aures: alios item manuum, alios pedum habẽtes rationem. Sic & sanctę spirituales virtutes circa cęlestẽ versantes locum, aliquę oculi dicuntur: quibus cura nostri committitur: nõnullę aures quę nostras excipiunt p̃ces deoque referunt. Nunc autẽ nostram virtutẽ contemplatiuã: & precũ adiutricẽ oculos dixit & aures. Oculi ergo domini super iustos, & aures eius in preces eorum. Quoniã omnis iusti actio, digna est vt a Deo spectet̃, ac cõsideretur. Et demũ oẽ verbũ quũ nihil ab eo ociose dicatur, fructuosum, vtileque admodũ existit. Ideo hic dicitur q̃ iust⁹ continuo & videtur & auditur. ¶Vultus aũt dñi super facientes mala vt pdat de terra memoriam eorũ. Vultũ quidẽ dici existimo liberũ ac manifestũ dñi aduẽtũ ad iudicium. Ideo oculi quidẽ dñi vt longe nos cõsiderantes aspicere iustũ dicuntur. Ipsum aũt vultum apparere ad iniquitatis memoriã de terra delendã. Nõ eñ Dei corpus aliqd intellexeris. Absurdum nãque vt credas oculos quidem domini splendentes iustis: Vultũ vero improbis horribilem ac formidolosum: quis nec oculi sine vultu: nec item vultus oculorum sit expers. Homo namque non videbit Dei faciem & viuet. Angeli eñ eorũ qui sunt in Ecclesia pusilli continuo faciẽ patris eorũ q in cælis est adspiciunt. Ideo nunc qdem nos capere gloriosę manifestatiõis adspectum ob carnis debilitatem nos circũdantẽ, difficile sane. Angeli vero q̃ nullum habeant simile nostri velamẽtũ nihil impediuntur, quin glorię Dei faciem iugiter contemplentur. Itaque & nos postq̃ filii resurrectionis erimus, tunc nosse facie ad faciem digna-

Primum mãdatũ prohibere lĩguã.

Blasphemi.

Dolus.

Pax inquirenda.

Oculi domini.

Vultus domini.

bimur. Tunc & iusti in exultatione diuini aspectus lætabuntur: Peccatores vero disperdun-
tur. Clamauerũt iusti & dñs exaudiuit eos, & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit
Clamor eos. Iustorum clamor in occulto & penitiore corde vocem habet admodũ magnã & ad au-
iustorũ. res Dei penetrare valentẽ. Qui eñ magna petit & de cælestibus orat: hic demũ clamat & p-
ceptibilem Deo mittit orationem. Clamauerunt itaq̃ iusti nihil ignobile, nihil terrenũ, ni-
hil humile quęsiuerunt: ppterea ipsorum vocem suscepit dñs, & ex omnibus tribulationi-
bus eorum liberauit eos. Nõ tãtũ a rebus duris liberans: quantũ meliores ob ea quę cõtige-
Prope ẽ rũt præparãs. ¶Prope est dñs iis qui tribulato sunt corde, & humiles spiritu seruabit. Sua
domin⁹. nempe bonitate dominus ppe est omnibus: procul autem nosmet facimus, & ab eo peccati
causa remouemus. Ecce inqt, qui elongant se abs te peribunt. Propterea Moses deo ppinqua-
re dicitur: & siquis alius ei similis ob fortia probaq̃ facta deo se pximũ facit. Hic sermo con
tra vaticinium aduentus dñi ad iudicium videtur esse, nec pcedenti concordare. Ibi namq̃
dicitur. Vultus dñi super facientes mala: hoc est manifestatio ipsius ad iudicium aduẽtusq̃
ad euertendũ omnẽ iniquitatem fiet. Hic vero, Prope est dñs iis q tribulato sunt corde. Ad
uentum dñi primum vaticinatur adpropinquantem iam nec longe remotũ. Qđ quidẽ ex si
mili fere sententia Esaię credibile tibi fiat. Factus est spiritus dñi super me, cuius gratia vn-
xit me: Euangelizare pauperibus misit me: sanare tribulatos corde: prędicare captiuis remis-
sionem & cæcis visionẽ. Quoniam eñ medicus tribulatorum corde est missus: Prope (inqt)
est dñs vobis, dico humilibus & proprium deponentibus fastum: prope adest iãiã vos adfe-
Qui di- cturus gaudio, & spe magna expectantes ad lõganimitatẽ deducturus. Cordis namq̃ tribu
cunt tri latio est humanarũ cogitationum interitus. Quicunq̃ eñ res pręsentes despexerit seq̃ ver-
bulato bo Dei addixerit & superiorem eius rationem iis quæ supra hominẽ & lõge diuiniora sunt
eẽ corde. tradiderit, hic demũ est qui tribulato est corde. Idq̃ sacrificium offerens minime contemni-
tur apud eum qui cor contritũ & humiliatũ nõ despicit. Prope est dñs iis q tribulato sunt
Duplex corde: & humiles spiritu seruabit. Qui eñ nihil habet fastus: nihil in rebus superbię aut cu
hũilitas piditatis, hic deniq̃ tribulato est corde & humilis spiritu. Est item humilis alia quadam &
iustoꝝ & diuersa humilitate, is qui in via peccatorum ambulat: ꝙ peccatum maxime omniũ humilẽ
peccato- abiectũq̃ reddat. Quemadmodum in historia regũ legimus. Deus humiliauit Thamar filiã
rum. Dauid ob amissam virginitatẽ ac in stupro cũ Ammon fratre deprẽsam. Quicũq̃ eñ animę
pulchritudinẽ sublimitatẽq̃ ad humũ ob pctm̃ deiecti amiserunt, & humi serpẽtiũ more re
pentes se deiiciunt, vt nullo se pacto erigere, aut antiquo decori restituere valeant: ii demũ
humiles redduntur, non tamen spiritu. Nõ eñ laudabilis hęc humilitas. Qui vero per spi-
ritus sancti gratiã sese inferioribus subiiciũt cũ Apostolo dictitantes, omnium se seruos o-
Peripse- mniumq̃ peripsema. Et rursus. Vt mundi purgamenta facti sumus qui spiritali vtentes hu
mata militate cũctorũ se faciunt postremissimos: Vt omnium primi in Dei regno appareãt: Hos
purga- inter beatos ducit dñs dicens. Beati pauperes spiritu. Multę tribulationes iustoꝝ & ex omĩ
menta bus his liberauit eos dñs. In oĩbus inqt Apostolus tribulati, sed non angustiati: castigati, &
scrobes. nõ mortificati. Ideo multos dñs labores discipulis subeũdos pdicit: sed durãdũ atq̃ cõfiden
dum monet: quũ ipse mundũ vicerit. Ex quo si quandoq̃ in morbis, orbitatib⁹, plagis, igno
bilitate, omni deniq̃ egestate, ac bonorũ amissione iustos homines cõstitutos videris: remi-
Tribula niscere verbi huius, Qꝫ multæ tribulationes iustorũ & ex omnibus liberat eos dñs. Qui au
tio iustũ tem dixerit, ꝙ virum plane sanctũ tribulatio non deceat, nihil aliud dicit q̃ athletæ non cõ
decet. uenire aduersarium. Athleta enim minime certans, quas habebit coronarũ materias aut oc
casiões? Quater enim in hoc psalmo legimus quemadmodum bonos Deus ex tribulatione
liberat. Primum quidem Exquisiui dominũ & exaudiuit me: & ex omnibus tribulationibus
meis eripuit me. Secũdo. Hic pauper clamauit & dominus exaudiuit eũ: & ex omnibus tri-
bulationibus seruauit eum. Tertio. Clamauerunt iusti & dominus exaudiuit eos: & ex omĩ
bus tribulationibus eorũ seruauit eos. Postremo. Multę tribulationes iustorũ, & ex omnib⁹
his liberauit eos dominus. Custodit dominus omnia ossa eorum, vnũ ex his non conteret.
Sequemur ne ipsius dictionis sensum, an sublimiorem cogitabimus? Et si ossa hæc intelligi-
mus carnis iustorum fulcimẽtũ, vt ob custodiam eis a domino datam non conterantur: vi-
uentiumne, an mortuorum intelligemus? Nam profecto multa didicimus experientia, ossa
iustorũ qui p Christi noĩe supplicia pertulerũt, variis quandoq̃ modis cõtrita & cõminu-
ta. Nõnullorũ crura sunt pfracta: capita abscissa: manꝰ clauis cõfixę. Sed nequaq̃ hic ossa ex

trinsecus notat. Vt eñ homo etiam anima & mens humana dicitur: sic & membra ipsi⁹ eq uoce ad ea quę sunt carnis, nominātur. Nam sacrum eloquium interioris hominis membra memorat: quando dicit: Sapientis oculi in capite ipsius: hoc est prudentia circūspectioq̧ oc culta sapientis, & rursus. Pręceptum domini lucidum illuminans oculos. Quid opus dicere de eo quod ait: Qui habet aures audiēdi audiat. Palam est q̄ spirituales dicat aures quę ver bum Dei diligentius attingunt. Ad eos autem, qui non habent eas aures quid ait: Surdi au dite & cæci respicite. Item. Os meum aperui & attraxi spiritum: & dentes peccatorum cōtri ui. Dētes eñ eas dicit virtutes q̄ cibū spiritualē administrāt. Similiter & illud ponit: Vētrē meum doleo, & pes iusti non offendit. Omnia namq̧ similia secundum interiorem capiunt hominem. Sic quoq̧ & ossa in hoc loco aliqua erunt occulta: in quibus vis coniunctioq̧ & harmonia potentiarum animæ continētur. Et quemadmodum ossa proprio robore carnis mollitiē sustentant: sic & in ecclesia sunt quidam qui ob propriam virtutem atq̧ fortitudi nem debilium imbecillitates ferre possunt. Et sicuti ossa inter se neruis ac musculis p̄ articu los iungi apta: sic ex charitate ac pace vinculum oritur: quod insitam quandam eiusdem na turæ virtutem spiritualium ossium in ecclesia dei constituit. De his autem ossibus a suorū vinculorum & articulorum harmonia solutis, Propheta inqt: Dissipata sunt oīa ossa mea secus infernum. Si quādo autem a conturbatione, conquassioneve adprendantur orans ait. Sana me domine, quoniam conturbata sunt omnia ossa mea. Quando vero propriā seruant harmoniam a domino custodita: Vnum ait ex his non conteretur. Vbi demum dignum re ferri ab eis Deo gloriam putat, inquit: Omnia ossa mea dicent. Domine quis similis tibi: Vi des itaq̧ intelligibilium ossium naturam. Sed hoc p̄fecto ecclesia dicere poterit. Omnia ossa mea dicent, secundum resurrectionis mysterium. Inquit enim scriptura: dicit dominus ossi bus his. Ecce ego fero in vos spiritū vitę: extēdā super vos carnes, & reducā in vos neruos: & viuetis & cognoscetis q̄ ego sum dominus. Hæc itaq̧ ossa redimentia vitam, gratias ei a quo excitant̄ agētia dicēt: Domine quis similis est tui: Mors peccatorum pessima. Probe ad ditur: Mors peccatorum, quoniam est quædam iustorum mors natura non mala sed bona. Qui eñ cum Christo simul moriuntur: in bona sunt morte. Hi sunt qui cum vitiis & cōcu piscentiis (vt ait Paulus) carnem suam crucifixerunt. Peccatorum autem, mala, q̄ ii ad pœ nas & supplicia trahātur: quemadmodū ille diues qui induebatur purpura & bysso & epu labat cottidie splendide. ¶ Et qui oderūt iustū delinquēt. Qui q̄ in delictis viuāt iustū habēt odio & veluti a recta declinātes via cōparatione melioris redarguunt̄. Ex quo p̄terq̄ q̄ me tu ne obiurgentur iustos euitant: rursus ob odium & maleuolētiā in eos sese peccatis inol uūt. Multę nāq̧ occasiones ob quas iustus odio habet̄. Primū ob libertatē iurgādi: aduersan tur dicta factave reprendenti & sanctum abominant̄ sermonē. Pręterea ambitio primas ob tinēdi partes & imperii cupiditas multos mouit: vt meliores insectent̄, odioq̧ habeāt. Mors peccatorū pessima: vel omnē vitā mortē appellat ex Pauli sentētia: qui carnē hāc mortem vo cat. Quis me liberabit a corpore mortis hui⁹: Qui aūt hoc corpore abutunt̄ & oīm scelerū ministeriū atq̧ instrumētū id faciūt, malā oīno sibi pręparāt mortē. ¶ Redimet dñs aīas san ctorū suorū, & nō delinquēt oēs qui sperāt in eo. Q̄m sub aduersarii potestatē redacti erāt: ii qui dño seruiunt misericordiam inuenietes eius precioso sunt sanguine redempti. Ideo nul lis delictis sunt obnoxii qui dei auxilium ac gratiam continuo sperant.

Membra interiora.


Ossa interiora.

Mors peccatorum.

Cur iustus habeatur odio.

Mors peccatorum

IN PSALMVM. XXXVII. PSALMVS DAVID IN RECORDATIONEM. DOMINE NE IN FVRORE TVO ARGVAS ME.



S[acrorum] Actorum voluminum sermones præsertim iudiciales Christi tribunali fe feruntur. Comprendam (inquit) & consistam ante faciem tuam peccata tua. Sic item reliqua sobrie intelligamus. Et quoniam diem atq̧ horam ignoramus, qua Dominus veniet, omni contentione animi eius obtempe rare mandatis studeamus. Domine ne in furore tuo arguas me: neq̧ in ira tua corripias me. His verbis sextus quoq̧ Psalmus scribi videtur. Reli qua item quæ sequuntur deinceps fere similia ac propinqua existunt. In illo enim dixit, sua ossa esse humiliata, & animam in gemitu suo laborasse: additq̧ dicens. Lauabo per singu las noctes lectum meum: lachrymis meis stratum meum rigabo. Et hæc coniuncta verbis Psalmi præsentis quadrare videntur, vbi dicitur. Non est sanitas in carne mea: & non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum. Quoniam iniquitates meæ super

greſſæ ſunt caput meũ.& ſic fere Pſalmo toto ſuam deflet miſeriã.Miſer factus ſum & cur uatus ſum vſq; in finem vehementer.Tota die contriſtat⁹ ingrediebar.Sed inſcriptio ſexti talis eſt.In finem in hymnis pro octaua Pſalmus Dauid.In hoc vero nihil horum,ſed hoc tm̃

In recordatione. Pſalmus Dauid in recordationẽ.Hęc eñ additio:in recordationem:quãta nobis ſuccurrũt dicamus.Videtur autẽ mihi Dauid inter plures egregios Pſalmos de admiſſo peccato pœnitẽtiam confitens proprie pręſentem elegiſſe in recordationem.Vt ſemper eum in ore ferret & eodem,loco cantus in animæ ſuæ medicinam vteretur. Supplicationem igitur Deo mittit,per quam auertit quidẽ iram omnibus peccantibus paratam.Placat autem bonũ dominum cum eminentiſſimæ confeſſionis vocibus,dicens. ¶DOMINE ne in furore tuo arguas me.Nõ eñ vt nõ arguat,rogat:ſed ne cũ furore arguat.Neq; in ira tua corripias me. Nõ itẽ fugit corripi,ſed in ira corripi:veluti ſiqs medico,q parat⁹ ſit per ferrũ & cauteriũ & amara remedia auxiliũ ferre,in cura morbi alicuius dicat:Ne quæſo per ignẽ,neu per ferrum & inciſiones:ſed per leues & faciles medicinas me cura.Talis eñ non remedium oĩno

Ira & furor Dei. ſed laborẽ doloremq; remedii detrectat.Sæpe enim dictum,quemadmodũ ira & furor Dei, quũ in ſacris voluminibus nominantur:non adfectus ſignificanr,quum diuinitas ab omni prorſus perturbatione ſit aliena,ſed metaphorice dicta ſunt:ſicut & pedes & cætera mẽbra q̃ quidem vt hominibus vtiliter adcõmodantur,ſic audientium debilitati ac naturæ obſequuntur:& peccatoribus pœnas ex Dei iudicio patientibus quidem laborioſas,velut ex ira & furore inductas figurant.Hoc & docet Apoſtolus dicens.Secundum autem duritiẽ tuã & impœnitens cor tuum theſaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iuſti iudicii Dei: qui reddet vnicuiq; iuxta opera ſua.Vt ſiquis paratas ex lege homicidæ pœnas iram & furorem nominat,non vere lege furente & iraſcente, ſed delinquentium mulctas ac punitiones comprendente iram:& qui pœnas contra impios adminiſtrant dæmones & famulantes Deo virtutes exiſtunt.Tales quoq; ira furorq; nominatæ ſunt. Sic item dicitur in ſermone cantici egreſſionis contra Aegyptios.Immiſit in eos iram & indignationem, & immiſſiões per angelos malos.Sic dextra dicitur Dei ea quæ per dextras & bonas virtutes dignis adminiſtrata ſunt.Orat itaq; Dauid,ne per malas virtutes arguatur,neue per immiſſionem malorum angelorum corripiatur:ſed per ſermones potius ſalutares & diſciplinas vtiles: maxĩme autem ſupplicat,ne in diem irę & reuelatiõis iuſti iudicii Dei reſeruetur:ſeſe paratum dicens in hac vita ante mortẽ pœnas dare peccatoꝝ:quod & adſequutus eſt:quemadmodũ ex laboribus multis apparet,quos ante obitum eſt paſſus:& ex iis pſertim diſciplinis, quas

Sagittæ Domini quę ſint. ipſe caſtigando modis quibus fatetur ſponte ſubiuit. ¶Quoniã ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi:& confirmaſti ſuper me manum tuam.Non eſt ſanitas in carne mea a facie peccatorum meorum.Magnus eñ athleta Iob omnis generis ſuſtinens pœnas, non ignorauit vnde ſibi hæc venirent.Ideo dixit.Sagittę tuę Domine in corpore meo ſunt:quarum furor meum ex

Manus dñi. hauſit ſanguinem.Addit:Et confirmaſti ſuper me manum tuam.Iob etiam manus Domini meminit,dicens.Manus domini eſt,quæ tetigit me.& diabolus ait Domino. Mitte manum tuam,& tange omnia quæ habet.& rurſus.Mitte manũ tuam,& tange carnes eius, & oſſa eius.Sed alia quędam erat manus,& aliæ ſagittæ ipſius corporis ſubſtantiã penetrãtes.Hic vero,quoniã Dauid in ipſius animę morbũ incidit:alias in ſeipſum ſagittas cecidiſſe ſignificat,& aliam manum ſe attigiſſe. Ego vero has eſſe diuinos continentes ſermones vel potius ipſa dei verba eius animam vulnerantia & conſcientiã cruciãtia ſatis exiſtimo:quoniã tantus vir quũ eſſet,& tot ex Deo munera cõſequutus,ſeſe ad indigna facinora perpetranda inquinauerit.Hę demum dei ſagittę.Per has etiã ipſum diabolũ & ignea inimici tela ad amores incendentia laſciuos,& ad vxoris Vrię concupiſcentiã trahẽtia ſignificat.De qbus Apoſtolus ait.Sumite armaturam Dei,vt poſſitis omnia tela ignea aduerſarii extinguere. Quoniã vero inermis inuẽtus Dauid telis huiuſcemodi minime reſiſtere potuit:iure in animo vulneratus, concupiſcentia captus eſt. Quemadmodum Iob diaboli tela,vulnera corpori inflicta Deo permittente ſagittas Domini nominauit,dicens: Sagittæ tuæ domine in corpore meo: quarum impetus meum bibit ſanguinem.Sic congruum fuerit hic Dauid ſagittas domini dixiſſe:quoniam eo permittente ab inimico aduerſus eum conualeſcente deceptus in peccatum ruerit,vt dicere poſt hac diſceret:Domine nõ commouebor in ęternũ Huius rei gratia tradit⁹ tentatori,qui animam eius attingens,multomagis eum q̃ Iob adflixit.Sermones inſuper qui iuſtum iudicium ipſius,& iram peccãtibus paratam ſepe com

memorant,ac ipsam vulnerant,& vrunt conscientiam:profecto sagittis acutiores existunt. Sic itaqꝫ puta Dauid sacris iis & diuinis telis petitũ vere orasse,ne per furorẽ argueret:neue per irã corriperetur. Ne in furore tuo (inquit) arguas me,neqꝫ in ira tua corripias me. Quamobrem?quoniam sagittę tuę infixę sunt mihi.Sagittę enim quę me petierũt,satis adflixere,vt nõ sit opus alia ira furoreve mihi:quoniã sagittę tuę infixę sunt mihi.vel secũdũ Symmachi editionem,petierũt me.Et cõfirmasti super me manũ tuã.Manũ autem Domini ipsum attingentem:eam intellige quę a Iob declarata est.Omnẽ nãqꝫ domũ Dauid e fundamentis Domini manus cõcussit.In primogenitũ quidẽ eius Ammonẽ ob amorẽ sororis obscœnũ irata:Absalonis demũ fratris furorem ad eũ interficiẽdũ impulit.Absalonem rursus ad insurgendũ cõtra patrẽ excitauit.Reliquę itẽ calamitates in historia Regũ narratæ,quę ipsius domui euenerunt,satis ostendũt tangentẽ domini manũ.Supplico igitur (inquit)ne alio furore arguar:neue priori corripiar ira.Nec solũ hęc,sed etiam ob ea deinceps narrat, dicens.¶Non est sanitas in ossibus meis a facie peccatoꝝ meorũ.Ego(inquit)pręueniẽs,ne aliquis in me plaga extra corpus maiore animaduertat:meipsum castigaui : & meam carnẽ per quã peccatũ admisi,flagellis tradidi:me puniendo, multisqꝫ modis castigãdo.Qđ quidẽ per alios palã facit sermones.Humiliaui in ieiunio animam meã,& caro mea alienata est ꝓpter oleum.Itẽ oblitus sum comedere panẽ meũ.A voce gemitus mei adhęsit os meũ carni meę.Et.Lauabo per singulas noctes lectũ meũ:lachrymis meis stratũ meum rigabo.Sic itaqꝫ & nunc ait.Nõ est sanitas in carne mea a facie iræ tuę.Pro ira autem Aquila & Symmachꝰ sine differentia interpretati sunt.A facie fremitus tui.Sufficit(inquit)mihi verbũ tuũ scriptũ:& per Prophetã Nathan cõminatio. Ideo a facie fremitꝰ tui meipsum ita castigaui, vt adflixerim meam carnẽ vehemẽter:& ossa mea pacẽ a facie peccatorũ meorũ non haberẽt:ꝓ quo Symmachus propter peccata mea,interpretat.¶Quoniã iniquitates meę supgressę sunt caput meũ:& sicut onus graue grauatę sunt super me.Putruerunt & corruptę sunt cicatrices meę a facie insipientiæ meæ.Miser factus sum & curuatus sum vsqꝫ in finẽ.Quoniã ait, hæc a me patrata sunt:ob hæc miser factus sum & curuatus sum vsqꝫ in finem: tota die cõtristatus ingrediebar.Per hæc autem adducit ea quę passus est,& quẽadmodũ ipse sese castigauerit.Nõ vnũ in se tm̃ accusans peccatum,sed aceruatim multa & tanta: vt non occulta sint in eius anima,neqꝫ intra corpus lateant: sed ipsum supergressa sint, adeo vt omnibꝰ iã manifesta sint.Ipsemet igitur suipsius accusator primus existit,vt ab se iustum repellat accusatorẽ:ꝓueniensqꝫ omnẽ citationẽ ipse sese cõdemnauit.Ex quo ora inimicorum oĩa clausit vt aduersus eum nihil dicere haberẽt.Docet itẽ nos hic sermo, ne mala nostra obticescere aut velare debeamus:& ne vt quoddam atramẽtũ ac rabũ per animæ ꝓfundum penetrẽt cõscientiã cauterio purgãdã ostẽdit:quẽadmodũ in febre.Quæ si altius serpat ad medullas morbũ lõge validiorem facit:Si vero ab initio medicamentis occurratur,spem declinatiõis ꝓbebit.Sic & aĩę si adsit negligentia,continget.Quod Dauid in seipso expertus docet,dum ait.Et sicut onus graue grauatę sunt sup me.Ipsius eñ consciẽtiã ea q̃ ausus fuerat , grauabãt:adeo vt ob animi generositatẽ ĩgratitudinẽ erga Deũ ferre nõ posset. Qui eñ durus ac pertinax fuerit secũdũ suũ cor impœnitens,thesaurizat sibi irã in die irę. Addens itaqꝫ peccatũ supra peccatũ,& propria mala coaceruans peccator:quando ad summum venerit vitiorũ contemnit.Pœnitẽs aũt si semel quãdoqꝫ offenderit,ac ex aliq̃ diaboli suggestiõne labauerit grauiter sibi cõscientia pessundari videtur:Vt non ęquo animo quod amisit tacere aut occultare valeat.Ex abundantia enim cordis os loquitur,ait Prouerbium.Ex quo minime siluit Propheta labores suos,dicens.Et sicut onus graue grauatę sunt super me . Palam est aũt ꝙ iniqtates meę supg.s.c.m.qa rursus putruerũt cicatrices meę a facie insipiẽtię meę. Insipiẽtiã stultũ suũ factũ noĩat,ab insipiẽtia ꝓcedẽs.Oẽ eñ peccatũ ꝑ stultitiã fit:virtꝰ aũt prudẽtia est.Omnia secũdũ ipsam laude sunt digna.Sed & ea quę per prudẽtiã fiunt:sanitatẽ animę gignũt.Stultitia vero & vulnera & cicatrices iniicit.Qui igit in peccatis durãt se cõgaudentes,ac voluptatẽ capientes,porcis comparari possunt sese in limo volutantibus. Qui vero semel lapsus fuerit:deinde sese noscens castigauerit vt impurũ ac putidũ abominabitur.Tale igit quid se passum esse Dauid conscientiæ sanitate resipiscens,fatetur dicens, Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meę a facie insipientiæ meæ.Quoniam igitur multiplicatæ iniquitates meæ supergressæ sunt caput meũ,& sicut onus graue grauatæ sunt super me: & putruerũt & corruptæ sunt c.m.Huiꝰ rei gratia curãs meipsum:miser factꝰ sum

Sagittæ tuę ĩfixę mihi:secundum Symmachũ petierũt me.

Psal. cviii.

Psal.ci.

A facie irę tuæ.

A facie fremitus tui:vt Symmachus & Aqla interptantur.

Peccatũ oẽ stultitia.

& incuruatus ſum vſq͂ in finē:& nō ad vnū diē,neq͂ ad breue tēpus: ſed tota die cōtriſtatꝰ

Cōtriſtatus īgrediebar. Triſtis ambulabā ſcđm Symma.

ingrediebar.Secūdū vero Symmachi interpretationē.Triſtis ambulabā: non autē lętus aut ſuperbus in his quę admiſi.Nō quemadmodū Rex elatus ac nulli ſubditus iudici:verū ob metum fremitumq͂ tuum tota die contriſtatus ingrediebar.¶Quoniā lumbi mei īpleti ſūt illuſionibus,& non eſt ſanitas in carne mea.Adflictus ſum & humiliatus ſum nimis,rugiebam a gemitu cordis mei.Domine ante te omne deſiderium meū:& gemitus meus a te non eſt abſconditus.Magna eſt fiducia dicentis:domine ante te omne deſideriū meū,& gemitus meus a te non eſt abſconditus.Multi enim quaſi deum latere valeant , precantur in ſecreto cordis,quę coram hominibus pcati nō auderent.Talium autem deſideriū licet omne ſit an te deum:tamen nō dicūt cū fiducia:domine ante te oē deſideriū meū.Sicut Dauid.q.d.Dn̄e tu noſti/ꝙ nihil tam deſidero tamq͂ propoſitum habeo q̄ vt irā tuā placem/& gratiā tuam merear.Et ita gemitus meus nō eſt a te abſcōditus:quia tu noſti vnde procedat: ex deſiderio videlicet gratiæ tuæ:& ex dolore culpæ meæ . Sane varia eſt hic lectio: Nam vbi dicitur:Lumbi mei impleti ſunt illuſionibus,Aquila interpretatur : Impleta ſunt latera mea ignominia.Ob hoc itaq͂ in memoriā veniens turpiſſimi facti ſui : quū pars animæ ſenſitiuæ doleret,hęc dixit.Putruerunt & corruptę ſunt cicatrices meæ a facie inſipiētię meę.Sed cur putruerūt,addit dicēs.Qm̄ lūbi mei īpleti ſunt illuſiōibꝰ: Vel mauis dicere: Latera mea ignominia.Innuit ex hoc:turpis facti genꝰ.Deīde ſeſe ſcrepās,ait.Nō eſt ſanitas ī carne mea Qn̄qdē lūbi mei īpleti ſunt illuſionibus.Ideo ait in pœnitentiā veniens: meā carnē caſtigo plectoq͂.Quāobrē nō eſt ſanitas in carne mea:vt ſi in iuſtitiam reuertens, poſſim quandoq͂ dicere.Si exterior homo noſter corrumpatur:interior tamen renouatur de die in diem, vt Apoſtolus dicebat.Superius ait:Nō eſt ſanitas in carne mea:& nō eſt pax oſſibus meis,Deinde ait:Adflictus ſum & humiliatus ſum nimis.Hoc em̄ pauloante in aliā ſententiā dixit. Miſer factus ſum & curuatus ſum vſq͂ in finē.Propriū eſt hominū prudentiū in peccatis & rebus turpibus nō efferri aut gloriari:ſed potius erubeſcere & conſcientię ſtimulis tangi ac humilē ſe gerere.Dauid igit̄ poſt hęc ait.Rugiebā a gemitu cordis mei.Vel ſecūdū Aquilā, A fremitu cordis mei.Nō vt multis manifeſtꝰ fiā,ore tm̄ fateor:ſed corde ipſo clauſis oculis tibi ſoli reſpiciēti arcana:mecū ipē lugēs,oſtēdo meos gemitꝰ.Nō.n.multis verbis mihi opus ad cōfeſſionē ad quā & cordis mei ſuſpiria:& ex aīę penetralibꝰ imis ad te Deū meum iterati q̄ſtꝰ ſatis exiſtūt:ſed & deſideriū meū de mea ipſiꝰ ſalute corā te deꝰ meꝰ pulchrū ad modū videri pōt.Qn̄ vero prauę concupiſcentię patrator fui:non corā te meum deſideriū fuit.Nūc ego cūcta faciēs q̄ ad hūilitatē ſpectāt:& ex corde imo lugēdo & te Deū meū cōfitēdo & me & luctus mei cauſam minime ignoras.Noſti em̄ ꝙ ſuſpiria tuā decētia hūanitatem emitto:quoniā nō mortē ſed pœnitentiā peccantiū expetis. Ideo ait.Et gemitus meus abs te nō eſt abſconditus.¶Cor meū conturbatū eſt, dereliquit me virtus mea & lumē oculorū meorū & ipſum non eſt mecū.Amici mei & proximi mei aduerſus me appropinquauerunt & ſteterunt.Et qui iuſta me erant de lōge ſteterūt:& vim faciebant qui q̄rebant aīam meā.Et qui inq̄rebāt mala mihi loquuti ſunt vanitates & dolos tota die meditati ſunt.Hic facile apparet cur in inſcriptione tituli,in recordatione fuerit adpoſitū.Nā memoriā eoꝝ q̄ iā diu ipſi euenerāt,repetit.Docet.n.ea in quibꝰ ruens in peccatū fuit.Cuius gratia oēm hāc confeſſionē edidit,dicens. Miſer factus ſum & curuatus ſum & contriſtatus ingrediebar & humiliatus ac rugiebam a gemitu cordis mei.Ad hæc omnia venio.Quoniā tēpore aliquo cor meū cōturbatū eſt & dereliquit me virtꝰ mea,& lumē oculoꝝ meoꝝ & ipm̄ nō eſt mecū.Tēpore em̄(inquit)peccati pars animę rationis particeps prauo cōfuſa adfectu:& tenebris ab eo q peccati fuit impulſor obducta,modicum non ſuſtinuit:adeo vt in inſipientiam inciderē.Ideo ſuperius dicit.Putruerūt & corruptæ ſunt cicatrices meę a facie īſipiētię meę Cōturbatū itaq͂ cor eius:qm̄ in inſipientia fuerit:& a virtute prudētię exciderit.(Opus.n. inſipientiæ facit.)Tunc dereliquit eū virtus eius.Non em̄ amplius dicere valuit ea q̄ Paulus gloriatur.Omnia poſſum in eo qui me potentē facit : quū a concupiſcentia ſit victus & ſine fortitudine inuentus.In his em̄ qui ſcđm virtutem agunt ſpiritus admodū promptus eſt:caro autem infirma.In his vero qui iuuant̄ a vitio caro quidē ingens ac valida reperit̄: anima vero infirma & debilis.Tūc igitur quū peccaui cor meū conturbatū eſt & dereliquit me virtus mea,alia quoq͂ mihi dura euenerūt.Lumen oculorum meorum.hoc eſt propheticus ſpiritus ipſius animæ adſpectū inluſtrās,& ipſum non erat mecum.Dereliquerunt me

Lūbi mei īpleti ſūt illuſionibus.

Latera mea impleta ſūt ignominia ſcđm Aquilā.

Cōfeſſio cordis.

ac abierunt: quoniá in maleuolam animá non introibit sapientia: nec in corpore subiecto peccatis. Sáctus em spiritus disciplinę fugiet dolosum & a cogitationibus insipiétiū discedet. Hic ergo abiens Dauid vacuū reliqt, post vero eius cordis turbationē & animę debilitatē: lumen oculoꝝ ipsum desolatū orbūq; reliquit: sic & illi qui prius erát amici, & proximi eius, omni tēpore cū eo veniétes ipsum deserétes, lōge steterūt flentes vt fas erat amici calamitatē. Quidá autē erant qui in bonis eius primis gaudebant: Angeli videlicet boni & ministri Dei in hominū salute lętari adsueti. Nam & super peccatore poenitente gaudium in cęlis oritur: & Angeli Dominū timentes eum fouent ac tuentur. Hi deniq; sunt omnes Dauid amici: qui tempore ipsius peccati sese auertentes discesserunt, non tamen eū omnino deseruerunt. Longe alioqui stantes dolebant: qđ & ipsemet docet, dicens. Amici mei & proximi mei aduersus me adpropinquauerūt & steterūt: & q iuxta me erant delonge steterūt. Quibus procul factis quidá alii qui peccato causam dederunt: prope me constiterunt: vim animæ meæ attulerunt. Ideo subdit: Et vim faciebant qui quęrebant animam meam: & qui inquirebant mala mihi locuti sunt vanitates, & dolos tota die meditabātur. Hi enim meū sanguinem sitientes & meam ruinam spectare cupientes, quū primū tempus viderunt: quo me virtus deseruit & lumen oculorū meorū abscessit: Amicos insuper meos qui iuxta me erant, procul a me factos: statim insilientes animę meę vim adtulerūt: & vt maligni vanitates sunt locuti. hoc est vanos intra meá animá iniicientes sermones, sed & dolosa blanditia ac voluptate me decipientes & bonis apparentibus inuitantes, tandē ad peccatū traxerūt. Ideo subdit. Et dolos tota die meditabātur. Ego aūt tāq̄ surdus nō audiebá & sicut mutus nō aperiens os suū. Et factus sum sicut homo nō audiēs & nō habēs in ore suo redargutiones. Postq̄ enim q meá quęrebát animá. inermem inuenerūt eá delusere, meisq; malis insultauere. Deinde loquebantur vanitates & dolos tota die. Insuper quū me desertū ab amicis conspicerē, prę verecūdia nō habui aliqd dicere: ideo quasi surdus nō audiebá. Sed ego qui vir olim prudētissimus ac omni sapiētia probatus fuerá factus sum surdus & sicuti murus nō apriēs os suū. Nullus (inqt) mihi sermo ad excusatioñē erat. Nō habebá aliqua inimicis dicere, semel ab eo victus: sed erá veluti homo nō audiēs nec habēs in ore suo redargutiones. Arguebat ipse & nō redarguebam, nec vim loquendi habebá verecūdia coopertus. ¶Quoniam in te Domine speraui, tu exaudies me Deus meus. Quoniam dixi: Nequando supergaudeant mihi inimici mei, dum commouentur pedes mei super me magna loquuti sunt. Hæc enim mihi euenerunt, ideo factus sum sicuti surdus, non audiens & sicuti mutus non aperiens os suum: & sicut homo non habens in ore suo redargutiones. Idcirco nihil aduersus inimicos redarguebam vt ab eis superatus. Non attamen desperaui. Coegi rursus meipsum quemadmodum ex morte desiliens & confessionis medicina meū ipse hulcus measq; cicatrices cognoscens, ex mea insipientia resipiscere & curari me cupio rogoq;: ideo in te Domine speraui. Non propriæ confisus virtuti nec aliam vllam præter te spem ante oculos mihi ponens, ea quæ sunt sanitatis mihi præscripsi. Quoniá ego in te speraui Domine: spes non confundit quia tu exaudis & volens misericordiam tu es: & non vis mortem peccatoris sed ipsius poenitentiam oro, vt tuum adsequar auxilium. Nequando supergaudeant mihi inimici mei: Nondū enim omnino gauisi sunt. Gaudebunt autem nisi ruam attingam misericordiam. Sed vt non supergaudeant mihi inimici mei: qui iam prius dum commouerentur pedes mei in me magna locuti sunt, ad te confugio: & dico. Non cō fundar in æternū neq; irrideant me inimici mei. Et rursus dico. Ad te Domine clamabo ne sileas a me: & adsimilabor descendentibus in lacum: & reliqua quę mihi in Psalmis diuersis apud te dicuntur: tibi supplicant, tuum implorant auxilium. Si enim maxime commoueri meos contigit pedes, quo tempore cor meū conturbatum est: & dereliquit me virtus mea: & lumen oculorum meorum & ipsum non erat mecum: non attamen omnino excidi, nec talem dedi ruinam: qualem deficientes a fide solent: quoniam eodem illo tempore quo pedes mei cōmoti, & aduersus me magna loquuti sunt inimici mei, vt non nimiū mihi insultarēt, ad te Deū tāq̄ ad salutis patrē confugi: vt qui labores hominū prauosq; animi adfectus possis ac soleas curare. ¶Quoniá ego in flagella paratus sum, & dolor meus in conspectu meo semper. Quoniá iniquitatē meá ego cognosco, & cogitabo pro peccato meo semp. Ab initio dicēs. Ne in furore tuo arguas me. nūc ait: Quoniá ego in flagella paratus sum. Non ergo iram ac furorem deprecatur ac detrectat: quum se paratum ad flagella dicat,

Nouit enim q̃ quẽ diligit Deus,castigat:Flagellat autẽ omnẽ filiũ quẽ recipit.Quamobrẽ generose flagella tulit:quę per calamitates domesticas post peccata ei euenerũt,vt in Regũ legitur historia. Et dolor meus contra me est semper. Multi enim priorũ peccatorũ obliuione capiũtur,nullã eorũ habentes rationẽ:& quasi diuinã cõtemnẽtes misericordiã, nullis putant opus esse precibus ad Deũ.Dauid vero Dei tribunal cõtinuo ante oculos habẽs ac sibi persuadẽs,queadmodũ omnes corã eo consistere oportet: vt referat vnusquisq̃,siue bonũ,siue malũ qđ gessit in corpore suo:in anxietate continuo cõsistebat:& hũc animę suę dolorẽ sanare meditans,ipse sese per confessionẽ Deo accusat.Ideo ait.Et dolor meus contra me est semper.Quoniam iniquitatẽ meam ego cognosco:& cogitabo pro peccato meo. Fidelem animã & diligẽter instructã & bene de iudicio Dei sentientẽ, huiuscemodi voces attingũt.Inimici autẽ mei viuũt & confirmati sunt super me:& multiplicati sunt qui oderunt me inique.Qui retribuebant mihi mala pro bonis detrahebãt mihi,quoniã sequebar bonitatẽ.Ne derelinquas me domine Deus meus:ne discesseris a me. Intende in adiutoriũ meũ domine Deus salutis meę.Omniũ inimicorũ suorũ reminiscitur: qui eũ ad peccatũ traxerunt. Orat,supplicatq̃ Dominũ,ne ab eo discedat. Videbat enim aduersarios etiam nũc se circũstantes,nec contentos de prima in se audacia:Ideo sollicitus ne rursus in eadẽ rueret,Inimici mei viuũt (inquit.Non enim mortui sunt,sed quotidie inualescunt plures cõtra me existentes) multiplicati sunt qui me oderunt,qui retribuũt mala pro bonis,qui nõ dũm desinũt me calumniari:mihiq̃ detrahere bonã salutaremq̃ viam persequẽti, animę meę saluti inuidentes.Huius rei gratia oro obsecroq̃ ne derelinquas me Domine. Solus enim aduersus tantos resistere nequaq̃ valeo.Tu igitur Deus ne discesseris a me.Adiutor quęso & custos meæ salutis adsis.Amen.

IN PSALMVM. XLIIII. IN FINEM PRO IIS QVI MVTABVNTVR FILIIS Chore ad intellectum canticum pro dilecto. Eructauit cor meum verbum bonum.



SALMVS hic perfectionem quandam humanę vitę simulq̃ vtilitatem ac auxilium iis qui scđm virtutem viuere statuerunt:vt proficientes ad propositum quandoq̃ finem ac ad perfectum peruenire valeant, tribuere videtur.Inscriptionem habet,In finem pro iis qui mutabuntur,hoc est pro hominibus,periphrasi quadam vtens.Nos enim pręter omneis creaturas rationis participes maxime conuersionibus ac mutationibus singulis fere horis obnoxii sumus.Neq̃ enim corpore neq̃ mente iidem continuo similesq̃ nobis existimus.Sed corpus quidem nostrum semper nouũ atq̃ diuersum ex assidua redditur mutatione:vel a paruo ad magnũ crescendo:vel a perfecto ad minus deficiendo.Non enim idem est puer iam ad ludũ præceptoremq̃ iens,& probe se ad percipiendas disciplinas habens, ac ille qui nuper est natus. Alius rursus ab hoc Ephebus, qui iuuenilia dignoscere iam potest. Respectu item huius alius vir factus & magnitudine & robore corporis.Quũ vero in florẽ venerit ætatis,ad summũq̃ vigoris:rursus ad deterius tendit habitu paulatim defluẽti: & neruis corporis deficientibus,donec a senectute victus & incuruatus,vltimã viriũ subtractionem sustineat.Nos ergo ii sumus qui mutamur.Et profecto sapiẽter nos homines hic Psalmus per hanc vocẽ significat.Non enim Angeli mutationẽ patiũtur. Nullus eñ apud illos puer,neq̃ adolescens,neq̃ senex:sed in quo ab initio creati sunt statu,in hoc perpetuo remanẽt:qui stabili firmaq̃ natura perseuerent.Nos aũt cõtinuo mutamur:qđ quidẽ scđm corpus iam ostẽdimus: scđm vero animã & interiorẽ hominẽ cõtinuo etiã ex rebus rerũq̃ euẽtibus sentẽtias mutamus.Alii nãq̃ sumus in felicitate, & rebus prospere succedẽtibus: alii vero in aduersis,& si quid contra nostrũ acciderit votum.Mutamur item in iracundia statum quẽdam ferinũ sumentes. Mutamur & in concupiscentiis instar brutorum ob vitę voluptates effecti.Equorum naturam sumimus:quũ per insanã libidinem vxores vexamus alienas.Vir dolosus vulpeculę similis redditur,queadmodũ Herodes fuisse dicitur.Impudens vero canis appellatur:sicuti Nabal Carmelius.Vides itaq̃ quanta in nobis mutatio, varietasq̃ existat.Admirare igitur eũ qui tam probe hanc nobis appellationẽ conuenientẽ indidit. Nam mihi quidã ex iis,qui sacros libros conuerterũt, pulchre locũ tituli huius Psalmi fuisse interpretatus videtur:& eũdẽ sensum per alia verba exposuisse.Nam pro mutãdis scripsit,pro liliis:florem videlicet pręter omneis alios cito pereũtẽ dignũ putauit,naturæ humanę fragilitati comparari. Quoniã vero in futurũ tempus hæc vox extenditur:

Homo maxime mutabilis.

De vitæ mutatione pulchra ratio.

Beluini mores ĩ quibus inuenti.

Pro liliis

(Dicitur enim pro mutãdis,veluti hac mutatione nobis in posterũ apparĩtura.) Considetemus ne forte Resurrectionis nobis sermonem innuat:in qua mutatio nobis in melius ac plane spiritualis erit.Seminatur (inqt Apostolus) in corruptione,surget i incorruptione. Seminatur in debilitate,surget in virtute.Seminatur corpus animale,surget corpus spirituale. Videsne mutationẽ hãc? Deniq omnis creatura rationalis corporea patitur.Nã & cæli vt vestimentum veterascent : & sicuti opertorium mutabit eos Deus & mutabuntur. Tũc & Sol erit septuplo maior,vt ait Esaias:& Luna vt nũc est Sol,amplitudine . Quoniã vero nõ omnibus eloquia Dei scripta sunt: sed habẽtibus aures scdm interiorẽ hominem: mutãdis inscripsit,vt existimo,seipsos curãtibus & cõtinuo per pietatis exercitationẽ magis ac magis proficiẽtibus.Ipsa demũ est optima mutatio quam dextra facit excelsi, quãve beatus Dauid sciuit:quãdo degustans virtutis bona,priora cõdemnauit.Quid eñ (inqt) volui abs te? Et dixi nũc cœpi.hæc mutatio dexterę excelsi.Ex quo is q proficit in virtutẽ: nullũ est tẽpus quo nõ mutetur. Quãdo enim,inqt,eram paruulus loquebar vt paruulus; sapiebã vt paruulus,cogitabam vt paruulus: Quãdo autem sum factus vir,euacuaui quæ erãt paruuli:merã & brauiũ supernę vocationis sum prosequutus. Mutatio igitur vera ac propria interioris est hominis:qui de die in diẽ renouatur. Quoniã vero Propheta noster in hoc Psalmo nũciaturus erat ea quę dilecti sunt:qui mysteriũ incarnationis ꝑ illis suscepit,qui hac gratia sunt digni:hũc edidisse canticũ filiis Chore dicit:Canticũ enim est:quoniã nuda voce sine musici instrumenti harmonia cũ vocis alioqui concinnę modo emittit. Canticũ scribitur pro dilecto.Quẽ vero hũc appellet dilectũ,profecto dicam: si prius illius euangelicę vocis reminisceris : Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui, ipsum audite.Dilectus enim patri vt vnigenitus:Creaturæ aũt omni vt pater humanus & bonus præses.Idẽ autẽ natura est & dilectũ & bonũ.Ideo quidã bonũ esse definierũt,qd omnia expetũt.Nõ enim cuiusvis est in charitatis ire perfectũ & vere bonũ nosse:sed eius qui veterẽ hominẽ contaminatũ concupiscẽtiis exuere potest,& induere nouũ: secũdũ creatoris imaginẽ.Ex quo ille qui pecuniã amat,& circa iniquinatã corporis pulchritudinẽ,attonitus vagatur:& hãc gloriolam magni facit,ad veri dilecti spectaculum hallucinatur.Ideo dicitur: Diliges Dominũ Deum tuũ ex toto corde tuo & ex tota anima tua & ex omni mente tua. Hoc autẽ qd ex omni dicit,diuisionem non admittit . Quantum enim dilectionis in rebus terrenis collocaueris:tãtũ tibi ab hoc toto necesse fuerit vt demas.Ideo pauci ex omnibus Dei amici appellati sunt:quemadmodum scriptum est Mosen fuisse amicum.Amicus enim sponsi (inquit Euangelium) stans gaudio gaudet: hoc est qui stabilem atq immobilem in Christum charitatem retinet.Idcirco discipulis iam perfectis Dominus ait.Non est vt iam vos seruos dicam,sed amicos.Quoniam seruus non nouit,quæ suus Dominus facit. Vere igitur perfecti & amici Dei est,dilectum nosse.Nemo enim improborũ aut stultorum amicus. Nam amicitiæ bonum aut virtus,in prauum nequaq̃ cadit adfectum: quoniam nihil turpe aut inconcinnum in amicitiæ concordiam venire potest,Malum enim non solum bono est aduersum, sed ipsum sibi . Sed iam ad verborum Psalmi vestigationem veniamus .

ERVCTAVIT cor meum verbum bonũ. Nõnulli enim existimauere ex patris persona hęc dici de verbo existente,apud eum in principio:quod videlicet ex bono corde ait, & ex visceribus produxit:& ex bono corde bonũ verbum processit.Mihi autem videtur,ad Prophetę ferri personã. Nam quæ deinceps sequũtur ad patrem minime pertinere videbũtur. Neq enim de lingua sua diceret pater:Lingua mea calamus scribę velociter scribentis:speciosus forma præ filiis hominũ. Non enim pulchritudinis suæ excellentiam hoĩbus cõpararet.Paulo post ait.Propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lętitię.Nõ dixit:vnxi te ego Deus,sed vnxit te Deus.Ex quo palam est ꝙ alia sit persona loquens. Quæ autem hæc sit: Quid nisi prophetã dicere possumus,qui in seipso sancti spiritus virtutẽ suscipiẽs: Eructauit (inquit) cor meũ verbum bonũ:Quãdoquidem eructatio occultus est spiritus æstum crapulæ ad superni amoris desideriũ ẽrumpẽtis spirans.Nutritus viuo pane e cęlo descendente: vitãq mũdo tribuente:refertus demũ omni verbo quod procedit ex ore Dei, scdm consuetam scripturæ tropologiam. Anima nãq sacris educata disciplinis saturatam cibis cœlestibus euomit eructationem . Quoniam ergo spiritualis erat optimaq nutritio verbũ bonum Propheta eructauit.Bonus nãq homo ex bono cordis sui thesauro bonũ profert. Quæramus itaq & nos ex verbo cibum ad animarũ nostrarũ saturitatẽ. Iustus eñ,inquit, bonũ.

Resurrectio futura.

Sol erit septuplo maior & Luna vt est nunc Sol.

Cãticũ.

Dilectus Christus.

Bonum.

Amici dei pauci.

Eructatio.

Verbũ

explet animũ suũ: vt ex iis quibus nutritur, non quodcunq; verbum, sed bonum emittat. Improbus vero prauis dogmatis pastus, prauũ corde verbũ eructat. Nõne vides qualia hę reticorũ ora eructãt? q̃ dura & sçculẽta? quãtũ intus morbũ arguẽtia? Malus itaq; ex thesauro sui cordis malũ pfert. Caue igit̃ magistros tibi coacerues, q tuis pruriant auribus: qve tuis visceribꝰ morbũ iniicere, ac prauorũ morborũ eructationẽ tibi ministrare valeãt: quorũ causa ĩ die iudicii cõdẽneris. Ex verbis eiꝰ (inqt) iustificaberis, & ex verbis itẽ cõdẽnaberis. ¶Dico ego opera mea regi. Hæc nãq; sententia valde facit vt propheticæ personæ verba videantur. Dico ego opera mea regi. hoc est confiteor iudici. In meis nãq; factis accusatorem præuenio, quod mandatum accepimus. Dic tu tuas iniquitates primus vt iustificeris.

Calamꝰ. ¶Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis. Sicut enim calamus instrumẽtũ scribẽdi est, ipsum scite mouente manu ad eorum significationem quæ scribũtur: Sic & iusti lingua quã sanctus moueat spiritus æternæ vitę verba ardentiũ cordibus inscribit: tincta quidem

Scriba. non attramento, sed spiritu Dei viuentis. Scriba igitur spiritus sanctus: quoniam sapiens ac præter omneis velociter scribit. Velox enim Dei motus est. Scribit item nobis disciplinas tabulis non lapideis sed carneis nostri cordis. Pro portione autem Apostolorum cordibus. Nam plura pauciorave occulta vel manifesta scdm puritatis præparationem cordibus inscribere solet: ob celeritatem vero eorum quę sunt scripta, plenus orbis terrarũ Euangelio perpetuo factus est. Qd autem deinceps sequitur, visum est mihi aliud habere principium: & his nullo modo iungi quæ sunt hactenus dicta: sed deinceps aliud exordiri. Speciosus

Speciosus forma. forma præ filiis hominũ. Diffusa est gratia in labiis tuis. Ad nos enim hæc sententia dicitur: vbi Aquila & Symmachus interpretantur. Pulchritudine speciosus factus es præ filiis hominũ. Speciosum enim forma Dominũ appellat eius innuens diuinitatẽ. Non enim carnis pulchritudinem laudat. Nam scribitur. Vidimus ipsum & non habebat speciẽ neq; formam: sed eius speciem ignobilem reliquerunt præ filiis hominũ. Palam itaq; est φ eius claritatem Propheta contemplando, fuerit splendoribus animę refertus. Vnde admonitus ad diuinũ spiritualis pulchritudinis amorem exarserit: qua humanæ animæ facta manifesta, omnia quidem turpia sordidaq; apparent. Ideo Paulus postq̃ forma speciosum vidit, reliqua vt stercora putauit: vt Iesum Christum lucrifaceret. Qui enim extra veritatis verbum repriuntur: Euangeliũ stultitiam appellant: humilitatẽ simplicitatẽq; sacri eloquii omnino contemnũt. Nos autẽ gloriamur in cruce Domini nostri Iesu Christi: quibus palam facta sunt per spiritũ omnia quæ a Deo sunt condita: nõ quidẽ in sublimibus humanę sapientiæ verbis, sed humili sermone, locuplete ex Deo gratia nobis ad veritatis cognitionẽ effusa. Quãobrẽ breui tẽpore ad oẽm orbẽ terrarũ vulgata prędicatio. Diues itaq; & copiosa gratia euãgelizantibus: quos labia Christi Propheta nominat, est diffusa. Vnde illis animæ gẽtiũ omniũ paruerũt: & per gratiam Christi fidei immobilibus ac perpetuis comprensę sunt dogmatis. Ex quo ait Apostolus. Per quẽ accepimꝰ gratiã & apostolatũ ad obœdiẽdũ fidei. Et rursus. Abundantius omnibus illis laboraui. Non ego, sed Dei gratia quæ mecum est. ¶Diffusa est gratia in labiis tuis: hac de causa benedixit te Deus in ęternũ. Scribitur eñi in

Gratia seruatoris. Euangelio. Quemadmodum admirabantur in verbis gratiæ quæ ex eius ore procedebant. Quãobrẽ manifeste Psalmus gratiã verborũ Domini nostri Iesu Christi ostendere volens: Diffusa est gratia in labiis tuis ait. Benedixit te Deus in æternũ. Manifestũ φ ad humanitatẽ referre oporteat, scdm φ & sapiẽtia & ætate & gratia proficiebat. Dilexisti iustitiã & odisti iniquitatẽ: propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lętitię prę participibus tuis. Ex hoc sane intelligimꝰ: queadmodũ vnctionis honor ei ob virtutes datus sit. Simile aũt huic & illud: qd Paulus scribit ad Philippenses. Humiliauit seipsum vsq; ad mortẽ: mortẽ autẽ crucis: propter qd Deus exaltauit illum & dedit illi nomen, qd est supra omne nomen. Ex quo palam est φ hęc de Seruatore vt homine scribũtur: quoniã Ecclesia corpus est Domini & ipse caput Ecclesiæ: queadmodũ diximus labia esse Christi, eos qui diuini verbi sunt ministri: sicut Paulus in se Christũ habens loquentẽ, & si quis illi virtute similis fuerit. Sic demũ reliqua corporis Christi mẽbra velut vnus credentiũ sumus. Qui ergo datã Ecclesię benedictionẽ in Dominũ refert, nõ errabit. Benedixit te Deus: hoc est mẽbra tua & corpus tuũ refersit ex ipso bonis in æternũ: hoc est in infinitũ. Adcinge gladium tuũ super femur tuum potentissime. Specie tua & pulchritudine tua. Putamus enim in Dei verbum tropice referri, vt carni coniugatur. Qd est vehemẽs & penetrabilius omni gladio ancipiti pertinẽ

gens vsq ad diuisionē animæ ac spiritus, compagū quoq & medullarū. Discretor meditationum cogitationūq cordis. Quoniam femur signum est eius humanæ genealogiæ: Ipsæ (inquit Scriptura) egredientes animę ex femore Iacob. Vita & via & panis & vitis & vera lux & alia multa Dominus noster Iesus Christus nominatur. Sic & gladius diuidens partē animæ sensitiuę & motus concupiscētiæ perimens. Deinde, quoniam Deus verbum carnis debilitati sese coniūcturus erat: pulchre additur potentissime: quoniam maximæ potentię demonstrationem habet: posse Deū in natura esse humana. Non enim cæli & terræ globus & maris & aeris & maximorum elementorū generatio, & si quid supra mūdū intelligitur & si quid subtus terras vsq reperitur: tantū diuini verbi potentiam ostendunt, quantum incarnationis mysterium ac virtus & ad humilitatem vsq debilitatēq nostram descensus manifestant. Specie tua & pulchritudine tua. Species a pulchritudine differt, q Speciosum dicitur id quod temporis opportunitati quadrat, ac seruit ad propriā consequendam perfectionem: quemadmodum speciosum seu tempestiuū frumētum & messium tempestiuitas fructuū, quādo ad maturitatis perfectionem per anni tempus & ad vsum venit. Pulchrum vero est in membrorum compositione & harmonia gratia vigēs. Adcinge igitur gladium super femur tuum potentissime, specie tua hoc est temporis perfecti opportunitate, & pulchritudine tua: id est contemplabili tua & intelligibili veritate. Illud enim vere pulchrum qd humanam omnem excedit comprensionem, tāq contemplabile. Nouerūt autem ipsius pulchritudinem eius discipuli quibus parabolas soluit, & dedit nosse regnum cælorum. Viderunt & huius pulchritudinem Petrus & filii tonitrui in montefulgentem supra solis splendorem: & exordia ipsius gloriosi aduentus oculis comprendere digni sunt habiti. Intende (inquit) & prospere procede & regna: hoc est missa cura ac diligentia carnis perpetuam ac nūq desiturā sequere spiritus substantiā. Hæc enim & viam & cursum pdicationi præbebit: & omne cor tuo subiget imperio. Nec mirū tibi videatur q imperatiue dicat procede ob scripturę consuetudinem hoc modo figurantis ea quæ optantur. Nam & imperatiue dicitur: Fiat voluntas tua: & adueniat regnum tuū. ¶Propter veritatem & mansuetudinē & iustitiā & deducet te mirabiliter dextera tua. Rursus hic sermo figuratur, velut in mercedē hęc accipiēte dño procedere & regnare: p veritate & māsuetudine & iustitia. Oportet aūt sic intelligere: q postq in mēdacio sunt res humanę, vt feras veritatē, regna in hominibus peccato subiectis, vt cū ru sis ipsa veritas & māsuetudo, oēs exēplo tuo in mansuetudinē & bonitatē reducātur. Ideo dñs ait. Discite a me, qa mitis sum & humilis corde: qd nō solū verbis, sed re qdē ostēdit. Nā cōtumelia lacessitus tacebat, vulnerat⁹ sustinebat. ¶Et deducet te mirabiliter dextera tua. Nō columna nubis, non ignis splēdor, sed ipsa tua dextera sagittę tuę acutę potētissime. Sagittę potentis acutę, sunt cōcinni sermones audiētiū corda ferientes: ac animas bene institutas penetrātes. Verba nāq Scripturę, stimuli sunt boum. Ex quo Psalmista cupiēs quādoq a dolosis hominibus secūdū generationē liberari: in auxiliū dolosę linguę sagittas potētis acutas exquirit. Quęrit item carbones adesse desolatorios. Qui enim has sagittas ob cordis alienationē ac remotionē minime attingūt: his parata mulcta, quā carbones desolatorios appellauit. Quicūq se Dei desertores cōstituūt, aut procul ab eo se faciūt: his anxietas & æstus desolatoriorū (hoc est vrentiū ac vastātiū) carbonū necessarius. Sagittæ tuæ acutę. Ex his nāq sagittis suscipientes Christū animæ, & summa ipsius charitate ardentes, vulnerantur: similēq illud Sponsæ dicūt. Vulnerata charitate ego sum. Inexplicabilis profecto ac ineffabilis verbi pulchritudo & sapientiæ species & Dei summi forma natura cū sua. Beati qui verę pulchritudinis faciem videre optantes, & ei veluti per charitatem coniūcti, cęlestem beatūq amorem, tm̄ intuentur. Obliuiscūtur enim domesticorum, familiariūiomnis deniq curę non solū superfluę, sed etiam in edendo bibendoq, ac reliquo victu necessariæ: soliq puro & diuino amori vacauere. Intellige item sagittas acutas eos qui per orbem vniuersum ad euangelizandum missi sunt: qui quoniam linguas suas vt sagittas acuerunt, operibus iustitię fluxerunt: ac tenuiter & acute animas eorū qui edocti sunt subierunt. His itaq sagittis populos vt sub iugum Christi venirent, pręparauerūt. Mihi qdē videtur, vt sermo hic longe melius cōsequatur, si per Hyperbaton constituatur, vt talis sit sensus. Intende procede & regna: & deducet te mirabiliter dextera tua: & populi sub te cadent. Nullus Deo aduersus aut contumax aut superbus sub Deo cadit: vel ei se subigit, nisi fidem accipiat. Sagittæ nāq in corda cadentes quandoq inimicorū

Femur. Gladi⁹. Incarnationis potentia. Species. ὡραῖον καλόν. Pulchrū. Imperatiue posita. Carbo desolatorii. Sagittę acutę.

rum regis trahunt eos ad veritatis desiderium & ad ipsum Dominũ vt inimicos Dei existentes,eidem per doctrinam concilientur.¶Sedes tua Deus in seculũ seculi,virga directionis,virga regni tui.Dilexisti iustitiam,& odisti iniquitatẽ,propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lętitię præ participibus tuis. Quoniam vero circa humanitatẽ multa versando dixit:nunc sermonem ad altitudinem gloriæ vnigeniti conuertit. Sedes tua Deus in seculum seculi:hoc est regnum tuũ omni seculorum cogitatione est antiquius. Et pulchre ad modum post populorum subiectionem:regni Dei magnitudinem commendat: Virga directionis,virga regni tui.Idcirco ei propriam reddidit appellationem clare Deum vocans. Sedes tua Deus instructiua est admodum regni Dei erudiensq;:nec obliqua,sed recta facit iudicia.Ideo virga directionis virga regni ipsius nominatur. Si enim dereliquerint filii ei⁹ legem meam & in iudiciis meis non ambulauerint : visitabo in virga iniquitates eorum. Vides ne iustũ Dei iudiciũ:quo non in omnes sine discrimine: sed tm̃ in peccatorẽ vtitur? Sed & ipsa consolationis etiam dicitur virga:Virga enim tua (inqt)& baculus tuus ipsa me cõsolata sunt.Dicitur & virga flagrum seu flagellum.Reges eos in virga ferrea & tãq̃ vas figuli confringes eos. Conteruntur autem terrea ac lutea in eorum beneficio, quos Deus regit ac diligit:secundum qđ in carnis perditionem traduntur:vt spiritus seruetur. Propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis. Quoniam vero vnctionem seu chrisma typicum & typicos pontifices ac reges figurare oportuit : Caro Christi vero chrismate ob aduentum sancti spiritus in illam vncta est,qđ quidẽ exultationis oleum vocatur.Vnctus est autẽ præ participibus eius: hoc est supra omneis homines Christi participes existentes:quoniam illius quidem particularis quædam tributa est spiritus cõmunicatio: supra vero filiũ Dei sanctus descendens spiritus : vt ait Ioannes,mansit supra ipsum.Pulchre autem exultationis oleum spiritus appellatur : quia gaudium vnus e spiritus sancti fructibus numeratur.Quoniam vero mixtus est de Seruatore sermo propter & diuinitatis naturam & incarnationis mysterium,rursus in Dei humanitatẽ respiciens ait. Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem: pro eo qđ est. Reliqui quidem homines labore & exercitatione & attentione sępenumero amando sequendoq; bona, & rursus sese a malis auertendo proficiũt:Tibi autẽ naturalis quędã ad bonũ familiaritas,& ab iniquitate alienatio.Et nobis profecto fratres non difficile volentibus amorem erga iustitiam & odiũ aduersus iniquitatem suscipere.Omnem enim potentiam Deus animæ rationis participi sicut amandi:sic odio habendi vtiliter dedit:vt ratione directi virtutem quidem amemus:odio vero habeamus iniquitatem:quæ sine dubio persequẽda est odio. Dicitur enim: Odientes te Domine odiui & perfecto odio oderã illos.¶Myrrha & gutta & casia a vestimentis tuis a domibus eburneis:ex quibus delectauerũt te filię regũ in honore tuo.Descẽdens paulatim ac consequẽter propheticus sermo, ac omnibus mysteriis obuiã procedens spiritus ei occulta patefacientis instigatione venit ad mortẽ dominicã. Myrrha (inquit) & gutta & casia a vestimentis tuis.Myrrha quidẽ quoniã sepulcri signũ est: qđ Euãgelista Ioannes docuit dicens:Ioseph ab Arimathia eũ cũ myrrha & aloe tumulasse. Gutta vero & ipsa myrrhę species est tenuissima.Ex hoc enim aromate cõtuso omne qđ exit liquidum, in guttam separatur.Reliquũ qđ restat crassius,myrrha appellatur. Itaq; Christi quidem odor myrrham ob mortem spirat. Guttam vero ꝙ non immobilis nec ociosus in sepulcrum permanserit:sed illis diebus ac noctibus in infernũ descenderit:ac omnia circa Resurrectionem mysteria , ne quid eorum quæ ab ipso agenda erant, relinqueretur, absoluerit. Casiam demum spirat:quæ folium est odoratum ac tenuissimũ ligneum extendẽs calamũ. Crucis itaq; supplicium in beneficium omnis creaturæ sumptum altius nobis ac sapienter hic sermo per casię nomen innuit.Habes ergo myrrham ob sepulcrũ.Guttam ob descensionem ad infernũ:ꝙ omnis gutta ad inferiora tendat.Casiam vero ob carnis circa lignũ mysteriũ.Ex hac deniq; causa lętificauerũt,inqt,te filiæ regũ in honore tuo.filiæ quidẽ regiæ quædam sunt generosæ ac magnę regięq; animę : quę ob descensum ad humana noscentes Christum lętificauerunt eũ in honore in vera fide ac charitate perfecta ipsius diuinitatem probantes. Aromata vero hæc non leui de causa inesse Christi vestibus dicit. Similiter & domos memorat eburneas,vt per has sane parabolas ordinatio ecclesię & dogmatũ Christi ædificatio cõstructioq; plane significẽtur.Domus nãq; ex ebore cõstructę pulcherrimę splẽdidęq; esse apparẽt. Diuitias itaq; puto Christi charitatis erga mũdũ Prophetã enũciare.

Virga multiplex.

Vnctio Christi.

Myrrha

Gutta.

Casia.

Domus eburneę.

Adest regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circundata varietate. De Ecclesia dicit, de qua in Canticis canticorum didicimus: Q; vna est perfecta Christi columba, quę in dextrū Christi locum eos accipit, qui in benefactis sunt exercitati: ac veluti pastor oues ab hœdis, probos separat ab improbis. Adsistit itaq; regina anima sponsali verbo coaptata minime peccatis seruiens: sed Christi regni particeps a dextris Seruatoris in vestitu deaurato: hoc est in dogmatis florentibus & variis & contextis grauiter sese ac religiose ornans. Non enim vna tm̄ specie dogmata, sed varia & multimoda: morales simul & naturales & contemplatiuos comprendentia sermones existunt: propterea variam sponsæ vestem hic dicit. ¶Audi filia & vide & inclina aurē tuā, & obliuiscere populum tuū, & domū patris tui: & concupiscet rex decorem tuū: quoniam ipse est Dominus Deus tuus & adorabunt eum. Vocat Ecclesiā ad acromata & mandatorū obseruationem: & familiarem sibi ex ipsa appellatione facit, filiam eam nominando quasi per charitatem pariens. Audi filia & vide. docet ipsam nudam simplicēq; contemplationi mentē gerere ex eo qđ ait, vide. Nosce (ait) creatione vt tu ordine naturæ per te excitata, sic ad Creatoris cōtemplationē altius ascendas. Deinde flectens collum iactantię fastu sublatū, inclina aurem tuam: ne curras ad externas fabulas: recipe Euangelii vocē, ac in verbis humilitatē. Inclina aurem tuam ad hanc præceptionem, vt plane obliuiscaris prauarū illarum & paternarum doctrinarū. Ideo obliuiscere populum tuū & domū patris tui. Omnis qui peccatū admittit ex patre diabolo est. Abiice (inquit) dæmonū præcepta: obliuiscere impuri sacrificii: nocturnę choreę, fabularū deniq; ad omnem libidinē prauāq; consuetudinē animas excitantiū: propterea filia mea appellata, vt patrem qui te prius in perditionē genuit, odio prosequaris. Si enim per obliuionem maculas veterū præceptorū deleueris, proprium recipies decorem & delectabilis apparebis & regi placebis. Quoniā ipse est Dominus Deus tuus, & adorabūt eum. Officium obœdiētię manifestat: ex eo qđ ait. Ipse est Dominus Deus tuus. Adorabit autem ipsum omnis creatura: quoniā in nomine Iesu Christi, omne genu flectetur cælestiū terrestrium & infernorū. Et, filię Tyri in muneribus vultum tuū precabuntur, omnes diuites populi. Videtur enim summa idololatria in Chananęa regione fuisse. Metropolis autem Chanaan Tyrus. Conuersus igitur ad Ecclesiæ obœdiētiam sermo: Filia, inquit, veniet quandoq; tempus: quum diuites populi cum muneribus vultū tuū, hoc est Christum Ecclesiæ caput, quē prosopon, id est personam sacrum eloquium nominat. Omnis gloria eius abintus in fimbriis deauratis circūdata varietate. Adducentur regi virgines post eā: postq̄ anima prauis iniquitatis præceptis aures clausit, & oblita populi sui & domus patris sui salubribus monitis obtemperauit: Narrat ea quæ sunt de ipsa spiritus sanctus, & quemadmodum eius intus puritatem viderit. Omnis (inquit) gloria Christi sponsæ factæ in futurum per adoptionem filiæ regis intus est. Hortatur plane hic sermo ad ecclesiasticæ gloriæ mysteria intrinsecus prendenda. Velut intus existente nympha decora: quæ si adorat aut aliquid boni facit, non ostentationi aut famæ seruit, vt videatur ab hominibus, sed soli Deo placere studet. Hæc omnem intus habet gloriam: sicut & filia regis fimbrias aureas, quibus circūdatur & variata est intus tota. Ne quæras auro aut varietate circūdare corpus: sed illum qui est ad imaginem Dei creatus, vt ait Apostolus. Exuentes veterem hominem induite nouū eum, qui renouatus est secundum imaginem Dei in omni pietate, bonitate, humilitate, longanimitate, mansuetudine. Hæc intus circūdant, intus hominem ornant. Paulus item monet. Induite Dominum Iesum non secundum exteriorem hominem: sed mens nostra Dei memoria circūdetur. Puto enim spiritualem ornari vestem: quando disciplinæ verbum actio consequitur. Quemadmodum enim pannus stamine orditus contexitur: sic si verba facta comitentur aut sermonibus probis actiones induantur, ornatissima quædam animæ circūdatio, munitioq; fiet: quæ vitam re ac verbo perfectam redolent. Fimbriæ nāq; vestis spirituales hæ quidem sunt: ideo aureæ dicuntur esse: quæ item virtutem notare videntur, re ac verbo absolutam: qđ hæc vestibus extent & panno supersint. Sequūtur autem sponsam Domini animæ quædam aliena dogmata minime suscipientes, & hæ quidem regi adducentur. Audiant hęc qui virginitatem Deo vouerunt: quemadmodum virgines regi adducētur, quæ sacrosanctam Ecclesiam rite sequentes ab eius ordine aut præcepto minime defecerunt. Adducentur autem in lętitia & exultatione. Adducentur in templum Regis. Non enim (inquit) per vim ingrediētes virginitatem, neq; ex tristitia aut necessitate pulchram

Ecclesia filia dei.

Virginū dona.

sibi eligentes vitã,sed in lætitia & exultatione,ac in tali actione magnopere gauderes. Ipsæ demũ regi adducentur,& non in locũ quẽlibet,sed in templũ regis. Vasa nãq; sacerdotalia quæ humanus vsus non cõmaculauit,in Sancta sanctorũ adducẽtur:& ad secreta trãsẽũdi potestatem habebũt:vbi contaminati pedes non ambulabũt. Quãtum vero quidve referat in templũ regis adduci:Propheta per se orans ostendit. Vnam petii a Domino hanc requi ram:vt habitem in domo Domini cunctis diebus vitæ meæ:vt videam iocunditatem Do-

Filii ecclesiæ. mini,& visitem templum sanctum eius. ¶Pro patribus tuis nati sunt tibi filii:cõstitues eos principes super omnem terrã.Quoniam vero supra præcepit:vt anima populi sui & domus patris obliuisceretur,vt obedientię virtus muneretur:pro patribus filios accipit tanta dignitate pollentes : vt eos principes super omnem terram constituat . Hi sunt Ecclesiæ seu Euangelii filii vniuersæ terrę dominantes.In omnem (inquit) terrã exiuit sonus eorũ: & constituti supra duodecim thronos iudicabũt duodecim tribus Israel.Si quis autẽ sponsæ patres accipiat Patriarchas,hæc de Apostolis sententia propterea non reiicitur.Nam pro illis facti sunt sponsæ filii per Christum:opera faciẽtes Abraam,& ideo æquales ei honore censentur: ex eo ꝙ eadem ab illis gesta sunt ob quæ magnis honoribus digni sunt facti patres.Principes vero vniuersę terræ sunt sancti ob naturę ipsius proprietatem ad bonũ quæ eis imperium prębet,sicuti prębuit Iacob supra Esau potestatẽ. Esto (inquit) dominus fratris tui.Igitur pares honore patribus facti, & virtutis exercitatione supra omnem conatũ accipientes:hi demũ filii Christi sponsæ sunt,& a propria matre principes, sic per omnem terram constituũtur.Considera ergo parumper reginæ potestatem,quanta sit eligere principes super omnem terram . Recordabor nominis tui in omni generatione & generatione. Propterea populi benedicent tibi in seculũ & in seculũ seculi.Hæc enim ex Ecclesiæ persona dicitur.Recordabor nominis tui in omni generatione & generatione. Quæ enim est Ecclesiæ memoria? Confessio populorum.

IN PSALMVM.XLV. IN FINEM FILIIS CHORE PRO ARCANIS. DEVS NOSTER REFVGIVM.



Aticinium hic mihi videtur,Psalmus complecti de iis quæ sunt ad finem Quem finem Paulus videns ait : Deinde finis quando tradiderit regnum Deo patri. Vel quoniam actiones nunc ad finem nos quælibet sibi propriũ ducunt.Bona quidem ad beatitudinẽ:improba vero ad æternũ suppliciũ. Consilia in hoc Psalmo a spiritu sancto tradita ad bonum ducunt finem auscultantes . Hac itaq; de causa inscriptus est, in finem: veluti doctrinæ

In finẽ. ipsius vtilitas ad beatum humanæ vitæ finem reducatur . Filiis autem Chore hic dicitur

Filiis Chore. Psalmus:quos spiritus sanctus nõ diuidit:ꝙ velut vna anima & vna voce cum omni inter se concordia propheticos iungunt sermones:nihil citra reliquum altero prophetante: sed æque ipsi prophetię gratia concessa ob æqualem inter eos ad res optimas adfectũ. Pro ar-

Pro arcanis. canis dicit:hoc est in mysterio occultis:ꝗ quũ ad ea veneris ꝗ in pte sunt psalmi,facile noueris:& quẽadmodũ nõ cuiuslibet est diuina mysteria deprẽdere,sed tñ eius ꝗ cõcinnũ enũciãdi organũ fieri poterit:vt loco psalterii eius aĩa a spiritu sancto impulsa moueri posset. ¶DEVS noster refugium & virtus in tribulationibus quę inuenerunt nos nimis. Homo enim ob insitam ei a natura debilitatem pluribus in eum rebus tristibus & laboriosis irruẽtibus multo indiget auxilio:ex omnibus circũstantibus refugium quęrens:velut in tutum se recipiens locum ad aliquem acutum verticem inexpugnabili circũdatũ muro ob inimicorum incursum sese munit.Sic in hoc psalmo ad Deum confugit : eius hospitium solam esse requiem putans. Q; igitur in Deum verum est refugium apud omneis in confesso est: multũ erroris confusionisq; hostis diabolus in eo deligendo a quo seruari credamus nobis offert.Tendens enim insidias eis quos semel erroribus inuoluit,rursus suadere contendit: vt ad eum tãq; custodẽ confugiant.Ex quo duplex ipsis imminet malum:vel per vim capi, vel ex deceptione perire.Idcirco increduli ad dæmones confugiũt:qui diaboli instigatione mente confusi veri Dei notitia sunt priuati: & quũ Deum ob rerum distinctionem ac pulchritudinem cognoscere queant,omnino errãt:sine disciplina & rerũ vtiliũ vera notitia petitiones edentes quædã veluti bona postulant.Ad ea tamẽ quæ vere sunt bona alioqui eis visa incõmoda malaq;,minime confugiunt. Verbi gratia:fugiens aliquis ex morbo laborẽ sanitatem cupit: amisit pecuniam,dolore mulctatur.Est enim morbus sæpenumero vtilis

quí peccantem castiget:& rursus sanitas noxia quum peccati instrumentum possidenti fue-
rit.Sic & pecunia iam quibusdam ministra est facta luxuriæ:rursus paupertas multos eorum
qui male sunt instituti,ad sobrietatẽ reduxit.Nec itaq; fugias quę non oportet:neq; item cõ
fidas quibus non oportet:Sed vnum tibi tm̃ vitabile sit peccatum:& vnum in malis refugiũ
Deus.Nolite confidere in principibus, nec in incerto diuitiarum gloriemini. Nec superbire
ob corporis vires. Nec deniq; humanæ gloriæ claritatem sequamini. Nihil horum seruare
alioqui est aptum.Omnia momentanea & insidiosa:vnum tm̃ refugiũ Deus.Maledictus ho-
mo qui confidit in homine:aut in aliquo rerum humanarum sperat.Ergò Deus noster refu
gium & virtus. Illi em̃, qui vt Apostolus dicere valet,Omnia possum in Christo me viuifi-
cante,virtus est Deus.Multorũ nãq; est dicere:Deus noster refugium.Itemq;:Domine refu-
gium factus es nobis.Sed eodem quo Propheta noster adfectu,paucorum. Pauci admodum
qui non admirantes humana,sese Deo penitus tradiderint:ex eo pendeant:in ipso spem oẽm
collocauerint.Res enim quæ eueniunt nostram deprendunt mentem:quando in laboribus & Quib⁹ re
ærumnis ad omnia alia potiusq̃ ad Deũ cõfugimus. Paruus filius in morbũ incidit:tu mox fugiũ nõ
incantatorẽ requiris, vel supercaneos vanosq; characteres seu figuras aut literas puerorum est Deus
innocentiũ collo suspendis:vel ad postremũ ad medicũ venis & medicinas quę sunt aptæ cu-
rę meditaris.Si forte insomniũ te sollicitat:ad somniorũ cõiectorẽ properas.Si quid item ti-
mueris,eũ prorsus qui oim hoĩm est pariter inimicus ducẽ tibi cõstituis. Et demũ in quali-
bet necessitate imminẽte deprẽderis:verbo tm̃ te ostendis Deum refugium habere:re autem
ex inutilibus vanisq; rebus auxiliũ quęrere.Est enim iusto verum & vnicum auxilium Deus:
veluti dux quidam nobilibus instructus armis,paratus continuo parti laboranti opem ferre.
Sic Deus adiutor noster & auxilium cõtra omnem diaboli apparatum ministros spiritus in
salutem indigentiũ cogens. Inuenit em̃ tribulatio iustum omnem ob vitæ studium:quicũq;
per viam arduam atq; angustam ambulauerit,a tribulationibus inuenietur.Propheta namq;
valde rem proprie descripsit inquiens.In tribulationibus quę inuenerũt nos nimis.Sicut em̃
animalia noxia,nos ęrumnę petere atq; inuadere contendunt:nostram patientiam exercẽtes:
& per patientiã probationem, & per probationẽ spem,&(vt Apostolus ait)Per multas tribu
lationes oportet nos intrare in regnũ cęlorum.Et rursus.Multę tribulationes iustorum.Sed
qui generose ac tranquille tentationem sustinens dicet, in his omnibus superuicimus per eũ
qui nos diligit.Ac tãtũ abest vt vociferetur aut desperet,vt occasionem gloriandi ex malo-
rum multitudine sumat cum Paulo dicens. Non solum autem, sed & gloriamur in tribula-
tionibus.Sequitur deinde. ¶Ob hoc non timebimus, dum turbabitur terra,& transferentur
montes in cor maris.Magnum ostendit in Christo confidentię firmamentum Propheta no-
ster. Quoniã & si omnia supra infraq; misceantur,& terra turbata vertatur, & omnes mon-
tes propriã deserentes sedem in medium transferantur mare,non timebimus:quãdo & Deũ
refugium & virtutem & auxilium in tribulationibus habeamus:quę inuenerunt nos nimis.
Cuiusnam tam integra mens? Cuius tam quietæ cogitationes, vt in tanta confusione erga
Deum animo sit recto atq; firmo: & ob spem in eum nihil rerum aut euentuum expauescat?
Nos autem hominis iram non sustinemus:Non canem aut aliquam aliam bestiam incurren
tem:Non deniq; in rebus duris Deum adiutorem nostrum respicimus:sed stupidi attonitiq;
ad nosipsos conuertimur.¶Sonuerunt & conturbatę sunt aquę,ipsorum videlicet marium.
Quãdo itaq; terra turbabitur & aquæ marium sonabunt ac fremẽt:Montes quoq; transfe- Mõtes q
rentur,& ob magnam Domini potentiam multam sustinebunt turbationem:tunc sit intre- transfe-
pidum cor nostrum q; securas firmasq; in Deum spes habeat. Turbati sunt montes in forti- rentur.
tudine ipsius.Potes & sensum huius sermonis tropice capere:Montes appellans eós qui pro-
prię confidunt potentię,Dei magnitudinem vimq; ignorantes, sese contra Dei scientiam ex
tollentes.Deinde superati a virtute ac sapientia eorum qui Dei sermonem enunciant,Domi
num timent,ac sub eius potenti manu sese humiles reddunt. Vel etiam principes seculi hu-
ius ac patres perditę sapientię fortasse montes dicuntur contusi ac confracti in Christi forti-
tudine:quam ipse in agone crucis contra potestatem mortis habens ostendit: & veluti gene
rosus athleta se adiungens potestates ac principatus vicit, exemplo quoq; ac verbo de ipsis
in ligno triumphauit. ¶Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. Salsæ enim aquæ vehe-
menter a ventis perturbatæ ac commotæ sonuerunt:& turbatæ sunt. Fluminis autem impe
tus sine strepitu procedens,ac illis qui digni sunt eius susceptione fluens,ciuitatem Dei lęti-

ficat. Et nunc iustus viuentem ferit aquam: postea vero copiosius bibet, quando in ciuitatem Dei adsumptus erit. Sed nunc per speculum & in ęnigmate bibit ob breuem diuinarum contemplationum comprehensionem: tunc autem simul inundantem fluuium, ac omnem Dei ciuitatem irrigare valentem. An is Dei fluuius erit spiritus sanctus ex fide in Christo credentiũ iustis insitus? Qui crediderit (inquit) in me, fluuii ex eius ventre fluent. Et rursus. Si quis biberit ex hac aqua quam dabo, fiet in eo fons aquę salientis in vitam ęternã. Hic itaq; fluuius omnem Dei ciuitatem lętificat. Vel etiam Ecclesiam significat eorum, qui in cęlis administrationem habent, vel omnem intellectilem creaturam a cælestibus vsq; ad animas humanas, ciuitatem intelligere oportet, sancti spiritus mundatione lætificatam. Definiũt enim quidam

Ciuitas. Ciuitatem consistentem esse congregationem legibus administratam. Hęc enim illi quæ sursum est Hierusalem cælesti ciuitati maxime cõueniunt. Nam & ibi descriptorum in cælis cõgregatio, & ob immutabilem sanctorum vitam, & secundum legem cælestem gubernatã, stabilis quidem ac perpetua est. Ordinem vero illius & omnem ornatum perdiscere, naturæ non est humanę. Ibi namq; sunt quę oculus nõ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis intrauit: quę Deus pręparauit diligentibus se. Millia sunt ibi Angelorũ & sanctorũ celebritates & primogenitorũ Ecclesiæ descriptorum in cælis. De hac itaq; Dauid loquitur. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. De hac inquam per Esaiam Deus ait. Ponam in te exultationem perpetuã lætitiam generationũ generationibus: & non erit contritio neq; miseria in finibus tuis. sed vocabitur salutare muri tui. Tolle igitur oculos animę digne ad ea quę sunt supra: quære quæ sunt ciuitatis Dei. Quis enim dignum aliquid illa beatitudine vnq̃ nouerit: quam lætificat quidem fluuius Dei: Artifex autem & gubernator est ipse Deus? Sanctificauit enim tabernaculum suum altissimus. Carnem dicit Domini nostri sanctificatam ob Dei in eodẽ supposito coniunctionem. Ex quo intellige tabernaculum Dei altissimi per carnis manifestationem. ¶Deus in medio eius non cõmouebitur. Adiuuabit eam Deus mane diluculo. Et quoniam Deus in medio suæ ciuitatis est, eam stabilitate donauit: Auxiliũ in primo lucis ortu, hoc est in cordibus oriendo iustorũ prębens. Siue igitur illi quę sursum est Hierusalem, siue Ecclesiæ quæ infra est, ciuitatis nomen omnino quadrat. Sanctificauit sibi tabernaculum suũ altissimus. Hoc nempe tabernaculũ quod sumpsit in medio huius ciuitatis Deus: ęquales radios vbiq; ipsius prouidentiæ ad circuli fines transmittit. Sic enim Dei iustitia seruatur, eandem omnibus bonitatis mensuram distribuendo. ¶Adiuuabit eam Deus mane diluculo. Sol

Diluculum. enim matutinum apud nos facit, quando supra nos oriri incipit. Matutinum autem in anima iustitiæ sol perficit in ortu lucis intellectilis edens diem apud eum qui ipsum recipit. In nocte autem nos homines sumus, quum ignorantiæ tenebris obuoluimur. Postq̃ vero ad rationis imperium recurrentes gloriæ splendorem receperimus, & perpetua luce fulserimus: Adiuuabit eã Deus. Postq̃ filii lucis facti erimus, & nox a nobis abscesserit, dies adpropinquabit: tunc demum Dei auxilio digni facti sumus. Adiuuabit ergo ciuitatem Deus per proprium ortum & manifestationem matutinam ipsi apparens. Ecce enim homo (dicit Propheta) oriens nomen ipsi. Quibus eñ lux oritur intellectus ac salutis? in tenebris iniquitatis & ignorantiæ constitutis. Matutinum his fit: quoniam lux in mundum venit, vt per ipsam ingrediens non offendat. Auxilium namq; ipsius matutinum mentibus gignit. Vel quoniam diluculo surrectio futura erat. Adiuuabit eam deus mane diluculo: hoc est victoriam cõtra mortem die tertia matutina referens. ¶Conturbatæ sunt gentes, inclinata regna: dedit vocem suam, commota est terra. Intellige aliquam ciuitatem ab inimicorum insidiis oppugnatam: quam multarum gentium, multorum item populorum ac regum sceptra tenentium arma circumsistãt: Deinde aliquem ducem viribus imbellem, certatim huic ciuitati auxilio venientem: qui obsidionem quidem soluat: coactam gentium multitudinem dissipet: in fugam deniq; Reges conuertat: sola vocis potentia clamoreq; eorum corda perterreat: Quantum igitur tumultum fieri populorum & Regum in fugam conuersorum: quantumve strepitum ex ruina fugientium nasci putandum est? Omnis profecto locus eorum qui sunt perterriti, complebitur: commotioq; ac turbatio ciuitatibus eos excipientibus oriatur, verisimile est. Tale itaq; auxilium, talemq; defensionem dei ciuitati a seruatore prouenit: In eo quod dicit. Conturbatæ sunt gentes, inclinata sunt regna: dedit vocem suam: commota est terra. Dominus virtutum nobiscum, susceptor noster Deus Iacob. Nouit carnem Deum susceptum: Nouit ex virgine sancta edendum Emmanuel, & hac de causa prophetice clamat,

Dominus virtutum nobiscum:ostendens plane queadmodũ hic est qui sanctis Prophetis ac Patriarchis apparuit.¶Adiutor noster inquit.Non alius ex Prophetis datis,sed Deus Iacob qui in responsis suo seruo dixit:Ego sum Deus Abraam:Deus Isaac:Deus Iacob. Venite & videte opera Domini quę posuit,prodigia super terrã auferens bella vsq; ad fines terræ. Hic eñ sermo eos qui procul sunt a verbo veritatis ad iustitiæ vicinitatẽ cõuocat.Venite & videte.Velut eñ oculis euenire solet,vt interualla remota hebetem faciant visibiliũ compren sionem:Propinquitates vero ac vicinitates intuentium ociose ac distincte noritiam visibiliũ præbent:Sic & in cõtemplationibus puris,is qui per bona opera sese Deo familiarem ac propinquũ non reddit:ipsius opera puris mentis oculis videre non poterit.Idcirco venite & adpropinquate prius:Deinde videte opera Domini prodigiosa & admiranda:quorũ gratia gẽtes prius terribiles & inimicę & seditiosę,ad quietem redactæ sunt. ¶Venite filii audite me. Et venite omnes qui laboratis & onerati estis. Patria nempe vox apertis vlnis ad se rebelles obiter vocitãs. Qui igitur vocitationem audiuerit & adpropinquauerit & se pręcipienti cõiunxerit:videbit eũ qui cuncta per crucem in pace siue in terra siue in cælo cõstituit. ¶Arcũ conteret & confringet arma:scutum comburet igni.Vides pacem auctoritatẽq; Domini virtutum q; inuisibiles Angelorum multitudines secum habeat. Vides fortitudinem simul & humanitatem ducis virtutum:qui quum Dominus sit omnium & omneis Angelorum turmas secum habeat:nullum tamen inimicorum vulnerare,nullum deiicere, attingereve sustinet.Sed arcum conteret vt non amplius ignea tela per ipsum mittat.Arma vero confringet, cõminus pugnantia:vt nequeãt ii qui prope sunt insidias patientes vulnera recipere.¶Et scuta cõburet igni.Aduersarios ab oppugnãtibus liberãs: & oia in benificium molimina inimicorum faciẽs.Vacate & videte,quoniam ego sum Deus. Quatenus enim extra Deum rebus vacamus:Dei notitiam recipere nequaq̃ valemus. Quis enim facta mundi curans, ac carnis distractionibus intentus,poterit Dei sermonibus vacare:& tantæ contemplationum altitudini satis facere?Nonne vides q; in spinas incidens verbum,a spinis opprimitur?Spinę namq; corporeæ voluptates & diuitiæ & vitæ sunt curæ. Extra hæc omnia opus ad percipiendum Dei notitiam:& ab omnibus perturbationibus atq; adfectibus vacare: sic demum Dei scientiam deprendere.Quomodo eñ animam cogitationibus variis occupatã Dei cognitio cogitatioq; penetrabit:nouit & Propheta q; propriũ est illius qui vacat,Deum inquirere.Idcirco increpat Israel dicens.Vacate & dicite Deo nostro,Attendamus.Ipsa eñ vacatio,bona vacãti atq; vtilis,salutẽ ac salutariũ doctrinarũ generans susceptionẽ. Mala vero vacatio Atheniensiũ:quibus nihil pręterq̃ vanũ dicere aliquid aut audire mos est. Quos & nonnulli nunc imitãtur vitę vacatione & ocio abutentes ac continuo alicuius rei superuacaneæ inuentioni intenti.Talis enim vacatio immundis spiritibus est amica.Quando(inquit)exiit immundus spiritus ab homine:ambulat per loca arida & immunda: & non inueniens requiem, Reuertar(ait)in locum vnde exiui:& veniens inuenit domũ illam vacantem & tabescentem.Absit igitur fratres vt nos cum huiuscemodi vacatione inuenti aditũ aduersario præbeamus: sed domui mentis nostrę vacemus,vt in nobis Christus per spiritum inhabitet.Igitur postq̃ nobis agitatis in bello pacem reddit:tunc dicit,Vacate:ab insectatione videlicet inimicorũ,vt in pace & quiete veritatis verba facilius consideretis. Idcirco Dominus alias dicit. Qui non renunciauerit omnibus quę possidet:non potest meus esse discipulus. Vacemus itaq; ab ope re nuptiali vt orationi vacemus.Vacemus itẽ a studio diuitiarũ:a cupiditate itẽ inanis glorię:a voluptatũ vsu:ab inuidia & omni denuum in proximum nostrum malignitate:vt anima nostra in tranquillitate existens:& a nulla re perturbata,velut in speculo quodã pura & sine tenebris reddatur:Insuper Dei sit splendoribus referta. Exaltabor in gẽtibus & exaltabor in terra.Palam hęc de propria morte dicit Dominus,vt est in Euangelio scriptum.Quãdo ego exaltatus fuero,traham omnia ad meipsum:&,vt Moses exaltauit serpentem in deserto:sic exaltari oportet filiũ hominis a terra.¶Dominus virtutũ nobiscum, susceptor noster Deus Iacob.Promittens eñ Dei auxiliũ bis eandem vocẽ repetiit. Dominus virtutum nobiscum. Hęc quasi iactabundus & insultans inimico dicit ob ingentem in seruatorem animarum nostrarũ confidentiam:vtq; nihil sibi fidens. Si enim Deus pro nobis:quis cõtra nos? Qui eñ Iacob victoriam dedit & paulopost eundem Israel vocitauit: hic demum est susceptor noster:ipse p nobis pugnat. Nostrum vero officium,quiescere ac vacare:quoniam ipse est pax nostra faciens vtrũq; vnum:vt in vnum nouum hominem duo faciat.

Arcũ cõteret.

Quęnã apđ euãgeliũ spinę nominentur.

Vacatio bona & mala.

Atheniẽsiũ mala vacatio.

¶IN PSALMVM.XLVIII.IN FINEM FILIIS CHORE. AVDITE HAEC OMNES GENTES.

De finibus bonorum.



NONNVLLI ex iis qui extra fidem sunt, de humanis finibus differentes diuersas inter se sententias attulerunt. Aliqui enim palam dixere scientiã esse finem: quidam vero actionem in vita practica diuersis vsibus adcommodatã. Nonnulli bestiis propiores voluptatem esse dictauerunt. Nobis vero finis cuius gratia cuncta facimus, & ad quem omni studio properamus: beata est in futuro seculo vita, quam Deo seruiendo consequimur. Hoc enim fine naturæ humanę rationis participi nihil vnq̃ erit poti⁹, nusq̃ve melius. Ad hũc & Apostolus excitat, dicens. Deinde ad extremum quum tradiderit regnum Deo patri. Hunc & Sophonias adducit vt ex Dei persona loquens: Quoniam iudicium meum vt congregem gentes & colligam regna: & effundam super ipsos iram meam. In igne zeli mei consumetur omnis terra: quoniam tunc reddent populis labrum electum: vt omnes inuocent nomen Domini, vt ipsi sub vno iugo seruiant. Ad hunc igitur finem fas referre Psalmorum vtilitates hanc habentium inscriptionem. Adstipulantur autem & huic sententiæ qui inscribunt: In victoriã, vel victorẽ, vel triumphũ. Postq̃ enim absorpta est mors in victoria, & absolutũ est illud dicentis: Ego vici mũdum: & vbi omnia a Christo sunt victa: & in nomine ipsius omne genu flectetur, cælestium, terrestriũ & infernorũ: iure spiritus sanctus triumphali cantu hæc quæ sequuntur, clamat. AVDITE hæc omnes gentes auribus percipite omnes qui habitatis orbem. Quiq; terrigenæ & filii hominum: simul in vnum diues & pauper. Auditorium maximum quo omnes conueniant qui habitãt orbem. Trahit autem vt existimo, terrigenas & filios hominum & diuites & pauperes clamore hoc, & alia ratione ad audiendum prouocat. Qualis dic mihi terræ specula vniuersæ tantũ supereminet, vt ex ea cunctę videri gentes, & vniuersus orbis oculis lustrari possit? Quis adeo valida voce præco, vt quod audiendum est tantis queat auribus inclamare? Qualis deniq; magister tanta sapientia præditus, vt digna tanta congregatione præcepta inuenire valeat? Parumper expecta: disces quemadmodum digna enunciatione sint quæ deinceps sequuntur. Ille enim qui congregat omneis: ac pręconio conuocat paracletus est spiritus veritatis, per Prophetas & Apostolos eos qui seruandi sunt congregans: quorum in omnem terram exiuit sonus, & in fines orbis terræ verba eorũ. Idcirco audite (inquit) omnes gentes & omnes qui habitatis orbem. Ecclesia namq; gentes ex omni studio & arte conuocat, vt nemo extra vtilitatem relinquatur. Tres enim sunt vocatorum coniugationes: in quibus omne hominum comprenditur genus. Gentes & qui habitant orbem. Deinde terrigenę & filii hominũ. Postremo diuites & pauperes. Quem ergo extra hoc auditoriũ dimisit? Alieni enim a fide per gentes vocati sunt, qui in Ecclesia sunt habitantes orbem. Terrigenæ vero sunt, qui terrena sapiunt ac diligunt: tum corporis viribus fidunt & carnis demum voluptatibus obuiam eunt. Filii hominum supradictis longe honestiores: qui diligentiam quandam & exercitationem in dicendo habent: propriũ namq; homĩnis oratio. Diuites autem ac pauperes inde cognitã habent proprietatem: q; alteri rebus necessariis superabundent: alteris vero necessaria desint. Quoniam autem animarum medicus non venit vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiã: Primũ in vocatione ordinauit: quod in qualibet congregatione magis damnatum erat. Pessimi namq; omnium qui orbem habitant, gentes erant: & ii quidem ad vocationem præponuntur: vt male prius habentes ex medico sentiant adiumentũ. Deinde terrigenæ ante filios hominum vocantur: & diuites ante pauperes, q; difficiliorem longe causam ac impedimenta ad salutem maiora omnino haberent. Talis enim medici humanitas iis qui sunt debiliores, prima remedia impertit. Huiuscemodi vero vocationis communitas pacem mutuam simul constituit: vt si qui contrariis forte inter se studiis agitarent, iidem per Ecclesiam reconciliati in mutuam charitatem cõuenĩrent. Noscat enim diues quemadmodum æquali cum paupere vocatus est honore. In vnum (inquit) diues & pauper. Da itaq; diues quod superest, pauperi & ex diuitiis fructum. Sic ingredere in Ecclesiam Dei. Neq; igitur diues pauperem despiciat: neq; item pauper locupletem potentemq; contemnat. Neue filii hominũ terrigenas paruipendant. Nec rursus terrigenæ se ab illis separent. Pręterea gentes se cũ iis cõcilient qui habitãt orbẽ. Id est cũ iis qui in Ecclesia iam sunt. Et habitãtes orbem nõ dedignẽtur peregrinos ad vtriusq; testamenti veritatis cognitionem iure charitatis excipere. ¶Os meũ loquetur sapientiam, & meditatio cordis

Margin notes: Sophonię verba. — Vocatio miranda. — Vocatorũ status. — Vocatorũ ordo.

mei prudentiam. Quoniam vt ait Apostolus, Corde creditur ad iustitiam: Ore autem fit cõfessio in salutem. Amborũ namq; actus in his verbis reddit. Idcirco vtrũq; hic sermo in vnã oris enunciationẽ cũ cordis meditatione coniunxit. Nam quõ per os aliquis thesaurũ pfert quẽ intus nõ habet? Si quis autẽ animo gerẽs bona nequaq̃ oratione demõstret: huic illud di cet, Sapiẽtia occulta & thesaur⁹ defossus quęnã in vtrisq; vtilitas? Quãobrẽ ad aliorũ vsum os meum loquetur sapientiam. Ad nostrũ vero profectum os meum loquetur prudentiã. Inclinabo in parabolam os meum: aperiam in Psalterio propositionem meam. Hic Propheta os suũ concinnat atq; magnificat, ne sermones sui vt ab humana inuentione prolati vilescant. Quę inquit a spiritu sancto didici, ea vobis nuncio: nihil meũ, & humanum dico. Sed postq̃ auditor sum factus propositionum spiritus in mysterio tradentis mihi dei sapientiã: aperio vobis & manifesto propositionem. Aperio autem non aliter q̃ per Psalterium. Est enim Psalterium instrumentũ musicum cum harmonia cantum ex voce reddens. Psalteriũ itaq; vocale tunc aperitur maxime quãdo actiones humanæ affectionibus respõdẽtes inter se cõcordia quadam & harmonia conueniunt. Nam & ille spiritale psalterium est qui facit ac docet. Hic profecto in psalmis aperit propositionem, pręcepta quoad eius fieri poterit per exempla propria aliis tradens. Itaq; vt nihil inconcinnum, nihil dissonum sibiipsi in vita conscius, sed sermones confidenter qui sequũtur faciet. ¶Cur timebo in die mala, iniquitas calcanei mei circũdabit me. Malã iudicii diem dicit. De qua dicitur Dies Domini miserabilis in omneis gentes: in qua Propheta teste, quemlibet propria consilia circũsistent. Tunc itaq; quia nihil iniquum in vita admiserim: malam diem non timebo. Non me peccatorum vestigia circundabunt: neq; me tacita accusatione aliqua facta reprensionem adferentia cõdemnabunt. Nemo quidem alius accusator q̃ propria conscientia statuetur: propria facta qua gesta sunt forma, auctori cuilibet instabũt. Fornicatio, furtum, luxuria: cum loco, persona, tempore, modis omnibus. Me igitur peccatorum via non terrebit. Quoniam inclinaui in parabolam animam meam, & aperui in psalterio propositionem meam. Calcaneũ in sacris voluminibus in malam partem pro mente cõtaminata ac vitiosa capi solet. ¶Qui cõfidunt in virtute sua: & in multitudine diuitiarũ suarum gloriantur. Prophetę sermo ad duas est personas, & ad terrigenas & ad diuites. Hos enim adloquitur quęrens eos a roboris viriumq; eorũ opinione: illos vero a tumore, ac superbia diuitiarũ auertere. Vos inquit, qui vestrę cõfiditis virtuti (Hi eñ terrigenę corporis viribus confidentes, satis esse humanam naturam putant ad ea quę cupiunt perficienda) Et vos inquit, qui etiã in incerto diuitiarũ speratis: Audite, precio vobis redemptionis est opus, vt a seruitute liberemini: qua insidiis diaboli superati quondam priuati fuistis: qui captiuos vos retinens nõ prius a sua tyrannide desistet, q̃ aliquo conuenienti persuasus precio permutare velit. Precium autem hoc non similis esse generis oportet iis qui capti sunt, sed longe dignitate pręstantius: si ex iugo seruitutis captiuos fuerit emissurus. Quamobrem frater vllus vos nequaq̃ redimere valebit. Nullus eñ homo persuadere diabolo poterit: vt eum missum faciat quem semel in seruitutem redegerit. Nam is qui de propriis peccatis non est idoneus aliquo munere placare: quomodo pro alio id facere tentabit? Quis enim adeo magnũ in orbe possideat, vt dignã habere animę cõmutationem valeat: qua, cũ ad creatoris imaginem sit facta, nihil diuinius in terris possidemus. Hęc eñ vt simpliciter intelligimus ita enarrauimus, vt ad facultates & opes humanas referãtur. Vt si quis in hac vita sibi potens videatur: si possessionũ multitudine munitus fuerit: si viribus etiam corporis ac robore polleat: hoc plane sermone admonetur: non altum sapere sed humilibus adsentiri: non efferri membrorum præstantia: non item diuitiarum copia gloriari. Possumus item sermonem hunc ad animę potentias adplicare ac conuertere: quę perfectę natura sunt, nõ attamen satis ad salutem. Nam si quis perfectus citra Dei sapientiam videbitur, etiam si scientiæ diuitias omnis comprenderit, si rerũ multarum contemplatione inlustretur: nihili profecto est existimãdus. Audiat est opus pręcepti veritatem: quemadmodum anima omnis humana maligno seruitutis iugo cõmunis oim inimici est subdita: & sui creatoris libertate priuata. Captiua ergo peccati causa ducta est. Omni autem captiuo opus est precio ad libertatẽ recuperandã. Neq; igitur fratrem frater redimere poterit, neq; quisq̃ seipsum. Quoniã multo meliorem redemptorem q̃ captiuum, aut iam seruientem oportet esse. Sed & neq; homo erga Deũ pro peccatore propiciationem offerre facultatem habet: cũ & ipse sit peccati reus. Omnes eñ peccauerunt & gloriam summi Dei amiserunt. Iustificati autem dono eius gratię in Christo

Psalteriũ.

Iudicii dies.

Calcaneum.

Preciũ redẽptionis.

Homo purus redimere hominẽ nequibat.

Iesu Domino nostro.Non dabit ergo Deo placationem suam:& preciũ redemptionis animæ suę.Neq3 em̃ fratrem in redemptionem quęrit,sed aliquem qui nostram supeter naturã.Non item hominẽ tm̃, sed hominẽ Deũ Iesum Christũ: qui solus pro nobis omnibus se Deo propitiationem dare potest:ꝙ ipsum Deus placationem in eius sanguine per fidem elegerit.Frater erat Israel Moses,non tamen ipsum redimere valuit.Quomodo si tantus vir non potuit: alius poterit?Quamobrem hoc tm̃ demonstrat.Frater non redimit:Hoc vero per interrogationem cum grauitate infert.Redimet homo? Moses enim nõ a peccato populum liberauit, sed Dei aduersus peccatum iracundiam ac motum retinuit,placauitq3. Is itaq3 placationem dare natus in peccato non valuit. Nam & ipse post tanta taliaq3 prodigia signaq3 quę viderat: illam insanam emisit vocem.Audite me qui non obtemperatis.Ex hac petra vobis aquã num educemus? Ob hoc itaq3 verbum dixit Dominus ad Mosen & Aaron. Quia non credidistis mihi vt me sanctificaretis corã Israel,non introduceris synagogã hanc in terram quam illis dedi. Non dabit ergo Deus propitiationem suam. Inuentum tamen vnum pro omnibus simul hominibus dignum precium sanguinis Domini nostri Iesu Christi, quem pro nobis omnib9 effudit:quamobrem precio sumus empti. Si igitur frater nõ redimit:redimet homo? Si enim homo nos redimere nequit:profecto qui homo nõ est redimet. Noli igitur quia Dominus in carnis similitudine nobiscum est versatus,eum tantummodo hominem existimare diuinitatis ignorãs virtutem:qui opus nõ habuit sese sua causa Deo offerre cum peccatum non admiserit nec dolus sit in eius ore inuentus. Redimere seipsum nullus idoneus,nisi veniat is qui populos captiuitate liberet: non precio quidẽ aut donis vt in Esaia scriptum est: sed eius sanguine qui non fratres nos existentes,sed inimicos ei ob peccatum factos: Neq3 itẽ homo amicus,sed Deus post libertatem nobis concessam,fratres nos suos appellat. Adnunciabo em̃(inquit Dauid)nomen tuum fratribus meis. Itaq3 qui nos redemit si eius consideras naturã,nec frater est neq3 homo.Si vero ipsius in nos humanitatẽ charitatẽve respicias, nos fratres nominat & ad humanitatẽ vsq3 descendit:qui pro orbe toto,nõ autẽ pro se propitiationem dedit. Talis enim nobis pontifex conueniebat,sanctus,innocens, immaculatus: a peccatis alienus, & supra cælos omnes altissimus factus:cui cottidie non esset opus, sicuti Pontifici quondam in lege veteri,pro suis ante omneis sacrificium: deinde pro populi peccatis offerre.Post hæc dicit.Et laborabit in secula & viuet in finem.Nam ille qui vera est vita, & virtus & natura immortalis, laborauit in hoc seculo:quando fessus ex itinere apud fontem in Samaria constitit. ℭQui non videbit interitum quando videbit insipientes morientes. Non enim dabit sanctum eius pater videre corruptionem:quando ii qui vanam iactant sapientiam moriantur. Si autem vis vt de hominibus iustis hæc dicta sint : reminiscere Iob dicentis:Homo natus est labori.Item Apostoli de se testantis.Abundantius omnibus illis laboraui.& rursus.In laboribus abundantius:in plagis supra modum.Qui igitur in hoc mundo laborauerit, hic viuet in finem:qui vero in lautitia & omnibus delitiis molliter egerit: purpuram & byssum induerit,& in conuiuiis cottidie splendide se exhilarauerit:deniq3 pro virtute labores subire noluerit:is nec laborauit in hoc seculo neq3 in futuro viuet,sed longe vitã videbit in camini flamma cruciatus. Qui vero pro virtute mille pressus angustiis insudauerit & vt eam adsequatur multis exercebitur malis,is est inquam qui viuet in finem. Q̃ multa passus est Lazarus pauper? q̃ multa item Iob vidit incommoda? Idcirco Dominus laborantes ac grauatos ad requiem vocat.Quomodo qui benefaciendo insudauerint non grauati dicentur?Quum Propheta dicat:Euntes ibant & flebant mittentes semina sua:Venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos.Fructus enim quisq3 pro portione eorũ quæ seuerit,referet.Grauati itaq3 dicũtur ii qui in benedictionibus seminãt:de benedictionibus & metent:& cum lętitia sempiterna spiritalium bonorum manipulos sibi reponũt.Igitur qui redemptus est per hostiã illius qui se pro nobis tradidit:deinde in hoc mũdo laborauerit:post hæc viuet in finem.Is nõ videbit interitum:quum viderit sapientes morientes. Qui rursus angustam laboriosamq3 viam præ leui ac placida elegerit, in tẽpore Dei visitationis quum ad æternas trahentur pœnas ii qui a Dei sermonibus abstiterint: & vana cordis desideria secuti fuerint:is demũ liberabitur:ac perpetuum interitum in ferendis continuo pœnis nõ videbit.Sapientes autem dicit, vel astutia graues:de quibus ait Hieremias: Q̃ sapientes sunt male agendo:bonum autem facere omnino nesciunt. Vel sapientes dicit discipulos principum huius seculi, variorumq3 philosophorum:qui dicentes se esse sapiẽtes

Frater nõ redimit.

Sapiẽtes seculi.

stulti facti sunt:quoniam sapientia huius mundi stultitia est apud Deum.Quamobrem quũ sit vana hæc sapientia,ideo Deus ait Apostolis. Disperdet sapientiam sapientum & prudentiam prudentum reprobabit.Persuasiones igitur falsę scientię causa sunt mortis iis qui suscipiunt eas:quam mortem nõ videbit redemptus ab eo qui per stultitiam prædicatiõis potuit saluos facere credentes,vt inquit Paulus.Deinde ait.Simul insipiens & stultus peribunt:& relinquent alienis diuitias suas,& sepulchra illorum domus eorum in perpetuum.Tabernacula eorũ in progenie:in pgenie vocauerũt noĩa sua in terris suis.Supra namq; nomine vniuersali sapientes appellauit:quos nunc subdiuidens stultos & dementes vocat.Videlicet sapientes quidem eos ex nominis similitudine dixit:quemadmodum deos nominat non natura sed eorum consuetudinem securus qui decepti sunt:Ita sapientes nunc stultos & insipientes dixit.Possibile namq; cogitatione stultum ab insipiente seu demente diuidere.Stultus enim est qui ad officium commune ac humanum non recte se habet,ac demũ a quadam seculari prudentia alienus.Nam scripturę consuetudo prudentes vocat eos qui vtile ab inutili probe in rebus vitę huius iudicant:secundũ quod in Euãgelio dicitur, Q2 filii huius seculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt.Non enim absolute prudentiores, sed secundũ conuersationem & consuetudinem vitę huius.Hi namq; ministri iniustitię dicuntur,q; diligenter proprię vtilitati consulere sciant.Hoc etiam modo & serpentes prudẽtes existunt, q; sese in cauernis tutius agitare putantes condant : & vt in periculis plagas euitent, caput occultant.Insipiens vero siue demens dicitur qui horũ cognitione quę sunt homini excellentissima caret:vt sunt Dei patris notitia:itẽ verbi quod in principio erat apud Deum instructio, & sancti spiritus illuminatio procedens:quem qui possident possunt cum Paulo dicere. Nos mentẽ Christi habem[9]. Sacri namq; eloquii mos est huiuscemodi verba mutuati vt Atheon siue deove gentem dicat insipientem:vt, Dixit insipiens in corde suo nõn est Deus. Et rursus:qui in vita sibi nocentia quærit,stultum vocat.Quemadmodum Apostolus de iis qui in concupiscentias incidunt varias & inutiles. Stultus ergo & insipiens ad vnum communem finem,hoc est perditionem trahuntur. Poterit etiam quis dicere stultum eum qui gentiliter viuat.Insipientem vero qui iudaice legem tm̃ seruat.Stulto namq; dixit Deus(qm̃ is Deum esse animo minime putabat.)Stulte hac nocte animam abste repetent. Insipiens vero secundum carnem Israel nominatur,vt ait Propheta. Erat Ephrem sicut columba insipiẽs,Aegyptum prouocauit & ad Assyrios profectus est. His itaq; simul ab ignorantia sua pessundatis:nos alienigenę ipsorum diuitiarum hęreditati succedimus.Nobis inquã qui a seculo iusti censentur siue Patriarchę siue Prophetę suas reliquerunt opes. Illos vero in sua stultitia pereuntes prætererierunt. Horum itaq; habitationes stulti & insipientis sepulchra sunt in æternum.Quorum enim vita mortuis ob peccata operibus completur:horum sepulchra sunt habitationes in æternũ. Mortuus namq; ratione peccati,non in domo sed in sepulchro ob animam mortuam habitat. Domum vero Iacob habitat atq; colit, qui sine dolo est & moribus simplex.De quo scribitur.Erat homo verus ac bonus habitans domum. Sepulchrũ ergo colit qui est omnino iniquus nec ab operibus mortuis per pœnitentiam resurgere curat: sed similis sepulchro dealbato efficitur:quod extra quidẽ pulchrum apparet,intus vero mortuorum ossibus & omni tabo refertum.Quamobrem talis loquens nõ os aperit:dico Dei:sed sepulchrum(hoc est propriam gulam)habet apertum. Si quis itaq; in Christum credens non consequentes fidem actiones reddat, is q; improbum dogma sequatur:q;q; scripturę auctoritatem non recte exceperit,sibiipsi ędificat in petra monumentum. Tabernacula eorum in generatione & generatione. Declarat ipsemet quemadmodum per sepulchra, tabernacula hoc est corpora significare voluerit:quibus ob iniquitatem animæ præmortuæ inhabitant. Addit ipsis:tabernacula eorum in generatione & generatiõe. Hi enim vocauerũt nomina sua in terris.Non ẽm impii nomen in libro vitę scribitur,neq; memoratur cũ iis qui cælo sunt prędestinati:sed in terra ipsorũ remanent nomina:qm̃ hanc fragilem vitã,breuiq; tempore duraturã pętabernaculis perpetuis ęstimauerunt.Nonne vides eos qui fora & Gymnasia in ciuitatibus ędificãt,muros excitantes : aquęductus superuacuos & magni sumptus constituentes,vt nomina sua his terrenis operibus inscribãt? Sed & equorum armentis eadem quidam inusserũt.Sepulchris quoq; ac magnificis monumẽtis titulos suos inscriptos reliquerunt,vt sui memoriã in longũ tpis spatium prorogarent.Hi sunt qui terrena,pręsentisq; tẽporis gloriã sapiũt:ac per hoĩm ora volitare tm̃ student:quibus satis videt de btitudine tm̃ differere.

Insipiẽs & stult[9]. quid differant: hoc est μωρός καὶ ἄνους Insipiẽs apd græcos anus scribit: q pprie demens apd nos dici poterit. Stult[9] ẽ moros. Prudentes.

Sepulchrũ inhabitãs.

Nomina in terris manẽtia

Nam & videas quosdam in prauorũ dogmatum notitia se iactantes, ac vanã præ se ferentes scientiam: qui specie pietatis hęresiarchas esse cõtendunt, aut Marcionem seu Valerianũ, vel eorũ aliquem qui nunc vigent ac pollent. Nosce quemadmodũ hi sunt qui vocauerũt nomina sua in terris: mortalibus hominibus & omnino terrenis sese immiscendo. ¶Homo enim quum in honore esset nõ intellexit, comparatus est iumẽtis insipientibus & similis factus est illis. Hęc via illorũ, scandalũ ipsis: postea in suo cõplacebunt. Magna res homo & preciosa vir misericors, ait Salomon. Magna profecto ac preciosa si exordiũ eius ac naturalẽ præparationem respicimus. Quid em̃ alterũ in terra ad creatoris imaginem est conditum? Cuinam alii potestas data est, & imperiũ super omnia terrestria aquatiliaq; & aeria aĩalia cõcessum? Paulo minus ab angelis diminutus: & q̃q̃ eũ Deus ex terra fecit, attamen intelligendi, cognoscẽdiq; suũ auctorem virtutẽ addidit. Insufflauit em̃ in faciem: hoc est partem aliquã propriæ gratię adposuit homini, vt in simili similem cognosceret. Nam hæc Dei imago quãtũ referat, ex eo deprendere licet: q̃ ea de causa cęlo, soli, stellis oĩbus, est honore prælatus. Quodnam cælum, quænam sphæra, imago Dei altissimi dicitur? Qualem Sol seruatoris imaginem seruat? quid Luna: quid astra reliqua? inanimata quidem ac lucentia tm̃ corpora retinentia: in quibus nequaq̃ mens est: non voluntarius motus: non arbitrii libertas: sed instantis necessitatis serua sunt: per quã continuo semper motu circa eadem versantur. His itaq; omnibus homo dignitate præpositus eam non intellexit: sed viam Dei relinquens nec similem ei se reddere curãs, corporis perturbationũ atq; adfectuũ seruus factus est. Comparatus est iumentis insipientibus & similis factus est illis. Quandoq; vt equus dũ fœminas cõcupiscit equę proximę adhinniẽs. Interdũ vt lupus rapax alienis insidians. Nunc per dolum in fratres astutię vulpinę adsimilatus. Demũ per insanię magnitudinẽ omnino bestia & procul a ratione factus: sese ad cõditoris imaginẽ constitutũ minime voluit intelligere, aut sibi tales cõcessas gratias, neve ex illis honorem suũ degustare curauit: sed potius terreni similitudinem adsumpsit. Quẽ Deus tandem miseratus vt a peccato eriperet, verbum caro factũ est & habitauit in nobis: ac adeo sese humilem reddidit, vt obœdiens vsq; ad mortem fieret: mortem autẽ crucis. Q; si forsan primę tuę generationis excellentis nolueris reminisci: ex honore saltem restitutoris, quandã dignitatis accipe cogitationem. Respice parumper id quod pro te compensatũ est. Nosce ꝓpriam dignitatem precioso Domini nostri Iesu Christi sanguine redemptus: noli seruus esse peccati ne iumentis insipientibus similis fias. ¶Hæc via illorum scandalum ipsis. Gubernans res humanas Deus nobis per vitiũ ambulantibus occurrit ac impedimenti offendiculũ opponit: vt deficientes per insipientiam vitæ, postea in ore nostro complaceamus. Corde namq; creditur ad iustitiam: ore autem fit cõfessio ad salutem. Paulus persecutus est: vexauit Ecclesiam Dei: suas ad iniquitatem exercuit vires: Postea hęc in ore suo cõplacuit: nunciãs in synagogis qm̃ hic est Christus. ¶Vt oues in inferno positi sunt: mors depascet eos. Bestiis enim & iumẽtis insipientibus comparatos velut oues intellectu simul & viribus ad se defendendũ carentes, rapiens inimicus in suã ipsius munitionem adduxit: ac morti vt eos pasceret tradidit. ¶Et dominabuntur eorum iusti in matutino. Potuit em̃ mors ab Adam vsq; ad Mosis administrationem, donec verus pastor venit qui animam suã pro ouibus posuit: quam exsuscitans & ex inferni custodia educens in resurrectionis matutinum tradidit iustis: hoc est sanctis angelis ad ipsas pascendas: cuilibet em̃ fidelium est angelus adsistens, patrem Domini Iesu qui est in cælo videre dignus. Hi namq; iuste dominabuntur eis qui sunt ex misera libertati seruitute: & dominabuntur existentibus in matutino, id est ad Solis ortũ subintrantibus. Considera cunctam verborum scripturę seriem. Homo in honore existẽs nõ intellexit: cõparatus est iumẽtis insipiẽtibus: & similis factus est illis. Qui enim ex natura rem secum habet preciosam & ob peccatum in se inhabitans minime illam sentiat: is demum comparatus est iumentis insipientibus. Deinde q; se a ratione alienauerit: factus est insipiens: vt ouis sine pastore ab inimico rapitur ac in inferno morti vt eam pascat traditur. Ideo inde ab iniquo pastore liberatus dicit: Dominus pascit me, apud quem non est mors sed vita: non ruina sed resurrectio: nõ mendacium sed veritas. Et auxilium eorum veterascet in inferno. De morte dicit nequeunte suis viribus iis quos pascit opitulari: quorũ omne auxilium senescens ac debile satis est. Hoc itaq; in his hominib⁹ tunc deprendetur, qui mẽte decepti ac diuitiarum, gloriæ, potentię, vanitate sunt inflati. In inferno veterascet. Deprensa eorũ debilitate vel qñ q; auxilium iustorum ac sanctorum patrum a Domino liberatorum in inferno mandabitur,

De hoĩs dignitate consideratio pulcherrima.

Astra omnia inanima.

Iumẽtis cõparati

iam quidem diu prorogatum quum nondum promissiones retulerint: Deo aliquid meli⁹ ꝓ spiciente, vt non sine nobis illi qui primi fuere ad vitam perueniant beatam. Verumtamen Deus redimet animam meam de manu inferi cum acceperit me. Palam vaticinatur Christi ad infernum descensionem: qui vna cum aliis Prophetę ipsius animam sit liberaturus, vt ibi nequaq̃ remaneat. Ne timueris quum diues factus fuerit homo, vel cum magnificata fuerit gloria domus eius. Ne tunc inquit quando in diuitias venerit homo: quando iniustum opibus crescentem videris: iustum vero in paupertatem venientem, ne animo turberis aut de ꝓuidētia dubites aut dicas ꝙ nusq̃ sit: aut si vlla sit, ad res tamen humanas & terrę huius latebras non perueniat, vt nostra facta apertissime videat aut curet. Si em̃ vlla esset prouidentia profecto cuilibet propria traderet, vt iusti & ii qui diuitiis vti sciunt adfluerent: In paupertatē vero venirēt improbi, opib⁹ verissimo iniquitatis instrumento carentes. Quoniam itaq; multi sunt inter gentes & terrigenas qui talia sapiunt: putantve & ob inæqualitatem apparentem diuisionis rerum quæ in vita versantur: sine prouidentia mundum esse arbitrantur: hos monet hic sermo: eorum sine disciplina motum frenare quęrens: parabolis etiam ad audiendum inuitat. An forte ad solam pauperis personam se conuertens ait: Noli timere quando diues factus fuerit homo: Hi enim maxime consolatione indigent, ne potētia superiores metuant. Nihil enim inquit felicitas diuiti morienti ac secum diuitias ferre nequeūti prodest qui tamdiu illis fruitur q̃diu anima in vita apud adulatores beata reputetur. In moriēdo in quit nō sumet omnē hāc copiā. Vix vestē sumet: qua pudenda tegat: nec tuebit hanc, si seruis adstantibus videatur: Satis namq; habere putabitur si parum terrę sortiatur: si tamē per eos licebit qui funus curant: qui hanc illi non tam charitate q̃ verecundia quadam communis naturæ permoti tribuent. Nec ipsi gratificantes sed humanitatē verentes. Sis igitur animo pręsenti ac bono ad ea quę instāt, & beatam illam atq; perpetuam vitam expecta. Videbis tunc demum quemadmodum bona de causa iusto paupertas, ignobilitas, vitæ duritas obueniant. Neq; super iis quę bona nunc putantur animo turberis, vt non ordine recteq; diuisis. Audies etiam quomodo diuiti quandoq; dicetur. Recepisti bona tua in vita tua: & pauperi similiter, mala. Ex quo gaudeat hic perpetuo, ille vero doleat. ¶Confitebuntur tibi quum benefeceris ei. De terreno loquitur homine & eo qui tm̃ bona esse existimat huius vitæ illecebras, diuitias, sanitatem, potentiam, Hic demum confitebitur domino quum benefecerit ei. In malis vero instantibus omnino execrabitur. Nam ad dominum sermo vertitur de iis qui in rebus tm̃ lætis Deo gratias agunt. In tristioribus vero nequaq̃ eodem animo perseuerāt. Tale enim est illud quod a Diabolo obiicitur Iob, quemadmodum gratis deo nequaq̃ ille seruiret: sed pietatis mercedem diuitias haberet. Idcirco vt viri virtutem Deus ostenderet, cū omnibus quę possederat spoliauit, vt ipsius erga Deum charitas ac grates in omnibus apparerent. ¶Introibit vsq; in progenies patrum suorum. Existimo namq; de peccatore & ex peccatoribus genito dicat: qui tantū deū cognoscit quantum patrum ipsius cōsuetudo tradit: propria vero sapiendi virtute nihil plus possidet, neu per se quicq̃ veritatis addit cognitioni, nec maior illi de Deo cogitatio q̃ patribus existit. Vnde magnam mentis vanitatem, malā ꝙ carnis consuetudinem illius significat, qui in diuitiis ac delitiis: deniq; in curis vitę variis animum depressum habet. Idcirco vsq; in æternum non videbit lumen. Qui enim a cæcis se duci permittunt magistris, sese lucis vsu priuauerunt. Habet item hic locus talem quendam sensum. Introibit vsq; in progeniem patrum suorū. hoc est. Hi qui in vita iniqua & dogmate paterno perseuerantes procul ab Ecclesia sunt, non tm̃ ex eo damnantur ꝙ patres imitentur, sed ꝙ duces iniquorum dogmatum quærunt. Et hoc quod dicit: Introibit vsq; in progenies patrum suorum. Non solum is qui prauas de Deo opiniones habet reus est, sed qui harum duces & doctores imitati sunt. Tales namq; patrum vitio succedentes eo detestabiliores ac pertinaciores existunt, quo maius opinioni studium & longi temporis moram adhibuerunt. ¶Vsq; in æternum non videbit lumen. Mittuntur enim ad tenebras exteriores vbi erit fletus & stridor dentium. Quod & iusto Dei iudicio sustinebūt ob lucē in hac vita malefaciendo inuisam. ¶Homo in honore existens non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis: misera ꝑfecto vox. Homo paulominus diminutus ab angelis: De quo item Salomon ait. Magna res homo & valde preciosa vir misericors. Is demum ꝙ propriam dignitatem non sentiat sed relicta ratione appetitum sequatur: comparatur iumentis insipientibus & similis factus est illis.

De prouidentia.

Diuitiarū infida possessio

Iusti cur patiant.

¶IN PSALMVM.LXI.IN FINEM PRO IIS QVI MVTABVNTVR. IN TITVLI INSCRIPTIONE IPSI DAVID IN DOCTRINAM QVVM SVCCENDIT MESOPOTAMIAM SYRIAE ET SOBA ET CONVERTIT IOAB ET PERCVSSIT EDOM IN VALLE SALINARVM DVODECIM MILIA. DEVS REPVLISTI NOS ET DESTRVXISTI.



Go fratres dilectissimi vestram hodie ad audiendum alacritatem respiciens
& meam ipsius in dicendo debilitatem cõsiderans,quandã similitudinẽ pue-
ri infantis videre mihi videor:qui lacte,vbere materno ob valetudinem defi
ciente,prohibetur.Mater vero filii desideriũ sentiens q̃q̃ exsiccato lactis fon
te vexata tamen & manibus puerilibus pulsata vbera qualiacũq; praebet: nõ
tam vt infantem nutriat,q̃ vt flentem sedet & ad quietem adducat.Sic itaq;
& mihi euenit:qui q̃q̃ valde sum ex hoc morbo corpore debilitatus,non consolationem vo
bis quidem optatã ac dignã adferam,sed copiam ac facundiam qualem possumus praestabo.
Quamobrẽ ingenti charitati vestrę tñ satis erit vestrũ in me desideriũ sola voce sedare.Eru
diatur igitur Ecclesia Dei discatq; qd̃ in hoc memoratur psalmo dicere. Da mihi auxiliũ in
tribulatione,quia vana salus hominis.Quę quidem sententia omnem valetudinis excusatio
nem mihi tollit,si & tribulatio diuini auxilii non autem debilitatis occasio nobis ministra-
q; fuerit.Q; autem ad hũc attinet psalmum : Hi qui ob peccatũ a Deo sunt expulsi ,deinde
poenitẽtes ob eius humanitatem recepti illud opportune dicere poterũt.¶DEVS repulisti
nos & destruxisti nos:Iratus es & misertus es nobis.Magis autẽ postq̃ in hũc incidimus ser-
monem,eius hypotheseos ante omnia expositionem breuiter attingamus.Historia praesen-
tis psalmi secundũ inscriptionem nondũ inuenitur vsq; nũc posita.Nam in libro Regum se-
cũdo aliqua fere huic similia diligenter inquirentibus inueniũtur:in quo scribitur: Et pcus-
sit Dauid Adadezer filiũ Roob Regem Soba,quãdo profectus est vt dominaret̃ sup Ephra-
ten.Et accepit Dauid ipsius mille currus & septem millia equitũ & viginti millia virorũ , &
neruos omnibus curruũ iugalibus succidit,& reliquit ex eis centũ currus.Et paulo post seq-
tur.Et regnauit Dauid in Hierusalem & erat faciens iudiciũ & iustitiam:& Ioab filius Sar-
uiae super exercitũ erat.& paulo post ait.Miserũt filii Amon & stipendio conduxerũt Syrum
Soba,& nouit Ioab quod factum est aduersus se , paratũ esse praelium a fronte & a tergo &
elegit ex omnibus filiis Israel,& duxit exercitum aduersus Syrũ,& victi sunt Syri & timue-
runt auxilia quae erant cum Adadezer & transfugerunt ad Israel & seruierunt ipsis. In hac
enim historię commemoratione psalmi inscriptionem facile inuenimus proposito conueniẽ
tem. Verũtamen quoniam tempore tituli huius Dauid longe clarissimus ac potentissimus
in belli successibus erat:dubiũ oriri potest vestigatione dignum, quomodo hic lugens quasi
lamentans incipiat. Verisimile namq;,vt laetior in prosperis rebus existat. Alię namq; gaudẽ
tium voces & aliae dolentium. Victoria namq; laetitiae popularis augmentum & materia nõ
militibus solum sed colonis & mercatoribus & operariis: & demũ omnibus qui sunt bonorũ
pacis participes.Quomodo igitur inquit Deus repulisti nos.Nã contra videmus q; victores
suscipit:quomodo autem destruxit quos tantũ successu rerum auxit tradens eis & arma &
equos & subditos & regnũ tributariũ,Arabiam,Phoeniciam,Mesopotamiã!Dignũ profecto
scire hoc ne aliquam verba ingratitudinẽ habeant . Qui enim prius Adadezer Regem Soba
euertit,cepitq; mille currus & septem millia peditum:rursusq; regem Syrię suppetias feren-
tem in seruitutem redigens ac tributariũ constituens: & vno temporis momẽto viginti duo
millia ipsius exercitus interficiens:& tertia victoria filios Amon superans aduersus venien-
tes prope ciuitatis portam per Ioab militiae principem : Qui in duas partes exercitum diui-
dens hos a fronte:illos a tergo adoriens cepit:quomodo inquam in tanta victoriae felicitate
ac successibus,tristis admodum queri videtur dicens!Deus repulisti & destruxisti nos:iratus
es & misertus es nobis!Sed tempus opportunũ tituli huius erat in rebus bene gestis.Vis au-
tem scriptorũ in finem habet relationem,ac in seculi consummationem refertur: quando fi
nem quisq; suũ cõsequetur.Ex quo ad omneis ferme homines recte peruenire huius psalmi
vtilitas videtur,qui & mutari & mutandi iure dici possunt:quũ non eũdem corporis habi-
tum seruent,nec in cognitione seu proposito semper eodem viuant:sed ore quidem secundũ
aetatis varietatem mutati:mente item alii aliisq; propositis in senectute omnino diuersi.Item
alii in secũdis rebus,longe vero in aduersis ac duris varii reperimur.Insup alii dũ ęgrotam9

& alii dum valemus. In animi quoq; perturbationibus nō iidē vt in nuptiis & hilaritate. Vel quia nō pro mutatis sed mutādis psalmus inscribitur: vaticiniū Prophetę ad eos deduci potest tm̄, qui ex gentibus futuris post eū temporib9, relicta Iudęorū ac idolorū vanitate, Christi euangelium sunt secuti. Non itaq; Iudęis psalmus est scriptus sed nobis mutatis: qui cultum plurium deorū in pietatē: ac idolorū superstitionem in creatoris & veri Dei cognitionē mutauimus. Itē p execrabili voluptate modestiam elegimus. Pro delitiis & choris & ebrietatibus, Psalmos & ieiuniū & orationem suscepimus. Nobis ergo qui psalmum hūc fuisse scriptum dixerit non errabit. Ideo & nostri sunt diuini sermones, & in Dei Ecclesia vt diuinitus missa dona: vtq; cibus quidā animę ex spiritu procedens in singulis concionibus legunt. Inscribitur autē psalmus: In titulū. hoc est verba ipsius ita fixa mente retineas vt in columna aut aliqua re duratura titulo conscripta. Quū ipsius materia eius sit generis vt edisci perpetuo debeat, & semel deprensa obliuionē nullo vnq̄ tēpore apud te sit habitura. Si eñ nos Iudęus ex his scriptis vt alienos nihilq; ad nos pertinētibus excludit, ex eisdē itē & nos ipsum refellemus declarantes vocationē gentiū indiscretam esse: quę & distantia congregat, & quæ longe sunt vocat: Multos deniq; vnū per fidem Christi facit. ¶Meus est inquit Galaad & me9 Manasses & Ephraim & Iuda Rex meus dixit. Cū his quoq; Moab cōmemorauit, & in Idumeam extendam calceamentum meum: Deniq; omnium simul obœdiētiam adnunciat dum ait. Mihi alienigenę subditi sunt. Deus igitur repulisti nos. Eos namq; qui se procul abs te secundum peccatorum portionem faciunt repulisti: nostræ iniquitatis magnitudinem destruxisti, nos beneficiis adficiens. Iratus es: quoniā natura filii irę eramus: spe ac Deo in hoc mūdo penitus carentes. Misertus es nobis, quando vnigenitum tuum pro peccatis nostris ppitiationem dedisti, vt p eius sanguinem redemptionē inueniremus. Nos autem tua beneficia minime cognouissemus, nisi vino compūctionis nos potasses. Vinum appellat cor intellectū & verum sensum penetrans atq; attingens. Dedisti metuentibus te significationem vt fugerent a facie arcus. Moses enim Israelitarum postes sanguine adnotauit: Tu autē nobis ipsum agni sanguinem immaculati ac pro vniuersi orbis peccatis iugulati significationem dedisti. Et Ezechiel in frontibus facierum datum esse signum dicit. Ambulate inquit, post ipsum & percutite ne parcite neq; misereminı. Seniorem & iuuenē & paruulum & virginem & mulieres interficite. Ad omnes autem in quibus est signum non adpropinquate. Deus locutus est in sancto suo: lętabor & partibor Sicimam. Vocationem gentium notat: quibus testamentū suum partitus est: hoc est legis ac gratiæ suę participes esse dedit. Sicima namq; nobile est oppidum quod Iacob dedit filio Ioseph. Pro figura ponit testamenti quod soli Israel visum est dari. Nobile namq; testamentum & hęreditatem populi hanc in diuisionem deducam & cōmunem faciam reliquis. Diuisio enim testamento in omnes & eius communi vtilitate in cūctos homines beneficio adfectos a Deo publicata. Tūc conualles tabernaculorum metietur: hoc est orbis vniuersus quasi sortibus quibusdam habitationib9 per loca singula diuidetur. Tunc demum distantia coniunget auctor ille pacis siue in terris siue in cælo: & medium macerię parietem frangens ex duobus vnum constituet. Meus est Galaad & meus est Manasses Nepos est Manasse Galaad vt plane ostendat Patriarcharum genealogiam ex deo puenientem: Ex quibus secundum humanitatem descendit. Et Ephraim susceptio capitis mei. Iuda Rex meus, Solas connectit per concordiam partes. Moab lebes spei meæ. Lebetem dicit baptismi lauacrum, vel vt quidam hunc locum conuertit, Lebetē securitatis hoc est. Homo semel reiectus & minis absterritus non ingredietur in Ecclesiam Domini. Non intrabit enim Moabites & Amaanites vsq; in tertiam generationem, & demum in tempus ppetuum. Nihilominus postq̄ per baptismi gratiam veniam susceperit peccatorū, & securitatis pignus per conciliationem & Dei familiaritatem extenderit, Moab inquit lebes est precii redemptionis, vel lebes securitatis. Omnes eñ alienigenę iugo Christi colla subdiderunt. Idcirco in dumeam extendit calceamentum. Hoc eñ diuinitatis calceamentum est, vel caro Deum ferens per quā inter homines versatus est. In hac itaq; spe collaudans Propheta & beatum appellans Domini aduentus tempus ait: Quis deducet me in ciuitatem munitionis? Ecclesiam omnino significat. Ciuitatem namq; ob frequentiam & congregationem esse legitime putandū. Munitionis vero ob fidei munimentū & robur. Ex quo quidam ex iis qui hunc locū clarissime interpretati sunt, dixit. In ciuitatem munitam. Quis inquit mihi felix hoc spectaculū dabit, vt videam Deum inter homines versantem? Hoc autem est quod a Domino dicitur. Multi Pro-

In titulū

Vinum.

Sicima oppidū.

Galaad manasses

Lebes seu ola.

pheta & iusti desiderauerunt videre quę vos videtis,& non viderunt. Da nobis auxiliũ de tribulatione.Non a viribus propriis auxilium quęram:non a corporis habitudine pspera: A nulla inquam re quæ apud homines q̃uis magna & potens est,in meã defensionem exquiram:Non ex diuitiarum factione:non ex virium & potentiæ fastu: ꝙ non in gloriæ sublimitate victoria consistat nostra.Sed iis qui tribulato sunt corde iuxta est Deus: & iis qui eum exquirunt pręsto est.Sic enim Paulus dum ærumnas suas iactabat:& ex iis gloriabatur,dicere solebat: Quum infirmor,tunc fortior factus sum. Da igitur nobis auxilium de tribulatione:quoniã tribulatio patiẽtiam operatur:patientia probationem:probatio spem:spes autẽ non confundit. Vides quo te tribulatio tandem deducat? In spem quæ non confundit. Si in morbum incideris,gaude:quoniam quem diligit Deus castigat. Pauper es,lætare: quoniam Lazaritę bona excipient. Despiceris ob Christi nomen,hæc tibi verecũdia in angeli gloriam transferetur.Itaqꝫ fratres dilectissimi nosmet tribulationis tempore confirmemus: ne in vanas hominum spes incidamus.Neqꝫ inde auxilia nobis expectemus:sed in lachrymis & suspiriis & precibus assiduis & vigilantia solerti vota effundamus. Is enim auxilium de tribulatione suscipit,qui auxilium humanum despiciens,eius tm̃ qui nos saluos reddere potest,spe firma munietur:In Christo Iesu Dño nostro.Cui gloria & imperium in æterna secula. Amẽ.

Tribula tionis bona.

¶IN PSALMVM.LXI. IN FINEM PRO IDITHVM: NONNE DEO SVBIECTA EST ANIMA.



DVOS Esse omnino Psalmos nouimus,Titulos pro Idithum habẽtes:octauum & tricesimum, & hunc qui est in manibus. Quorum sane auctorem Dauid putamus esse, dicasseqꝫ Idithũ ad eũ in laboribus cõsolandũ & ad populi melodiã:per quã & ipse Deus collaudaƭ,& audiẽtes ob harmoniã mores correxerũt.Erat aũt Idithũ sacrorũ sacerdos vt historia Paralipomenon nobis testaƭ dicẽs.Et cũ ipsis Heman & Idithũ:Tubęqꝫ & cymbala resonare & organa cãticorũ Dei.& paulopost ait.Et duces exercit⁹ ad opera filios Asaph & Heman & Idithũ loquẽtes cũ cymbalis & organis & tympanis. De patiẽtia igiƭ vterqꝫ psalmus plurimũ loquiƭ:ꝓ quã animę iracũdia & tumor valde corrigiƭ.Superbia vero oĩno exclusa,humilitas facile introduciƭ.Difficile nãqꝫ est eũ qui se inferiorẽ omnibus & postremũ non facit,aut irã iniuria ꝓuocatũ cohibere, aut in laboribus & ærumnis animi turbationes per longanimitatẽ superare.Ille nãqꝫ q in humilitate magnopere ꝓficere querit:ꝙ in cõtumeliis pferẽdis plurimã vtilitatẽ cognoscat:lacessit⁹ nequaq̃ animo cõmoueƀ.Sed dũ audiuerit paupertatẽ ei ꝓbro dari,sese pauperẽ vere existentẽ agnoscet,& omniũ egenũ & in dies victum a domino expectãtẽ.Si nẽ se ignobilẽ & ex ignobilibus venientẽ vocari audierit:iã animo dudũ compertũ habet ex limo terrę se natũ esse.Idcirco in psalmo.xxxviii.quem supra similem fere materiã habere dixi,ait.Custodiã vias meas:si nõ delinquã in lingua mea. Narrat peccatoris in ꝓuocãdo audaciã,& ꝓpriã in tolerãdo cõstãtiam.Dũ cõsisteret inquit,peccator aduersum me,surdus factus sum,& humiliatus sum:& silui a bonis. Deinde in ꝓcessu ait. Verũtamẽ vniuersa vanitas omnis homo viuẽs.Deinde:thesaurizat & ignorat cui congregabit ea.In pręsenti aũt psalmo dubitãdo exordiƭ:vt qui cũ anima sua disserit quẽadmodum ex supradictis apparet.Cur inquit carnis,superbiæ & prauorũ adfectuũ animã facio seruam:quę a Deo & corporis & omniũ ipsius sensuũ dux atqꝫ princeps est creata? Oportet ita ꝙ animi pturbationibus dominari:Deo aũt seruire.Difficile nãqꝫ est & peccato simul & deo subiectũ esse.Sed opus est si domino vniuersorũ subdi cupit,vt vitium superet:Idcirco Propheta illi qui ꝓuocat ac lacessit multãqꝫ maiorũ ei turbã adfert,& spiritus dignitatẽ corporis imperio subigere contendit:respondit & quasi vanã ipsius cogitationem: & conatum reprendens: hęc tandẽ ait.Quid me seruire cogis iis quibus fas non est? Mihi dominus est quẽ verũ noui regem.Nonne Deo subiecta est anima mea? Ab ipo enim salutare meum.Causam dic cur subigi domino contendas:quoniam ex Deo salutare meum.Proprium autẽ rectoris est eorũ quę fecit curam gerere vti seruenƭ. Vel ab ipso salutare meum: quoniam prophetice pręuidẽs futurã esse humanitatis dominicę gratiam,hoc dicit quemadmodum Deo seruire & ipsum amare oportet,qui tale beneficiũ in genus humanũ contulerit, vt ꝓprio filio non parceret:sed pro omnibus tradiderit. Salutare eñ̄ nos est scripturæ noiare Christum Dei, sicut & alibi Simeon ait.Nunc dimittis seruum tuũ domine in pace, quoniã viderunt oculi mei salutare tuum.Subdamur itaqꝫ Deo,quoniã ex ipso salutare.Quid aũt sit salutare decla

Idithũ.

Patiẽtia.

Salutare

rant.Non actio nobis illa gratiā prębens in liberanda corporis debilitate ac pspera cōstituen
da valetudine:sed quid salutare!Ipse Deus meus & salutaris meus,susceptor meus,nō com-
mouebor amplius. Deus noster est:ex Deo filius idē & seruator humani generis nostrā cor
roborans debilitatē:ac nostrā corrigens ob varias tentationes animis insitam infirmitatem.
Non commouebor amplius inquit:humaniter imbecillitatem fatetur vt plerūq solet eueni
re.Difficile namq in hominis anima aliquam culpę commotionem nō esse. Quousq inquir
parua,paruaq admittimus,quiete admodū velut a molli aura impulsi:postq̄ vero plura,ma
iorave fuerint mala ex peccatorū pportione augeť ptrahiturq cōmotio:nōnullis leniter,q-
busdā adeo vehementer vt radicitus euulsi euertanť.Quādo videlicet iniquitatis spiritus q
omni tēpestate violētior est,animi radices quibus fides secundū Deū stabilita est,euellit. Id-
circo ego inquit vt homo cōmotus sum,magis autē non commouebor:quoniā dextra ma-
nu spiritus firmabor.Vsquequo irruitis in hominē, interficitis vniuersi vos tanq̄ parieti in
clinato,& macerię depulsę.Rursus cū malignis diaboli ministris dimicat hic sermo:accusat-
q ex ipsis procedentiū insidiarum magnitudinem:quoniam homo quidem animal est debi-
le,vos autem irruitis:Nec contenti prima irruptione,secūdam ac tertiā aggredimini donec
sic animam ante vos cadentem perdatis, quemadmodum inclinatum murum & maceriā de
pulsam.Murus eñ donec rectam custodit stabilitatē integer manet:vbi vero inclinauit, ne-
cesse vt totus quandoq corruat.Pondera enim legitima si semel icta sunt:facile restant, at si
plurimo impulsu commota semel inclinationem fecerint:nulla mora quin penitus ruāt, vix
q postea instaurentur.Ex hoc sane ostendit quemadmodum hominis natura composita exi
stens ex peccato quidem inclinatur : ex quo solum ipsam quidem omnino oportet ac rursus
ab eodem artifice qui illam condidit instaurari. Vnde reparata ac restituta securitatem im-
mortalitatemq recuperabit, vt ad secūdam ruinam minime sit insidias passura.Dei eñ agri
cultura(inquit Apostolus)Dei ædificatio estis.Aedificationem hanc cōquassauit inimicus:
Rector vero noster reparauit.¶Verūtamen precium meū cogitauerunt repellere:cucurri in
siti,ore suo benedicebant,& corde suo maledicebāt.Preciū hominis sanguis Christi.Precio ĩ
quit empti estis:nolite fieri serui hominum.Hoc itaq preciū cogitauerunt inutile nobis red
dere,semel liberatos rursus in seruitutē nos trahere quęrentes.Cucurri in siti. Vim insidiarū
diaboli dicit qui contra nos cucurrit nostrum sitiens interitū.Ore suo benedicebant: & cor
de suo maledicebant.Multi nāq sunt qui pro bonis prauas recipiunt actiones, & vitia virtu
tibus vicinis honestare contendunt.Nam scurrilia loquentem,vrbanum:Acerbum atq ira- Pctā ex-
cundum,fortem,magnanimum ac diligentem vocant. Parcum vero ac minime liberalem vt cusantes
sobrium dispensatorem.Prodigum quoq vt liberum:Libidinosum & lasciuum & voluptari-
um vt quendā remissi animi collaudant.& in summa,vitiū omne ex proxima virtute cogno r
minant.Tales itaq ore bene loquūtur,corde autem maledicunt. In verborum namq benedi
ctione omnem execrationem inducunt:ac reos æternæ damnationis ob ea quę recipiunt sese
constituunt.Rursus autem Propheta animam adloquitur,eam ad Deo seruiendum adhor-
tans.Verumtamen(inquit)Deo subiecta esto anima mea. Magnitudinem tentationū osten-
dit:& illud Apostoli commemorare videtur:dicentis.Fidelis est Deus, qui non pmittet vos
tentari supra id quod potestis.Ab ipso enim patientia mea in Deo salutare meum & gloria
mea Deus auxilii mei & spes mea in Deo.Beatus qui ex nulla re in hac vita q̄uis magna ni-
mium gaudet:sed in Deo spem gloriamq collocat,ad Christum tñ modo crucifixum iactat
& cum Apostolo dicit:Mihi absit gloriari,nisi in cruce domini nostri Iesu Christi.Nunc au Vanæ
tem multi circa res corporis,siue certamina athletica excitanť,plures etiam vi, armis præ se gloriæ
ferre fortitudinem gloriārut,quin & mouere seditiones & necare ciues suos in tumultibus cupidi.
virtutē existimant.Fortitudo nāq in bellis & tropęa a ducibus aut ciuitatibus erecta ex nul Qui titu
la re alia q̄ ex cędis magnitudine veniūt.Nonnulli item ciuitates mœnibus circundare gau- los suos
dent. Aliæ vero in ornatu vanæ supellectilis & magnorum gymnasiorum ædificiis ille suas vanis o-
opes in eos erogat:qui feras in theatris conficiunt,& vanis populorum plausibus lætatur,p pib9 ad-
priis inflatur laudibus:& alta nimis sapiens gloriam in propria verecūdia,dedecoreq collo ponūt vi
cat:qui etiam in celebrioribus vrbis locis titulum:hoc est vitium suum in tabulis marmo- tiū suū
reis futuris monumentum hominibus inscribit. Alius in diuitiis,Aliusq orator eloquētis posteris
simus vel humana sit sapientia pręditus,rumet.Quorū omnium gloria, misericordia digna manife-
est.Fas autem est eos potius beatos existimare qui Deum statuerūt suam fœlicitatem.Si eñ stant.

ille fastus adsumit: & alta sapit ꝙ terreni regis sit seruus, maximoq; apud eum in honore ha bitus: quāto magis fas erit magna tibi polliceri ac sublimem putare ꝙ regis æterni minister appelleris: eiq; per spiritum adoptionis acceptū summa familiaritate iūgaris! Ad imitationē quoq; sui populū prouocat dicens. Sperate in eū omnis congregatio populorū: effundite co ram illo corda vestra. Impossibile nāq; nos ad diuinam gratiā suscipiēdā habiles reddere: ni si perturbationes & vitia nostras animas possidētia prius eiiciamus. Vidi ego iā medicos nō prius medicinas salutares dare, q̄ vomitu grassantē naturā morbi causam euacuent: quē ex malo dietę genere homines intemperantes sibiipsis creauerūt. Sed & vas qđ odore tetro fue rit refertū: vnguentū odoratum minime recipere poterit. Opus itaq; ea quę prius occupant vt impedimēta remouere, si alia succedentia collocare velimus. Verūtamē filii hominū. No uit em̄ nō oīs suo pręcepto obtēperaturos, nec spē in deū recepturos, sed in rebus vitæ va

Mēdaces filii hominū in stateris.

nis atq; fragilibus fiduciā habētes. Idcirco dicit. Verūtamē vani filii hominū, mendaces filii hominū in stateris. Cur vani? Quoniā mēdaces. Vbi maxime eorū deprendit̄ mēdaciū? In sta teris ait iniquitatis. Qualibus stateris? Nō em̄ omnes homines libra vtūtur: nō oēs itē lana rum, aut carniū venditionē vel aurū & argentū exercent. vel omnino circa ea versant̄, q̄ mer catores libris, aut pōderibus fraudare sunt apti. Sed & reliquū mechanicorū genus ad suum plerūq; officiū lancibus aut stateris nihil habēt opus. Multi nauiū fabricatores: multi circa iudicia versantes apud quos mēdaciū quidē quādoq; fuerit: dolus vero aut fraus p librā nō

Quęnā sit hæc statera. ὥρα Syntęre sis q̄ sit virtus.

erit. Quid igit̄ est qđ dicit? Quoniā cuilibet nostrū intus statera quędā est a cōditore omniū creata: quę ad opus nos rectū dirigit: & per quā rerū naturā possis pbe iudicare. Moralia ad te pertinētia tecū expende: vitā & mortē, bonū & malū: Duas inter se contrarias naturas has tu apud te tuūq; tribunal & iudiciū examina, ac diligēter expende quid vtilius tibi: Momen taneam, parūq; duraturā eligere voluptatē, per quam mortē inuenias æternā? An in virtutis exercitatione laborē malle quo perpetuas consequaris delitias. Mendaces ergo homines falsa secum habētes animę iudicia. Hoc est qđ dicit̄. Vęh dicentibus tenebras lucem, & lucem tene bras: amarum dulce, & dulce amarū. Mihi inquis pręsentia: quis autem nouit futura? Male li bram expendis: mala pro bonis eligens, vana veris anteponens, momentanea perpetuis potio ra ducens: præsentem deniq; voluptatem pro lætitia iugi & nunq̄ desitura tibi sumens. Men daces ergo homines in stateris iniquitatis. Decipiunt enim & iniuria adficiunt ante omneis seipsos, deinde proximos. Nam quum in propriis factis male sibi consulant, malo sunt etiam proximis exemplo. Nec est in die iudicii vt dicas, bonum ignotaui. Tibi nāq; ppria datur li bra: quę iudiciū boni ac mali adfatim monstrat ac subministrat: Corporea nāq; pondera in li brę lancibus probamus. Quę vero in vita eligimus, per animę arbitriū iudicamus. Staterā ap pellat ob potestatem æquas in vtrāq; partē lances accipiendi. ¶Nolite sperare in iniquitate & rapinas nolite cōcupiscere. Supra nāq; dixit Sperate in eum omnis congregatio populorum. Nouit in obtemperando desidiam & addidit. Verūtamen filii hominū. Rursus hortatur ne sperent in iniustitia. Nam qui diuitias ex iniquitate coactas ad vires atq; potentiā facere pu

Diuitiæ nō beāt.

tauerit: similis est ægro qui in summo morbi statu bonam esse habitudinē existimat. Nolite sperare, & rapinam nolite concupiscere: Alieno abstinendum esse admonet. ¶Diuitię si adflu ant nolite cor adponere. Si aliquem opulentū videris, noli pterea beatū in vita existimare. Si tibi multę vndiq; fluxerint opes, nō admodum curabis aut admirabere. Diuitiæ si adfluāt admirare hanc vocem. Fluxa est diuitiarum natura, possidentes torrente citius præterit atq; deserit, alios alio modo apta mutare dominos: quemadmodum fluuius ex alto ruēs loco ita

Domorę domini.

subito exuberat, vt stantes in ripa quādoq; attingat ac statim descendat: Sic & opum fœlici tas breuissimum habet & lubricum statum alios aliter apta mutare possessores. Hodie hui⁹ ager, cras erit alterius, & paulopost ad aliū perueniet. Respice parumper ad ciuitatis domos, quot nomina ex eo tēpore quo fuerūt ædificatę, mutauerūt ab aliis atq; aliis ablatę possesso ribus: & aurū p manus habētiū fluens semp transfert̄, & ab illo ad aliū. Magis em̄ aquā manu retinere poteris, q̄ diuitias nisi paruo ac tm̄ necessario contētus fueris. Pulchre igit̄ dicit̄: Di uitiæ si adfluant nolite cor adponere. Ne animo erga illas adficiaris sed vsum tm̄ sume neces sarium. Nō deniq; vt eas admirans amansve, sed vitę virtutisq; instrumēta existimās. ¶Dein

Semꝫ lo. Duo au.

de dictis confirmationē sententię coniūgit nō ex propriis verbis, sed ex iis quę ex ipso deo au diuit. Nemo enim hoc vt incredibile miretur, vt semel Deus locutus fuerit, Propheta vero duo audiuerit. Possibile nāq; aliquē semel locutū esse, & inter ea quę narrat plura esse dicta.

Homo enim si forte cum alio congrediatur de pluribus differet, poteritque qui eius audiuerit verba dicere q semel me allocutus est & plura dixerit. Simile & hoc qd Propheta dicit. Semel mihi deus apparuit, duoque dixit. non autẽ ait: Vnum locutus est deus: Duo autẽ hæc audiui: sic enim secum pugnantia viderentur. Quę autem hęc duo quę audiuit? ¶Quoniam potestas dei & tibi domine misericordia. Quoniam tu potens inquit in iudicio & idem misericors. Quamobrem nolite sperare in iniquitate, nec in diuitiis affluentibus cor adponite, nec vanitatem diligite: neu denique naturale iudicium dei munere vobis concessum perire permittite, sciẽtes q potẽs est de⁹ noster. Eius timete potestatẽ, neque humanitate ipsius abutimini. Dei namque timor vtilis quidem ad peccati abstinentiam: sed ei omnino qui in peccatũ ruerit ne per desperationem periclitętur, vtilis eius misericordiæ spes. Potestas eñ Dei & ex ipso misericordia: quoniam tu rettibues vnicuique secundum opera sua. In qua enim mensura proximos metiemini & vos idem sustinebitis. Cecidisti fratrem, pat recipe: rapuisti aliena: irrisisti pauperes: verecundia, iurgiis, contumeliis adfecisti, calumniam intulisti, mentitus es, alienis nuptiis insidiatus es, peierasti, patrum monita neglexisti, orphanorũ possessiones inuasisti, viduas exagitasti, denique huius vitę voluptatem bonis futuris a Deo tibi promissis potiorem habuisti: recipe his æquam mensuram. Qualia nãque quis seminat, talia & metet. Nã si qd bonorum abs te gestũ fuerit: illis multo plura recipies munera. ¶Quoniam tu reddes cuique iuxta opera sua. Si huius itaque sententiæ in omni vita reminisceris, multa poteris peccata vitare. In Christo Iesu domino nostro, cui gloria & imperium in æterna secula. Amen.

¶IN PSALMVM.CXIIII. DILEXI QVONIAM EXAVDIET DOMINVS.



IAM INDE EX nocte media quũ ad hoc dicatũ martyribus templum fratres dilectissimi veneritis: ipsorum martyrũ Deum per hymnos vsque ad horam hanc diei quum fere meridies fit placare nõ destitistis. Nos vero si apd vos quibus ob honorem in sanctos parata est a domino merces: Apologiam ob moram, lentamque missionem vestram facere oportet. Causam adferimus, q in alio simili huic templo non paruo a nobis distante spatio officium obeuntes tempus diei huius consumpsimus. Quoniam itaque visus est dominus illis per me satis fecisse: & vestræ propterea non defuisse charitati, gratias ei mecum reddite, qui hanc visibilẽ nostri corporis fragilitatem inuisibili eius virtute per manus duxerit. Ex quo quũ vos tandiu retinuerimus iãiã pculdubio dimittemus, si pauca prius super psalmo vobis decantato differẽdo, sermonis cõsolatione vestras animas aliquãtulum ædificauero. Ad curãda deinde corpora vestrũ quẽlibet missum faciemus. Quid igit̃ id erat qd decãtastis. DILEXI quoniam exaudiet Deus vocẽ orationis meę? Nõ eñ omniũ est dicere dilexi, sed pfecti tñ: & eius q ser uitutis metu iã dimisso, in adoptionis spiritu cõstat. Nõ eñ quẽ diligat adponit, quũ facile nobis intelligat̃ qui vere & per se sit omnino amabilis. Amabile nãque id definiũt qd oĩa exoptant. Bonum autem deus & primum, ac perfectissimum bonorum omnium. Ipsum itaque deum dilexi, vltimum desiderabilium existentẽ, ac eius causa labores cum gaudio suscipio. Qui autem sint paulopost enarrat. Dolores videlicet mortis & pericula inferni, tribulationẽ, dolorem: quę omnia ob charitatem in Deum & ob spem repositam iis qui ob pietatem sustinẽt ærumnas, amabilia apparuere. Non enim inuitus inquit, aut per vim sustinui certamen, sed ardore mẽtis quodam, & adfectu laboriosa suscepi, vt habeam dicere. Quoniam propter te mortificamur tota die. Ac fere illud Apostolicũ. Quis me separabit a charitate Christi? Tribulatio an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an gladius? Dilexi igitur hæc & his similia sciens q sub spectante & munerãte te domino p pietate pericula subeo. Quoniã exaudiet dominus vocẽ fletus mei. Sic eñ & quilibet nostrũ potest in mandatis quæ sunt grauia, minime vereri aut expauescere: quando a Deo omniũ spectatore, eius conatus visus fuerit. Quoniam inclinauit aurem suã mihi. Inclinauit (inquit) nõ vt corpus aliquod aut aures in Deo cogites, & has ad vocis humilitatem inclinante: qd & facere solemus erga eos qui submisse loquunt̃ ppe admouẽdo aures vt ex ppinquo sensu loquẽtẽ excipiamus. Sed inclinauit inqt, vt meiipsius vilitatẽ exciperet & mihi iacẽti per humanitatẽ condescẽderet. Verbi gratia Aegrotanti alicui & ex multa debilitate loqui clare nequeũti humanus medicus ora ppe admouebit: vt ex eo discat quę sint administrare necessaria laboranti. Inclinauit itaque aurem suam mihi: Diuinus nãque auditus voce non indiget ad sensum. Nouit eñ ex cordis motu q̃ sita hominũ ac vota. An non legis quemadmodum Moyses nihil loquens, sed tñ sine voce

Amabile Bonum summũ Deus.

Moyses sine voce a deo auditus.

anxius & in angustia constitutus occurrēs domino ex eo audiuit dicēte. Quid loqueris! Nouit item Deus sanguinē Abel iustum audire, cui nec lingua, nec vox aerem verberās aderat. Operum igitur iustorū benefactorūq; presentia, maxima est apud Deum vox. ¶Et in diebus meis inuocabo. Nos aūt vna orantes die vel hora vna breuē aliquā super peccatis nostris tristitiam adferentes quiescimus, vt aliquid aduersum nostro vitio struentes: at hic Propheta sanus factus, toto vitę suę tempore se confitēdo dicit ostendisse durantē. In omnibus inquit diebus vitę meę inuocabo. Vt autē ne putes q; in rebus huius vitę secūdis & ei admodū cedentibus nomē domini tm̄ inuocaret: narrat laborum magnitudinem eum circūsistentium: in quibus constitutus nequaq̄ nominis Dei est oblitus. ¶Circundederunt me (inquit) dolores mortis, & pericula inferni inuenerūt me. Dolores enim proprie de parientibus dicuntur, quando ad tumorē venter insurgens extra foetū pellit. deinde genitalia muliebria ob partū distenta spasmis & neruorū laxitatibus acutissimos dolores & vehemētes cruciatus parientibus gignūt. Transtulit aūt dolores ad mortis poenas circa animal, in animę & corporis diuisione instātes. Nihil em̄ mediocre se passum esse dicit: sed vsq; ad ipsos mortis dolores fuisse tentatū. Nū & hęc semel inuitus tulit: quorū causa erat natus! An hęc quidē sępe ac voluntarius! Nihil em̄ horū quę coacti facimus laudabile. Sed vide quęso athletę hui⁹ animi magnitudinem. Postq̄ em̄ circūdederūt me dolores mortis & pericula inferni inuenerūt me, tantū abfuit vt in his corruerē tētationibus, vt multo pluribus perferendis me voluntatiū obiecerim. Tribulationē & dolorē mihi inueni, quoniā inexorabili & obstinata fui mente in malis a tentatore inductis perferēdis, vt excellentē in Deū charitatem ostendā: tribulationibus tribulationes, & doloribus dolores adieci. Ex quibus omnibus nō ppria virtute euasi: sed quoniam nomē domini inuocaui. Simile & huic illud Apostoli dicentis. In omnibus autē supuincimus ob eū qui diligit nos. Vincit em̄ is qui ab iis quę cogūt, minime flectit. Superuincit autem is qui sponte dolores ostēdendo patiētiā subit. Qui autē vsq; ad mortē in aliquo peccato constitutus fuerit dicat: Circūdederūt me dolores mortis. Omnis em̄ peccatū faciens inqt dominus, seruus est peccati. Quandocūq; igitur aliquid admisero morte dignū tunc & a periculis inferni sum inuētus. Quomodo ergo meipsum curabo! Postq̄ videlicet tribulationē & dolorem inueni per poenitentiā peccati magnitudini respondentē. Poenā ex poenitentia mihi excogitaui: & sic sum ausus nomē domini inuocare. Quę aūt erāt quę dixi! O domine libera animam meā. In hac enim captiuitate retineor. Tu p me redemptionis pręmium tribue: & libera animam meā Misericors dominus & iustus. Vbiq; em̄ scriptura rebus miserādis iustitiā addit: Nos plane erudiens quemadmodum nec misericordia dei sine iudicio: neq; iudicium sine misericordia fit: sed in nos vtens misericordia, ærumnas quoq; admiscet: & iudicans debilitatis nostrę rationem habet, humanitate magis q̄ æqui compensatione nos plectens. Et deus noster miseretur. Misericordia est animi turbatio in eos qui præter dignitatem deiecti sunt, ab illis procedens qui simul perturbatione adficiuntur. Miseramur enim eos qui ex magnis diuitiis in magnam inciderunt paupertatem. Item eum qui ex optima corporis habitudine, in vltimam debilitatem deiectus est. Similiter qui ex membrorum pulchritudine pręstātiq; forma, in tabem, squalorēq; maximū ruit. Quoniā itaq; nos quādoq; in paradisi statione nobilitati eramus: & ob ruinā postea ignobiles & humiles facti sumus, Deus noster miseretur nos, animaduertens quales pro qualibus facti sumus. Idcirco & Adā misericordię voce vocauit, Adā vbi es! Non is qui cūcta nouit, doceri quęrit: sed nosse illū voluit qualis p quali factus est: Vbi es! Quasi dicat, in quā incidisti ex tanta sublimitate ruinā! ¶Custodiēs paruulos dominus humiliatus sum: & seruauit me. Si vis hęc ad naturalem referre sermonem: natura humana nunq̄ consisteret, nec incolumis seruaretur, nisi parui & infantes a domino iugiter conseruarentur. Quonam enim modo ii qui in vulua concepti sunt foetus, & nutriri & moueri possent in tam breuibus pręsertim locis & in tenebrosis & humidis custodus clausi vitam habentes: pręterea nec respirare, nec hominum vitam viuere valentes, sed more piscium per humida natantium, nisi dei custodia seruarentur! Nam & hunc locum minime cōsuetum & ex calore vuluæ in aerem hunc frigidum exeuntes, breui admodum viuerēt tempore, nisi deo curæ præcipuę forent. Custodiens ergo paruulos dominus, humiliatus sum & seruauit me. ¶Conuertere anima mea in requiem tuam, quoniā dominus benefecit tibi. Bonus athleta sermonem exhortatorium ad se reducit more Pauli dicentis. Bonum certamen certaui: cursum cōsummaui. In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ. Hæc sibi Propheta

Dolores pariētiū.

Vincere Supuincere.

Misericors dn̄s

Mia qd est & in quos.

Adam vbi es.

dicit.Postq̃ satis vixisti, & vitæ cursum expleueris,reliquum est vt in requiem tuam cõuerta ris:quoniã dominus benefecit tibi. Manet em̃ requies sempiterna illos qui in hac vita legiti me certauerint:nõ ob eoꝝ merita factorũ,sed ob munificẽtissimi dei gratiã ĩ quo sperauerũt prouueniens.Deinde priusq̃ ibi bona enarret:quemadmodũ a rebus mundi duris euaserit explicans,sup iis gratias agit animarũ liberatori:qui eũ de magna seruitute,vaniſq; animi perturbationibus & adfectibus eduxit.Quę aũt sunt hęc?Quoniã eripuit animã meam a morte, & oculos meos a lachrymis,& pedes meos a lapsu.Futurã requiem iis malis quę hic patitur cõparat.Hic em̃ inqt circũdederunt me dolores mortis:ibi vero,eripuit aĩam meã a morte. Hic oculi ob molestias varias lachrymas effundunt: ibi vero nulla lachryma in oculis eorũ qui continuo summi dei pulchritudinis contemplatione lętantur.Abstulit em̃ deus oẽm lachrymã ab oculis sanctorum.Hic item magnũ prolabendi periculũ.Ideo Paulus ait,Qui existimat se stare videat ne cadat:Ibi vero solidi gressus,vita incõmutabilis,nec peccati periculũ,nec carnis rebellio ac cõtumacia, non fœminę cõcupiscentia:qm̃ in resurrectione nec mas nec fœmina erit:sed vna oĩbus ac similis vita eorũ qui domino placuerũt in regione viuorũ. Mũdus nãq; hic mortalis est & moriẽtiũ locus. Quoniã vero visibiliũ substãtia cõposita est: omne vero cõpositũ dissolui est aptum:nos qui mundi sumus necessario vniuersi naturã sequemur. Idcirco priusq̃ anima per mortem a corpore separetur, morimur omnes. Quod ne mirum tibi fortasse videatur,considera parumper rei euentũ.In tribus em̃ annorũ hebdomadis tres in vita ętatum mutationes fiũt:& per singulas hebdomadas quilibet terminus prætẽta circumscribit,ac nouam prębet rursus mutationem.Pueri ętas vsq; in octauum annum primam explet hebdomadã. Aliam vero ad pubertatis annos disciplinis aptam ingreditur. Pubes siue ephebus vsq; in annũ vicessimũ cũ primũ oris lanugo cœperit,extenditur. Iuuẽtus inde incipit & ętas virilis. Qñ em̃ videris corporis augmẽtũ scdm ætatẽ desinere:& aliã mẽtẽ,aliasve cogitationes habere,nihil deniq; pręteritæ adolescentię virum retinere:nõquid pręterita in eo tibi iam periisse videtur? Rursus senex in aliã formã:& animi adfectũ mutatus, alius sine dubio a primis ętatibus apparet.Ex quo vita hoĩm per multas mortes nõ solũ ĩ ętatis mutatiõe,sed etiã in aĩarum ruinis ob peccata admissa ingreditur.Ibi vero neq; corporis, neq; animi est mutatio:nõ est item cogitationũ controuersia,neq; sententiæ varietas:nulla perturbatione stabilitatẽ trãquillitatẽq; animi auferẽte.Ea demũ est regio viuẽtiũ, qui cõtinuo sibiipsis ęqui ac similes existũt.In qua Propheta maximo deo,ac oĩm dño se placere sperat:vt nulla re extrinsecus impediente, quin ad optatũ terminũ fœlicis, angeliſq; cõmunis seruitutis perueniat.Optamus inquit,siue peregrinãtes a corpore ipsi placere. Ea inquã viuentium beata regio,nõ nox,nõ somnus mortis imago,nõ cibus aut potus humanę infirmitatis pręsidia.Nõ pręterea morbus,nõ dolor aut iudicia,seu mercatus:nõ artes, nõ pecunia malorum origo,bellorũ materia,inimicitię radix:sed regio viuentiũ,nõ moriẽtiũ ob peccatũ,veraq; ac perpetua vita:In Christo Iesu dño nostro,Cui gloria & imperiũ in ęterna secula.Amen.

Nõ meritis nostris, sed dei gratia salui sumus.

Futura requies.

Morimur ante animę exitum.

Requiei locus.

Pecuniæ mala.

¶IN PSALMVM.CXV.



CREDIDI Propter quod locutus sum: Ego autem humiliatus sum nimis. Ego dixi in excessu meo,oĩs homo mẽdax. Fides est vna oim quã oĩm Dei verborũ ducẽ esse oportet. Fides inquã nõ demonstratio. Fides supra oẽm rationẽ sciẽtiarũ disciplinarũve aĩam sublimem trahit. Fides deniq; nõ geometricis aut necessariis nitiť probationib⁹.In nomine dñi Iesu Christi Nazareni surge & ambula. Hanc enim vocem continuo per spiritum sanctum subsecutus est sanitatis effectus.Ex prodigio nãq; diuinitatis vnigeniti manifestatio necessaria videntibus est orta. Dic quæso quid ad fidem faciendam veritatemq; persuadendam vehementius,an dialecticę propositiones secum symperasimata cõsequentia trahẽtes:an potius tale,tantũq; ostentũ ab oĩbus clarissime visum,omneq; virtutem excedens? Sed hæc q̃ minime probantur,minime etiam a plęriſq; credũtur:qui mundanę potius sapiẽtię & eorum quę sunt ex arte & disciplina persuasione retinẽtur,q̃ prępotẽti ac valida spũs significatione moueãtur.Qui nẽpe spũs per illorũ simplicitatẽ qui Deo sponte cõfidunt:causa salutis multorũ ostenditur.Sed vtinam mihi sit credere digne vt ad ecclesiam hãc magnam loquar. Neq; ser monem nostrũ aliquis irrideat:si citra probationẽ auditores ad ea credẽda quæ dicim⁹ facile deducam⁹.Igiť cuilibet disciplinę necesse est indemõstrata esse discẽtibus principia.Qm̃ difficile sane circa principia pugnantes ac cõtendentes recte ac ordine posse ad finẽ procedere:

Fidei virtus.

Sympe rasimata .i.cõclusiones.

Spũs san ctus salutis causa

Prĩcipiis in demõſtrariuis credere oportet vr cætera ꝓbẽt. Theologiæ principium fides.

Hoc em̃ manifeſte ex iis quę ſunt extra fidẽ apparet. Nã ſi geometricę prima principia nõ cõ-
cedas durum fuerit inde ſymperaſma deducere. Item in Arithmetica imprimis ĩmorãres ele-
mẽtis reliqua q̃ ex illis ſequũtur impediunt: ſic & medicis medicinę principia minime demon
ſtrãrur. Deniq̧ in quolibet ſtudio qđ ordine in finẽ ꝓcedit, ĩpoſſibile primorũ ſubiectorũ de-
mõſtrationes ingrere. Sed neceſſe oĩm artiũ q̃ ꝓbatiõe nitũtur, principia ſine veſtigatiõe, aut
ratione poſita: reliqua quę deinceps ſequũtur cũ ratione oſtendãr: Sic & rheologię myſteriũ
ex fide minime rationibus ꝓbara ędificiũ quęrit. Credere eſt opus (inquit Apoſtolus) adcedẽ-
ribus ad deũ qa eſt: nec cõtẽdere qd eſt. Et demũ ſi fides eſt ſꝑãdatũ ſubſtãria rerũ argumẽ-
tũ nõ apparẽtiũ: Noli lõge poſita curioſius veſtigare: neve ſꝑata in dubiũ reuocare, ꝙ ea ne
queas ingenio deprẽdere. Hęc igif in vniuerſum de fide ob cõrentioſos & in verborũ tẽdicu
lis ac pugna veritatẽ eſſe putãtes, dicta ſint. Pręſens nãq̧ pſalmus poſtrema pſalmi pręcedẽtis
verba ordine quodã cõſequi viderur. Ibi em̃ dicitur. Placebo dño in regione viuorũ. Q̃m igi
rur nõ de viſibili regione differit: vr clare ſciẽs cauſam diffinitiõis rerũ ĩcertarũ reddit dicẽs,
CREDIDI ꝙ eſt quędam viuorum regio: ꝑprer quod locurus ſum, quoniam placebo in ipſa
domino. Deniq̧ ſiquis de rebus diuinis ſine fide ad dicendũ venerit: in mulras nugas incidit
& caſſas nuces, ſermonem in nullo firmãs ſubiecto. Principiũ itaq̧ ſanę orationis, fides in lo-
quẽtis corde vehemẽter roborara. Deinde vnde poſſumus circa fidẽ ꝑfecte agere, deĩceps in-
ſtruit dicẽs. Ego aũt humiliatus ſum nimis. Qui em̃ mẽte ſeſe humilẽ ita reddiderit, vt cum
Apl'o dicat: Ego frarres nondũ puto comprẽdiſſe: is ad altiſſimæ cauſę cognitionẽ facile per-

Dei incõprehenſibilitas.

ueniet. Siquis vero dei ſubſtantiã ꝓpriis ingenii viribus attingere ſperat, & quãtũ animo ac
cogitatione cõprendit, rerum menſuram facit: non exiſtimans, ꝙ facilius ſit vniuerſum mare
parua metiri lance: q̃ humana mente dei magnitudinem circũſcribere: facile decipitur. Quã-
obrem ꝓpriæ mentis vanitate inflatus, dicere nequaq̃ poteſt: Credidi propter quod locutus
ſum. Quoniã id quod ſequitur: ei facile nõ erit. Ego aũt humiliatus ſum nimis. Sũbia nãq̧
animi, verborũq̧ iactãria & vanitas, ſatis eũ oſtendũt fidei fundamẽto, ac robore carere. Poſt
hęc Propheta nõ ſolum ſeſe, ſed oẽm ſibi cõmunem & cõſanguineã naturę humanitatẽ, hu-
milem reddit inquiens. ¶Ego dixi in exceſſu meo oĩs homo mendax. Qui em̃ nõ ex fide ſibi
auxiliũ ſumit, ſed ex ꝓprio penu ac humanis rationib⁹ veritatẽ ipſam deprendere ſperat: mẽ-

Quis exceſſus.

dax eſt, & rota errat via. Hunc autem ſe in exceſſu ſermonem dixiſſe ait. Quis autẽ exceſſus?
An Propheta humanę naturę vim circũſpiciens & ſiqua eſſet in hoĩbus veritas veſtigans: ꝙ
hanc nequaq̃ ſine dei auxilio reperire potuerit in re tam admirabili, ſtupidus mente quodã-

i. Re. xxi.

modo factus clamare cœpit, Oĩs homo mendax? An in exceſſu illo quẽ idem Propheta figu-
rauit mentiẽdo ſeipm̃ corã rege Achi (vt ſupra ĩ hiſtoria pſalmi. xxxiii. cõmemorauim⁹) vbi
quõdam in hoſtes incidẽs vt periculũ euaderet: ſtultitiam ſimulauit, ora mutauit: tunc dixit

Mendax oĩs homo. Paralogiſmus.

Oĩs homo mendax: & licet nõ volũtarius neq̧ in perniciẽ ꝓximi, ſed vt inimicorũ inſidias vi-
taret: mẽdaciũ cõfinxit. Illud etiã aĩaduertẽdũ ꝙ ex his verbis Propheta minime ſeipm̃ iã no
tat: quẽadmodum ſophiſtici quidã ipſum accuſare conãtur, per periphraſim in hãc cenſurã
eum incidiſſe dictitantes. Si enim omnis homo mendax, Dauid eſt homo: mẽdax ergo & ipſe
eſt: Si mendax, nõ ei ſunt credẽda quę dicit. Vero aũt eo & ſermone eius exiſtente, neq̧ item
verũ fuerit ꝙ oĩs homo mendax. Sed ex hac cauſa mẽdacii Prophetã ipſum excipiamus. Q2
ſi ipſe nõ mentitur, credemus ei facile omnia quę dixerit: credẽtes rurſus in non credẽdi ne-
ceſſitatem incidemus? Verũ Dauid dicit. Non mentitur ea quę de homine dicit: cum autem
ipſe ſit homo: oĩno mendax erit? Mendacium loquẽti quis credet? Quãobrem aut mentiatur
Dauid eſt neceſſe: vt verũ credatur: vel ſi verũ dixerit ipſe ſeſe mendacem accuſat? Sed hę ꝑ-
fecto ludẽtiũ nugæ fuerint: & conãtiũ cõtortis verbis ac captioſis ineruditorũ animos deci-

Rñſio.

pere. Verũtamen nõ ita res habet. Hoĩes em̃ dicũtur hi, qui hũanis ꝑturbatiõibus & adfecti-
bus retinẽtur. Qui aũt his fuerit exẽptus ac liber, & ob mẽtẽ perfectã ad angelorũ naturã ad-
cedat: inter hoĩes minime cẽſebitur, extra alioꝝ ſortẽ ſeſe cõſtituẽs. Quod in alio loco ipſe Da
uid verius oſtẽdit. Ego dixi, Dii eſtis oẽs. Deniq̧ ſicui hoĩm, & Dauid hęc appellatio maxime
conueniret: Nã filius is eſt ꝑfecto altiſſimi, qui Deo familiaris eſt: & nõ vt homo moriẽs: ſed
viuentẽ in ſe Deũ habens. Igitur ego dixi in exceſſu meo, oĩs homo mẽdax. Audiant hoc qui
humanis ac prauis animi adfectibus ſunt inuẽti, Qui vero ſeſe a vitiis liberos reddiderũt ac
cogitationes ab omni cõtaminatiõe purgatas habẽt: a mẽdacium numero ſeponunt. ¶Quid
retribuam dño pro oĩbus quę retribuit mihi. Calicem ſalutaris accipiã. In meditatione Dei

beneficiorũ venit,milleq; ex eo munera cogitat.Quod primũ ex nõ ente fit cõditus:quod homo & rationis particeps:in quo ipsius summi imaginẽ cõspicit.Deinde quod supra genus humanũ ad scenderit, quod dñs sese pro nobis oĩbus redimendis tradiderit. Propterea vestigat & inquirit quid dignũ tãtis dñi munerib[9] reperiat.Quid īquit retribuã dño? Nõ sacrificia:nõ holocau sta:nõ ex legis obseruatiõe officiũ aliquod:sed ipsam totã vitam ppriã. Idcirco dicit:Calicẽ salutaris accipiã.labores & pericula pro veritate subire,& vsq; ad mortẽ peccato resistere,ĩtel ligit.Hoc aũt fuerit qđ ipse seruator in Euãgelio docuit:Pater si possibile est trãseat a me ca lix iste.& rursus discipulis.Potestis bibere calicẽ,quẽ ego bibiturus sum? Mortem quam pro mũdi vita susceptur[9] erat haud dubie declarauit:Idcirco dicit.Calicẽ salutaris accipiã. hoc est,martyrii constantiã sitiens ad mortem vsq; ruam:labores ac pœnas pro pietate sumptas animę corporisq; requiem existimans.Itaq; meipsum(inquit)sacrificium & oblationem domino ponam:quod pro dignitate illius cui omnia debeo cuncta minora existimẽ ac vilia.Et has quidem promissiones prompte habeo coram omni populo teste reddere.¶Vota mea domino reddam.Ad auditores sese conuertit,vt mortem nõ metuant.Preciosa(inquit)in cõspectu dñi mors sanctorũ ei[9].Ne veremini ait hoĩes certamina laborésq; adire:Ne horrete mortem:Non em̃ corruptio,aut finis est,sed vitę initium & occasio:Nec est omnino rerum oĩm interitus,sed migratio translatioq; ad honores.Apud viros enim diuitiarum appetentes lapilli quidã pulchris fulgẽtes coloribus preciosa nominantur:sed vere preciosum mors sanctorũ eius: qñ anima purgata in vita a carnis sordibus & inquinamẽtis libera, nullã habens peccati rugam,ex laboribus pro pietate sumptis probata,iustitię corona redimita,& omniũ demum horum pulchritudine refulgẽs, & lapide quocũq; precioso splendidiorem claritatẽ ex gratia possidens, domino ac omniũ iudici adstiterit:quomodo huius viri mors preciosa coram domino non fuerit?Igitur sanctorum virorum exitus in hac vita,nequaq̃ plorãdus: sed magis genesis & in hanc vitam ingressus:qui multum secum iniustitię sordiũq; ac malorũ adfert.quorũ spectaculum siquis cerneret:viuẽtium nullus sustinere facile posset. Hac igitur de causa generationis cõmunis ingressus & exordium vitę necessitatibus paret ac subigitur:Exitus vero liberatio quędam fuerit preciosa & illustris non omnium,sed eorum,qui pie,sancte,caste,sobrie,apud suos vixerunt.Preciosa ergo mors nõ preciosa genesis hominũ Seminatur(inquit Apostolus)in ignobilitate,surget in gloria:seminatur in corruptiõe,surget in incorruptione.Compara quęso genesi mortẽ ac desine lugere illũ,qui a tristitia multaq; miseria soluitur.Quando enim apud Iudęos moriebãtur,abominabilia dicebãtur morticinia.Quando autẽ pro Christo mors:preciosę relliquiæ sanctorũ eius. Ante hoc tempus dictum est sacerdotibus & Nazareis.Non contaminabitur super aliquod mortuum.Et rursus.Siquis attigerit mortuum:non erit impunis.Et item illud.Lauabis vestimẽta illius.Nũc autem fœlicitate nominis christiani,& dei nostri,ac seruatoris nostri Iesu Christi munificẽtia,quicũq; martyres eius attigerit:illius iustitię,sanctitatisq; quodãmodo particeps,ob gratiam ex eorũ corporibus procedentẽ efficitur. Preciosa itaq; in conspectu domini mors sanctorum eius. Nolite igitur fratres dilectissimi res vilissimas potiores preciosissimis habere: neve horrete pręsentẽ,ac mortalẽ vitã immortali ac perpetua cõmutare.Nã pręterq̃ quod ignominię passionibus(vt ait Apostolus)homines voluptuarii subduntur:etiã libertatis vsum & animę ipsius magnitudinem omnino amittunt:hoc est in seruitutem redigunt, & ad carnis ministeriũ turpissimũ trahunt. Vbi enim seruitus,ibi ignominia. Fugienda nempe vita quę ignominiam parere est apta. Nihil inquit Dauid magnũ facio, si meipsum tibi domino dedero:si seruus existẽs tuus tuam possessionẽ tibi tradidero. Nã creantis,seruum est omne creatum.Et filius ancillæ tuæ:ex quo nõ solum voluntate seruus,sed etiã natura.Filius em̃ ancillæ tuæ sum:quam valde puellam adhuc inimicus decipiens & ab tuo abducens imperio,peccati seruam constituit.Sed ego ad te conuertor, ad pristinum redeo dominum,antiquam cognosco seruitutem.¶Dirupisti vincula mea:quoniam a peccati seruitute liberasti, descendens in infernum,ac soluens a morte humanitatem captiuam existentem,& in custodiis ineuitabilibus inferni retentam.Idcirco tibi sacrificabo. Non quidem quadrupedem bisulcam,aut ruminantem:neq; volatilia pura,neq; siliginem oleo conditam:neq; lucidũ thus vel illud compositum thimiama.hęc enim ex terra tibi domino offeruntur : sed mei ipsius possessionem,& cordis mei fructum tuã laudem ex ipso perficiẽs.Sacrificabo inquã volũtatẽ mẽtẽq; meã mille holocaustis potiorẽ tibi deo meo nullius indigenti: quod corporea minime

Calix salutaris.

Mors nõ timenda ac preciosa.

Mortuorũ relliquię nũc ĩ precio.

Fili[9] ancillę.

requiris sacrificia, per quę lucrificiũt diuites: sed ex vero cordis adfectu professionem quę ofbus valentibus facile adesse poterit. Vota mea dño reddam coram omni populo eius. Sacrificans autem tibi laudem nõ erubescam: nõ clam impiorũ querelas & maledicta fugiens tuum honorem extollam: sed publicũ faciam sacrificiũ, populũ tuũ adorationis socium adsumens. In atriis domus dei nostri, in medio tui Hierusalem. Audite vos qui ecclesiam relinquitis: & in domibus publicis versantes preciosi corporis miseras facitis scissiones, quemadmodum in medio Hierusalem, hoc est ecclesię, deo laudes dare oportet. Non enĩ secundũ antiquã adorationem licebat cuiqꝫ propriũ facere sacrificiũ: sed sacrificare volentibus ritus monstrat⁹ erat. Tu aũt cõtra parẽtũ institutũ excitas aram, & ignem sup eam accendis alienũ. Non antiquũ sapis exemplum. Homines mente corruptos adtrahis & cum ipsis vna te ipsum contaminas. Vos autẽ fratres dilectissimi Dei populus, horum fugite imitationem, Neqꝫ cõmittite vt ab iis quę seruãda sunt: vosipsos vllomodo separetis, perseuerantes in fide: ac dei & domini nostri Iesu Christi mandata obeuntes, cui gloria, & imperium in ęterna secula. Amen.

Ecclesia sacrificiis apta

¶SERMO IN DIVITES AVAROS SVPER ILLVD LVCAE EVANGELII. HOMINIS CVIVSDAM DIVITIS AGER.

Tentatio duplex.



Vplex omnino fratres dilectissimi tentationum genus. Nã vel res aduersæ, corda hominum velut ignis aurum per patientiam probant: Vel res ipsæ secundæ, per modestiam & liberalitatem qualis quisqꝫ sit facile ostendunt. Aeque namqꝫ durum videtur in rerũ difficultate, minime deiici & infractum seruare animum: ac in fœlicitate non extolli, nec alios despicere inferiores. Primæ namqꝫ fortis exemplum, magnus Iob inuictus athleta, præ se tulit: qui omnem diaboli potentiam, veluti torrentis imperum, immobili corde, firmoqꝫ proposito suscipiens: tanto maior tentationibus apparuit, quanto duriora minantis videbatur sustinuisse certamina. Horum vero quæ in rebus lætis eueniunt exempla, cum alia multa sunt, tũ huius nobis nunc lecti diuitis: qui opes quidem ingentes habuit, in iisqꝫ maxime spem collocauerat, dei benignitate ipsum diu tolerante, & ob mores detestandos minime condemnante, sed continuo diuitiis alias addente diuitias, si quo modo per copię satietatem animũ eius ad liberalitatem, ac beneficentiam prouocaret. Hominis inquit diuitis ager abundauit, cogitauitqꝫ intra se, quid faciam? destruam horrea & maiora faciam. Cur abundauit ager hominis nihil boni ex copia facturi? Vt maior profecto dei benignitas appareret, & vsqꝫ ad tales eius nimirum bonitas extenderetur: qui pluit super iustos & iniustos, & solem suum oriri facit super bonos & malos, vt iniquos ad pœnitẽtiã diu expectatos quãto plurib⁹ puocat beneficiis, tanto maioribus, atqꝫ iustioribus ad extremum adficiat pœnis. Huius itaqꝫ diuitis terræ per manus auaras cultę deus plurimas fruges tribuit, & vt augescerent fructus: præterea tempestates cæli opportunas, seminum copiam, boum adiumenta, & alia quibus floret agricultura, concessit. Sed quæ illius partes? Difficiles mores, odium hominum, propii commodi respectus, alieni nequaqũ. Nec miser præbenti reddidit. Non cõmunis meminit naturæ: necquæ supererant ei, putauit egentibus distribui oportere: Nec vllam demũ habuit de proximi charitate mandatorũ rationem: vt sunt illa: Ne desine benigne facere inopi. Item. Eleemosynę ac fides ne te relinquant. Item. Frange esuriẽti panem tuum. Deniqꝫ Prophetę, oẽsqꝫ magistri clamantes nõ sunt auditi. Sed horrea dirupta sunt, multitudine fructuum grauata: cor autem eius minime satur. Semper enim antiquis noua superaddens & annuis prouentibus copiam augens, in hanc inextricabilem animi difficultatem incidit: quum antiquis fructibus noui ob copiam, & locorum angustiam succedere non possent. Idcirco vana eius cõsilia, curęqꝫ inutiles fuere. Quid faciã? inquit. Quis non misericordia erga hunc corriperetur: adeo ab seipso profligatum, anxium in tanta copia, miserum in tot bonis, miseriorem quoqꝫ ob ea quæ continuo expectabunt? Nõ enim prouentus ei terra ferebat sed fletus & suspiria: nõ fructuũ copiã: sed curas & dolores & graues anxietates. Nam æque egestatem patiẽtibus adflictabatur. An non hanc emisit vocem ob paupertatem, locum grauari putans? Quid faciam inquit? Vnde cibi, vnde vestes? Hæc diues quęritur. Hæc animo angitur, curis absumitur. Diuitiæ namqꝫ alios ad lætitiam inuitare solent: hunc vero auarum in mœstitiam adducunt. Non enĩ gaudet ex iis omnibus quæ intus habet: sed ex iis quę abundãt, atqꝫ adfluunt

Auaris cur crescãt opes.

ptopriam odit animam.Dumq; ad ea continuo quę ſunt extra reſpicere contendit,partis nõ vtitur,neq; illis egentes impertit.Mihi enim videtur huius animi vitium ſimile omnino illi helluonum gulę:qui omnia malunt deuorate,q̃ paupetibus tepoꝛia diſtribuere.Reminiſcere miſer eius qui hęc tribuit:reminiſcere & tuiipſius:quis es,quid adminiſtres,atq; diſpenſes:a quo accepiſti,cur tantorũ bonorũ dei miniſter factus es,tuoq; diſpenſator conſeruotum.Ne puta omnia tuo ventri pręparari,quę in manibus habes vt aliena exiſtima.paruo nãq; poſſidebis tẽpore,teq; illa breuiter exhilarabũt,abibũt,cito peribunt : quorũ poſttemo tatio abſte actiter exigetur.Tu autem omnia ſimul portis & tepagulis occluſa tetines,adligas ſignaculis,curis inuigilas,cõſilium ex te capis,malo vteris cõſiliario.Quid faciam?Parata tibi reſpõſio fuerat:Eſurientiumanimas explebo:aperiam hotrea, & omneis vocabo pauperes:imitabor Ioſeph:humanitatis laudibus vocem emittam magnificam.Quicũq; panibus egetis venite ad hortea mea:Gratia ex deo data eſt:quilibet ſatis habet,vt ex cõmunibus fonrib⁹ particeps.Sed non ſic tu.Vnde,ꝙ hominũ inuides commoditati:malũq; conſiliũ in anima ſuſcepiſti?Augeris nõ vt diſtribuas ex vſu cuiuſlibet:ſed vt cuncta ſuſcipiens omneis eorũ priues vtilitate.In multos annos vſum imaginatis conceſſum tibi a domino,de his tecum conſulis vt manifeſta deinde tua volũtas appareret:& digna tandem electione reciperes negationem. Hoc autẽ ideo ſcriptũ,ne & vos fratres dilectiſſimi ſimilia faciatis:exemplũ hoc fugite:imitamini terrã:adferte quemadmodũ & illa,fructus cum fœnote:ne peior velis eſſe virtute, cũ ratione ſis potior.Illa inquam nõ in ſuũ vſum aut commodum opes:ſed in tuum miniſtrare contendit.Tu autem quem oſtendis ex felicitate fructũ?Tibi congregas?Nam benefactorum gratię,in dantes reuertuntur.Dediſti eſurienti?tibi cõſuluiſti.Datum cum auctario reuertitur.Quemadmodũ enim frumentũ in terram cadens lucrũ proiicienti parit:ſic panis in eſurientem proiectus multam in poſterũ tibi reddet vtilitatem.Sit agriculturę tibi finis:initiũ ſemẽtis cæleſtis.Seminare inquit vobiſipſis in iuſtitia.Quid igitur te infœlicem reddis?Quid adflictatis luto & lateribus diuitias cludere contendens?Melius nomen bonũ q̃ diuitię multę.Si autem diuitias ob honotem inde prouenientem admiraris:conſidera quanto ad gloriã magis faciat multorũ filiorũ parentem appellari,q̃ mille ſtatetes in arca collocare.Pecuniam enim hic vel nolens relinques:honorem vero ex benigne factis ad dominũ referes:quãdo populus omnis cõmunem iudicem circunſtans,te nutritorem & conſeruatorem & demũ omnibus quę ad humanitatem pertinent,nominibus appellabunt.Nonne vides quoſdam in theatris homines in pancratiaſtas & mimos & cum feris certantes quos ſpectare quis abominetur:pro breuis temporis honore,ac populi plauſu pecuniã prodigentes. Tu autem tam parui es animi,vt in ſumptus perpetuam tibi gloriam paritutos cuncteris? Nõne cõſideras quẽadmodũ deus eſt qui recipit,& angeli collaudant,homines te beatum ex ipſa geneſi appellãt? Præterea gloria ſempiterna,corona iuſtitię,tegnum cælorum,pręmia tibi ob harum retum mortalium adminiſtrationem erunt,quæ tu nihili pendis:tanto rerũ pręſentium ſtudio teneris vt futura tot bona deſpicias?Agedum ergo,tuas opes pulchre diſpone ac diſpenſa:clarus & venerabilis ob ſumptus in egẽtes eſto.De te illud dicatur. Diſperſit,dedit pauperib⁹: iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. Ne grauetis neceſſariis vſibus te benignũ reddere. Ad hortea tua aperienda,noli annonę caritatẽ expectare. Nã qui ſtudet augendæ annonæ,apud populum execrabilis reperitur.Noli famem ob aurum recipere, noli ob vtilitatem priuatam communem neceſſitatem adfectare.Noli inquã inſtitor ac mercator humanarũ fieri calamitatum:ne iram dei occaſionẽ augendarum facultatum facias:Ne flagellis ac verberibus vulnera bene habentium vigorem.Tu enim aurum tm̃ reſpicis:fratrem vero tuum non proſpicis:& nummi quidem characterem ac genus cognoſcis,probum ab adulterino diſcernis:fratris vero tui egeſtatem non cognoſcis.Auri te color decipit,ne quanta te pœna deſerti officii maneat,intelligas. Quomodo ego tibi ante oculos,pauperis labores ponam?Ille namq; in tus veſtigãs probe videt,quemadmodum nec aurum ei eſt, neq; vnq̃ ſperat.Supellex vero & veſtis eius lacera,paucorum ſunt obolorum opes:fames tamen vrget.Quid reliquum habet niſi vt filiorum licitatione hanc ab ſe ſimulq; mortis periculũ repellat?Noſce quæſo hic certamen ex vna parte inſtantis famis,ex altera paterni adfectus:quum altera mortem intentet, alter vero vna cum filiis mori perſuadeat:impuliſſetq; niſi prouidendi liberis neceſſitas deſideriumq; inſtaret.Itaq; ſecum miſer mẽte voluat.Quem potius liberorum vendam? Quem magis cupiet is qui frumentum commutat.Si primum.At ætatis honos me reprimit:Iunio

Terra i-mitãda.

Dãti data pſunt

Egentiũ cogitationes.

rem ne?At me miseret æui calamitatis adhuc indocilis.O me infelicem quid agã? Quem fe-
ræ animũ sumã?Quomodo naturæ obliuiscar?Si abstinuero:cunctos videbo fame absumi. Si
vnum vendidero:quibus oculis reliquos aspiciam,quũ me iam illis videam suspectum? Quo-
modo domum inhabitem liberis vacuando? Quomodo ad mensam tali mercatura præpa-
ratam accedam? Tandem multis cum lachrymis charissimum natorum vnum venditurus
ad te venit. Tu propterea nihil tali spectaculo moueris. Naturæ pietas minime succurrit.
Sed simulando, nihilq; te curare ostendendo,longiorem durioremq; reddis ei calamitatem.
Tibiq; manus ad precia tam nefanda recipienda non solum non hebetatur & stupet, sed eti-
am de pluri q̃ dederis recipiendo contendis:vndiq; miseri grauans incommoda. Non lachry
ma tibi misericordiæ signum : non suspirium cor emollit : sed inflexibili continuo cupidi-
tate aurum respicis:aurum imaginaris.Hoc tibi dormienti insomnium,& vigilanti deside-
rium. Quemadmodum enim insania capti,res probe nõ vident:sed ex turbato phantasmate
imaginantur:sic anima tua ab auaritia possessa:cuncta aurũ,cuncta argentum respicit. Quæ
cunq; vides in aurum verti cupis:dasq; operam quoad possis & liceat. Quid enim rerũ non
inuenis?quid nõ ob aurum moues? Frumentum tibi ante omnia in aurum vertitur:vinum
in aurum:lanificium dat aurum.Omnis mercatura,omnis industria tibi aurũ suggerit.De-
niq; aurum ipsum,aurum gignit:dũ se fœnore multiplicat : nec enim satietas aut finis vlla
cupiditatis inuenitur.Helluonibus sępenumero ac pueris adpetentibus cibi,ea quę cupiunt
adfatim & ad saturitatem damus,ita vt ex copia fastidio capiantur : auarus autem quanto
plus accipit tanto plura desiderat.Diuitiæ si adfluant(inquit Psal.)nolite cor adponere.Tu
autem adfluentes retines & exitus obstruis.Deinde sic coactę ac occlusæ,& quasi stagnantes
quid tibi faciunt?Rumpũt repagula violenter retentę:inundantia destruunt horrea:prõpta-
ria & cellarum pauimenta velut inimicus quidam ingrediens grauant,atq; vastant.Sed ma-
iora inquis ædificabo:incertum:si non destructa successori dabis.Nam ipse velociter migra-
bis,vt ille secundum eius naturam cogitationem nequeat excitare.Sed hic quidam diues fi-
nem malis suis congruum ac parem cõsiliis est adsecutus.Vos autem fratres dilectissimi au-
dite atq; attendite.Omneis prõptuariorum portas patefacite. Vberes exitus diuitiis,veluti
Siṁitudo apta. magno fluuio fructiferam terram per mille riuos pertranseunti, præbete:Sic & ipsi per mul-
tas vias opibus ad pauperum domos aditum date.Nam & putei cõtinuo exhausti & copio-
siore & pulchriore admodũ fluunt aqua:dimissi vero & quieti,facile putent.Sic & opes con
ditæ quiescentesve,inutiles:Motæ autem & translatę fructum pariunt,maximeq; vsui sunt.
quarum gratia quanta tibi laus ex iis qui beneficium acceperunt proueniet? q̃q̃ hæc mini-
me curanda.Quanta vero a iusto iudice merces? Exemplum itaq; accusati diuitis tibi vbiq;
occurrat. Qui quidem præsentia custodiens & de futurorum spe sollicitus & crastini incer-
tus, in noctem atq; somnum venit,vbi inhumanitatis atq; auaritię iudicium sustinuit.Ter-
ra namq; in ferendis ei fructibus officiosa fuit:Altas messes in agricultura ostẽdit:Racemos
in vite plurimos tulit,oleam frequẽtem produxit: Copiam deniq; segetum atq; leguminum
omniũ lætam promisit.Is vero sterilis & sine fructu erat.Non iis quæ coegerat cõtentus:sed
his quæ deerant potius intentus:quæve animo ac spe certa retinebat:q̃uis multa potuit co-
gitare pericula anteq̃ incolumes fructus domum referrentur. Nam & grando sæpe frangit:
& æstus ingens e mediis eripit manibus,& aqua intempestiua e nebulis fluens semina corrũ-
pit.Tu autem ob vanam & execrabilem tuam orationem,horum omnium quę ostenduntur
in campis susceptione te facis indignum. Clam loqueris tecum: At tua verba in cęlo exami-
nantur.Anima inquis habes multa bona:Comede,bibe,gaude.O verba stultissima.O demen
tiam singularem.Nam si porcinam habuisses animam:quid aliud dicere potuisses?Ita serui-
lis es:ita ignauus ac procul a ratione,vt animi bona perituris cibis inferiora ducas? & quæ-
cũq; alui secessus recipit:immortali gloria potiora existimes? Q; si virtutis ac benefactorum
thesauro diues fuisses,deo proculdubio,qui bonam lętificat animam cohabitasses.Sed quo-
niã terrena sapis,& deum habes ventrem,in omnibus appetitũ sequens, audi te dignã ap-
pellationem:quã tibi nullus hominũ,sed ipse dominus indidit.Stulte hac nocte animã tuam
abs te repetent:Quę autem pręparasti cuius erunt?Sed pręter ęternam damnationem:huius
etiam insanum consilium ridendum.Qui quum paulopost periturus esset,talia secum iactet:
Destruam inquit horrea & maiora faciam. Existimabam ego lepide nimirum hoc contra se
dixisse.Nã impietatis horrea proculdubio vastari diruiq; digna erant.Euerte miser tuis ipse

manibus qđ male ędificasti. Solue horrea vnde nullus vnq̃ exhilarat⁹ aut auctior rediit. Dele domũ totã auaritiæ custodẽ: dirue tectũ: euerte muros: ostẽde Soli frumẽtũ seminosũ: educ de custodia diuitias cõpedib⁹ vinctas: triũpha de tenebroso iniqtatis mãmonę domicilio. De struã horrea mea & maiora faciã. Si em̃ hęc absolues, qd q̃so amplius cogitabis? an rursus destrues & ędificabis? & qd stultius q̃ sine fine cruciari? ędificare, rursus facta destruere? Habes si vis apothecas domos pauperũ: thesauriza tibi thesauros ĩ cęlis. vbi nõ ęrugo, nec tinea demolit̃, neq; fures auferũt. Sed tũc inquis dabo quũ horrea secũda cõpleuero. Lõga tibi vitę tẽpora polliceris: vide ne te illa quę ĩmutabili lege ac statuto tpe accelerare solet, forte corripiat. Et pfecto vitã sibi hoc modo cõfidẽtius polliceri, nõ bonitatis aut sapiẽtiæ: sed stultitię & iniqtatis est indiciũ. Vitã ĩquã tibi polliceris, nõ vt posthac sis liberalior, aut tribuas: sed vt pauperes absterreas. Quid quęso nũc phibet vt dare nequeas? Nõne inops pręsto adest? Non plura horrea? nõ merces a dño parata? Nõ mandatũ manifestũ? Esuriens fame absumitur. Nudus rigescit. Ob æs alienum pauperis fit auctio: & tu eleemosynam in crastinum differs. Audi Salomonem. Ne dicas reuertere & cras dabo. Ignoras enim quid sequens faciat dies. Cur stulte dei verba, promissaq; dum auaritię patefacis, contemnis? Quantam te deo gratiam habere oportuit q; non ipse portas vexas alienas: sed tuas aliũ perunt? Nunc autem tristis es, & rogatu difficilis: occursus pauperum vitas, ne forte aliquid e manibus coacto exeat. Vnã tm̃ nosti vocem. Non habeo. Non dabo. Nam & pauper ego quoq; sum. Pauper es, profecto pauper, & omnium egens bonorum. Pauper inquã charitate, humanitate, fide, ęterna spe. Quam obrem te maxime hortor frumenti quodcunq; possides tuos fac fratres participes. Cras forte marcescet. Hodie egenti da. Auaritię genus pessimum est: nolle quæ facile corrumpuntur inopi dare. Cui facio iniuriam inquis, si mea retineo, conseruoq;? Qualia dic mihi tua? Vnde hęc in vitam veniens tulisti? Quemadmodum si quis in theatrum ingrediens alios a spectaculis arceret: proprium ac priuatum existimans, quod ad communem omnium vsum est paratum. Tales & diuites existunt. Communia namq; possidentes, propria faciunt occupando. Nam si ad vsus tm̃ proprii commodum quilibet auferret superfluumq; egenti tribueret: nemo profecto esset diues, nemo item pauper. Nonne nudus ex vtero matris prodiisti, nudusq; rursus reuerteris ad humum? Hęc tibi bona pręsentia vnde? Si em̃ casu dicis: ignoras horum prębitorem: danti gratias non habes: nullum putas deum. Si ex deo fateris: dic mihi, quãob rem hęc sortitus es? Non enim iniustus est deus, qui ea quę sunt ad victum inęqualiter nobis diuiserit. Cur diues es: ille pauper? Profecto nõ ob aliã causam, nisi vt tu benignitatis ac fidelis administrationis pręmium accipias: Ille vero patiẽtię maximę mercede honoretur. Tu vero insatiabilibus auaritiæ lacertis omnia complectens, & tot homines priuãs neminem lædere putas? Quid quæso est auarus? Ille qui paruo, & eo quod satis esse debet, non est cõtentus. Quis vero peculator? Ille qui aufert aliena. Tu ergo non auarus? Non tu peculator quum ea quæ ad dispensandum distribuendumq; receperis tibi ppria facis? Qui enim vestem diripuerit, spoliator nominabitur: Qui autem nudum non texerit modo possit: alterius cuiusdã nominis appellatione dignus erit? Esurientis est panis quem retines. Nudi est vestis quam in arca custodis. Discalceati calceus qui apud te marcescit: egentis argentum quod tu in terram fodis. Deniq; tot adfers iniuriam hominibus quot deseris cum iuuare possis. Pulcher inquis sermo, sed pulchrius aurũ. Sic & intemperantes & absq; disciplina homines agunt. Vt si forte aliquos increpantes, ac de modestia disserentes apud eos videant, deteriores reddũtur. Si vituperantes audiunt amicam: illius tunc reminiscentes pulchritudinis ardentius amãt. Sed quomodo ego tibi ante oculos ponam pauperis labores, vt plane cognoscas quãtã tibi iram in die iræ thesaurizes? O verbum illud in ea die tibi felicissimũ. Venite benedicti patris mei possidete regnum paratum vobis a constitutione mundi. Esuriui & dedistis mihi edere. Sitiui & dedistis mihi bibere. Nudus eram, & operuistis me. Quanta rursus trepidatio, quantæ ob oculos tenebrę versabuntur condemnationẽ audientibus? Ite maledicti in ignem æternũ qui est paratus diabolo & angelis eius. Esuriui & mihi non dedistis edere. Sitiui & non dedistis mihi bibere. Nudus eram & non operuistis me. Non enim ibi fur aut rapax, aut subdolus cõdemnatur: sed qui substantiam nõ communicauerit. Ego vero fratres dilectissimi vos horum admonui quę videbantur vtilia: quibus si obtemperaueritis bona quę vobis promittuntur proculdubio cõsequemini. Non audientibus vero & minæ & pœnę iam scriptæ sunt atq; paratæ: quarum ego periculũ vos euadere magnopere cupio, meliorem induentes men-

Auariq̃ stio.

Auarus. Peculator seu prędo.

tem,vt animę vestrę redemptio fint propriæ diuitiæ, & ad bona cælestia vobis parata facile perueniatis gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi:qui vos vocauit in magnã hereditatem suam,Cui gloria & imperium in æterna secula.Amen.

¶SERMO SECVNDVS IN DIVITES AVAROS SVPER ILLVD EVANGELII MATTHAEI.XVIII.MAGISTER BONE,QVID BONI FACIAM.



E adolescentre hoc qui Dominum interrogauit quidnam faciendo vitam haberet æternam, quæ dicta sunt,hodie mane fratres dilectissimi diligens auditor facile reminisci poterit ꝙ non idem sit qui apud Lucam scribitur. Hic enim tentator erat,ironice quodammodo percunctans : cum em̃ probe ac salubriter rogauerit:minime tamen persuasus auscultauit. Nõ enim tristis abiisset,si non despiciendo interrogasset. Quamobrem eius animus varius nobis indicatur:cum ex sermone partim laudabilis,partim miser ac desperans ostendatur.Nosse enim verum magistrum & rursus per Pharisæorũ iactantiam ac Scribarũ turbam non fuisse mutatum,sed ex solo & vero præceptore hoc intelligere voluisse : laude dignum censeo.Qꝫ vero seruatoris consilio non paruerit ac mœstus abierit:hoc demum eius deregit mentem non verum tã scire,q̃ turbæ spectatoribusꝙ placere, voluisse.Nec item salutarem domini disciplinam suo inscribere cordi, aut omnino sequi curasse : sed tristem inde discessisse ob eam solum causam ꝙ diuitias nimium amaret:hoc inquam eius morum varietatem pugnantium arguit. Magistrum dicis,& quæ sunt discipuli despicis. Bonum insuper appellas,& ab eo monstrata negligis.Nec solũ bonus:sed etiam prębitor est. Interrogas quidem de æterna futuraꝙ vita, & præsentis dulcedine vinctus teneri deprenderis. Sed quæso durum ne adeo,aut graue tibi verbum is proponit magister? Vende inquit quę possides,& da pauperibus.Si enim iussisset,vt aut agriculturę labores aut mercaturæ pericula,vel qualia rei studentes tolerare solent subisses:iure grauatus te poteras excusare,ac consiliũ despicere.Si vero facilis tibi via,sudoris laborisꝙ vacua,ad consequendam æternę vitæ hęreditatem ostenditur:tanta salutis facilitate nõ gaudes,sed dolens anxiusꝙ discedis:facis vt quicquid boni gesseris inutile parumꝙ tibi valiturum sit.Si enim(vt ais) non occidisti:non fuisti mœchus:nõ fur:nõ testis falsus:cur reliquũ studiũ non addis quo solo in dei regnum poteris facilius peruenire? Nã si medicus membra tibi aliqua non recta,aut ex natura seu morbo distorta,se corrigere polliceretur:gauderes profecto. At quum ipse animarum maximus medicus te necessariis deficientẽ perfectum reddere cupiat, minime gratiam suscipis:sed ingemis atꝙ doles.A mandato namꝙ illo seruando palam est ꝙ procul es,& in teipso mentiri deprẽderis:vt videlicet proximum sicut teipsum diligas.Si enim teneris adhuc in annis(vt plane adfirmas)fraternitatis charitatem,ac rãtum pręceptum custodisti vt ea proximo quæ tibiipsi reddideris: Vnde quęso hęc diuitiarum copia? Fructus namꝙ pecuniæ est egentibus dare. Paucis enim ad propriam quisꝙ curam indiget si bona simul omnia diuiderentur. Ex quo amans proximum sicuti seipsum nihil plus illo possidebit. At tu possessiones multas habere apparas. Vnde nam hę nisi ꝙ propria cõmoda multorum commodis habes omnino potiora? Quo enim plus opibus ac cupiditate crescis,eo magis charitate deficis:Nam diu iam pecuniam abiicere cogitasses si proximos æque ac teipsum amasses.Nunc ea tibi magis insita coniũctaꝙ q̃ corporis membra videtur. Idcirco eius contemptu ac priuatione, vt rerum optimarum refugio moueris.Si nudum induisses,Si esurienti panẽ præbuisses,Si hospiti tua ianua patuisset,Si orphanorum pater extitisses,Si deniꝙ te inopum & adflictorũ misericordia cepisset:nunq̃ in cumulandis opibus laborasses: sed iamdudum eas egentibus distribuere cogitasses.In festis mercatibusꝙ nemo angit sua pro mercibus dare:quãto ve fuerint preciosiores tanto magis gaudet,vt quã accipit pręcellentiorem:At tu & aurum & possessiones distribuere:pręterea lapidem ac terram pro æterna dare felicitate grauaris.Sed quo tendunt diuitię?vt preciosa te veste amicias?Atꝙ duorum cubitorum tunica tibi satis: Vnius inquã ac breuis tunicę commoditas pro claris ac multis fuerit vestib⁹. Vt lautius viuas? At panis vnus,idoneus est tenuem explere ventrem.Quid ergo priuari doles?Quęris gloriam? Si terrenam humilemꝙ hãc despicere poteris:longe potiorem ac clariorem reꝙ in cælum deducẽtem inuenies.Sed inquis fortunas ipsas tm̃ possidere voluptas magna,& si nullũ ex eis vsum capias.Stulta profecto apud omneis eorum diligẽtia quæ minime sit profutura. Sed & mirũ fortasse incredibileꝙ quod tibi sum dicturus videbitur : tamen omni re certius. Distribuere

Mẽdaciũ arguit diues &c

opes(vt ipse testatur dominus)firmiores permanere,augeriq;: Amatę vero ac cupidius custoditę perire ac auferri sunt aptę. Si adseruabis,nō habebis. Si dabis ac dispergas,inuenies vt ait Propheta. Dispersit dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculum seculi. Sed profecto non vestium aut ciborum causa multis adfectantur opes. Verum quædam est diaboli via ad suggerendas diuitibus mille sumptuū inanium occasiones: vt ea quæ ad superflua & ad rem pertinentia non sunt,pro necessariis & honestis ducantur. Ex quo ad erogandorum opinionem nihil satis homines huiuscemodi habēt. Substātiam nāq; in pręsentem ac futurū vsum diducunt primū sibi: secundum filiis adcumulant. Rursus eandem in sumptus variosq; vsus pro statu & ordine cuiuslibet diuidunt. Sit inquiunt,res partim in vsu: partim cōdita sepositaq;. Item quæ in vsu necessitatis terminos prætereat: ac ad ordinis decentem statum pro trahatur: ad vulgi quoq; opinionem erogetur. Vt iter facienti ornatus: equitatus: viaticū ꝓ conditione stant. Aut domi permanenti pulchra supellex: ædificia,commodaq; alia excogitātur. Mille currus auro argentoq; onerantur: Equi alii ex gente generosa,velut homines delecti per vrbem ad ostentationem circunducūtur. Alii ad venationem. Alii ad iter faciendum pręparantur,ac omni diligentia mangonizati redduntur. Frena,zonę,frontalia, argentea omnia aureaq;. Insup tapeta purpurea ipsos veluti sponsos ornātia equos. Mulorū quoq; multitudo colore distincta. Aurigę illorum successores inuicem qui pręcedunt,& qui subsequūtur. Seruorum infinitus numerus sumptibus eorum cunctis ac magnificentiæ suppeditans. Curatores,promi,coloni,ministri cuiusuis artis,siue necessariæ,siue voluptuarię,periti. Prę terea coci,pistores,pincernæ,venatores,fictores,pictores: voluptatis omnimodæ commentatores. Camelorum gregis partim ad onera,partim ad pascua descripti. Armenta boum, porcorum,ouium,horumq; pastores,ac tellus non solum his omnibus pastionibus suppeditās: sed prouentus reliquos amplificans. Balnea insuper in ciuitate: balnea in agris. Domus omni marmorum genere coruscantes: phrygio,lacedæmonio,thessalico,ad hyemis æstatisq; tēpora distinctis: pauimētum calculis ornatum variis: camerę laqueariaq;, & quicquid parietibus superest auro picturæq; floribus decorata. Sic igitur in vsus mille superuacuos distractę opes etiam in terra conduntur,& in secretis arcanisq; custodiuntur. Incertum est inquis futurum. Necessitati,quæ nos quandoq; vrgere posset,prouidendū: At longe incertior defossi thesauri vsus: nec tamen pœna incerta quæ tuorum morum manet inhumanitatem. Tu ne quando ad perdendū aurum omnem viam excogitaueris quod supererit fodies atq; abscondes? Duplex profecto insania. Primum: in metallis aurum latitans omni diligentia in lucem proferre,ac ex humo recludere. Deinde semel effossum rursus in terra occultare. Nā quicunq; hoc facis profecto & cor simul fodere videris. Dicit eīm: Vbi thesaurus tuus ibi & cor tuum. Idcirco dei mandata tristitiam his adferunt q; vitā inutilibus exercētes laboribus & impensis,nullā postea satis rem habent. Et in summa mihi euenisse huic adolescēti videtur qđ illi solet euenire qui iter facit, Ciuitatis alicuius spectaculi videndi studio: properatq; vsq; ad mœnia. Ibi reperto diuersorio requiescit,modicūq; quod restat viæ ob pigritiam,atq; desidiā ire supersedit: donec clausis portis exclusum sese spectaculoq; carērē videt. Sic & huiuscemodi sunt homines qui cætera quidem mandata obseruant,ad rem vero dispensandam claudicant. Vidi ego quosdam ieiunantes,orantes,præteritorum pœnitentia suspirantes,omnē deniq; sine sumptu pietatem ostendentes: egentibus vero ne obolum quidem præbentes. Quid his cætera virtutum diligentia prodest? Non propterea regnum dei consequetur. Idcirco inquit Dominus. Difficilius est diuitem intrare in regnū cælorū q̃ camelum per foramē acus. Hoc enim testimonium validum. Qui testatur verus: persuasi vero pauci. Et quomodo inqs viuam abiiciens omnia? quę forma: quod genus vitæ illius erit qui omnia vendit, omnibus sese priuat? Ne me interroga Dominicorum præceptorum sententiam. Potuit ne legislator id quod fieri non potest sub lege comprendere? Tu vero cor tuum sicut in trutina expēdes. An ad vitam futuram ac veram,seu præsentem inanemq; inclinet. Fructus itaq; atq; vsus facultatum verus,non ex voluptate propria: sed in egentium dispensatione consistere, omnino scias. His demum te alacri animo,vt reb⁹ alienis priuari si sapis existimes oportet. Quid quęso grauaris? Quid doles? quod audis: Vende omnia. Si enim quę dimittis te in futurū seculum sequerentur: profecto prę illis preciosioribus quę ibi reperies hęc nihili penderes. Sed quando necesse semel est ea hic remanere: cur ex eorum auctione non lucrifacis maiora longe reperiendo? Nam si alacri lætoq; animo das aurū vt equos possideas: cur id regno dei po

Diuitiū calua ex cusatio.

Aurí p̄latio & í fossio.

Nota si militudínem pul cherrimā auaritia.

tius commutari suasus doles!simulq; tantū abnuis donum,mille sumptuū occasiones com-
memorando!Quid miser Iudici respondes!Patieres vestis:hominem non vestis!Equos phale
ris ornas:fratrem tuum laceris amictum pannis adspernaris:Canes ad venandum pascis, esu

De vxorū intēperātia,mala multa viris adferendis.

rientes non respicis:Aurum in terram condis:egentes supra terram non curas.Quid si vxo-
tem insuper auaram duxeris,duplex tibi morbus creuerit.Nugas hæc & delitias ardet:volu
ptatis illecebras tibi augebit:concupiscentię & superuacanei studii stimulū acuet. Circa mar
garitas,smaragdos,hyacinthos,aurum,eius cura continua.Hūc digitis aptat: illū vestibus
intexit:Malumq; viri per omnia probra exaggerat.Neq; subcisiua huic studio tempora:Ve-
rum ordinaria noctes atq; dies tradit.Mille insuper adsentatores earū adsunt desideriis.Du-
cuntq; ad eas fullones,aurifices,vnguētarios,textores,discriminatores:ex earū imperiis nul
lo tempore virū respirare sinunt.Nullus item muliebri concupiscentiæ satis thesaurus:non
si e fluminibus fluxerit:quandoquidem vnguentum exoticū ex barbaris ita quęrunt,vt oleū
e foro & ex mari conchilia:purpuram,variosq; colorum flores tanq̄ ex oue lanam habere cō
tendunt.Prærerea preciosi lapides vndiq; periti auro innectuntur.Alii ad ornandam ceruicē
Alii zonas locupletant:Alii manus pedesq; ornant.Gaudent auro magnopere fœminæ. Au-
ro manicas operiunt:Aurum semper exposcunt . Vir igitur muliebrem sequens appetitum,
quam animo curam geret!Sicut enim debilia nauigia procellę ac tempestates dispergunt, ac
q; inundant:sic praui vxorum adfectus virorum debiles animas corrumpūt atq; pessundāt.
Igitur ad hæc tot taliaq; distracta substantia nugis ac variis voluptatum inuentionibus su-
perantib9 nequaq̄ locus vllus,aut vlla occasio remanebit,vbi egētibus subuenire possis.Hinc
oritur q; si audieris:Vende omnia & da pauperibus,vt vitam habeas ęternam,grauaris. At
si audiueris:Da pecuniam fœmininis delitiis,lapicidis, architectis:tessellariis,pictorib9: gau
des quasi rem pecunia preciosiorem adsequaris.Nōne vides hæc mœnia tempore labefacta-

De Cęsarea loqt: Cappadociæ in honorē Cęsaris īstaurata

ta quorū reliquiæ tanq̄ scopuli quidam per vrbem totam apparent!Quot per ciuitatem pau
peres,dum hæc excitabantur erant:qui ab incolentib9 ob ædificandi studiū negligebantur!
Vbi quæso nunc tantus operum splendor & apparatus ! Vbi & ille qui super horum magni
ficentia lætari ac gloriari visus!Nonne hęc dispersa : solo æquata & abolita,veluti puerorū
ludicra,qui inter arenas turres excitant:omnia perierūt!Auctor vero ob rerum vanarū stu-
dium ambitiosum in inferno sepultus est.Contende igitur animam habere magnam, ac lo-
cupletem .Muri vero parui vel magni eūdem præstabunt vsum . Ego vero quando transeū-
do vnius alicuius inflati,ac diuitis domum conspicio variis stragulis, ac ornamentis fulgen
tem:considero nil preciosius q̄ quod cernitur eum possidere,quandoquidem inanimata tan
to studio ornare contendat,Animam vero immortalem inculram habeat. Si sumptus non
necessario pensitamus.Quot argentei tori,mensæ item argenteę,lecti eburnei,sellæ eburneę.
Ad pauperes nullo modo penetrare posse diuitias existimabimus: & q̄q̄ ad tuas veniūt fores
miseram rogando vocem emittentes : Tu tamen negas , adfirmans rogantibus cunctis non
posse sufficere.Sed lingua quidem hæc dictitas,manu autem tacite negas, ac falsus depren-
deris,quæ anulo gemmaq; coruscat.Anulus inquam tuus quantū æris alieni posset exolue-
re!quot domus ob inopiam ruentes conseruare! Vna tm̄ tuarū vestiū circula totū populum
frigore rigentem amicire posset.Verum sustines inexoratus abs te pauperem reiicere:nequa
q̄ metuis iudicis minas,ac ea quę se ille pollicitus est hominib9 huiusmodi redditurū.Nō te
miseret:Misericordiam non inuenies.Non iuuasti alienam domū:a regno dei exclud.ris.Nō
dedisti panem:Non vitam recipies æternam.Sed & pauperem teipsum dicis.Et ego tecū sen
tio.Pauper profecto est qui multis indiget.Pauperes inquam infinita concupiscentia & pra-
ua desideria reddūt.Hæc decem talentis totidem addere solent.Deinde viginti coactis etiam
totidem.Nec solum crescendo non expletur,sed ardentiorem reddit appetitum, velut ebriis
accasio sitiendi est vini copia & augmentū:Sic & qui multa possidet quo plus ipse aceruum
auget,plus ei curarum augetur.Studium nanq; habendi contrarios eorū voluntati agit ef
fectus.Non enim tm̄ eos ob iam parta non exhilarat,verū etiā ob ea quæ deesse videntur,cu
piditate potius angit.Ex quo anima curis continuo premitur. Ad vlteriora progressi con-
tinuo ad gradū sequentem vestigium attollunt:nec prius quiescunt,q̄ summum attingant:
Sic & hi a rerum cupiditate non prius cessant,q̄ in altum sublati se a ruina firmos ac secu-

Seleucis auis.

ros reddant.Conditor omnium Deus Seleucidem auem insatiabilem,ad hominū tamen be-
neficium constituit , Tu vero te sponte insatiabilem animo reddens , in multis profecto

damnum facis. Nam quæcunq; oculis aspicit auarus, hæc concupiscit. Nec expletur oculus videndo: Neq; animus concupiscendo satiatur. Auarus (vt infernus) nunq̃ ait, satis est. Quã do miser iam partis vteris? Quãdo frueris, aut a curis habendi cessabis? Vęh qui domui vici nam domum & agrum agro coniunctum continuare cupis: & quum id adsequaris, quid nõ agis? Mille commentaris causas vt rem vicini adripias. Obstat inquis, luminibus meis: & alia mulra seu vera seu falsa sint. Tumultus excitas: in iudicium distrahis: vexas omnibus modis donec ad desperationẽ inducas. Auarus itaq; vnus domi, foris, ruri. Nam mare terminos habet: nox item leges antiquas non egreditur: Solus auarus nullum circumscribit tempus: non terminum noscit: rerum successione non concedit: sed vim naturamq; ignis imitãdo omnia comprẽdit, omnia pascitur. Et veluti flumina ex paruis initiis exeuntia: deinde paulatim incrementum fine subiecto in processu accipientia: impetu demum violento amnes secum legitimos trahunt: Sic & ii qui in magnam prouehũtur potestatem, ex ea vim profectusq; nacti, ad maiora continuo facinora maioresq; iniurias progrediuntur, ac reliquos quos prius præterierant incommodis adficiunt. Quãobrem imperii incrementum, fit eis sceleris occasio maioris. Qui enim mala sub ipsis patiuntur, eisdem quoq; auxilia ferre inuiti in aliorum iniurias coguntur. Ex quo mutua inter se incommoda infligunt. Quis vicinus, quis contubernalis aut cliens non trahitur? Nihil enim opum potentiæ resistit. Omnia tyrannidi cedunt: cũcta eius subiciũtur potestati. At pauper, quiq; iniuriam patitur multam habet rationem: si quid pri⁹ agat ne quid pro his patiatur, aut ad iudicium trahatur, aut aliquo modo plectatur. Diues vero acpotentiæ fidens & audax vltro lacessit: boues iungit, arat, serit: metit ea q̃ ad ipsum minime pertinent. Tu si resistis, verbera parata. Si quereris, lamentationum & accusationum tuarum quæstio fiet. In iudicium, in carcerem demum traheris. Calumniatores minime deerunt, qui mortis periculum intentabunt. Deniq; vt te hac molestia liberes, libenter adhuc aliud dabis. Igitur o miser parumper quæso a tuo scelere respira, & tuæ conscientiæ recessus aliquantulum perscrutare: tecumq; considera, quis rebus huiuscemodi finis: q̃ fors tuorum studiorum impudentiæ fuerit. Habes terræ partim aratro: partim arboribus vtilis tot iugera: præterea vineas, campos, saltus, flumina, loca amœna. Quid ergo post hæc? Nonne telluris tres tñ cubiti te expectant? Nõne paruus lapis ad tui miseri corporis custodiam satis erit? Cuius gratia laboras? aut pquo contra ius fasq; contendis? Quid manibus inanes stipulas metis? Sed vtinam tñ inanes, ac non igni perpetuo materiam. Num ex hac ebrietate quãdoq; resipisces? num ante oculos Iesu Christi iudicium tibi pones? Quomodo causam dicturus coram iusto iudice te defẽdes ab iis qui abs te lacessiti acriter instabunt? Quid inquam ages? aut quos aduocatos conduces? Quos adduces testes? Quomodo integerrimũ corrumpes iudicem: cum nec orator tibi, neq; verborum ad persuadendum facundia fuerit, quibus illi veritas occultari possit. Non te rursus adulatores, non pecunia, nõ dignitatis fastus sequẽtur. Ab amicis item: ab auxiliis discretus, sine aduocato, sine defensore, sine honore, tristis, ac sine audacia relinqueris. Vbi enim oculos circunferes? vmbras vbiq; simulachraq; malorum aspicies. Hic orphanorũ lachrymę quos pugnis incesseris: serui quos lacerasti, vulneribusq; adfecisti: vicini quos ad iram puocasti: cuncta hic te aduersus consistent. Tuorũ scelerum aceruus te comitabitur. Sicut enim vmbra corpus, sic peccatum animam sequit̃ gestorum imaginem manifestam referens. Idcirco illic negatio minime valebit: sed loquatur os licet impudenter, ipsa tamen facta non quidẽ vocem emittẽtia: sed qualia a nobis patrata fuere vitæ testes erunt. Sed ego tibi ante oculos horrẽda si audieris pono. Reminiscere parumper diei illius in qua Christi cum gloria apparebit aduentus: quando qui benefecerunt in resurrectionem vitę: qui vero male, in resurrectionem iudicii excitabũtur: tunc sempiterna verecundia peccatoribus, & ignis eos perpetuus voraturus aderit. Illa te grauent: Non mandatum dominicum de bonis cedendis. Sed iamdudum non audis. Quibus ergo verbis te cutabo? Quomodo loquar? Regnum dei non curas, Gehennam non times: Quam animę tuę medicinam idoneam inueniam? Si enim horribilia non metuis: clara insuper & pulchra despicis: quid dicam, nisi me cũ corde disputare lapideo? Infœlix homo pecunię naturã aliquantulum inspice. Quid attonitus aurum miraris? Lapis, æs, aurum, argentum, margarita, chrysolithus, beryllus, achates, hyacinth⁹, amethystus, hiaspis: Hęc summa. Hi flores opum magnarum. Hos partim cum sint clarissimi in tenebris abscõdis: partim in digitis micãtibus: aliisq; in ornatibus circunfers. Dic quæso quæ vtilitas, digitos vertere coruscantes atq; ostentare? Opũ vanitas.

Nonne erubescis te lapillorũ auidum ostendens,quemadmodũ prægñantes fœminę ob mala-
tiam interdum lapillos & ipsę edunt.Tu item tã̄ ipsorũ helluo sardonycas,hiaspidas, ame
thystos omni studio conquiris.Quis enim pulchritudini formęq; fidens vnam vitę diem si-
bi prorogare poterit?aut cui mors ob diuitias parcit? a quo morbus ob pecuniam abstinet?
Opũ mala. Opes igitur animarũ laqueus,mortis hamus,peccati esca,belli materia:per quas equi arman
tur,& enses acuũtur.Propter opes inquam propinque cognati naturam negant: fratres in-
ter se digladiantur,loca deserta grassatoribus referciũtur,mare piratis,ciuitates accusatori
bus complentur.Quis mendacii pater est?Quis falsæ accusationis minister? quis periurii ge-
nitor?nõne diuitię,ac circa diuitias studiũ?Quid o miseri patimini homines?quis ea quę ve
stra sunt,ac in salutem vestram concessa contra vos vertit?Adiumentũ vitę,non malorũ in
citamentũ pecunia data:animæ redemptio,non exitii occasio.Sed inquis ob filios necessaria.
Causa liberorũ nõ iusta excusatio. Faceta nempe auaritię excusatio natorũ nomine cupiditatem excusare:Cordis vitiũ,honesti
fuco nominis adumbrare.Non ego insontem accuso filiũ:propriũ habet dominũ,propriũq;
rectorem:Ex alio vitam recipit,non ex te,tm̃ vitę occasionem expectat.Nam & iis etiam qui
sunt in connubio id euangelicũ scribitur.Si vis perfectus esse, vende omnia & da pauperib9.
Dic quęso cũ deũ orasti vt natos susciperes,addidisti ne illud: Da liberos vt causa sint ne re
gnum tuũ adsequar?Prætetea quis tibi sponsor de ipsorũ fuerit voluntate ac ingenio:vt re
cte datis relictisq; vtantur?Nam multis diuitię,luxurię causa.An non audistis Ecclesiasten di
centem?Vidi stultitiam multam ac grauem.Diuitias in vitiũ eas custodientibus cõuerti. Et
rursus.Dimitto ego homini post me:& quis nouit si sapiens erit,aut stultus?Considera ita
q; ne cũ multis ærumnis opes cumulatas peccatorũ materiam aliis tradas:duplicięq; plectaris
postmodũ pœna,& tuorũ criminũ,& aliorũ quibus causam dederis. Nonne cũctis liberis ti
bi coniũctior est anima tua?Nonne omniũ familiarissima? Huic tu primas da partes diuitis
hæreditatis:vitæ videlicet æternæ materiam.Deinde filiis distribue.Filii namq; quãdoq; do
mui paternæ minime succedentes aliam sibi constituunt.At anima abs te relicta neglectaq;:
apud quem misericordiam inueniet?Hactenus mihi de patribus dicta.Qui vero liberis carẽt
In auaros sine liberis. quam parsimonię causam obiiciũt?Nolo inquiũt vendere. Nolo pauperibus dare ob vitæ ne
cessarios vsus.Non ergo Dominus tibi pręceptor erit:nec euãgeliũ formulã vitę tibi dabit:
sed tu tibiipsi iura dices ac statues.Cogita inquit in qđ incidas periculũ. Si ita sentis vt quæ
Dominus consilia dedit tu impossibilia taxes: nihil aliud agis q̃ te legem hanc ferente sapiẽ
tiorem dicere.Sed inquis,ego quidem bonis dũ vixero frui volo:Post mortem vero in testa-
mento pauperes adscribam.Heu miser tũc benignus ac liberalis hominibus eris:quũ te cada
uer adspiciam:tũc fratris amantẽ appellabo?Scilicet magna dignus es laude: magnus tibi ho
nor debebit,aut gratia,si in sepulchro iacens,& in terrã conuersus:magnificus ac sumptuo
sus appares.Dic quo mercedem tempore potissimũ exposces?vitæ ne an mortis.Nam si tem-
pus qđ ad promerendũ datur in voluptatibus & delitiis absumens pauperes nequã̄ respe-
xisti,mortuus cuiusnam actionis aut operis mercedem petiturus es? Nullus enim post mer-
catum solutũ negotiatur:Neq; post certamina discedens coronatur,nec post bellũ fortia ge
rit.Nec item post vitam pietatis laudem præmiũve capiet.Attamẽto & tabulis pulchra ope
ra & commendanda gerere studes?Sed quis exitus tui tempus nũciabit?Quis de mortis ge-
nere sponsor?Quot videmus repentino,ac vi,casuve,extingui:qui præ doloris & spirit9 an-
gustia,ne vocem quidẽ emittere potuerũt?Quot etiam febris a sensu alieno fecit? Quid igi-
tur tempus expectas?in quo sæpe tuiipsius rationis dominus non eris.Enimuero nox profun
da,morbus grauis,nullus circa adiutor:Immo potius insidiis paratus qui hæreditatem,aut
legati sibi aliquid expectat.Omnia tm̃ quæ ad eius faciant vsum adhortãs,ac tua irritare cõ
silia quærens.Tunc tandem destitutum te videns tuam imprudentiam,ac stultitiam grauis-
ter suspitils damnare incipies. Cupies & eo tempore mandara dare quum & lingua semiex-
tincta ad loquendum,& manus ad scribendum inualida tremensq; fuerit . Ex quo nec voce,
nec item literis tuam ostendere mentem valebis. Q; si nihilominus contigerit , vt & verbo
& scripto res tuæ palam mandentur,vna tm̃ transposita litera,vnũ non probe adpositum si
gnum,rotam sententiam mutare,ac irritam facere sunt apta. Duo item aut tres improbi te
stes rotam hæreditatem in alios conuertent.Quid igitur miser teipsum decipis?nũc opibus
in luxu viuendo aburẽs,ac tibi ea promittens quorũ postea Dñs non eris.Hoc siquidẽ osten
dis consilio.Viuens ais bonis fruar,decedens quæ animo constitui,ordinauiq; faciam.Erras

homo. Tūc Abraā illud euāgelicū tibi dicet: Recepisti bona ī vita tua. Si arcta est via quę ducit ad vitam: non te diuitiis oneratū, ac opum sarcinam ferētē excipiet. Si veniēs in hūc mūdum eas non tulisti: non abiicies a domino iussus? Si dum viuis mandatū domini nō audis: post mortem quid existimandū, nisi te domino tūc ea dare: quia vel tecū ferre nequeas, vel ne forte ad inimicos perueniāt? Vellem inquis viuere ac frui bonis. Morti ergo non tibi gratia. Si enim immortalis esses, nūq̄ mandatorū recordatus esses. Non decipitur, nō deridetur de⁹. Mortuus ad rem sacram non vocat. Viuentem offert hostiā qui ex iis quę supersunt sponte offert. Tu vero post vitam quę morti supersunt: deo omniū prębitori tribuis? Si tu nobilem hospitē domi exciperes, ei ne mēsę reliquias adponeres? Quomodo ergo existimas ex repotiis deū placari? Igitur vos adloquor diuites ac locupletes, respicite finē, a cupiditate desistite. Si possidetis non amate. Quāto amantior fueris, tanto plus eorū quę ad te nihil pertinent, nihilq̄ profutura sunt, relinques. Volo tecū feras omnia ne alienis relinquas. Ob rem relictam nihilo plus te serui honorabūt: sed sepulchrū fortasse funerisq̄ sumptus negligēt hęredi placere studētes, & noua quadā philosophia dictitabūt: Quid cadauer nihil sentiens multa impensa honestare contendis? Nonne melius vestē hāc preciosam tibi tuisq̄ vsui necessario seruare, q̄ frustra humo tabescere sinere? Monumento itē quid opus sumptuoso, ac quādoq̄ pituro. Superstitibus potius cōsule. Hęc & his similia dicendo te onere leuabūt & successorib⁹ rem gratā facere curabūt. Hęc itaq̄ frater dū vales ac potes animaduertas. Ipse tibi viuēs sepulchrum pietatis studiis facere cōtende, cūctaq̄ circūmunitus & ornat⁹ e vita discede. Proprię ornamentū diuitię tibi sint tuę. Te apud te habe. Crede optime cōsulenti, teq̄ amanti Iesu Christo: q ob nostrā salutē egere voluit, vt ex eius paupertate nos diuites essem⁹. q etiā se p nobis redimēdis preciū obtulit, vt ei⁹ mādata seruādo nobis cōmodū ppetuū pueniret, & hęredes ęternę fierem⁹ vitę, in ipso dño Iesu: cui gloria & imperiū in ęterna secula. Amē.

Hęc cru ere vlterior meas.

¶SERMO TERTIVS IN DIVITES SVPER VERBA ILLA SCRIPTVRAE INFAME ET SQVALORE. QVANDO PER SICCITATEM CAESAREAE POPVLIS FAMES INVALVIT.



Leo rugit, & quis non timebit? Dñs Deus locutus est, & quis non prophetabit? Procemiū nostri sermonis, Propheticū ex Amos vsurpare cōtēdimus, & ad vsum eorū quæ dicturi sumus quoad possumus adcommodate: ac similes quodāmodo perturbationes malorū nobis ingruētiū ad animatū medicinā ac salutem esse cōsiliū declarare conabor. Nam & ipse Propheta inferiorū temporū calamitate, maiorū pietatem populo deserēte, ac legem & mandata negligente, & ad idolorū sese cultum impudentissime conuertente, factus est pœnitentię preco: simulq̄ frumēti pœnuriā & futura incommoda, pœnasq̄ multas vaticinādo minatur. Mihi quoq̄ vtinā zelo sacrę veterisq̄ historiæ tm̄ liceat vti: exitū vero & excessum qui ob eorū peccatū secutus est, videre nequaq̄ contingat. Populus enim quemadmodū equ⁹ indomitus adhuc durus ac frenū mordens minimeq̄ mandatis obtemperans: nō ad vtilia cōuersus: sed e recta excedens via ac contra aurigā contemptis habenis insultans: per abrupta & confragrosa sese præcipitem in altis misit ruinis. Vnde dignam suæ contumacię pœnā merito dedit. Quod ne mihi apud vos hodie eueniat oro atq̄ obsecro filii charissimi: quos per euangeliū genui, quosve p manuū benedictionē interpollaui. Quāobrem attendite, obtēperate: Mea monita facile excipite. Denīq̄ dicenti, atq̄ hortāti mihi tāq̄ cęrta signāti auscultate: vt per hoc vnū studium, & ego monitorū fructū lætitiam capiam, & vos resolutionis vestrę tempore mercedē hāc exhortationē cōsequamini. Quid igit est qđ sermo vult noster ostēdere? Suspensas em̄ tenet animas iā dudū audire cupiētes, quo se vertat. Cælū nunc fratres dilectissimi videmus nudum ac serenum sine nubibus æthra diuturna, ac pura perseuerans: quā antea iā desiderauimus, quando pfundis coopertū nubibus videre licuit. Nūc vero plurima nobis adfert incommoda: sterilis primum ad agriculturam & infructuosa: deinde ob siccitatem scissa tellus hiatus patefecit maximos, vt in imis visceribus solis excipiat radios. Fontes plurimi & perennes nos deseruerūt. Fluminum quoq̄ magnorū cursus desierunt. Fœminę aqua oneratę transfretant: nostrorū multos potus destituit: ac demū in magna nos deus viuendi difficultate constituit. Israelitę noui Mosem quærentes nouum, baculūq̄ illum prodigiorum productorem desiderāt, vt rursus dirupte petrę vsum sitienti populo pbeāt. Nubes quoq̄ subitę & admirabiles, inauditum Mannę cibū mortalibus irrorent. Timendū sane no-

bis,ne malorũ exemplũ in famis calamitate posteris nostris existamus.Vidi ego cãpos steriles & arentia tuta dudũ sine fructibus:Lachrymansq; mœstas edidi querelas, qm̃ anni tanta iactura, & sine imbre cælum est visum:Ex quo nec sata nascũtur,& eodem modo quo ea aratrum occultauit permanẽt.Aut si forte nata,statim tenera æstu sunt absumpta:adeo vt pulchre illud euangelicũ cõuerti possit:Operarii quidẽ multi:messis vero pauca.Coloni per cãpos cõstituti mœsti sedent:manibusq; genua complexi,& aruorum tristi adspectu contertiti suos boumq; labores perditũ iri vehemẽter dolent ac lachrymanť.Mox tenues & aridos germinũ calamos cõsiderãtes,atq; attrectantes ad natos & vxores sese vertũt,ac miseros edunt

Amos propheta. vlulat⁹:haud aliter q̃ si eos ętate florida raptos efferrẽt.Igiť Prophetę supradicti verba pulchre nobis pferri possunt.Ego inquit triũ mẽsium pluuiã ante vindemię tẽpus prohibui & plui super ciuitatẽ vnam:& super ciuitatem vnã nõ plui.Et pars vna inundabiť,& pars altera super quã non plui arescet.Conuenient duę aut tres ciuitates in vna facete aquam & non implebunt,qm̃ non conuersi estis ad me,ait Dñs.Discamus igitur ex his verbis q ob auersionem & nostram negligentiã,has nobis calamitates inflixit Deus,nõ extinguere nos quærens sed emendare,castigareq; cupiens more piorũ patrũ erga desides & iuniores filios:qui irascũtur quidẽ & insurgunt,non mali aliquid eis facturi:sed officiosa castigatione ex ignauis diligentes reddere,& ad officiũ deducere conanť.Adspicite quęso nũc,quẽadmodũ nostrorum põdus peccatorũ anni tẽporũq; naturas mutauerit,statutasq; semel rerũ formas in aliena tẽperamenta,nouasq; mixturas deduxerit.Hyems solitũ humorẽ cũ succo nõ retinuit, sed in glaciem tota abiit:Niuis & imbris penitus expers.Ver item pars temporũ alia,imbre carẽs præcoces ostendit ardores.Aestus igitur immensus,& aliena frigora naturæ leges pręterrũtia,ac in nos damnumq; nostrum coniurata mortales ad victus vitæq; simul trahunt discrimina.Quæ igitur fratres charissimi huius tantæ cõfusionis contrarietatisq; causa: Vnde talis rerum temporumq; nouatio: vestigemus aliquantulum mente rationeq; vtẽtes diligẽter pensitemus.An putatis q ille qui omnia condidit,regitq; Deus, prouidentię artisq; administrãdi sit oblitus?aut itẽ potestate,arbitrioq; solitis careat?aut immẽsam eius erga nos charitatem curamq; per negligentiam deseruerit,sine in odium commutauerit? Nemo profecto

Ingratitudo cã mali. sapiens hoc dicet.Sed illę potius causæ cur nobis consueta gubernatio sublata sit: q cum ex deo accipiamus aliis non damus.Beneficentiam laudamus:nos hac carentes egentibus desumus.Serui existentes liberamur,& conseruos non miseramur.Esurientes nutrimur: inopib⁹ alimenta negamus.In iis quæ nobis sunt opum promum ac thesaurariũ deum habemus, erga vero pauperes pręparci ac minime communicabiles sumus.Ouiũ gregem fœtura implet: ouibus vero nudos plures esse sinimus.Graues rerum apothecas & cellas habemus: his autem carentes nequaq̃ respicimus.Hac igiť de causa Deus omnipotens manũ non aperit,qm̃ fraternitatis charitatẽ occlusim⁹.Ob hoc & campi steriles,qm̃ charitas frixit,& aruit.Et q̃q̃ supplicantiũ vox assidue clamat,attamen apud hoĩes euanescit ac dissipatur.Nam & nos rogantes minime audimus.Sed quęso quales nostrę preces?qualis oratio?Imprimis viri pręter paucos mercaturis fere vacant oẽs,vxores vero ipsorũ ministræ ad officiũ Mammonę sunť. Pauci admodũ mecũ ad orandũ relinquunť,& hi tędio adfecti oscitãtesq; ac cõtinuo huc illuc se vertentes,deniq; obseruãtes:qñ is q Psalmos canit,versus expleat.Tũc demũ tãq̃ e vinculis,ac aliqua custodia sese e tẽplo relaxari existimant.Pueri aũt patni quid ex hac calamitate publica degustãt?qui libellos in scholis relinquẽtes & nobiscũ cõclamãtes remissionẽ potius ac vacationẽ a discẽdi labore nostrã cõmunẽ tristitiã existimãt,& cura se aliquãtulũ ad fiduitateq; studii leuari,& in libertatẽ venire pptcrea putant.Reliquorũ vero hominũ multitudo ac vulgus peccatis obnoxii ac dediti per vrbem sine sensu discurrũt gaudentes & hilares horum causam malorum in propriis gerũt animabus. Calamitatemq; ipsi nostram exaggerant. Infantes postremo insontes & minime sentientes ad confessionem in templo cõueniunt:nec causam dant ipsi rebus tristibus:neq; rursus ab his nos liberare valent, quum nullam vim notitiamq; orandi deum habeant.Tu in medium prodi.Tu inquam peccatis oneratus humi pcidens clama,suspira:Mitte infantes,quę dat ętas puerilia facere.Tu ne deum decipere putas si accusatus eum qui culpa vacat,in iudicium pro te statuas?Non illuditur iudex,neq; aliam subdititiorum more personam accipiet.Oportet alioqui omnino illos esse te

niniuitæ cum.Nonne vides Niniuitas pœnitentes ac flentes ob q̃ ipsi admiserunt ad Ionæ ex ceti vẽtre exeuntis exclamationes,monitionesve?Nõ solum infantes in medium attulerũt: sed ipsi

ante omnia in peccatis & delitiis cōstituti parentes vitam exuentes pristinam ieiuniis, & absf tinentia sese adflictauerunt. Loco deinde auctarii & infantes addidere, ac pati simul flereq; co egerunt. Vt luctus omnem ætatem occuparet, & sensibilē & sine sensu, hos coactos: illos voluntarios. Ex quo misericors deus ipsos fastus luxumq; ponentes, & humilia sentientes aiaduertens, & minas remisit, & pœnas quas daturi erant auertit: & loco calamitatis lætitiam hilaritatemq; publicam tribuit. O tempestiuam pœnitentiam. O sapiētem & officiosum luctū. Nā neq; ratione carentia a tristitia immunia esse permiserunt: sed ipsa bruta ieiunate ac questus edere coegerunt. Vitulus enim a buccula separatus dulci caruit vbere. Agnus paruulus iam sub vlnis maternis non erat inuentus. Matres alia, alia fœtus stabula tenebant: Voces inter se miserabiles edebant, viciſſimq; conclamabant. Nati sitientes vbera materna desiderabant. Matres vero naturali quadam pietate, misericordiaq; commotæ natos mugitu vocitabant. Ex quo communi luctu oīs sexus, ætas, ordo querebantur. Pauper simul & diues. Rex ipse Niniuitarum (vt exemplo cæteris esset) purpura, coronaq; ac sceptro positis, saccū sumpsit, cinere caput inuoluit: Throno relicto humi consedit. Nec a vulgo facile cognoscebatur: quando regem regum, ac omnium dominatorem iratum conspexit. Hęc itaq; seruorū sapientia, hęc in peccatis degētium pœnitētia, deum placauit. Nos autem peccata velociter promptoq; animo admittimus: pigreq; postmodum, ac sero pœnitentiam agimus. Quisnam orans, aut supplex lachrymam ex ore mittit, vt imbrem terris salutarem, tempestiuumq; prouocet? Quis scelera relinquēs, sanctum Dauid imitatur? qui questubus ac lachrymis stratum rigauit? Quis hospitum lauit pedes? aut puluerem ex itinere conspersum absterſit, vt in hac ſiccitatis calamitate deum exorare valeat? Quis viduæ vic[9] difficultate adflictę opitulatur, vt alimenta frugum necessaria recipiat? Scinde libellum æris alieni iniustum, vt sic peccatum soluatur. Dele grauiſſimorum fœnorum nomina, vt terra solitum tibi fœnus reddat. Aere namq; & auro præter naturam fœtus edentibus iure germina, quæ naturaliter pariunt, sterilia fient, & ad habitantium mulctam fructibus carebunt. Nunc autem ii qui auaritiam tanto studio colunt, & opibus plus æquo inuigilant, quid quæso proficiunt? quem non requirunt vsum? Si enim deus vlterius (quod absit) in ira perseueret, resq; hæc longius protrahatur, eos omneis velociter auro quod cumulant pallidiores videas: si præsertim pane qui ob paratam, promptamq; vulgo copiam contemni solet, heri, & hodie careant. Fac enim ne vęnear annona. Ne in apothecis frumentū sit. Quid tibi marsupiū ære grauiſſimum proderit? nonne cū illo peribis? Nonne aurum terra est, & inutile lutū? Corpori namq; lutum adiacet. Omnia poſſides, sed vno, & hoc necessario cares: potestate videlicet teipsum mutādi. Facitē cum tuis opibus omnibus, vt vnā excites nubeculā: vt modicus imber e cęlo descēdat, vt terra fructus coacta reddat. Solue inquam si potes tuis facultatibus hāc communem calamitatem, quemadmodum sanctis fecit precibus Helias Thesbites: qui grauia ſiccitatis incommoda tunc auertit, homo nudulus, pallidulus, sine calceis, sine cubili, sine domo, tm̄ melota cōtectus, precibus, ac supplicationibus pro cibo, continentia vero pro contubernali vtens. Quū in viri similis auxilium te sit opus incidere, nonne multo risu tot diuitiarū tuarū curas persequeris? Nū aurū non conspues, & argentū vt stercus eiicies? quod antea iuuare posse oīa ac humanis vsibus subuenire omnino putaueras. Sed scias illud contra te instare, teq; accusare ac horum malorum causam dicere, eo ꝙ illud poſſidens non recte dispensaueris, aut ero gaueris: ꝙ esurientes præterieris: ꝙ adflictos non respexeris: ꝙ rogantes non sis miseratus. Per paucos enim mala, ærumnæq; ad vniuersum populum sępe perueniunt, quum vnius ob noxam tota quādoq; gens euertatur. Acab sacrilegiū admisit, ac totus est passus exercitus. Zambri cum scorto Madianitide concubuit, ac Israel pœnas dedit. Igitur filii chariſſimi omnes, priuatim ac publice nostras conscientias examinemus, quilibet propria scrutetur peccata, causamq; ante omnia pręsenti se dediſſe incommodo existimet: ac cum beato Iob simul dicamus. Manus tua domine tetigit me. Deinde putet hāc pœnā ad promerendum dari posse. Solent enim huiusmodi calamitates ad exercendū virtutem sæpe mortalibus infligi, vt p labores probenť, & de ipsorum fide ac constātia, siue sint diuites, siue pauperes, periculū fiat. Vtriq; nāq; per patientiā sese ostendunt in vitæ, fortunæq; volubilitate. Hic si diues ex inope factus, liberalis, beneficus, misericors existat. Ille si ex diuite pauper, æquo ferat animo: minime deū incuset. Ego namq; non solū audiui: sed vidi tractauiq; plurimos qui donec in vita felices, ac in rerū copia versanť, ventoq; nauigāt secūdo: etsi nō perfecto animo mediocri

Pœnitētię bona. Pœnitē. Heliæ laus. Auri mala. Acab. Zambri.

saltem omnium datori gratias agerent.Si vero res cõmutentur,vt rebus,seu corporis excidant valetudine,seu pristinam dignitatem amittãt:maxime tunc ingratos in auctorem videri:deum verbis sacrilegis incusare: preces ac supplicationes negligere:& non vt domino patriq; castigatos gratias agentes, sed vt aduersus debitorẽ quendam contumacem prophanos questus edentes.Sed desine desine quęso talia mẽte,cogitationeq; versare. Quumq; desires insolitas pręter naturam & anni tẽpora ostendentẽ videris:sic recũ loquere: sic existima. Non deest domino facultas fructus edendi,ac homines omniuo nutriendi.Quonam modo? Num non domini est terra,& plenitudo eius?qui etiam ita prouidus est annorũ temporũq; dispensator,vt inuicem sibi destructione succedant. Ad varios mortalibus vsus suppeditandos humoribus terram spargit,& hos calor excipit,ac decoquit ignis. Rursus vtcumq; per hyemem consolidatur,& opportuna concretione temperatur.Nec siccitas superuacanea,sed

Bonitatis dei argumẽta. exsiccandis intempestiuis humoribus necessaria.Palam igitur quũ sit,eũ posse rebus adesse, easq; vti vult administrare,potentię bonitatem esse cõiũctam quis dubitet?In promptu hæc ratio.Quęnam necessitas,si bonus non esset,eũ ad creandum hominem impulisset? Quis inquam tam vehemẽs impulsor conditorem minime volentem humũ sumere, & ex luto tãtã excitare pulchritudinem coegit?Quis hominis formę iam constitutæ rationem addere suasit?vt artium disciplinarũq; capax esset,& de rebus altissimis philosopharetur: quas vt sensilis tñ nullo modo attingeret.Quin si deo insitam bonitatem recte consideres, vel hoc tempore (q̃q̃ duro)minime deficientem videbis.Quis(dic mihi)prohibet hanc quam admiraris siccitatem non potius esse orbis incendium,ac conflagrationem?Solem insuper a via solita errantem,& terrenis propinquantem corporibus omnia cremare?Ignem deniq; de cęlo descendentem mortales ob eorum scelera iure punire?Quamobrem te homo,te inquam, consi-

Pueri mali. dera:tuamq; pensita conscientiam.Nec pueris sub pædagogo constitutis similis fias: qui castigatione irati scindunt libellos:patri vero consulenti,ac cibum prohibenti vestem concerpunt:vel matris ora vnguibus petunt.Nam & gubernatorem tempestas,& Athletam stadiũ & Ducem pugna:Magnanimum vero ac plane christianum calamitas,tẽtatio, prouocatio, labor,incommodum probant atq; ostendunt.Res tristes animam vt ignis aurũ deprendũt. Pauper es, ne terrearis.Mœror namq; plus ęquo sumptus:peccatorum causa efficitur diuersorum:quem præ dolore facile sit mente excidere,aut in rerum desperationem venire,vel in auctoris conditorisq; omnium odium corruere.Quamobrem spem in deo firmã retine.Noli putare tuam illum non videre angustiam.Victum alimentumq; in manibus habet, ac vo-

Parasitorum mores. ta hominum differre solet:vt eorum constantiæ periculum faciat:vt item sentẽtiam videat, an ingratis ac scurris & parasitis similes reddantur.Illi namq; donec in ore cibum habent,benedicunt,adsentantur,admirantur. mensa vero parumper negata quem pauloante ob voluptatem,veluti deum adorabant,maledictis tanq̃ saxis petunt atq; lacerant.Ingredere aliquã-

Helias a coruis pastus. tulum vetus,ac nouum testamentum: in vtroq; sane inuenies viros iustos in angustia constitutos,diuersis nutritos dei prouidentia modis.Carmelus mons asper ac desertus Heliam item desertũ habuit,viaticũ cibusq; ei spes erat in deo.Quãobrem extinctus non est:sed auidi rapacissimi corui cibum ei attulere:& qui alienas solebãt escas inuadere,viro iustissimo mi-

Daniel ab Abacuc. nistri fuere:naturæ quoq; obliti in pane,carneq; ei adferẽdis dominico præcepto paruerunt. Lacus item Babylonius iuuenem habuit Israelitam,captiuum quidẽ casu,animo vero ac proposito liberum.Ad hunc leones esurientes immissi pręter naturam abstinuere.Pauit eũ Abacuc ab angelo cum opsoniis longe deportatus:& ne vir sanctus inedia premeretur:temporis

Israelitæ ĩ deserto momento tantum veniendo penetrauit,quantũ a Babylonia distat Iudęa.Quomodo rursus dei populus in deserto,pręsente Mose,annis quadraginta vixit?Non ibi qui sereret:non qui araret,nec bos nec area,non torcular non cella penuaria,victum tñ inaratum insatumq; habuere.Aquas etiam non prius visas:sed pro tempore ad vsus erumpentes petra subministrauit.Mitto singulos enarrare,quibus in rebus duris prouidentia non defuit.Te itaq; hortor fili,hanc animo generoso calamitatem more Iob parumper sustine, ne fluctibus ac tempestate obruere.Nihil profecto de virtutis præmio quam geris amittes. Vt munus animę precio sum dei gratiam cõserua,loco cibi alteram tantam protinus gratiam adsequeris.Reminiscere Apostolici dicti.In omnibus deo gratias agite.Pauper es?aliũ videre licet omnino egentiorem.Tibi decem dierum frumentum:Illi vnius est.Tu bonus ac benignus quod tibi superest adiicias vbi deest.Ne verere ex paruo dare.Ne tuũ commodũ communi pręponas periculo.

Si enim duo tibi sint panes: ad fores autẽ rogator aderit, prome illi alterũ. Dans vero manus in cælum tolle: dicq; pia hęc & benigna verba: Vnũ panem quẽ vides domine do meo periculo: sed ego tuo mandato meũ commodũ posthabeo: & ex modico do panem esurienti. Noui tuam bonitatẽ: tuæ potentiæ confido, ꝙ non diu tuã gratiam differes: sed breui quũ tibi placuerit adfatim dona tuæ magnificentię patebũt. Qđ si feceris ac dixeris, non dubiũ quin panis hic quẽ ei hac dabis angustia, agriculturæ semen ac copiã suppeditabit, multũ ꝙ tibi ex terra fœnoris reddet diuinę gratię conciliator. Dic rursus tu illud Sydoniæ mulieris verbũ, qđ maxime huic proposito quadrat. Viuit dominus, ꝙ hunc solum in domo habeo: quem ego & filii mei edamus & moriamur. Tu quoq; similiter olei lechitum gratia Dei refertũ habebis, nec minus farinę hydriam continuo instaurantẽ. Qui enim dando diuinę gratię cõfidũt, puteos imitãtur: qui continuo exhausti minime deficiũt: quin potius altero tanto ex aquis superuenientibus augescũt. Siquis eges, deo diuiti fac fœneres: credę inquã illi pauperis personã iugiter accipiẽti, & ex dono gratiã reddenti. Dignus vbiq; fideiussor, terra mariq; apertos habẽs thesauros. Q; si nauigas mutuũ repetes. In medio fortẽ cum fœnore capies. In fœnore autem & esurienti præbitus cibus antecellit. Famis nãq; dira necessitas. Fames inquam inter humanas miserias principatũ tenet: ꝙ & perniciem cunctis acerbiorem adfert: cũctosq; exsuperat vitę labores. Nã & ensis cuspide cito interibis. Ignis impetus breuiter vitam extinguit: aqua similiter. Ferarũ dẽtibus membra statim discerpta intereunt, quę quidem omnia dolorem morienti minime protrahunt. At famis diuturnius malum, ociosius torquet, lentius tabefacit, sensim occidit. Naturalem nãq; humorem absumit, calorem refrigerat, innatam ac vegetam corporis habitudinem deterit, viresq; paulatim debilitat, ossibus caro velut arena cohęret. Color ex ore, sanguine deficiẽte, refugit. Albedinis splendor e summo corpore discedit, & pallor ac liuor insurgit. Genua infirma, ac per vim tracta conspiciũtur. Vox tenuis & confusa. Oculi in recessu cauo, velut in vasibus cõditi languent. Ossa tñ pelle operta. Venter vacuus ac collapsus tumore viscerumq; solita productione caret, ac dorsi tñ ossibus sustentatur & hæret. Igitur faciem hãc corporis miseram qui conniuens præteribit, quali dignus mulcta? Qđ crudelitatis genus prosequi dicetur? Quomodo inter immanissimas feras non connumerari vt execrandus ac hominũ interfector dignus erit? Qui enim morbo periculoso si liceat nõ occurrit, eadem qua ille qui sibi manus adfert pœna dignus damnabitur. Quid fames nõ cogit? Naturæ leges sępe peruertere ac transgredi multos suadet, & hominum corpora, vel propinquorum attingere. Matrem quem peperit natum impulit in vẽtrem recondere. Quam tragœdiam Iudaica cõmemorat historia a Iosepho graui auctore cõscripta. Is hęc & similia narrat mala horrẽda in dominicę mortis vltionem inflicta. Quantum deniq; cęterę antecellat charitati esuriẽtẽ pascere, ex ipso seruatore conspice: qui quum alia sępe prętetierit humana incommoda tñ esurientes respiciens: Misereor, inquit, super turbam hanc. Idcirco in extremo iudicio vbi Dñs iustos alloquitur ordine primo, & vt antesignanus qui pauperem nutriit, adcersitur. Qui panem administrauit ante omneis promouetur, liberalis deniq; præ cęteris in vitam prętmittitur. Ex altera vero parte, pręparcus & illiberalis ante alios dat pœnas deliquẽteis. Quãobrẽ te fili tẽpus hoc ad parentẽ mãdatoꝝ omniũ vocat, atq; expectat. Caueq;, atq; cõsidera, ne tanta diei festi & cõciliationis opportunitas te ꝑtereat. Fluit enim tẽpus, nec morantẽ aut incautũ expectat. Instat inquã dies nõ reditura. Atq; vt fluminis impetum sistere nõ est, nisi primis fluctibus resistẽs obtẽperantẽ aquam reddiderit: sic tẽpus suis coercitum angustiis retinere. Neq; itẽ pręteritum reuocare, nisi a fronte properãte occurrens in vsum conuertas tuũ. Ideo tu quoq; charitatis præceptũ tam necessariũ his tibi diebus ad tuam oblatum salutem comprende. Captũq; in vlnis adserua tuis. Da parua vt magna recipias. Solue veteris culpę reatum. Sicut enim male edendo, maleq; cibo vtendo Adam peccatum incurrit, sic in fame laborantibus per cibos opitulando a peccatis soluemur. Audite populi Christiani atq; attẽdite, Hęc dicit Dominus partim ipse, partim per suos seruos vt instrumenta clamans. Ne nos q rationis participes sumus: brutis crudeliores videamur. Illa nãq; terra nascentibus vt naturaliter cõmunibus sine discrimine vtuntur. Nam & ouiũ greges vnum & eundem pascuntur montem. Equorum multitudo eundem campum. Deniq; singula hoc modo inter se victum communi modo quęritant: At nos contra quæ sunt communia, propria facimus: quæ sunt multorũ, singuli possidemus. Vereamur atq; imitemur

Puteos imitantes.

Famis descriptio pulcherrima.

Famis mala.

Pascere esuriẽtẽ iter opa pietatis corporea primum.

Brutoꝝ inter se cõmunicatio.

Græcorum conuictus. Græcorum humanum viuendi modum: apud quos vnam mensam communem alii onerant. Vna domus numerosam edit, atque continet populum. Sed externa dimittamus, & tria illa millia epulo pisciũ a Domino excepta precipue nobis succurrãt. Denique institutũ Christianorũ

Primitiuæ ecclesiæ concordia. æmulemur. Quibus ab initio cõmunia erãt omnia: vita, spiritus, concordia: mensa item cõmunis. Fraternitas indiscreta. Charitas nõ ficta: multa simul corpora curãs, diuersasque animas in vnã conciliãs voluntatẽ. Multa (si queres) alia exẽpla vtriusque testamẽti quę sunt ad fraternã dilectionẽ imitandã reperies. Si senẽ esurientẽ videris, fac nutrias vt Ioseph Iacob. Si inimico occurras, parce irę: ne expellas: potius nutrias, vt ille quõdã fratres a quibus venditus fuit. Quũ in iuniorẽ incideris egẽtẽ, funde lachrymas, vt ille rursus Beniamin fratri senectutis baculo. Quod si forte te auaritia, vt Regina illa Aegyptia Ioseph tentauerit, scinde tu quoque vestem quam mandatũ diuinũ cõtemnas, quam illam aurũ, ac res terrenas amantẽ contra Domini tui pceptũ audiueris. Christo fidẽ serua, vt ille regi suo seruauit. Necessaria cibaria distribue, vt idẽ p annos septẽ. Ne cũcta voluptati tribuas: nõnihil animæ tuæ reserua. Duasque tibi puta esse filias vt illi: vnã quę adfectus cõtinet: In cęlo alterã quę vitã possideat. Si enim potiori cũcta (vt fas erit) dare nolueris, partes saltẽ æquas vtrique distribue: ne videlicet pſentẽ vitã ita opibus ac delitiis adfluentẽ reddas, vt alterã inopẽ ac laceris opertã vestibus relinquas. Vt si te oporteat in conspectũ Dei nostri ac iudicis Iesu Christi sponsæ formã ac vitã secũdũ virtutẽ habẽtẽ venire: noli sponsam inornatã sponso offerre: ne cõspiciens ille, vultũ auertat, despiciat, cõplexũ neget. Sed eã decẽti veste ornatã nuptiarũ tempori seruabis: vt vna cũ cęteris prudẽtibus virginibus charitatis perpetui ignẽ ac lampada oleo cõtinuo refertã habẽs in thalamũ recipiatur. Denique, vt prophetica illa verba: quæ ad animã tota referri videntur, re atque actione laudabili roborenẽ. Adstitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circũdata varietate. Audi filia, & vide, & inclina aurẽ tuã: & concupiscet rex decorẽ tuũ. Hęc Psalmista de humani corporis forma loqui visus sed ad aię decorẽ rectius traducũtur. Siqdẽ ex singulis ecclesia diuersam in vnũ cogit multitudinẽ. Tu proinde ne pręsens ac futurũ male tractes. Neve ob cupiditatẽ ac lucrũ inhonestũ prodas. Corpus nãque tuũ tuę vitę notitiam relinquet. In aduẽtu vero expectati iudicis tu te ab æterna gloria, & multa bonorum fruitione excludas: proque his ignẽ tibi perpetuũ & pœnas nũquam desituras parabis. Noli putare hæc a me timoris gratia incutiendi more matris, aut nutricis alicuius tibi dicta. Nã illę plorãtibus pueris formidãda & incõdita quędã minari solent, vt a cœpta peruicacia desistãt. Hęc, filii charissimi, nõ fabula: sed vera narratio ipsa euãgelica voce cõfirmata: quoniã (vti scitis) Iota vnũ aut vnus apex nõ pręteribit. Corpus enim a sepulcris iãdudũ exsurget: animaque exclusa rursus ei iũgetur. Omniũ ratio gestorum diligẽter examinata, facta quorũlibet clare manifestabit nõ externis instãtibus, sed ipsa cõsciẽtia teste ac palam accusante: demũ ita cuique vt est meritus ex iusto iudice dño nostro Iesu Christo prouenie: cui gloria & imperium in æterna secula. Amen.

¶SERMO DE IEIVNIO IN CELEBRITATE QVADAM QVINQVE DIERVM IEIVNII.



Psalm. lxxx. Canite, inquit, tuba in insigni die solennitatis vestræ: quia præceptum in Israel est. Hoc præceptum propheticum. Nobis autem omni tuba clarius, & omni musico instrumento insignius: hanc horum dierũ celebritatem ea quæ nobis leguntur satis significare videntur. Nouimus enim ieiuniorum gratiã, ex Esaia Iudaicum ieiunii modũ vituperãtes, ac verũ nobis ieiuniũ ostendente. In die, iniquit, ieiunii conuenitis debitores vestros, fora contentionesque exercetis. Solue colligationes impietatis. Et dominus. Nolite fieri tristes: sed laua faciem & vnge caput tuũ. Viuamus igitur fratres dilectissimi vt edocti sumus, Ne item &

Ieiunandũ lęte. nos tristes in his succedentibus diebus efficiamur: sed hilariter (vt decet sanctos) erga eos disponamur. Nullus nãque lugens ac tristis coronatur. Nemo item mente deiectus tropęum figit, neu curatus liberatusque mœret. Absurdum profecto in animæ salute non lætari: sed ob ciborum abstinentiam dolere, ac maiorem habere gratiã videri ventris voluptatem, quam animę diligẽtiam, atque curã. Satietas nãque corporis habet hilaritatem: Ieiuniũ vero animæ lucrum atque salutem. Gaude si sapis quod tibi a medico pharmacũ necans peccatum prębetur. Sicut enim in visceribus puerorũ vermes grassantes quibusdam acutissimis medicinis expelluntur: sic peccatum in animo profundo radicatum ieiuniũ introductũ interficit. Vnge

caput & laua faciē. Ad mysteria nos hic sermo vocat, mentēq; ad altiora erigit. Intus intus vnge oleo sancto caput, vt Christi gratię pticeps fias, atq; hoc modo in ieiunio appareas. Ne tege faciem tuā velut hypocrita. Tegitur enim facies quādo mens & interior adfectus cōmento aliquo, aut simulatione extrinsecus obumbratur, veluti sub tegumento quodam mendacii cooperta. Hypocrita hoc est histrio vocatur, is q in theatro alienā faciem sumit, vt seruus existens sępenumero domini & priuatus, regis. Sic & in hac vita ad suos mores: Orchestras atq; theatrū exercent ii q alia corde gerētes: alia extrinsecus hominibus prę se ferūt. Ne miser tege faciē: qualis es talis appareas: Ne te in squalidi tristisq; formā conuertas, vt abstinentiam ostentans, gloriam ex hominibus inanē consecteris. Sicut enim ex bene ficētia, tuba publicata, nulla vtilitas: sic ex ieiunio palam iactato nullum lucrū. Facta enim per ostentationem nequaq̄ ad futurum seculum fructum extendit: sed in hominū laudem cōuertitur. Prodi igitur aperto serenoq; vultu ad ieiunii munus: vetustū quidē munus est ieiuniū nūq̄ senescēs seu tabescens: sed cōtinuo vigens, florensq;. Puta ieiunii originē lōge antiquiorem, q̄ eam quæ ex lege apparet. Idq; si me parūper audieris, scies. Noli existimare diem propiciationis apud Israel septimi mēsis die septima cōsecratū, hūc esse ieiunii principium. Historias paulisper percurre, ipsius vestigia initium. Non enim nouum inuenium. Prouerbiū est, omne fieri per antiquitatē nobilius. Ieiunii canitiem diligenter perscrutare. Homini primo coæuū est. In paradiso prius institutum. Mandatum prius Adam accepit, ne bonū ac malū cognosceret. Ne comedite. Hoc enim, Ne comedite: Ieiunii simul & abstinentiæ lex est. Si enim Eua a ligno abstinuisset, non profecto hoc nobis opus esset ieiunio. Valentes nāq; medico nō indigēt: sed male habētes. Ob peccata saucii sumus: per pœnitentiam vero sanamur. Pœnitentia quoq; citra ieiuniū vana est. Terra nāq; execrabilis sentes ac tribulos tibi parit. Ad lugēdum, nō in delitiis agitandū constitutus es: per ieiuniū Deo satisfacies. Sed & in paradiso cōmoratio ieiunii quædā est imago: non solū q; angelis homo similis ob paucorū indigentiā existit: sed quoniā quanta cogitatio postea repperit, nobis in paradiso permanētibus excogitata nō erāt. Nondū vini potatio, nōdū animaliū sacrificia, nō deniq; quāta mentē inquinant humanā. Itaq; quoniā nō ieiunauimus in paradiso, eiecti sumus. Ieiunemus ergo vt ad ipsum reuertamur. Nōne vides Lazarū quo modo p ieiuniū in paradisum est ingressus? Noli Euę incontinētiā imitari, ne rursus serpentē accipias con siliariū. Parce carni cibū subministrare: Ne corporis imbecillitatem, valetudinēq; causeris. Non eīm mihi, sed omnia videnti hęc facis, ac grauare corpus esculentis plus æquo potes? Nā & debilibus nō ciborū varietatē: sed abstinentiā, Ieiuniūq; medicos vidi præcipientes. Quomodo tete excusas? Satur esse potes: abstinere parumper nō potes? Quid facilius quęso ventri, cibi tenuitate noctem tolerare, an ciborū copia oneratum iacere? Immo potius huc illuc ob cœnę grauitatē verti ac torqueri? Nisi forte dicas gubernatores nauem cōmeatibus valde oneratā melius seruare q̄ leuem atq; vacuam. Nam & multitudine plenā ac grauem paruus vndæ impulsus impellit, atq; deprimit. Ea vero quę mediocrem retinet ponderum sarcinam facile fluctibus superierit: quum nil eam impediat, quin in sublimi versetur. Sic & hominū corporibus saturitate grauatis solet euenire. Facile nāq; inundatio, depressioq; ægritudinibus gignitur. Firmiorem vero, ac vegetiorem habitū leuis reddidit cibus: & expectatum ex morbo incommodū sicuti tempestatem insurgentē effugit: & præsentem iam iāq; intētantem asperitatē, veluti turbinis cuiusdā impulsum ab se reiicit. An quiescere laboriosius putas, q̄ currere: & agitari q̄ stare, in tranquilloq; manere? Si enim in victu parco debiles magis deficere dicis q̄ in delitiis & ciborū copia, omnino erras. Virtus enim animalia gubernās breuem ac tenuem victū facile quidē digerit: magisq; nutrimētū pstat. Multitudinem vero, varietatēq; ciborū suscipiens, deinde ad concoctionem deducere non valens, varia morborum genera creat. Sed ad historiam de ieiunii vetustate reuertamur. Sancti omnes veluti hæreditatem quādam ex patribus accipientes hoc ita seruauerunt, vt pater filio per manus ad hūc vsq; diem traderet. Non igitur in paradiso terrestri vinū, non animaliū sacrificia, nō carniū vsus: post diluuiū, & vinū repertū, & omnes inuentę delitiæ. Victus ille parcus holera, hęrbęq; abierūt: sublata frugalitas, luxuria successit. Exemplum nāq; sobrietatis Noe habemus. Ignorās nāq; ille vini vsum, nec in vita peccauit: nec in hominū cōuersatione delitiis contaminatus, aut ipse sua culpa per negligentiā, aut incōsiderātiā in vitiū cecidit. Vbi vero vineā plātauit & ex eius potauit fructu, ī ebrietatē incidit.

Vngēte caput.

Hypocrita, histrio est.

De vetustate ieiunii.

Carniū vsus post diluuiū.

Ieiuniū Noe.

Nō q vinū potauerit:sed q plus æquo potauerit.Sic itaq vini vsus est post paradisum sue tus.Ex quo sane apparet Ieiunii & abstinētię decus antiq̄ssimū esse. Nā & Mosem p Ieiuniū nouimus in mōtē ascēdisse.Neq eīm aliter ausus esset verticē fumū emittentē adire,atq in caligine versari,nisi ieiunio munitus. Per Ieiuniū mandata Dei digito in tabulis cōscripta suscepit.Item supra montem,Ieiuniū legislatę conciliator erat.Inferius vero gula ad Idololatriam populum deduxit ac contaminauit. Sedit,inquit,populus manducare & bibere & surrexit ludere.Quadraginta dierū laborem ac perseuerantiam Dei seruo continuo ieiunāte,ac orante:vna tm̄ populi ebrietas cassam,irritāq reddidit.Quas enim tabulas Dei digito cōscriptas ieiuniū accepit,has ebrietas cōtrudit: Propheta sanctissimo idignū existimāte vinolentum populum ex Deo legem accipere oportere. Vno enim temporis momento ob gulam populus ille per maxima prodigia Dei cultum edocta,in Aegyptiacam Idololatriā turpissime ruit.Ex quo si vtrūq simul cōferas,videre licet,quomodo Ieiuniū ad Deum ducit:deliciæ vero salutem produnt. Quid enim Esau inquinauit:seruumq fratris reddidit? Nōne cibus vnus per quē primogenita vendidit?Samuel vero nonne per Ieiuniū matris est genitus?Quid etiam fortissimū hominū Samsonem & indomitum reddidit:nōne Ieiuniū, per qd in matris ventre conceptus est?Ieiuniū illum ferocem,magnūq fecit,qd sane angelus matri præcepit monens: Quæcunq ex vite procederent ne attingeret:non vinum,non sicetam biberet.Ieiuniū Prophetas genuit: potentes cōfirmat,atq roborat.Ieiuniū legislatores sapiētia refertos facit. Animæ optima custodia,corporis habitatio secura. Fortibus viris munimētū & arma.Athletis & certātibus exercitatio. Hoc pterea tētationē expellit: Pietatis vnctio:lauacri familiaritas:pudicitię rector. In bellis fortitudo,in pace quietē docet:Nazateū sanctificat,Sacerdotē cōsecrat. Neq eīm fas sine ieiunio sacerdoti sacrū attingere nō solū in mystica nūc & vera dei adoratione,sed & i figurata ex lege introducta.Ipm nāq ieiuniū Heliam magnæ visionis spectatorē reddidit. Quadraginta nāq dierū ieiunio animā purgans in spelunca meruit (quantū fas est homini) Deum videre. Ieiunans quoq viduę filium incolumē reddidit:ac fortis,potensq contra mortem apparuit. Ex eius item ore ieiuno vox exiens cęlum populo peccanti,tribus annis & sex mensibus clausit, vt eorū cor durū,durāq ceruicē molliret: elegitq seipsum & labores hos simul patiēdo cōdēnare: Quamobrem,inquit,viuit dominus: Si erit aqua super terram,nisi per os meum,pcepitq omni populo Ieiuniū: vt per cibi abstinentiam & victum frugalem vitium corrigeretur. Heliseo asit qualis vita? Quomodo apud Sunamitidē hospitio exceptus est:Quomodo irē & ipse Prophetas excepit?Nōne agrestibus holeribus & modica farina?In summa,& vt breuiter dicam,Ieiuniū sanctos omneis Deo proximos,cōciliatosq reddidisseinuenies.Est eīm natura corporis cuiusdam qd Amiantum vocant,indomita igni: in quo positū ardere quidem & in carborem verti videtur:extinctum vero more aquæ splendens purius longe,atq prius erat,fulgentiusq fit. Talia erāt triū puerorū corpora illorū apud Babylonē ex Ieiunio visa.In magna nāq camini flāma velut aurei natura existētes ita meliores ex ignis pnicie apparuerūt.Immo longe auro potētiores visi sunt. Nō solū eīm nō absumpsit eos ignis sed cōseruauit incolumes, acsi nullū flāmæ nutrimentū fuisset:quā & bitumē & pix & sarmēta cubitorū.xlix.circūposita excitare vehemētius debuerāt.?Nec defuit qn multos circa Chaldęos adstātes absumeret.Talē igitur pyrā pueri ingredietes velut aerē leuissimū rosīdūq calcantes in tā vasto igni respirabāt,nec vnū ex capillis quidē amiserūt: tātū eis præstitit in ieiuniis educatos esse. Daniel aūt vir desideriorū panē tribus hebdomadis minime comedēs nec aquā bibēs,etiā leones ieiunare docuit lacū ingrediēs.Velut eīm ex lapide aut ferro vel alia duriore materia factus esset:dentes in eū minime figere potuerūt.Tā indomitū enim illū ieiuniū reddidit,vt & flāmā ignis extingueret & leonū ora obturaret. Ieiuniū insuper oratonē in cęlū defert velut ala quædā ei coniūcta & ad superiora tendēs. Ieiuniū donorū augmētū:sanitatis mater:Iuuētutis pędagogus:ornamētū senioribus: Iter facientibus optimū viaticū:simul habitātibus securus cōtubernalis.In matrimonio insidias nō metuit,Vir vxorē vidēs ieiunātē:Vxor itē virū idē faciētē animaduettēs, Zelorypa nūq erit. Quis ob ieiuniū propriā diminuit domū?Fac periculū.Numera hodie quæ sunt intus,numera deinceps.Nihil videbis ob abstinētiā diminutū:nihil animaliū mortem timebit:nihil sanguinis spargetur.Vacat coquorū gladius.Mēsa paucis ac facilib9 parata cibis satis erit. Sabbati lex dat Iudęis.Vt iumētū,ingt,tuū:vtq puer tuus quiescat.Ieiunis requies laborū

Mosis. Esau. Samuel. Sāsonis. Helię. Helisei. Amiāti natura. ἀμίαντος i impolutus. Trium puerorū. Danielis Ieiunii laudes.

datur:quos serui,aliiꝙ operarii anno cõtinuo tolerãt.Parce tũc coquo. Da libertatẽ mensas pparare solito:sine vacare pincernę manũ.Definat aliquãtulũ tot ciborũ secũdarũꝙ mẽsarũ varietates struẽs.Sit rei domesticę quãdoꝙ interuallũ.Tot rerũ ppãrãdarũ tumultus, culinę fumis excitati.Tot vltro citroꝙ properantiũ ministrorũ taceant concursus: hoc est ventri domino solitũ negetur vectigal. Nam & interdũ domini subditis remissionẽ aliquã cõcedere solẽt.Hãc itẽ remissionẽ venter cõcedat.Quinꝙ saltẽ dierũ inducias & vacationẽ tribuat.At improbus & insatiabilis est cõtinuo petẽs & nũq̃ accepti gratiã habẽs. Accepit hodie:cras oblitus erit.Quãdo em̃ expletus est,tũc philosophat᷑. Quãdo appetere incipit, nihil pceptorꝝ & sapiẽtię reminiscit᷑:Ieiuniũ fœneratoris naturã nõ nouit. Ieiunãtis mensa fœnus nõ sapit.Ieiunãtis filiũ orphanũ æs alienũ veluti serpẽs qdã deuorãs minime attingit.Deniꝙ ieiuniũ lętitię quædã occasio.Sicut enim sitis dulcẽ subministrãt potũ,ac fames dulcẽ omnino pręparat mensam:sic ciborũ degustationem ieiuniũ suauissimũ reddit.Interpositũ nãꝙ & animę vegetãtis cõtinuitatẽ abscindens desiderabilẽ,suauẽꝙ longe ciborum repetitionẽ vt peregrinã ac restitutã reddet. Ex quo si volueris iucũdã tibi mẽsam præparate,sume ex ieiunio mutationẽ atꝙ interuallũ.Tu vero ob copiam superuacuam adfluentesꝙ nimiũ delitias,veras gulę delitias ac voluptatẽ amisisti:dũ nimiũ abũdas,abundantiæ fructũ perdis. Nihil enim tam desiderabile, q̃ voluptas interposita ac minime continuata. Nam ea quorũ rarus vsus,lõge melius dulciusꝙ sapiũt.Sic & ille qui nos creauit,per vitæ mutationem eorũ quæ dedit gratiam nobis pręstantiorem tribuit. Nõne vides solem post noctẽ clariorẽ apparere? & excitatio est post somnũ dulcior,& sanitas post morbũ defunctũ longe charior.Mensa deniꝙ post ieiuniũ optatior.Non æqua ex domino gratia,diuitibus, lauteꝙ victitãtibus:atꝙ illis q tenui & sine arte mẽsa vtũtur. Time diuitis illius euãgelici exemplũ.Illum nãꝙ vitę delitię igni tradiderũt.Non em̃ ob iniustitiã,sed ob mollem victũ ardentis caminis flammis perpetuo obruitur.Hunc itaꝙ nos ignẽ aquæ vsu extinguamus.

Not.pulchras similitudines ad ieiunii oblectationem.

Nec tñ ad futura consequẽda ieiuniũ facit,sed etiã ad corporis salubritatẽ. Nam optima habitudo ad summũ ex mollibus rebus deducta faciliorẽ habet ad morbos occasionẽ, quũ præpinguis natura carnis pondus nõ diu ferat. Nec demũ in morbũ si forte inciderit meliori ac antea victu curati poterit. Vide miser ne aquam nũc fastidiẽs post hanc vitã aquæ guttã:vt diues ille,desideres. Nullus enim ex aqua factus est ebrius:nullius vnq̃ caput ex aqua tẽtatũ. Nullus aquam potans alienis pedibus est vsus: neu pedes eius vllius vnq̃ ope indiguerũt: Nullius etiã manus aqua irrigatę auxiliũ expectauere. Superfluũ enim concoctioni aduersum(qđ in delicatis cibis plerũꝙ euenit):morbos varios corporibus generat:

De aquę potationis vtilitate.

At ieiunantis color venerandus nõ impudẽti rubore florens,sed honesto honorabiliꝙ pallore ornatus.Oculus pręterea mitis ac pius:incessus grauis:os venustũ ac prudentiam pręse ferens: minime risu immodesto, aut cachinno vtens.Sermonis parcitas:cordis puritas. Reminiscere parũper sanctorũ qui a seculis pteritis fuere,quibus dignus non erat mũdus: qui in melotis & pellibus caprinis adflicti errauerũt.Illorũ imitare vestigia si & illorũ pręmia cupis.Quid quęso Lazarum in Habraami sinu collocauit,nisi Ieiuniũ? Ioannis autem vita vnũ erat ieiuniũ : qui nec lectum habuit, nec mensam,non terram aratro aptam,non bouem aratorem,non frumentum,non artocopum, non deniꝙ quicquid aliud in vita necessariũ : quamobrem nullus eo maior inter natos mulierum domini testimonio surrexit.

Lazari. Io.Bapt.

Paulum quoꝙ inter alia multa ieiuniũ qđ ipse supra suas tribulationes commemorat, in tertiũ cælũ euexit. In summa dominus Iesus qui carnem humanã nostri causa adsumpsit: per ieiuniũ diaboli insidias conatusꝙ euasit:profecto nos instruere volẽs,vt ieiuniis & exercitationibus & palęstris:nosmet ad certamina cũ inimicis paratos reddamus: & vt aduersario per abstinẽtiã,ansam omnẽ ad erectionẽ contra nos eripiamus.Quũ alioqui ob diuinitatis sublimitatẽ tẽtari nequaq̃ possit,vt homo voluit,ac in abstinẽtia sustinuit.

Pauli. Christi.

Post autẽ resurrectionẽ ascẽdẽs in cęlũ cibo est vsus, vt verã corporis reuiuiscẽtis naturã credituris ostẽderet.Tu vero si gulę vacãs corpus saginabis,mẽtẽ proculdubio tenuabis, ac ob diuinorũ pręceptorũ solutionẽ debilẽ mãcãꝙ reddes,nullã eorꝝ rationẽ habẽdo.An ignoras vt queadmodũ in pugna alterius auxiliũ alteri victoriã parit:Sic caro carni per saginam addita spiritũ expugnat!Spiritũ vero q iuuerit:carnẽ in seruitutẽ redigit!Hęc nãꝙ inter se opposita sunt. Si em̃ mẽtẽ robustã ac valentẽ tibi esse volueris, carnẽ per ieiuniũ subiugabis. Hoc est quod Apostolus ait. Quantum enim exterior homo noster corrumpitur: tantum

Cibus post resur.

interior renouatur de die in dié.& rursus.Quádo infirmor tũc fortior sum.Si enim epulas mortales non despexeris,nequaq̃ illius mésę cęlestis cibos degustabis:quam præsentis vitæ sobrietas ac ieiuniũ pręparabit.An ignoras quéadmodũ per saturitaté & cibos immodicos vermes tibi pinguiores pręparas?Quis enim in delitiis lautitię spiritualis gratię cõmunionem vllam excipit?Moses iterũ legé accipiés:iterũ ieiunia secutus est.Niniuitę nisi vsq; ad animalia ieiunassent euersionis & ruinę minas nequaq̃ euasissent.In deserto aũt quorũ mẽbra sunt posteriora tẽtata? nõne illorũ qui carnes appetiuere?Illi enim donec manna tm̃ & aqua cõtẽti fuere,Aegyptios vicere:mare pedibus transiere. In eorũ tribubus nullus æger, ac debilis fuit.Postq̃ vero carniũ olas qbus in Aegypto nutriti fuerãt,desiderare cœperũt, terrã promissionis minime viderũt. Nõne igitur exẽplũ formidas?nõ horres carnis vsum, ne te a spe cęlestis regni excludat? Sed nequaq̃ sapiens Daniel visiones vidisset,nisi ieiunio splẽdidiorẽ perspicacioréq; animã reddidisset. Ex cibi nãq; superfluitate veluti vapores ardẽtes more condẽsę nebulę cõscẽdẽtes,innascẽtẽ sancti spiritus splendorẽ omnino euertũt.

Panis. Si enim angelorũ cibus est aliquis:panis est vt ait Propheta.Panẽ angelorũ manducauit homo,nõ carnes,nõ vinũ,nõ deniq; quęcũq; iis qui ventri studẽt,curati solẽt. Ieiuniũ contra dæmonũ exercitũ fuit arma. Hoc enim genus a lymphaticis nequaq̃ nisi per orationem & ieiuniũ discedit.Talia igit̃ ex ieiunio bona.Saturitas aũt nequitię probriq; initiũ,nõne statim delitias ebrietatẽq; ac omnimoda gulę condimẽta,per intẽperantiã incurrit:Hinc equi mulierosi homines ob œstrũ furorẽq; in anima facti. Quid atrocius dicã? ab ipsis vinolẽtis natura sexus peruertitur,atq; cõmutatur:vt in mare fœminã,& in fœmina marẽ quęrant. Ieiuniũ vero vel in matrimonio modestia vtit̃ & cõtinẽtia, ac ab ipsis longe cõcessis abstinet:& de cõmunis sentẽtia cõsilii quãdoq; ad tẽpus vacãt vt orationi dent operã.Ne tu puta solum in ciborum abstinẽtia ieiunii bonũ esse: Verum nãq; ieiuniũ malorũ est euitatio.

Ieiuniũ verum. Quũ ieiunas solue omnẽ impietatis colligationẽ:ne proximo tristitiã inferas,æs alienũ illi remitte:non fora litesq; per ieiuniũ exerceas.Nam & si carnes non edis:fratrẽ nihilominus edis:vesperam ad cibum expectas:& totum nihilominus diem in foro & iudicio consumis. Vęh vobis ebrii nõ vino tm̃:Ira eñ,idignatio,animę q̃dã ebrietas est:excordẽ ac stolidã eã veluti vinũ reddẽs. Est item tristitia ebrietas,quãdo ad ea quę nõ decet impellit.A timore inq̃t,inimici eripe animã meã.Deniq; adfectus omnis seu perturbatio quę mẽtẽ vexat ac de statu dimouet rationis:iure poterit ebrietas appellari.Cogita parũper iratũ videbis ob animi perturbationẽ ebrietare quadã captũ,nec sui dominũ aut imperiosum esse:sese ignorat, & p̃sentes:quẽadmodũ in pugna nocturna,attingit omnia atq; offendit:incõposita loquit̃, iurgatur,cędit,minat̃,iurat,clamat,vociferat̃,rũpit̃.Ex quo oĩbus modis fugiẽda ebrietas. Nec præterea tu aquã potaturus a vino immodico incipias, neu facem sucẽdentẽ vitiosa saturitate pręuenias,vt ebrietatis causa occasiove ieiuniũ existat.Non enim est p ebrietatẽ ad ieiuniũ ingressus:neq; item per auaritiã ad iustitiã:neq; per luxũ ad modestiã ac pudicitiam:non deniq; per vitiũ ad virtutẽ aditus.Alia porta ingrediendũ.Ebrietas ad luxuriam deducit:parsimonia frugalitasq; ad ieiuniũ.Certaturus ante sese exercet.Ieiuniũ cœpturus ante se ad continẽtiã pręparat.Nõ enim legis auctorẽ decipiendo:quinq; dierũ abstinentiã per luxum cõpensaturus:totidem dierũ crapulam sibi antea sumet.Frustra nãq; laboras & corpus cõteris:in doliũ fractũ aquas hauris:Vinũ perfluit viã propriã percurrens:peccatũ vero remanet.Seruus fugit dominũ verberãtẽ:Tu autẽ singulis diebus caput a vino tẽtari atq; cędi sustines.Vini igitur vsus optima mẽsura quãtũ sat est ad corporis sanitatẽ.Si aũt excesseris:cras graui capite ibis anhelus,lãguidus,marcidus,vinũ olens. Oĩa ibi circũagi. Omnia moueri videbũtur.Ebrietas insuper somnũ inducit mortis fratrem:Vigilãtiã vero somni similem.An nescis quis est quẽ recepturus es? qui nobis pollicetur, q̃d Ego & pater veniemus & mansionẽ apud eũ faciemus.Cur igitur ebrietati dominę ingressum nõ pręcludis?cur inimicũ permittis tuas munitiones inuadere,teq; de statu deiicere?Ebrietas Deum nõ recipit:spiritũ sanctũ expellit.Vt fumus apes abiicit:sic spiritales gratias crapula reiicit. Ieiuniũ ciuitatis ornamentũ.fori stabilitas,domorũ pax,rei familiaris salus. Q̃d si vis eius ornamentũ inspicere:compara diẽ hodiernã crastinę, & hãc adspicies ciuitatẽ ex tumultu & turbine in altã quietẽ cõmutatã. Cupio itaq; diẽ hodiernã crastinę veneratione similem esse.Et diem crastinã hodiernę diei claritate non esse inferiorem.Dominus igitur Iesus nos ad temporis terminũ deducens det nobis certãtibus contra mũdi huius principes firmissi-

mum ac validum fortitudinis robur,ostendendo diem coronę intrepidos pręuenire. Vt & nūc salutaris laborum tolerantię,& in futuro seculo meritorum ex iis quę recte fecerimus pręmium,apud iustum Dei & seruatoris nostri Iesu Christi iudicium consequi valeamus. Cui gloria & imperium in æterna secula. Amen.

SERMO. II. DE IEIVNIO PRIDIE DIEI CINERVM.



Dhortamini(inquit) sacerdotes populū:loquimini ad aures Hierusalem. Maximū quidem momentum fratres dilectissimi orationis natura ad studiosorū animos per se promptos augendos: pigros vero & ignauos excitandos strenuosq; reddendos habet. Ex quo duces in aciem exercitū deducturi verbis virtutē excitātibus atq; impellētibus vti solent:tantāq; huiusce modi monitio vim continet,vt mors sępenumero penitus cōtemnatur. & qui in gymnasiis atq; ludis exercētur ob coronam consequendam multis ab eorū magistris ad laborum tolerantiam excitantur. Ex quo plures ob gloriæ præmiū persuasi corporis pericula proculdubio despexere. Nunc item mihi Christi milites aduersus inuisibiles inimicos in bellū educturo, ac pietatis athletas ad iustitiæ coronas per ieiuniū pręparāti: necessarius adhortationis sermo. Quid igitur fratres dicam! Hi quos supra narraui certaminibus ac palęstris legitime studentes: ciborum copia corpora saginant ad vires contra aduersarios maiores faciendas. Nobis autem quibus non est certamen aduersus carnem & sanguinē,sed aduersus potestates,aduersus mūdi rectores tenebrarū harū, necessariū profecto fuerit per ieiuniū & abstinentiam ad certamen pparari. Nam quū oleum athletas roboret:Ieiuniū in Dei via sese exercētes ad pietatis studia firmat atq; incēdit. Ex quo quātū carnis tibi subtraxeris,tātū spiritualis habitudinis vegetationi addideris. Non eñ ex corporis lacertis ac viribus,sed ex animę robore atq; constātia,tum in cūctis laboribus & aduersitatibus patiētia:aduersus inuisibiles hostes victoria, potētiaq; oritur. Est itaq; omni tēpore ieiuniū vtile seruātibus,nec dæmonū malignitas aduersus ieiunantē audet. Et animę nostræ custodes angeli libētius ac studiosius eos curāt qui per ieiuniū purgati fuerint: multoq; magis hoc tempore quando per vniuersum orbem ieiuniū nunciatur. Nec insula vlla,nec terra,nō ciuitas,non gens, non deniq; locus vllus tam desertus vbi hoc mandatū nō fuerit auditū. Sed & exercitus & iter facientes terra mariq;,mercatoresq; quoq; omnes similiter audiunt libenterq; suscipiunt. Vnde nullus e ieiunantium numero sese subtrahit: in quo & generationes cunctæ,sexus omnis, ætas,ordo,includuntur. Angeli per singulas sunt ecclesias eos q ieiunant catalogo militū Christi describentes. Vide quęso ne ob breuē ciborū delectationē plectaris:neu te reum ac desertorē ordinis angelo describēti cōstituas. Minus sane periculū aliquem in acie scutum proiicere: q̄ arma ieiunii maxima detrectare. Diues es! Ne ieiuniū despicias:ipsam cōmunē mensam accipere dedignans:neue tuam domū a voluptate possessam vilem reddas:vt tu tādē apud legis auctorē des pœnas & longe maioribus iure inflictis laboribus,vel ex corporis ægritudine,vel aliqua alia superueniēte calamitate luxuriam cōpenses. Si rursus pauper es,ne & tu ieiuniū irrideas:qđ tibi contubernalem domesticumq; iādudum habeas. Mulieribus autem sicuti resipiscere quoddam ac respirare,sic ieiuniū natura solet esse. Pueri sicuti plantę surgētes aqua ieiunii irrigentur. Senes itē laboribus leuat ieiunii antiqua familiaritas. Labores eñ diuturna cōsuetudine iis qui in vitę abstinētia se exercēt leuiores sane contingūt: Iter facientibus optimū quoq; viaticū ieiuniū. Velut enim luxus,gulę delitiis oneratos nos atq; impeditos esse cogit:sic ieiuniū & abstinentia leues & expeditos in itinere reddit. Deinde exercitu quidem conscripto necessaria nō ad voluptatē militibus cibaria dātur. Nobis vero aduersus inuisibiles inimicos ad bellū exeuntibus,ac post victoriam de his ad cęlestem patriam festinantibus, nonne multo minora satis erūt,ac illis in exercitu versantibus necessaria! Mala ergo vt miles patere:ac legitime certa,vt coronam speratam referre valeas. Illudomnino sciens,qđ omnis qui prompto contēderit animo,cūcta facile superabit. Qđ autem nuper cœpi de militibus dicere:nō fas pręterire. Nam illis ex laborū proportione cibaria augeri solēt. Spiritualibus autem militibus ii qui minus habent cibariorum maiorem obtinent dignitatem. Vt autē horum naturas inuicē comparemus: Materia militię mortalis, Ferrum est: Nostra vero ex spe glorię salutari consistit. Scutū illis ex pelle & ligno conficitur:nobis vero ex fide munimētū ac thorax. Nos iustitia ac sanctitate cōtegimur: illi lorica,ferreaq; tunica muniūtur.

Orationis virtus.

Ieiuniū vtile.

Nota Grecorū seuerita tē q neminem a ieiunii obserua tione excludebant.

Nobis sensus spiritus est ad nos tuendos: Illis vero ex ferro iacula mittuntur. Manifestum itaq; q cibi non easdem vtrisq; vires faciũt. Verum nos ad pietatis dogmata parce sumpti roborant atq; acuũt: illis autem saturitas ventris ad certamen est necessaria. Quamobrem fratres dilectissimi quãdo pręsens tẽpus reuertens hos nobis aptatissimos dies attulit, tãq̃ veteres nutrices libenti animo excipiamus, per quas ecclesia nos ad pietatem educauit. Paratus ad ieiuniũ ne tristitiã more Iudæorũ ostentes: sed ex euangelii pręcepto laua faciẽ, vnge caput minime lugens, minime dolens, sed spirituali potius lętitia exhilaratus, animę tuę congaude. Nosti enim quẽadmodũ caro concupiscit aduersus spiritũ, & spiritus aduersus carnẽ. Si hęc igitur inter se opponũtur: arma, carnis adfectus omnis subtrahamus, robur atq; vires animę addamus, vt per ieiuniũ de corporis voluptatibus triũphãtes, ieiunii coronis redimiri possim⁹. Te inquã ieiunii decore atq; meritis ꝑpara, ne hodierna ebrietas crastinam tibi eripiat ac destruat abstinentiã. Vana quidẽ & improba huiuscemodi cogitatio: quoniã quinq; dierum nobis ieiuniũ pręcipitur, hodierno die a crapula incipiamus, vinoq; immodico nosmet obruamus. Nullus enim vxorẽ pudicã legitime ducturus: amicę seu pellacę se ante cõmiscebit. Nõ enim legitima sanctaq; simul cũ abominandis cohabitari sustinebũt: nec item tu ad expectati ieiunii compensationẽ indulgere velis ebrietati, quam dixerim publicũ vulgi scortum, impudẽtię matrem, stulte ridentium insaniam, ad omnem deniq; probri speciẽ facile instrumentũ. Nec profecto ieiuniũ precesq; ad Deum in animam ebrietati subiectã ingrediũtur. Ieiunantẽ proculdubio intra sacra munimẽta recipit Deus. Crapula vero referto vt nefario & abominando minime se propinquũ reddet. Si enim cras veneris vinum marcidum redolens, quonam modo in ieiuniũ tibi crapulam computabo? Nam quũ recens oleas merum, in quo quęso te loco constituam, inter ebrios, an ieiunãtes? Crapula nãq; olfactu sese ostẽdit: purgatus autẽ stomachus ac vacuus ieiunii testis erit: in contẽtione ac dubio versaris, an sub ebrietatẽ veluti mancipiũ redigaris. Nec illud te iure dimittet quũ claras seruitutis habeat coniectutas, tuum olfactum sicuti ex vase quodam fæculento exeuntem. Statim itaq; primi diei ieiuniũ inexpectatũ tibi fuit adhuc saturo & crapulæ reliquias redolenti. Quorum enim principium debile & primitiæ inexpectatę atq; improuisę: & reliquũ vile atq; abiectum subsequi videtur: ex quo totum opus reiicietur. Nã ebrii regnũ Dei nõ possidebũt. Si ebrius ergo ad ieiuniũ ingrediaris, quæ tibi vtilitas? si propterea a regno excludaris? Quid reliquum ieiunare opus? Nonne vides q certaturos equos magistri ac domitores per abstinẽtiã prius curãt, facilesq; reddũt? Tu vero de industria teipsum saturitate vastas atq; deprimis. Tãtũ bruta gulę vitio superas. Vẽter eñ grauis nõ solũ cursui sed ne somno qdẽ captãdo satis est aptus: quoniã pondere pessundatus nõ admodũ quiescẽdi potestatem tribuit, sed huc illuc crebras facere reuolutiones cogit. Quãobrẽ ieiuniũ pueros custodit: grauẽ ac sapiẽtẽ iuuenẽ reddit, senẽ ornat. Canities nãq; ieiunio decorata longe venerabilior. Mulieribus ornamẽtũ aptissimũ: vegetorũ valentiũq; frenũ: coniugii custos, virginitatis nutritor. Talis eñ p singulas domos abstinẽtię diligẽtia totã publice vitã quodã modo gubernat. Oẽm etiã ciuitatem ac populũ ad bonũ traducit statũ. Rixas ac strepitũ sopit: exterminat lites: contumelias cõprimit. Quẽadmodũ eñ magistri alicuius pñtia tumultũ sedat, sic ieiuniũ ciuitatis turbationẽ fręnat. Quis lasciuus aut pditus ex ieiunio prodit? Quis chorus inhonestus cõsistit? Molles risus, lasciui cantus, insanę saltationes, ex stulta & impudẽti exeunt ciuitate. Vnde veluti iudex qdam seuerus ieiuniũ fugatur. Si enim oẽs illud in rebus agẽdis cõsiliariũ caperẽt, proculdubio nihil phiberet: quin pax trãquilla p orbẽ foret. Nec gens aduersus gẽtẽ insurgeret: neq; itẽ tot exercitus describerẽtur, aut tot arma inimica exercerẽtur. Nõ fora seuerẽt. Nõ in carcerẽ homines ducerẽtur. Nõ deniq; syluę atq; saltus grassatores haberẽt. Nõ pastores fures, nõ mare piratas formidaret. Si oẽs ieiunii discipuli essemus, nõ vox illa tributũ præcipiẽtis secũdũ Iob sententiã, esset audita. Nõ vita nostra tãtis onerata malis: tot doloribus referta esset. Si ieiuniũ vitæ nostræ dominaretur: non dubiũ quin omnes non solum ciborum sed etiam auaritię & cupiditatis & omnis vitii abstinẽtiã complecteremur. Quibus expulsis reliquũ est vt pax animarũ, quiesq; alta sequatur. At qui ieiuniũ reiiciũt, luxũq; ac vitę felicitatẽ persequũtur: pterq̃ q omnẽ maloꝝ supradictã cateruã introducere vidẽtur, propria corpora cõsumpsere. Obserua parumper quęso vultus, eorumq; differentiã, qui tibi hodie vesperi, quive cras apparebũt. Hodie nãq; tumẽtes rubẽtesq; ex valetudine potius q̃ natura, ac te-

Non sumenda pri⁹ crapula, ratione ieiunii.

Ieiunii bona.

nui sudore madétes erũt oculi humore referti:pcaces: sensus acuitate ob nebulas intrísecꝰ excidétes.Cras vero ora firmissima:venerãda,naturalẽ colorẽ prę se ferẽtia,sensꝰ alacritatis ꝗ plena:Nulla sane intus causa naturales effectꝰ p cibi supfluitatẽ impediente.Ieiuniũ inquã angeloꝝ imago,iustorũ contubernalis.Hoc & Mosem legislatorẽ constituit.Ieiunii fructus Samuel fuit.Ieiunãs orauit Anna mater deũ.Adonay domine Eloy Sabbaoth.Si vidẽs respexeris sup seruã tuam & mihi semẽ virile dederis, dabo ipsum coram te munꝰ.Vinum & ficerã non bibet vsq̃ in diẽ mortis eius.Hoc itẽ & magnum Samsonẽ nutriit: quod dum ille seruauit,millia ĩ bello cecidit:portas ciuitatis submouit:vim leonũ robore lacertorum superauit.Quãdo vero & vini & scorti illecebris est captus, in hostiũ facile potestatẽ peruenit:deinde oculis priuatus pueris alienis ludibrium est factus.Ieiunans Helias tribus annis & sex mẽsibus cælum præclusit:postq̃ em̃ vidit multam ex saturitate nequitiam ꝓuenientẽ, necessariũ populo ac minime voluntarium ieiunium intulit:per quod eorum peccata præter modũ gliscẽtia compressit:ieiunio scilicet vt cauterio & gladio quodam vsus finẽ sceleri ac malis imposuit.Quamobrẽ omnis ordo ipsum complectimini.Pauperes vt vestrum cõtubernalẽ & conuiuam. Serui vt cõtinui laboris vestri ac ministerii requiẽ. Diuites vt saturitatis assiduę remedium,ac futuri morbi salutare:vtq̃ dulce interuallũ cõtinuæ voluptatis ob frequẽtiã fastidiẽtis.Aegri vt sanitatis matrẽ.Valẽtes vt vestrę custodiã valetudinis. Percontare medicos q tibi referẽt queadmodum hæc ad valetudinẽ via est omnium tutissima.Quãobrẽ empiretici & medicorum peritissimi,corporis superfluitatẽ per ieiuniũ tollere contendunt,ne per carnis grauitatẽ vires debilitenť. De industria namq̃ per abstinentiam & frugalitatem:carnis excessum,ac pondus castigãtes,renouatione quadam valetudinis & augumẽti in nutrimẽti moderati vegetationẽ ꝑparant.Sic om̃i studio & omni corporis habitudini: omnibus similiter & domibꝰ & foris & ciuitatibꝰ & locis desertis ex ieiunio ꝓuenit vtilitas.Hæc igitur tanta ex eo beneficia bonaq̃ cõspiciẽtes fratres dilectissimi,lętis animis excipiamus.Non queadmodũ hypocritę tristes,sed ex domini præcepto hilaritatẽ sine simulatione ostẽdẽtes.Nec magis quicq̃ timere ac animaduertite,q̃ nequis hodie vestrũ ob futuram abstinẽtiã in ebrietatẽ incidat. Ieiunium namq̃ multi partim consuetudine inueterata:partim etiam verecũdia quadam obseruant atq̃ suscipiũt. Ebrietatẽ metuo quam veluti quãdam hęreditatẽ paternã vini amatores custodiũt.Queadmodũ em̃ ii qui se ad longas adcingũt pegrinationes:sic stulti hodie nõnulli ad horum dierum abstinẽtiã lõga vini potatione ꝑparant.Quis ita excors:vt priusq̃ esurire incipiat, vinũ ac ebrietatis insaniã appetat?Nõne vides q̃ vẽter depositũ minime seruat?Vẽter socius infidissimus,prõptariũ incustoditũ,ex multis q̃ ei traduntť illa quæ nocẽt facile continet,accepta minime curat. Vide ne cras ab ebrietate veniẽti ea quæ nũc leguntť,iure sint dicta. Non hoc ieiuniũ qđ elegi ait dominus.Quid commisces minime miscẽda?quæ participatio ieiunii ad ebrietatẽ? Quæ communicatio luxus ad abstinẽtiã?quod tẽplo dei cũ idolis commerciũ?Dei namq̃ tẽplũ ii sunt,quibꝰ Dei spũs inhabitat.Tẽplũ vero Idolorũ illi q per ebrietatẽ intẽperantiæ probrũ suscipiũt.Hodierna inquam dies vestibulũ & primũ ad ieiuniũ ingressus est.In atriũ em̃ primũ domꝰ qui contaminatꝰ ingrediť,minime dignꝰ ad sancta trãsite.Nullus.n.seruꝰ sibi dominũ cõciliare cupiẽs,eiꝰ inimico ad impetrandã beneuolẽtiã vtiť. Ebrietas namq̃ inimica dei est.Ieiuniũ vero,pœnitẽtię initiũ.Si vis per confessionẽ ad deũ adcedere,ebrietatẽ fuge: ne cibi duriorẽ longe alienationẽ ꝓuoces.Non enim ad pfectum laudabileq̃ ieiuniũ satis est ciborũ abstinẽtia:sed verũ,deoq̃ placẽs ieiuniũ abstinere a malo:linguã continere:iram temperare:parcere maledicẽtię:m̃edacio,piurio.Horũ itaq̃ moderatio verũ erit ieiunium.Pulchrũ quidẽ in huiuscemodi versari abstinẽtia.Igiť in domino delectemur:& in meditatione sermonũ spiritus & cõmunicatione sacrorũ mysteriorũ:& demũ in cũctis nostras animas dirigẽtibꝰ institutis solatiũ constituamus.Ieiuniũ autẽ & famẽ illam quæ intꝰ est, caueamus. De qua itẽ Propheta loquẽs ait.Non in famem deus animas iustoꝝ deducet.Itẽ in Psalmo. Non vidi iustũ derelictũ,nec semẽ eius q̃rẽs panẽ.Non enim de sensibili loquiť pane: quum alioqui dominus pmiserit Patriarchę nostri Iacob filios ĩ Aegyptũ famis gratia descẽdere: verũ de spirituali loquiť cibo:p quẽ interior homo noster pficiť,ne cõtra nos insurgat ieiuniũ eius generis qđ Iudęis ꝓpheta minať dicẽs.Ecce dies veniẽt ait dominꝰ, & inducam in terram hanc famẽ:nõ aũt panis famẽ aut aquę sitim,sed audiẽdi verbi dei famẽ. Hanc itaq̃ hac de causa iustꝰ induxit iudex:quoniam eorũ mẽtẽ ĩ fame veritatis ac sanctoꝝ pręcepto-

Epilogꝰ de ieiunii laude

Ieiuniũ verum.

Panis quẽ non q̃runt iusti.

rũ versari:tũcq̃ cibo℞ eos voluptati vacare,ac exteriorẽ hoiem escis mortalib⁹ saginare cõ spiciebat.Quãobrẽ fratres dilectissimi hos sacratissimi ieiunii dies:quib⁹ nos sanct⁹ spirit⁹ matutinis ac vespertinis gaudiis pascet,hilariter suscipite.Nullus spõte ac volẽs cõuiuium hoc spirituale deserat.Oẽs crateris sponsi pcipes sim⁹,quẽ sapientia fundẽs nobis ex ęquo ppinauit:quaten⁹ quilibet ad eũ hauriẽdum idoneus esse potest:eius craterẽ profecto ptulit,ac hostias iugulauit:hoc est:perfectorum solidum cibum:eorum qui exercitatos habẽt sensus ad discretionem boni ac mali,vt ait Apostolus.Quo sane cibo qui sunt legitime imbuti ac saturi,digni sponsi lætitia sunt inuenti,In Christo Iesu domino nostro.Amen.

IN EBRIETATEM ET LVXVM QVIBVS DIE PASCHAE POPVLVM ADFECTVM VIDIT.



Mouent me quidem fratres ad hũc sermonẽ vespertina spectacula: illud quoq̃ meum retardat animum:meamq̃ in dicẽdo alacritatem hebetat,atq̃ abrũpit:q̃ ex iis quæ apud vos tẽtaui nullũ pueniẽtẽ conspiciam fructũ.Nã agricola seminum primo iactorũ germinib⁹ nullis exsurgentibus desperatione quadam pigritiaq̃ ad alias rursus sementes faciendas capitur. Si eñ in tot admonitionibus quas & superiore tempore,vos adhortãdo nõ prætermittimus,& deinceps septem hebdomadarũ ieiunia nocte atq̃ die vobis euãgelium testem adducendo memorare non destitimus,nihil penitus pfecimus:qua vos spe hodierna die adloq̃mur amplius,aut adhortabimur?O miseri quot noctibus quiete vigilastis:quot diebus quiete conuenistis?si tamen quiete.Nam qui in bonarũ actionum profectu semel fuerit:deinde ad antiquam viuendi redeat consuetudinem:non solum eorum quos est passus laborum prẽmium non sumet:sed longe grauiorib⁹ dignus est pœnis:q̃ quum semel Dei verbum degustauerit & mysteriorũ notitia dignatus fuerit,breui admodum delinitus voluptate cuncta pdiderit. Nã paruus quidẽ & infirmus venia dignus est:potentes vero(vt dicit) vi maiore ac multa longe grauiore premunt.Vesper vn⁹:impetus inimici vnus, omnẽ præteritũ laborem pdidit atq̃ diruit.Quę igit alacritas:quæ industria dicẽdi reliqua mihi? Itaq̃ scitote me omnino taciturũ fuisse nisi Hieremię metuerẽ exẽplũ:qui ad populum cõtumacem atq̃ incredulũ loqui minime volẽs,illa passus est quę ipse narrauit.Quẽadmodum in visceribus ei factus est ignis & vndiq̃ circũiuit nec sustinere valuit.Fœminę lasciuæ:dei timoris oblitę:ignis æterni minas nihili pẽdẽtes,ĩ die tali:quãdo eas ob nostri seruatoris Iesu Christi memoriã,domi honeste cõsidere oportebat,ac illius diei felicis memoriam habere p quã cæli sunt aperti.Apparebat nãq̃ nobis iudex e cælo dei tubę,ac mortuorum resurrectio, iustũ iudicium, ac p meritis cuiq̃ laborum merces. At vos hæc & similia cogitare decebat, corda itẽ nostra a prauis cupiditatib⁹ purgare:peccata lachrymis diluere. Vosmet ĩ hac sacra paschali solẽnitate pparatos obuiam Iesu Christo procedere.At p his omnib⁹ mulieres Christi iugũ a suis ceruicibus excutiẽtes,capita honestis operta velaminib⁹ impudice retegẽtes:Deum & eius angelos despicientes,ad marium adspect⁹ impudẽtes,luxui tũ vacauerũt:vestium sumptus ante oculos nostros traxerunt.Pedibus gestiẽtes:ac oculo peto:risu lasciuo,ad saltationẽ insaniẽtes,omnẽ iuuẽtutis intemperantiam in se puocauerũt. In locis sacris p mœnibus ciuitatis choros constituẽtes ea pphanauerunt ac omnium proborum officinas reddidere.Aerẽ insuper meretriciis cãtibus: Terram vero pedibus lasciue saltãdo cõtaminauere.Theatrum pulsantes adolescẽtes circũsistere,puocauere.Deniq̃ inuerecũdę oĩno ac insanę muliercule nullã insaniam,nullum probrum prætermisere.Hæc itaq̃ quomodo tacebo?quomodo digne conquerar?Vinum profecto harum stragẽ animarum nobis fecit.Vinum dei donum ad infirmitatis robur ac sustẽtationẽ sapiẽtibus concessum:nũc vero arma incontinẽtię intẽperantibus est factum.Ebrietas ipsa dæmõ est quidã nobis sponte prouocat⁹:qui per voluptatẽ animas euertit nostras.Ebrietas vitii mater,virtutis inimica, forte quidẽ manifeste offendit,sapiẽtẽ ac iustũ minime nouit,prudentiã extinguit.Sicut eñ aqua igni est aduersa,sic vinum immodicum rationẽ supprimit.Quamobrem vereor cõtra ipsum aliquid dicere:nõ vt de paruo quidẽ aut contẽnẽdo mala,sed vt nihil per meum sermonẽ pfecturus,nec aliquid vtilitatis adlaturus.Si eñ ebrius insanit ac tenebris obuoluit vanus labor apud non audiẽtẽ verba facere.Quos igit adloquemur,si & is qui admonitiõe indiget,minime dictis auscultat?Sobri⁹ vero & qui sapit omni animi adfectu purgat⁹,nullum ex verbis expectat adiumentũ?Quid igitur faciam,si & oratio mea sit inutilis futura?

Vini immodici mala.

Ebrietatis mala.

ſtẽtſum vero infructuoſum, prǽteribimus ne diligẽtiá! at negligẽtia periculoſa. Quamobrẽ
loquar. Omnino loquar aduerſus ebrios & apud ſepultas aures clamabimꝰ: q̃q̃ vt in peſtilẽ-
tia ſolet euenire, ii q corpora curãt ſanos quidem & eo morbo liberos adiumẽtis quibuſdã
ad ſanitatem ſeruãdã faciẽtibus ſecuros reddunt. Illos vero qui iam adfecti ſunt minime at
tingunt. Sic ſermo noſter ex parte tñ aliqua ꝑficere poterit, cuſtodiá atqꝫ obſeruationẽ cõ-
tra prauos adfectus animi mõſtrando: hos vero qui iam illis tenẽtur prǽtereundo. Qua in
te dic homo miſer, quid a brutis differas! nõne rationis munere, quam a deo omnium con-
ditore acceperis, reliquę creaturę omnis factus es dominus & imperator! Hoc igitur te mẽ-
tis lumine ꝑ ebrietatẽ priuans inter beſtias & ipſe ratione carẽtes adnumerari poteris, ſimi
liſqꝫ illis videri. Ego eñ & beſtiis longe peiores eos exiſtimauerim qui ab ebrietate ſuperan
tur: quũ illę coeũdi ſtatutas habeãt leges & horas. At ii qui plus ęquo ſe vino ingurgitaue
rint corpuſqꝫ ſuperuacuo calore concitauerint, in commiſcẽdo nullum fas iuſqꝫ habẽtes, ne
quiſſimis cõplexibus & amoribus inter ſe vtunt̃. Nec ſolum eo peiores brutis ꝙ mente inſa
niant ebrii, ſed etiã ꝙ ſenſibus longe infra illa deficere videant̃. Quod quǽſo animal ita vi-
ſu audituve atqꝫ ebrius homo debilitatũr! Nonne familiariſſimos interdum ignorant! Sępe
alienis vt domeſticis congrediunt̃: cum vmbris quoqꝫ luctãtur. Eaſqꝫ veluti foſſas ac valles
ſaltu pertranſeũt. Aures terrifico ſonitu more fluctuantis maris refertas habent. Terra in-
terdũ inſurgere, ac in rectum tẽdere, montes vero circũmoueri vidẽtur. Quandoqꝫ ab re &
prǽter modum rident: nũc vero ſine conſolationis remedio plorant, nunc item audaces &
temerarii, mox timidiſſimi & molles. His etiã ſomni graues & deprimẽtes mortiqꝫ vicini: Vi
gilię ſomnis ipſis pigriores ac torpẽtiores contingũt. Exercitibꝰ ĩperãt: gẽtibꝰ dñantur: Ci-
uitates regũt: pecuniã diſtribuũt. Talibꝰ vinũ phãtaſmatis, taliqꝫ deceptiõe feruẽs ipoꝝ cor
da poſſidet. In aliis vero alios ſępeqꝫ cõtrarios exercet actꝰ. Nõnullos videas triſtes atqꝫ dolẽ
tes ſpeqꝫ oĩ decidẽtes, ſemꝑ querulos ac lachrymis refertos. Merũ in differẽtibus corporum Vini ef-
habitibꝰ differẽtes animę perturbationes exercet. Eos enim quibus ſanguis copioſus ad ora fectus.
vſqꝫ perfundit̃, lętos & hilares animo reddit. In eis vero qui graui habitudine frigidoqꝫ cir-
cum prǽcordia ſanguine corripiuntur, cõtrarios ꝓducit effectus. Sed quid opus reliquam
perturbationum cateruã numerare: morum peruerſitatẽ: ad omnia vitia promptitudinẽ: ce
lerẽ ac repẽtinã animi ad omnia mutationẽ: ſtrepitum multum ac tumultũ: facilẽ ad dolos
deductionẽ: ad omĩs impetus effrenẽ lætitiam! Voluptatis namqꝫ incõtinẽtia omnis, ex vini
fonte originẽ vimqꝫ habens, prǽceps ad omnem impuritatem atqꝫ intemperãtiam ruit. Ani
malium omnium libidinum fœditatẽ ſuperat, quum bruta naturǽ leges in hoc genere no-
ſcant atqꝫ obſeruent. Ebrii tñ in mare fœminã: in fœmina marẽ quǽrunt atqꝫ optant. Non
eñ cuncta quǽ ex ebrietate grauia ꝓcedũt: facile ꝓſequi oratione fuerit. Nam incommoda
damnaqꝫ peſtilentię, temporis interuallo hominibꝰ ꝓueniunt: cæli grauitate paulatim homi
num corpora interficiente. Quǽ vero ex homine ꝓueniũt ebrio ſtatim irruunt: ſic animam
perdentes vt eam cicatricoſam ſtigmateqꝫ plurimo corroſam relinquãt. Sed & ipſum corpo
ris habitum quendam grauẽ, membrorumqꝫ fœditatem brutorum more prę ſe ferũt. Nam
eos videre licet oculis liuentibus: ore indecenti: rubore ꝑfuſo: ſpiritu graui: lingua balbutiẽ
te ac demiſſa, voce confuſa, pedibus puerorum more infirmis ac titubantibus: excreationes
frequẽtes velut e ſentina ſponte faciẽtes. Miſeri ꝑfecto ac longe miſeriores q̃ fluctibus agi-
tati: quos fluctus aliis alii ſuccedentes a tẽpeſtate obrui non ſtatim ſinũt: Sic horum animǽ
vndis hoc eſt vino madentes ilico deprimuntur. Quamobrẽ veluti nauigia quando flucti-
bus procellę acceptis grauant̃: neceſſario cõmeatus vacuatione ac proiectione leuãda ſunt:
Sic ebriis rerũ ſtomachũ grauãtiũ vacuatio neceſſaria: ex quo & vomitione & deiectiõe fre
quenti vix leuari poſſunt: tanto naufragis deteriores quãto illi res cauſantur extriſecus &
mare: hi vero ſpõte periculum adeunt & ex ebrietate ſibi volẽtes tempeſtatẽ pariunt. Lym-
phatꝰ & malo dęmone captꝰ miſericordia quidẽ dignꝰ: Ebrius vero eadẽ fere & ipſe patiẽs
minime miſericordia dignꝰ, q optato ſeruit dęmoni. Quin & tales remediũ nolũt ebrietati
nõ aliqd ob eã graue nõ admittẽdo, ſed minime deſiſtẽdo ĩ eaqꝫ cõtinuãdo. Dies. n. admodũ
parua; breuis etiã nox vel hiberna potando videtur. Deniqꝫ huius mali finis nullus. Ipſum
nãqꝫ merum inexplebilem cõtinuo ſitim addit: nec neceſſariũ q̃rit vſum ſed ad alium ſine ex
cuſatione potum inuitat, quum ardẽtes ebrios ac ſemper bibẽdi cupidiores reddat. Ex quo
inſatiabiles omnino facti contraria his penitus quǽ optauerunt patiuntur: ac voluptatem

quã omni studio quęrũt, omnino amittunt. Luxus enim huiuscemodi assiduitate sensus tabescunt. Nã sicuti splẽdẽs aliqd visum perficit, summe aũt splẽdẽs hebetat atq; vastat: & magni sonitus ac strepitus ob excessum auditum tollunt: Sic & isti ab assiduam atq; immodicam voluptatem sese vastant atq; corrũpunt: & a delectationis via omnino auertunt. Nã siue meracius seu dilutius modo satis atq; frequẽter bibant, ipsam vini flammam intus ardẽtem ex potus immodicitate extinguere non valẽt. Quibusnam Propheta minatur: nisi huic hominum generi dum ait: Væh vobis qui contrito estis corde! Væh lamentabilis vox. Lamentatione quidem digni sunt ebrii: q; ex Apostoli sententia, regnum dei non consequantur. Tumultus in eis dicit & turbatio, ob vini potentiam rationi & rerum cogitationibus aduersantem. Præterea tristitię, ob amaros potandi voluptatis exitus. Horum namq; pedes vt vincti debilitantur. Manus ex fluctionibus vini causa eo descendentibus continuo mouetur: q̃q̃ ante omnia mala hęc in ipso potationis tempore similia phreneticorũ eis eueniunt. Quum eñ cerebrum ęstu ex vini vapore redundante vacillat dolorem intolerabilem capiti parit. Ex quo caput recte supra humeros consistere nõ valens huc illuc vertebris dissolutũ iactatur. Sodalitia Propheta luxum cõpotationum & inhonestos cõuentus vocat. Contritiones etiã nominat, corporis ęgritudines significãs: in quas ebrii quoq; ob varios morbo-ŗ casus incidere solẽt. Sed quis horũ admonebit vino sepultos: qui ex crapula cõtinuo dormitãt: capite grauanẽ, oscitant, caliginem ob oculos habẽt: ob nauseam fastidiunt: Quãobrem sapiẽtię magistros inclamãtes minime audiunt: Nolite inebriari vino in quo est luxuria. & rursus. Res est immoderata vinũ: & ꝓbrosa ebrietas. Quibus sane verbis ipsi minime auscultãtes ebrietatis fructũ nimirũ referũt. Tumescit eñ corpus: oculi humorib[9] ꝑgrauanẽ: ora siti ardẽtia: fauces cõtinuo siccę. Nã sicuti valles & horti donec torrẽtib[9] inundantur pleni esse videnẽ: vnda vero desinẽte statim siccę vacuęq; remanẽt: Sic & vinolento-ŗ ora vino ac potatione durãtibus exsaturanẽ ac madescunt: paulopost cõtinua siccitate laborãt. Ex quo ad frequẽter bibẽdũ inuitantur. Vnde humor minime naturalis emittitur. Vbi tandẽ remedium, vbi medicina: quæ tãtis ebrietatis malis occurrat reperitur! Quis vnq̃ madidum semper & innatãs vino corpus faciat vt non exile, dissolutum, & omnibus obnoxiũ morbis existat! Hinc tremores, hinc debilitates cõfracto ac debilitato vitali spiritu, & excidentibus robore mẽbris ac dissolutis excitanẽ. Valetudo enim omni corporis inflationi tumoriq; inest. Naturali namq; firmitate deficiẽte, necesse est corpus continuo vacillet atq; moueaẽ: Quousq; tãdẽ vinũ! quousq; ebrietas! Periculũ miser est ne pro homine cœnum lutumq; fias. Sic penitus vino deditus marcescis: ac cottidianã crapulã meri & hoc tabidi, haud aliter q̃ vasa putrida redoles. Hos Esaias luget. Vęh surgẽtibus mane & sicerã amantibus, nõ vesperã expectantibus. Vinũ eñ illos cremabit. Post citharã & saltationes vinũ bibũnt. Opera nãq; domini non respiciunt, & opera manuum eius non cõsiderãt. Sicera eñ omne quod ebrietatẽ inducit apud Hebręos vocari solet. Quos igitur nunc Propheta reprendit ii sunt qui luce incipiẽte vinum q̃ritãt: Oenopolia Cauponasq; circumagunt: sodales cõueniũt ac inuicẽ ad potãdũ inuitãt. Omnẽ deniq; curã, cætera posthabẽtes, in hoc collocãt: nec temporis partẽ aliquã in rerũ cælestiũ atq; operum dei cõsideratione ponunt. Eo-ŗ oculi nunq̃ suspiciũt, aut ad sidera tollunẽ, vt pulchritudinem & omnem in rebus creatis prouidentiam simul & iustitiã meditantes, ad summi ac sapientissimi Dei creatoris omnium cognitionem perfectã charitatemq; perueniant: sed statim prima luce symposia meditanẽ & curant: tapetibus variis & auleis ornant: famulos ad hoc exercent: In hoc omnẽ curam & diligẽtiã ostẽdũt: Crateras, Phialas, Psyeteras sicut in pompa quadã & festa die ponentes: vt vasorũ varietas pulchritudoq; veluti chorus quidã suspiciaẽ, admirationiq; sit: vtq; poculo-ŗ commoditate ac mutatione dulcius potent. Sed & officia his obeũdis adhibẽt: Symposiarchos, Archiœnochoos, Architriclinos, & demũ ordo ac dispositio in re inordinata, confusaq; constituitur. Vt quẽadmodum exercitus militibus diuersa obeuntibus officia: sic conuiuium magistrati bus honestetur. Ex quo ebrietati veluti reginę cuidam ministros disponẽtes, luxum horum studio munerum ornare contendũt. Insuper coronę adhibentur & flores & vnguẽta & odorum mille genera: quæ omnia rebus periturís ac minime laudandis superuacaneum pariũt negotium. Quum & potatione procedente eo veniunt, vt de augenda hac insania certẽt & de ebrietate per ambitionem contendant. Cuius auctorem legis diabolum habent. Victorię vero præmium, peccatum. Nam qui plus hauserit meri: Is prę cęteris laudatur: Is victoriã

Cõparatio.

Ebriorũ valetudo.

Esaias de vinolentis.

Sicera.

Oenopolia: cauponæ vinariæ.

Symposia compotationes.

Psyeteras vas ad vinum refrigerandum.

tefert.Ex quo palam est,ꝙ in re turpissima cum sua verecūdia gloriā quęrūt.Inter se namq̃
contēdūt & vt in iudicio aliquo defensitant.Quęnā ratio,qui ordo,q̄ virtus:vbi sunt oīa
confusione inconsiderantiaq̃ referta,esse poterit? Vbi & qui vincūt & qui vincunt pariter
sunt temulenti?Vbi ministri rident,manus labāt,ora madent,venter ciboꝝ grauitate dirū-
pit.Vnde postremo incōmodū vt miserū corpus naturali vigore dissolutū ac defluens,vim
pōderis immodici ferre nō valeat.Miserū ꝑfecto christianoꝝ oculis spectaculū. Vir ætate
florens:corpore terribilis:obeundis in exercitu laboribus aptus: & demū sarcinis oneratus
domū redire idoneus:ita postea a gula vinoq̃ vincat,vt sibi omnino imperare nō possit. Et
q̃ terrori hostibus fuerat,ridiculus in foro pueris videt: occasionēq̃ vt ab omnibus conte-
mnat præbet,& sine ferro vulnerat:nec minus interficitur vir militaris & iuuenis. Crapu-
lę mancipium fit ab inimicis quęcūq̃ iusserint pati paratus.Ebrietas itaq̃ rationis interit⁹, Ebriorū
fortitudinis pernicies,senectus nō intellecta,mors breuis temporis. Quid quæso sunt ebrii: seruit⁹.
q̄ gentium idola?Oculos habēt & non vident:aures habēt & nō audiūt:Manus paralysi ad Ebrieta-
fectas habēt:pedes infirmos ac facile offendētes.Quis hęc machinat? quis horū causa malo tis mala.
rum?quis insanię huius pharmacū nobis ꝓpinauit homo?Tu quidē prælū cōmittis.In aciē
iuuentutem educis,facile vulnerat,ętatis florem vino absumis:vocas ad cœnam vt amicū:
eius petis cadauer:animam extinguis.Quum vini adsunt ministri tunc bibere incipiūt:po-
tantq̃ volucrum more vt ex fonte perenni ac sponte fluente:accumbentibus calices ꝓbent.
Procedēte autē potatione prodit in medium adolescens nondū ebrius phialā vini refrigera
ti humeris ferēs:qđ pincernā ipsum ꝓuocare facile posset.Is ī medio adstās p obliquas fistu Aequa-
las ęquā cōuiuis distribuit ebrietatē.Nouū ꝑfecto gen⁹ hoc mēsurę,vbi nullus mēsurę mo les cali-
dus,vt per poculorum æqualitatem inter eos nulla sit inuidia,aut in bibendo concertatio. ces.
Adripit quisq̃ ante se positum psyeterem:vt ex quadā cisterna more boum sine respiratio-
ne vno haustu tm̄ bibere contendant,quantum vas illud per argēteā fistulā suppeditat. Re
spice parumper in miserū ventrē vasis magnitudinē,vini mēsurā,quāta sit cōsidera.Hāc tu
nequaq̄ in vas iterum vinarium reponere:sed in vētrē totum vt dudum cibis oneratum de
mittere curabis.Quamobrē iure clamat Propheta.Vę͂ii surgētibus mane & sicerā potanti-
bus:non expectātibus vesperā & diē in ebrietate consumētes:ac nullum tēpus ad considerā
dam dei sapiētiā & opera manuum eius dignoscēda interponētes.Vinum vos ꝑfecto cōbu-
ret.Qđ sane dicit,quoniā igneis īimici telis feruor ex vino corpori diffusus incēdit.Ratio-
nem igitur ac mētem vinum deprimit,voluptates & animi cęteros adfectus malos excitat.
Quis dic mihi currus equorum indomitorum ita præceps fertur,vt dominū excutiat suū?
Quod nauigium ita gubernatore destitutum,ita fluctibus exagitatum & concussum,si cō
tingat,vt non sit ebrio longe securius?Ex talibus itaq̃ malis viri ac fœminę communes cō-
stituētes choros maloꝝ dęmoni miseras tradētes animas:sese inuicē libidinū telis cōfodiūt
atq̃ lacerāt.Risus inter se histrionicos:cantus ꝓbrosos:meretricios gestus ad libidinē inui-
tantes exercēt.Rides dic mihi & gaudes inepta stolidaq̃ lætitia:quum lachrymas fundere,
ac dolere ob ea quæ admisisti fas erat.Cantus profanos exerces,oblitus psalmorū & hymno
rum quos didicisti.Moues pedes,& vt insanus saltas.Choreas ducis imprudens, quum ge-
nua ad dei & domini nostri Iesu Christi cultum flectere oportuit.Quas ego fleā: puellas ne
coniugii expertes,an viris coniunctas?Hę quidem legē prætererunt:virginitatē amittētes.
Illę vero pudicitiā viris minime seruauerūt:Nā siquę forsan peccatū corpore vitauere: ani
mo tamen admisere:quæ quidē & viris mihi simul dicta monitaq̃ sint:Vidit ille male: visa
est illa male.Sed qui mulierē ad cōcupiscēdū viderit:iam mœchatus est in corde suo.Si er-
go casu diuerso sic congrediēs: aut se inuicē solum aspiciēs tm̄ periculum adibit:quāto ma
ius fuerit quū de industria congrediuntur:quum dedita opera mulieres in ebrietate,& cō-
uiuio omni impudico gestu,saltatione,cantu,ad libidinē effrenes iuuenes inuitātes spectāt
ac quærunt?Quid dicunt aut quid causant ex his spectaculis vbi tot mala congregant?Nō
ne ob voluptatē ac excitādam cōcupiscentiā spectare?Itaq̃ reæ inexcusabilis lasciuiæ pœnas
apud iustum Dei iudicium quandoq̃ dabunt.Quomodo vos o miseri Pentecoste suscipiet,
qui adeo Pascha cōtēpsistis? Enimuero Pētecoste sancti spiritus aduentum efficacem omi-
busq̃ notum habet. Tu vero teipsum contrarii spiritus habitaculū reddidisti.Ex quo non
templum dei ob inhabitātē spiritum sanctum:sed idolorum factus es. Quamobrē veram fa
cis ꝓphetę execrationē ex dei persona dicentis:Conuertam festa eorum in luctū.Sed quomo

do,dicite mihi,seruis imperare potestis:quũ & ipsi cupiditatibus vestris tanq̃ mancipia ser uiatis!Quomodo filios monetis vestros,aĩas pprias incastigatas retinẽtes ac procul ab omĩ disciplina viuẽtes!Quid igitur!Vos in his relinquã!Sed vereor ne si remediũ his malis pręteream alius forte puicacior fiat:alius vero ob tristitiã illatã desperet.Quamobrem magnis

Ebrietatis remedia. huiuscemodi peccatis medicina prompta est.Ieiunium ebrietatem curet:Psalmus turpes cãtus:lachryma risum.Pro saltatione genu deo flectat: pro tripudio & cithara pectus pulsetur.Pro vestium sumptu atq̃ ornatu humilitas.In oĩbus vero Eleemosyna peccata diluat: redemptio animæ viri diuitiæ ppriæ.In communionem societatemq̃ orandi dei plures ad mittite huiuscemodi delinquẽtes:si quo modo ad pœnitentiam reuocari possent.Quando eñ sedit populus manducare & bibere tanq̃ idololatra:tunc leuitę cõtra fratres sese armãtes ex eis.xxiii.milia ceciderũt:sic eñ man⁹ suas iquit historia cõsecrarũt.Et vobis nũc deũ timẽtibus dico q̃ pbra hęc sceleraq̃ minime pbatis.Illud monem⁹: vt si quos pœnitẽtes horũ quę admiserũt,videatis:eoꝝ vos miseratio vt pprioꝝ mẽbroꝝ adfectorũ capiat. Si vero a vitiis minime discedẽtes ac vestra sup his monita vestrũq̃ dolorẽ adspernantes aĩaduertitis:ex eorũ medio discedite,nihil cũ eis cõmunicãtes:vt ne & ipsi vos reddãt cõtaminatos. Sic eñ meli⁹ pprii sceleris se spretos ac relictos vidẽdo admonebunt.Vos vero p iustitia offícioꝝ pręmiũ zelo Phinees debitũ pculdubio consequemini,apud iustum iudicem deum & patrem domini nostri Iesu Christi,Cui gloria & imperium in æterna secula.Amen.

DE INVIDIA.



Onus est deus & bonorum iis q̃ digni sunt prębitor,Improbus diabolus & improbitatis omnino administrator:& vt bonum sequit innocẽtia, animiq̃ candor:sic diabolum malignitas.Caueamus itaq̃ fratres amatissimi inui

Inuidus diaboli pœnã incurrit. dię vitiũ:ne socii gestorum diaboli reddamur,& eodẽ cũ ipso condemnati iudicio reperiamur.Si eñ pharissæus ille superbus in diaboli iudicium incidit,quomodo inuidus paratã diabolo pœnã effugiet!Nihil eñ mortaliũ animis inuidię perturbatione perniciosius contingit:quæ ante oĩa ipsi nocet auctori:aliis

Vesperç. vero q̃minimum.Quẽadmodum eñ venenum,ferrũ:sic inuidia hos qui eam possident absumit,atq̃ vastat.Magis autẽ sicuti viperas dicunt abrupto matris ventre nasci:sic & inuidia concipientẽ eã animã corrodere simul ac tabefacere apta est.Nec mirũ,quum homine mali gnũ & inuidum continuo dolor atq̃ tristitia comitentur.Abundat pximi ager, domus bonis omnibus refert:ex voto deniq̃ eueniunt oĩa,in rosa & viola viuũt.Cuncta hęc tristitię dolorisq̃ occasionẽ inuido prębet.Ex quo nihil ab homine nudo q̃ iaculis petit differre videt.Fortis est aliquis,alius forma clarus,alius eloquentia,alius animi prudẽtia pstat, alius in diuitiis liberalis,facultates egẽtibus distribuit: laudem ex hominib⁹ in iis quib⁹ benigne facit maximã refert.Hęc omnia maligni feriunt animũ: quumq̃ obmutire nihil audeat aut possit,simulat gaudium,secum tacite rumpit,coram hilaritatem pfert.Morbum interrogarus,manifestare:seq̃ inuidum ac malignum accusare omnino veretur.Nã q̃ fratris felicítare angat,aut amici gaudium lugeat,aut bonoꝝ aliorũ spectaculũ nõ libẽter ferat,sed ipsorũ successum suã esse calamitatẽ ducat:hęc pfecto ipsum fateri oportebat si verum loq voluisset.Sed ex his nihil omnino retegere volẽs,morbũ in imo cordis recessu eius abrodentẽ atq̃ absumẽtẽ viscera mœst⁹ retinet.Igit talis nec medicum mali huius neq̃ medicinam ad id fugandũ aptam inuenire potest,q̃q̃ curãdorum ægrorũ tot referti sunt libri.Sed vnã tñ mali requiem expectat:si quando cui inuideat,ruentẽ forte adspiciat. Hic finis odii,miserũ ex beato videre,infelicẽ æmulum existimare.Tũc demum fœdus cum eo iungit:amicus efficitur:qñ lachrymantẽ viderit aut suos querentem casus:libentiusq̃ lugentem miseratur & plorat q̃ gaudenti collætetur aut adplaudat.Fortunæ commutatione se dolere ostendit nõ humanitate seu charitate commotus,verbis consolatur:facta collaudat,amissa bona admíratur,vt grauiorem proximo calamitatem ex horum memoria ac desiderio faciat.Puerum filium post mortẽ extollit,verbis ornat.Vt pulchrũ videre sit atq̃ discere ei⁹ orationis modũ,non tamẽ vt adstãtib⁹ eloquẽtia satis faciat. Nã si plures in eadẽ cõcurrẽtes laudẽ cõspíceret,rursus sentẽtiã mutãs mortuo inuideret.Diuitias itẽ admiratur alienas post calamítatem amissas,formã quoq̃ & valetudinẽ postq̃ e morbo euaserit,extollit.Et demũ præsentib⁹ rebus ac saluis inimicus,pereuntibus vero amicus ac misericors.Quid igitur hoc morbo pniciosius!Interitus vitę,pestis naturæ, aduersa omnibus bonis ex deo venientibus: de-

mũ ipsi deo contraria. Quid.n. antiquũ malignitate dęmonẽ ad bellum aduersus hominem internecinũ ĩpulit? Nõne inuidia? p quã & Deo aduersari palã deprẽsus est. Dolẽs.n. ob pręclara dona homini cõcessa: quãdo deo nocere nõ valuit, ipm insidiis petiit hominẽ. Eadẽ & Caim visus est admittere: prim⁹ diaboli discipul⁹, inuidiã & cædẽ ab eo edoctus: quas Paulus simul iũxit inquiẽs, plenos inuidia, cęde. Quid igit̃ erat qd admisit? Vidit ex deo honorẽ fraternũ & exarsit ĩ inuidiã. In eũ pri⁹ q hũc dederat honorẽ irat⁹, quẽ quũ attingere ne quiret in cędẽ incidit fraternã. Quãobrẽ fratres dilectissimi, Inuidiã fugiam⁹: pugnæ in deũ magistrã, homicidii matrẽ, naturę cõfusionẽ, amicitię ac familiaritatis pditionẽ: deniq; fine tõne calamitatẽ. Quid miser homo angeris nihil durũ passus: quid cũ eo cõtẽdis, aut qd eũ petis ĩ bonis existẽtẽ: q de tuo nihil detrahit, aut minuit? Si eñ beneficio deuinct⁹ obtrectas inuides, male dicis, male cogitas: nõne vides te cõtra tuũ cõmodũ contendere? Talis pfecto Saul erat: cui beneficiorũ magnitudo cã fuit vt aduersus Dauid insurgeret. Primũ qdẽ eius admirabili diuinaq; musica a manię morbo liberat⁹, hastã in eũ intẽtauit. Deinde cũ ipsius exercit⁹ ex inimicis seruat⁹ & a verecũdia ei ex Golia pueriẽte rursus liberat⁹: nihilomin⁹ qa in triũphis ei puellę obuiã saltãtes pcesserũt, dãtes victorię maiorẽ Dauid ptẽ, atq; dicẽtes. Saul pcussit mille: & Dauid decẽ milia: Ob hãc solã vocẽ & ob testimoniũ ex ipsa virtute subsistẽs, primo hominẽ interficere & e sede amouere tẽtauit: deinde exulem cõstituit. Neq; sic inimicitiæ finem fecit. Sed ad postremum contra ipsum, tribus milibus virorũ per loca deserta exercitũ duxit. Nec aliud belli cã siquis roget fuisse apparet, q̃ Dauid rerũ successus & gloria: qui tãta alioq; mãsuetudine fuit: vt illũ in media insectatione & odii acerbitate quũ dormiẽtẽ offendisset: interficereq; facile posset, incolumẽ dimiserit. Seruat⁹ ille nihilomin⁹ a viro iusto in eũ manus iniicere verente, nihilo melior ob beneficiũ fact⁹ est: Sed rursus in eũ exercitũ duxit: q ab eo capt⁹ atq; iterũ seruatus: & illius clariorẽ lõge virtutẽ ostẽdit, & ppriã acerbiorẽ esse pfidiã manifestauit. Inuidia igit̃ fratres dilectissimi genus est inimicitię intractabile quidem, ac admodũ insuperabile. Nã quũ rerũ gestarũ felicitas & gloria cęteros quidẽ vel barbaras ac feras gẽtes ad amicitiã ac beneuolẽtiã cõciliare soleat: malignũ tñ & inuidũ magis irritat atq; ad odiũ acuit: quãtoq; magis gloria crescit, tãto maiori pmitdolore atq; luctu. Eis vero qbus deuincti beneficiis existũt maximis: nõ solũ se gratos esse reddendo non cogitãt: sed aĩo magnope aduersãt, & potẽtiã ac rẽ psperã videre nõ facile ob inuidiã ferũt. Ego vero tales hoies in tãta acerbitate cui ferarũ cedãt: aut qd tã dirũ, æque illorũ immanitati reperiri possit, non satis scio. Canes nãq; nutritorib⁹ mãsuescũt: leones curatorib⁹ tractabiles fiũt: Inuidi tñ benigne faciẽtib⁹ agrestiores euadũt. Quid q̃so Ioseph ex ingenuo seruũ fecit, nõne fratrũ inuidia? Hic & admiratione digna, huius morbi prauitas ac diritas. Verẽtes etiã illi somniorũ exitum seruũ fratrẽ fecerunt: veluti quẽ nunq̃ in seruitutẽ veniẽtes: nunq̃ adoraturi essent: q̃q̃ si vera somnia futura erãt. Qd remediũ vt quę a deo iam erãt cõstituta non euenirent? Si autẽ falsa: quid opus fallenti ac decipienti fuit inuidere? Sed ex diuina hoc eis cõtigit prouidentia, vt ad salutem omnia conuerterentur. Per ea enim quibus impedire diuinũ consiliũ putauerũt, paulopost iter faciẽtes exitum eius manifestauerunt. Nisi enim venditus fuisset: nunq̃ in Aegyptum venisset: nunq̃ ob pudicitiam in insidias impudicę mulieris incidisset: nunq̃ in carcerẽ cõiectus fuisset: nũq̃ Pharaonis ministris socius esset factus: nunq̃ deniq; somniorũ coniector fuisset. Vnde Aegypti imperium est adsecutus: ac frumenti gratia fratres eum adeuntes atq; adorãtes benigne excepit. Sed ad magnã illam inuidiam in rebus maximis versantem transeamus, quam Iudæi per insaniã aduersus Seruatorem nostrum ostenderunt. Quãobrẽ tantis petitus insidiis? ob magna eius prodigia. Quænam hæc erant? Salus supplicum ac miserorum: pascebat esuriẽtes & ipse reiiciebatur. Reuiuiscebant mortui, & auctor vitę inuidiã sustinuit. Dęmones fugabant, & qui eis imperabat insidiis petebat. Leprosi curabãtur. Surdi audiebant. Cęci videbant: & is qui hæc beneficia conferebat fugabat: & demum vitę munus tribuẽtẽ supplicio adfecerunt: liberatorem hominum flagellis ciderunt: mũdi iudicẽ cõdemnauere. Sic itaq; inuidię mala vsq; ad omnes penetrauerunt: quibus solis armis euersor vitę nostræ diabolus a mũdi initio vsq; ad seculi cõsummationem omneis homines ferire ac ad interitũ deducere cõtendit. Nec mirum, vt qui per inuidiam ac superbiam cecidit, nostra itẽ pnicie gaudet: nosq; eiusdẽ vitii spiritu cõfigere ac pfundare cupit. Sapiẽs pfecto fuerit qcũq; cũ inuido minime cõgrediẽ aut cõuersat: neu etiã in eadẽ esse cũ eo mẽsa studet, q ex conuictu reliquę

Dęmon. Caim. Saul. Ioseph fratres. Iudęorũ inuidię.

vitę cōmercia vitari facile nequeūt.Quēadmodū eñ ardētē syluā,aut materiā nobis cura ē
ꝓcul fugere ac ab ea secedere:sic opus(quoad fieri possit & liceat)inuidorum conuersatio-
nes a nostra amicitia repellere:vt extra eorum venenatas sagittas securius agamus.Neq;.n.
alia nobis via ad hoc vitandum vitium videtur:quum per societatem & communionē eoꝝ
& nos facile contaminari periculum fuerit.Quoniam ex Salomonis sententia: Zelus homi-
nis ex socio ipsi⁹.Et ꝑfecto sic res habet.Non enim Aegyptio vir Scytha inuidebit,sed suæ
genti quilibet,& in eadem gente:non ignotis sed familiarib⁹ & vicinis & eiusdem artis ho-
minibus,aut alia de causa cōiunctis seu ꝓpinquis fratrib⁹ coęuis.Et omnino vt ęrugo fru-
menti est vastatio:sic inuidia amicitię pestis.Illud autem quisq; sciat,inuidus vt quāto in ꝓ
ximum vehemētius moueatur,tanto sibimet maius parit incommodum.Quemadmodum
sagittæ magna vi emissæ,si in durum aliquid ac respuens inciderint,in emittentem facile re
deunt:sic inuidia proximis tristitiam nequaq̄ adfert:tm̄ inuidenti officit.Quis enim vnq̄ ī
mœrore positus aliquod propterea proximo incommodum intulit? Sese solum vastat atq;
cruciat.Sed & qui morbo huiuscemodi sunt adfecti, longe peiores illis qui venenata iaciūt
tela existimantur:ꝙ hi per plagas virus inferunt atq; nocent:vnde paulopost vulneris cica
trix atq; liuor apparet.At inuidos existimant nonnulli nō solū rebus aliis sed oculis etiā of

Ex inui-
dia fasci
natio.

ficere incommodaq; inferre.Vnde & corpora vegeta pubescētium: aliorūve ætate formaq;
florētiū ꝓsperā habitudinē inficiūt atq; debilitant:statim vt ex eorū luminib⁹ pernicie qua-
dā defluēte,ac contaminānte videas cōtacta mēbra pulchra in siccitatē ac ęgritudinē venire.
Ego vero horū sentētiā dimittā vt vulgo latā ac per mulieres vetulas perfici existimatā. Il-
lud autē arbitror ꝙ dęmones inuidorū oculis ad instrumētū,ac ministeriū ꝓpriæ volūtatis
abutant̄.Nonne igit̄ horres te diaboli perdētis ministrum facere?& malū q̄dē suscipere, per
quod inimicus q̄dē eoꝝ fies qui neminē insectant̄?Inimicus præterea dei boni & citra inui-
diā.Fugiamus ergo fratres malū intolerabile.Serpētis est id ꝓceptū:diaboli inuētū:īimici sa
tio:punitionis arrabo:pietatis impedimentū:via ad gehēnā:regni cælorum priuatio.Nā &
ipso fatent̄ ore vitiū inuidi:subpallidi ac tristes:superciliis contractis. Anima ipsa perturba
tione confusa prudentiā in dignoscenda veritate,ac reb⁹ agēdis minime retinet. Apud eos
eñ nec actio secūdū virtutē vlla est:nec vis orationis eoꝝ grauitate ornata,nō gratia comi
tata:non deniq; aliquid aliud honestū aut circūspectū cōspicitur.Sicut eñ vultures ꝑ mul-

Not.pul
chras in
uidoꝝ si
militudi
nes.

ta quidē prata, multa etiā amœna & odorata loca circūuolātes ad tabida & fœculēta loca
ferunt̄:Muscę quoq; salubre si quod offendūt prętereūt,ad hulcera vero ꝓperāt:Sic & inui
di vitę splēdorē ac rerū bene gestarū magnitudinē minime quidem respiciūt:manca vero ac
fragilia & si quid erratū(vt quādoq; rebus accidit humanis) tm̄ obseruant:hæc diuulgāt,
& per hæc tm̄ hoīes cognosci volūt.Quēadmodū maligni pictores qui hoīs imaginē ex ali
qua nota aut hulcere natura seu casu insita corpori effingūt,claramq; esse cupiūt. Iniquum
ꝑfecto:id quod laudabile potissimum fuerit,alicuius peioris gratia manifesti occultare : &

Virtutū
inuerso-
res.

virtutē ex vicinitate vitii(si quod forte reperit̄)calumniari. Fortitudinē audaciam potius
appellabunt.Modestum vero,sine sensu hominem.Iustum,immitē & nimium seuerum.Pru
dentē,astutum.Magnificum,vastum.Liberalem vt ꝓdigum taxant. Parcum,auarum dicūt.
Deniq; omnis virtutis species in vicina vitiorū nomina conuertunt : nusq̄ calumnia rebus
datis deficiente.Quid igitur in accusatione tm̄ huius mali finem orationis faciā? Sed hoc
medium parsq; curationis fuerit.Laborāti eñ ægro morbi magnitudinem ostendere vt di-
gnam mali fugandi curā subeat non inutile quidem:sed hic eum dimittere nec admodū cu
randi remedium aliquod ostēdere nihil aliud fuerit,q̄ desperantem ac in morbo pereūtē re
linquere.Quid ergo faciūdū vt hanc animi pestem ab initio minime quidem patiamur:aut

Remedi-
um con-
tra inui-
diam.

in ea fortasse adfecti facile liberemur? Primum quidem si nihil rerum humanarum magnū
aut supra naturā existimemus:non potētiā,non gloriam,non opes, non corporis habitudī
nē ꝓsperam:non deniq; quicquid felicitatis humanę reperit̄:sed tm̄ sempiterna cęlestiaq; in
ter vera bona connumeremus.Ea demum esse, quorum participes sumus : per quæ nec di-
ues tanta auiditate ob fortunas efferetur.Non potens ob dignitatis aut magistrat⁹ culmē.
Non fortis ob corporis robur.Non eloquēs ob dicēdi facultatē.Instrumēta sunt hęc virtu
tis recte vtētibus,nihil ꝑ se verę felicitatis habētia.Miser igit̄ q his abutit̄:nō aliter q̄ q ī pu
gna contra inimicos ensem corripiēs,in se ac interitum suum conuertit. Si autē recte & or
dine a summo deo cōcessa tractauerit : Deniq; si minister ac dispēsator fuerit:non ad ꝓpriā

voluptatē voluptates cogēdo, hic demū laudari magnopere ac amari dignus erit: q̄ homi- nū societatē diligat, & fraternam charitatē propriis commodis potiorem habeat. Praeterea si aliquē in diuinis excellentē sermonibus ac eloquia sacra probe enarrantem: magnā quoq̄ inde ex deo gratiā & ex hominibus laudem sibi vendicantem conspexeris, nullo modo ęgre feras aut inuidia ꝓsequaris: vt potius eum tacere malis q̄ gratiam quam ex spiritu sancto accepit, cōmunicare. Nam & huius boni particeps per tui fratris pręceptionem & doctri- nam traditam tu quoq̄ si volueris ꝑficere poteris. Deinde fontem quidem scaturiētem ne- mo prohibet aut compescit. Nec solis splēdentis lumina vllus obtegit. Nemo illis obtrectat aut ægre feret, sed quisq̄ ad ꝓprium vsum atq̄ cōmodū transferre conabitur. Sermonis ve- ro spiritualis pia corda fideliū sancti spiritus gratia irrigātis auditorium minime sustines? Sed auditoꝝ plausus te offendit. Quāobrē æque & ꝑficientē & laudantē nolles: quā dic mi- hi excusationem apud iustum iudicem habebis? Igitur animæ bonum natura quidem pul- chrum existimandum. Eum em̄ qui opibus, potentia, seu corporis viribus floret, diligere & omni studio amplecti nos decet vt pulchre vitę instrumētis vtentem: modo bene & ad com munē vtilitatē, vt diuitias egentibus distribuat: corporis vires debilibus communicet: reli- quam deniq̄ facultatē nō magis ꝓprię q̄ alienę seruire commoditati existimet. Eum vero q̄ ita sit animat⁹, magis miserū q̄ felicē, aut affluentem putari est opus: si res huiuscemodi vt occasiones tm̄ ad vitia ꝓpriāq̄ voluptatē retineat. Hoc ꝑfecto operam dare fuerit, vt cū ne gocio & apparatu maiore & cogitatione superflua pereamus. Si quidem opes iniustitiæ mi- nistrę fuerit, miserū faciēt diuitē: si autē virtutis, minime inuidiā sustinebūt: quum ex eis ad oīs cōmunis veniat vtilitas: nisi qs tanta sit malignitate, vt sibi etiā ac ꝓpriç inuideat com- moditati. Omnino aūt qui res humanas rationi subiecerit, & ad veram pulchritudinē lau- demq̄ se conuerterit, & multitudinē reb⁹ inuigilātē terrenis non fuerit imitat⁹: & demū eo fuerit animo, vt nihil vsq̄ humanū admiret, huic ꝓculdubio dominari nullo modo poterit. Si quis vero ita gloriæ cupid⁹ fuerit: vt omneis antecellere cupiat, nec secundas facile patia tur, maximā profecto occasionem causamq̄ inuidię dabit. Tu autem frater desideriū omne honoremq̄ tuum in actione secundum virtutem vt re amplissima & nunq̄ desitura consti- tue. Nec vndecūq̄ aut qualibet diuitias coge: neu tādem ex rebus mūdi huius gloriā quæ- re: sed honesti partes iustitiam, prudentiam, fortitudinē, temperantiā adposite serua: præter omnia patientiam in iis quę ad prudentiā pertineāt, custodi. Sic demum teipsum incolumē seruabis, & in bonis lōge maiorib⁹ claritatem habebis. Nam & virtus intra nos est, & ab iis qui ob eam labores subeant apta possideri. Diuitiarum autem copia: forma corporis: poten tię fastus, intra nos nequaq̄ consistit. Si igitur & maius bonum virtus ac magis per se ido- neum ac suppeditans, & in confesso apud omneis maiorem obtineat honorē: hanc nobis o- mni studio sequendā censeo: quam inesse animis ab omni perturbatione præsertim inuidiæ, minime purgatis difficile admodum. Nōne vides quātum malum simulatio & hoc inuidiæ fructus est? Nā eorū quæ simulant̄ pars magna ex inuidia plerūq̄ hominib⁹ eueniūt: Qñ in cordis recessu odiū retinētes charitatis spēciē ore ꝓ se ferūt, nō aliter q̄ petrę ac scopuli ma- rini: qui breui operti aqua magnū ac cęcum non obseruantibus inferūt malū. Quū itaq̄ no- bis inde vt ex fonte quodam fluat animę ruina, inde quoq̄ a deo alienatio: legis confusio, & demum omnium in vita bonorum euersio prouenia nt: credamus Apostolo dicenti. Ne si mus inanis gloriæ cupidi inuicem prouocantes, inuicem inuidentes: sed magis boni, miseri cordes, donantes ac gratificantes inuicem: quemadmodū deus sese nobis donauit, In Chri- sto Iesu domino nostro, Cui gloria & imperium in æterna secula. Amen. Simula- tio ex in uidia & odio.

DE IRA.



Vemadmodum in medicorum præceptis quando adposite & ex artis ratio ne experientia sumitur, tunc maxime vtilitas ostendi solet: sic & in spiritua libus monitionibus postq̄ præcepta exitum testimoniis comprobatū osten derunt, tunc eorum vtilitas ad vitæ illorum qui admonentur correctionē & eruditionem refertur. Audimus enim in Prouerbiis palam scriptum esse. Ira sapientes perdit. Audimus item Apostolicum dictum. Ira & omnis indignatio & clamor a vobis abscedat. Et dominum minantem. Qui dixerit fratri suo Ra- cha, reus erit iudicii. Igitur si quando nos hoc vitium tētauerit, non in nobis erit subitam vitare iracundiam: quæ tanq̄ procella quædam improuisa irruit: si damus ei locum vt exitū Irę mala

violento conatui ac fluxui,tunc omnia super hoc sane difficilia seruatu iudicabimus.At si
dum quieti sumus,eorum qui perturbati sunt per iram dedecus & ineptiam recte considera
bimus:profecto illius verbi veritatem cognoscemus:ꝙ vir iratus fœdus adspectu fit.Quan

Iratꝰ ad spectu fœdus.

do enim semel hæc perturbatio mentem præcipitans imperium animę sumpserit,hominem
penitus in feram conuertit,nec rationis participem esse finit.Quod em̄ venenū virus emit-
tentibus erit:hoc item & furor animo irritatis ac perturbatis.Rabie vt canes adficiunt: pū
gunt vt scorpii:mordēt vt serpētes.Nouit em̄ scriptura eos qui hoc vitio tenentur ferarū
appellatione vocare:quibꝰ sese ob peruersitatē similes ac familiares reddiderūt. Nā & canes
& serpētes,& genimina viperarū,& his similia nominat.Qui em̄ ad mutua inter se eiusdem
generis parati sunt inferēda incōmoda,iure feris ac venenatis adscribi possint:quibꝰ ex na-
tura ob irā cōtinuū aduersus hoīes odium inest.Effrenes linguę:ora incustodita:incōtinen
tes manꝰ:contumelię,ꝓbra,accusationes,verbera,& alia quanta quis enumerare facile pos-
set:præterea labores,& incommoda maxima:Irę sunt ac furoris filii fructusve.Ob iram en-
sis acuitur:mors homini ex homine venit:fratres inter se ignorantur:parentes filiorum na

Irati sui īmemo-res.

turæ ac charitatis obliuiscunt.Sed & ante omnia suiipsoꝝ irati,deinde aliorum minime re
miniscunt.Quēadmodum em̄ torrētes ad curua loca decurrētes secū obuia queq̄ trahunt:
sic & iratorū imperꝰ violēti & instabiles omnia similiter percurrūt atq̄ obruunt.Non eis se
nectus venerabilis,nō vitę virtus aut mores,non generis propinquitas,nō acceptę iam gra
tiæ,non deniq̄ aliquid aliud q̄uis æstimādum in honore est.Quin & in maximū se malū sæ
pius cōiiciunt,& studio vindicādi se negligunt atq̄ despiciunt.Eorum memoria quibꝰ ma-
le cogitant,velut œstro quodam incitati:& animo exacerbato atq̄ æstuanti non prius desi
nunt,q̄ incommodum aliquod infestanti infligant,vel ipsi(si id contingat)accipiant:quēad
modum sæpe euenit vt quæ per vim tētata sunt,plus accipiant incommodi q̄ inferāt.Quis
em̄ in ea se mala cōiiceret quæ ira feruidi homines quauis occasione vociferantes & exaspe
rati subeūt atq̄ tolerant?Nam & omni fera venenata impudentius ruūt: nec prius desistūt

Iratorū impoten tia.

q̄ aliquo magno malo & intolerabili ira intumescente æstuātem exsatient animū.Neq̄ enim
ensis acies,neq̄ ignis,neq̄ horrendum aliquid,animum ira intumescentē ac furentem satis
compescere valebit:non magis q̄ a dæmonibus detenti: a quibus irati nihil nec forma neq̄
animi adfectu differunt.Nam iis qui ad alienam tristitiā sunt incēsi ita circū pręcordia san
guis feruet,vt in ignis ola succēsa.Ora sępe florentia pulchraq̄ mutāt: ac veluti sub ꝑsona
quadā,omnibꝰ specie prima abiecta,ignotos se prębent:oculi cōsueti nō apparent:sed ignei
micātesq̄:dentes acuunt,veluti suos petentes:vultu sunt liuēti sanguine suffuso. Oris tu
more increbrescente:venę obturbati ĩtra viscera spiritꝰ angustiā disruptę.Postq̄ vero sicuti
flāma,sicca materia succēsa circa irritantes inuadit:tunc nec sermone dicenda,neq̄ referen
da videre licet spectacula.Manus quidē erectas aduersus tribules & per omnis corporis par
tes distracta:pedes extra omnem ordinem & ab re certatim discurrētes:deniq̄ partes corpo
ris omneis ab insania quadā correptas.Si autē pariter aliquem ex aduerso concurrētem in-
ueniant:irāq̄ mutuā inter se exerceant,ea patiunt quæ fas est eos pati: qui sub tali dæmo-
ne cōtendunt,ac certant.Membroꝝ orbitates,vulnera,mortes:pręmium pugnę ferunt.Cæ-
pit qui primus manibus iniuriam intulit,alter vlciscit:hic instat,ille non cedit:corpus obi
ter vulneribꝰ petit.Ira vero facit vt dolor & incommodum minime sentiātur.Non em̄ da-
mna corporis aut sensum curant:cū omni studio & omnibus iuribus sint animo tantūmo-
do ad vlciscendum commoti & excitati.Ne fratres dilectissimi malum malo curate:neu cō
tēdite inuicem calamitate mutua vincere.In rixa enim is inferior est qui victor est ; ac pec-
catis lōge grauior discedit.Noli ergo inanis gloriæ tropęis,aut iniqua iactare spolia:ne ini
qui muneris iniquior sis possessor.Vicit te iratus:vince,amoueq̄ silētio malum. Tu aūt cō
tra facis,qui velut vndam fluentem illius iram in cordis penetralia suscipiens ventos imita
ris contraflātibus aduersis resistentes.Noli tuo aduersario ꝑ magistro vti:nec quē odio ꝑ-

Irati in-dicia.

sequeris hunc ęmulari:nec fieri veluti speculum irati,illius formam in teipso ostendēs.Ru-
bicundus ille ob iram:Tu autem minime ruborem pręferas.Illi sanguinei oculi:Tui qete ac
cum grauitate adspiciāt.Vox illi aspera,tibi mitis.Neq̄ em̄ sic in locis desertis Echo ĩ ipos
clamātes intempestiue infringitur:sicut in hominem iniustum & contumeliosum contume
lia reuertitur:Quin & minor Echo ipsa redditur:contumelia vero cū auctario redit. Nā si
inter litigantes forte conuicia dicunt:primus obscurum hominem & ex obscuro venientē

loco probrose vocat:alter Oecotribarū Oecotribam.Hic pauperem:alter medicū.Hic indo
ctum:alter attonitum appellat.Deniq; sic durant,donec conuicia sicuti sagittæ suppeditēt.
Quibus desinētibus omniq; cōtumelia p linguā cōsumpta,ad manus venit & pugnā.Ira er
go certamē excitat:certamē vero cōuiciū.Cōuiciū verbera:verbera demū vulnera:ex qbꝰ &
mortes sępe sequunt.Itaq; irā ab initio vt mali originē cōpescamꝰ,ac ex animo nostro totis Ira cōpe
viribus extirpemus.Sic em̄ plurima mala veluti radice quadā & principio hac animi ptur- scenda.
batione existēre facile exscindere poterimꝰ.Ille,maledixit:Tu benedicas.Verberauit,tu pate
re.Expuit,nihiliq; te existimauit:Tu cogita quēadmodum ex terra es & in terram reuerte-
ris.His nāq; modis atq; rationibꝰ te cōfirmās lōge leuiora q̄ re vera sint inuenies tibi aduer
sarii facta iurgiaq;.Sic etiā talionē illi secutiꝰ reddes,teq; citra sanguinē & pugnā vlciscens
cōtumelias ęquo animo ferendo,patientię quoq; palmā tibi parabis:dū alterius insaniā oc-
casionem philosophiæ,ac tuorū feceris meritorum.Quamobrem,si mihi credis,probra cō-
tumeliasq; minime curabis:te obscurū & inglorium voca,nulliusq; æstimationis, terrā tm̄
ac cinerē esse.Nec tu melior es patre nostro Abraam:qui se eadem fecit,ignarum,pauperem
ignobilem nominauit?Tu autem vermem te dicas,& e stercore te genus ducere,verba Da-
uid memorās.His etiam Mosis decus adde.Ille ab Aaron & Maria verbis peritus probrosis
non a deo se auertit:sed p eis orauit.Cuius tu dic mihi cupis esse discipulus:beatorum ne
hominū,& deo gratorum:an eorum qui spiritu referti sint maligno?Quando enim verbo-
rum iniuria tētaris,illud existima periculum de te fieri:an deo per patiētiam adhæreas,seu
per iram in aduersarii partes inclines.Da tempus cogitationibus ad optimam eligendi par-
tem opportunum.Nam e duobꝰ alterum proculdubio consequeris,aut inimicum tuæ man
suetudinis exemplo munitiorem reddes,vel certe si despexeris acrius cōtra illū vindicabis.
Quid enim aduersario durius esse potest,q̄ te animum gerere cōtumeliis omnibus altiorē?
Noli tuam pessundare mentem.Nec ab eo qui te conuiciis & omni iniuria petit,comprendi
patiare.Mitte illum frustra te adlatrare:In seipso disrumpi.Sicut em̄ ille qui minime sentiē
tem,aut curantē verberat seipsum lędit,& incommodo afficit,ꝙ nec inimicum plectere,nec
animam irāq; exsatiare se videat:sic & is qui contumelia in eum, qui nequaq̄ doleat vtitur
perturbati animi cōsolationem inuenire nullo modo poterit.Quin potius(quemadmodum
diximus)ardebit magis & animo æstuabit.Ex hac igitur conditione quale vterq; vestrū no
men adsequatur videamus.Hic contumeliosus:Tu magnanimus vocaberis.Hic iracundus
& durus:Tu longanimis & mitis.Hūc quādoq; pœnitebit horum quæ loquitur:Te nunq̄
benefacti,aut virtutis pœnitebit.Quid plura?Huic contumelia regnum cælorum clausit,ꝙ
cōtumeliosi regnum dei non consequentur:Tibi taciturnitas idem aperuit.Nam qui susti-
nebit vsq; in finem,hic saluus erit.Qui autem se vindicare,& par pari reddere,ac maledicē
ti resistere voluerit,quā quęso habebit excusationem?Quod primus ille fuerit,ac prouoca-
uerit?Sed qua venia dignū hoc?Non enim amicus in amicam q̄uis prouocantem, aut alli-
cientem peccati causam transferens,minꝰ in iudicio condemnabitur.Neq; em̄ victoriæ co-
rona sine aduersariis cōtra pugnantibus:neu cędes sine hostibus.Audis Dauid dicentē.Dū
cōsisteret peccator aduersus me non irritatus sum aut iratus,sed surdus factus & humilia
tus sum,& silui a bonis.Tu autem ad iracundiam ob paruam contumeliam concitaris:Imi
taris enim vt bonum.Ecce iam vitium quod reprendis ipse sustines ac patras. An in alienū
malū diligenter inspicis,tuum vero nequaq̄ cognoscis?Si malum est contumelia:eius imi-
tationem fuge.Non enim(vt supra narraui)incepisse alium,idcirco tuæ impotentię causa.
Quin tu iustius tacebis q̄ aduersarius abstineat,eo ꝙ ille exemplum sapientiæ priꝰ non vi-
dit:Tu vero cum iratū turpiter se mouentem & ridiculum & probrosum videris: eius ve-
stigia quęris imitari clamādo,succensendo,resistendo.Per ea enim quę facis,& aduersarior
& alienorū culpas leuiores reddis,& teipsum facile condemnas.Si enim malum est ira, cur
malum id non euitas?Si venia dignum:cur in iratum grauaris,ac succenses?Ex quo si secū
dus venisti ad irā,nihil te hoc iuuabit.Non enim in certaminibus palæstram prior puocās
sed qui superat,coronatur.Quamobrem non solum is qui facinus aliquod graue prior tēn
tauerit:sed qui eius fuerit exemplum imitarꝰ omnino mulctabitur.Si enim te pauperē ve-
re appellat,verum respuere nequaq̄ debes.Si mentitur,quid ad te dicti vanitas?Sicut em̄ ad
laudes tuas:si veritatē excedunt,efferri non debes:Ita etiā ad probra in te non vere iactata
minime dolere.Nōne vides quemadmodum sagittę si duriora offendant, resultant ac exci-

dunt:in mollibus vero & obœdiētib⁹ facile figuntur:ita & in cōtumeliis euenit, qui eis oc
currit ac resistere quærit,illas in sese recipit.Qui autem mansuetudine ac patientia armat⁹
ad eas excipiēdas se præparauerit,omino excutiet ac euitabit. Quid miser angeris pauperis
appellatione?Reminiscere quemadmodum nudus in mundum venisti:nudus etiam egredie
ris.Quid eni nudo pauperius?Nihil profecto graue audisti, nisi tu graue id facias aut pu-
res.Quis enim(inquam)ob paupertatem in carcerem ductus est?Nam egere nō turpe qui-
dem,aut aliquod probrum fuerit:sed paupertatē generose non ferre.Memor sis domini no-
stri Iesu Christi:qui quum diues esset,nostri gratia egere voluit.Si vero & stultus & indo-
ctus appellaberis,reminiscere eorum quæ iactata sunt ab Hebræis in veram sapientiam:Sa-
maritanus es,& dæmoniū habes.Si enim contra hæc maledicta irasceris,iam ea vera facis.
Quidnam est ira stultius?Si vero quietus & immobilis persistas, verecundiam maledicen-
ti magnam intulisti,quum in te prudentiam,modestiamq; ostenderis.Alapa seu pugillo cæ
sus es?Expuit aliquis in faciem?Eadem & dominus est passus.Nec enim ab expuentibus aut
cędentibus faciem auertit.Calumniā pateris,& tua laceratur vestis?Et a domino quoq; ve-
stis p vim extracta,& super eam missæ sortes.Nondū enim condemnatus es.Nondum cruci
adfixus.Multa tibi toleranda,vt ad eius imitationem peruenias.Talia igitur,& horū simi-
lia tibi succurrant:mentisq; tuæ impetū ac iram compescant.Similes namq; præparationes
& animi dispositiones,vt morsus cordis & impulsus facile delere,& animi cogitatiōes ī trā
quillum statum deducere fuerit.Hoc enim est quod Dauid ait.Parat⁹ sum,& non sum tur
batus.Oportet itaq; mot⁹ animi insanos ac præcipites exemplo sanctorum ac beatorū præ-
ceptorum memoria cohibere:quomodo magnus Dauid, & qua māsuetudine iniquitatē Se
mei tulit?Nō enim irę locum dedit.In deum causam transferens, quoniam dominus Semei
Dauid mandauit maledici Dauid.Quamobrem quum audiuisset se virum sanguinum & iniquum
patiētia. vocari minime succensuit,sed tolerando sese humilem reddidit,dignamq; sibi infligi contu
meliam putauit.Ex quo duo tibi ad custodiēdam animi constantiam toleranda.Primum ne
Irę anti- te reb⁹ magnis parem dignumve iudices. Deinde neminem valde infra tuam esse dignitatē
dotum. ac existimationem putabis.Sic enim animus nunq̄ ex iis quæ nobis ex aduerso inferūtur,in
dignabitur,aut magnopere dolebit.Graue profecto eum qui beneficium receperit pręterq̄q;
ingratus animo sit,etiam maledictis dantem petere.Graue inquam:Verūtamen hoc agenti
grauius est malum q̄ patienti.Ille maledicat:Tu autem minime mouearis.Gymnasium tibi
quoddam & exercitatio ad philosophiam verba illi⁹ sint. Si enim nihil moueris,integer es
animo ac sanus.Si vero aliquid animo pateris,saltem in te conde tristitiam. In me turbatū
est cor meum(inquit propheta)hoc est,non extra perturbationem animi ostendi,sed veluti
quādam intra littus abruptam vndam retinui.Sedabis itaq; mentem latrantem & exacerba
tam.Tecum in tui cordis recessu,rationis tribunal verebere:queādmodum pueri immode-
Irę reme stum aliquid agentes,viri venerabilis præsentiam vereri solent.Quomodo igitur iræ incō-
dium. moda fugiamus?Si eam nullo modo mētem rationemve occupare sinamus. Quamobrem si
forte in cogitationem veniat aut cadat,eam ita retineamus:vt equum iugalem nobis ratio
ne vt freno quodā obtemperātem,ac ordinem proprium nequaq̄ excedentem,& in via īgre
Irę offi- dientē,qua a mētis recto cōsilio dirigit.Est enim pars animi irascibilis nobis ad multa virtu-
ciosę vti tis opera necessaria.Quādo veluti miles quidam apud Ducem arma sumens,paratus est ei⁹
litas. iussu auxilium præbere: sic iracundia rationi adiutrix contra peccatum fuerit . Neruus est
animæ quidā indignatio,fortitudinem,constantiamq;,ac robur ad res bene & ordine agen-
das pbens:quæ animam forte voluptate delinitam ac lasciuientem,veluti ferro quodam co
Aeque hibens austeriorē fortioremq; ex molli ac remissa reddit. Nec eni si cōtra iniquitatem desit
irā in vi- indignatio & ira,satis eam odio quo decet persequi poteris.Quamobrem sic existimo:æque
tium,ac circa virtutis studiū habere charitatem,atq; aduersus vitium odium retinere oportere.Ad
amorē in quod maxime vtilis indignatio:quoniā veluti canis pastori,sic ira rationi obœdiēs mitis q;
virtutē dē,ac māsueta iuuātibus eam,& a ratione reuocabilis erit. Nam canis ad vocem & adspe-
habere ctum alienum toruus & agrestis,si auxilium & curam prestari sibi videat,ipsum iuuātē, do
oportet. mesticumq; timere admodum ac vereri videtur.Ira similiter optima & æqua animę pruden
tiæ adsistit,auxiliumq; ad virtutis opera ex parte irascibili suppeditat. Insuper cum insidio-
sis non facile conciliatur , aut consuetudinem habet . Nullam deniq; beneuolentiam er-
ga ea quę nocent,retinet:sed aduersus voluptatem insidiantem,veluti lupum quendam ad

latrare continuo videt. Sic itaq ex ira viris prudentibus vtilitas capitur. Sed & aliarũ potestatum qualibet ex modo ea vtentis & eam possidentis bona vel mala dicetur. Vt animæ concupiscibilis parte siquis in corporis voluptatem,& impurissimas actiones abutetur,abominabilis pfecto & nefarius fuerit. Siquis vero illã in Dei ac domini nostri Iesu Christi charitatem & cælestium bonorum desiderium cõuertet,felix ac beat⁹. Similiter & de pte rationali dicendum. Si recte hãc tractabimus,prudentium erit & bene institutorum. Si vero contra,mentis ac rationis acumine proximis incommodũ pariat,vafer & astutus, & malignus iure dicetur. Quãobrem fratres dilectissimi,nolite obsecro ea quæ a summo deo, & omniũ auctore ad salutem concessa sunt,occasionem peccatorũ facere. Sic itaq ira quãdo oportet, & vt oportet ex ratione dispensata fortitudinem patientiamq,ac cõstãtiam parit. Preter vero rectam rationem tractata,furor & insania efficit. Idcirco nos Psalm⁹ admonet. Irascimini,& nolite peccare. Ipse namq Dominus in Euangelio illum qui paululum fratri irat⁹ fuerit,reum iudicii facit: Illum vero qui ad ea quę oportet ira vtitur,minime condemnat. Dicitur namq,Ponam inimicitiam inter te & serpentem,& rursus. Irascimini Madianitis. Docentis verba sunt,vt ira veluti armis vtamur: Ideo Moses omnium hominũ mãsuetissimus vituli idololatriam damnans,leuitarum manus in cædem fratrum armauit. Vnusquisq̃ irati exẽplum. iquit vestrũ gladium ad latus teneat,& transite a porta in portam,& flectite per circuitum & suum quisq fratrem interimat,& quilibet pximum suum ac propinquum suum. Et paulopost ait Moses. Vestras hodie manus deo cõsecrastis qlibet in filio suo & fratre suo, vt detur vobis benedictio. Quid Phinees iustum reddidit? Nonne iusta contra fornicantes ira? q alioq mitis ac mãsuetus existens postq̃ stuprum Zambri & scorti Madianitis palam in populo vidit,adeoq impudẽter admissum,vt nec tam turpe spectaculum occultari vellet: Minime tam indignũ facinus passus ira vsus officiosa protinus vtrũq trucidauit. Samuel autem Agab regem Amalech a Saule contra mandatum domini seruatum,nonne iusta ira in medium trahens vocauit. Sic itaq fit ira sæpenumero bonarum actionum ministra. Helias vero Zelotes quinquaginta supra quadringentos viros sacrorum nemoq comedentes mẽsam Iezabel iusta sapientiq indignatione in totius Israel vtilitatẽ,vt morte mulctarent esse cit. Tu autem fratri tuo sine causa irasceris. Quomodo enim non sine causa? Quum sit alius q instigat dęmon,& alius qui instigatur homo cui tu maledicis: simile quoddã canibus admittens: qui saxa mordere solent,quando iactantes attingere nõ valẽt. Instigatus enim ac ĩcitatus misericordia pfecto dignus est: Qui vero incitat,odio maximo insectãd⁹. In hũc igitur iram transfer hominum interfectorem: mendacii patrem: peccati ministrum. Fratrẽ vero in te peccãtem miserabere: æquoq feres animo,eius tecum periculum meditans. Vt si in peccato vsq in extremũ duret cum ipso dæmone æterno tradetur igni. Sicut enim differentia nomina indignationis & iræ,sic & ab ipsis significãtia plurimum inuicem differunt. Est eñi indignatio,stimulus quidam breuis ac subitus acutusq perturbationis vapor. Ira vero pemanens ac diuturna tristitia,aptaq sese ociose vlcisci,veluti libido quędam se vindicandi. Animaduertere itaq opus queãdmodum vtroq modo & adfectu homines delinquunt, vel furore subito cõtra irritantes commoti,vel per dolos & insidias: a quibus patiuntur iniuriam circũuenientes,quæ ambo nobis omnino cauẽda. Quomodo autem ob hanc animi perturbationẽ in ea quæ minime deceat non incidemus? Quomodo inquis? Si te demissum humilemq omino gerere poteris: vt edoctus fueris,quod dominus Iesus & verbo præcepit & re ostendit inquiens. Qui voluerit inter vos primus esse,sit omnium postremus. Itẽ pulsatus ęquo animo ac mansueto cædentem tulit. Rector enim cæli terręq dominus ab omni creatura rationis participi cultus: omnia ferens spiritu virtutis suæ vulnerantem illum nõ protinus vt poterat,ac fas erat,ad ĩfernum impiis paratum demisit: verum humili ac miti respõsõ facile docuit,quales esse oportuit lacessitos. Si male locut⁹ sum (inquit) testimoniũ perhibe de malo: si autem bene,cur me cędis? Si enim ex dominico pręcepto omniũ vltimus esse adsueueris,quonammodo maledictis præter dignitatẽ prouocat⁹ ægre ferre,aut respõdere poteris? Nã si paruus puer verbis te contumeliosis peteret: occasionem tibi potius ridẽdi daret. Q; si phrenesi captus,& sensu excidens verba vitæ incomposita & stulta,minimeq vera dicat,misericordia potius q̃ odio dignus erit. Non igit verba sunt apta tristitiã mouere: sed nihil omnino respõdere: maledicentem aduersarium spernere. Q; si horum alterum in tuo maneat animo,strepitum quidem patieris: præsertim si in iis quę patienda tibi

Mosis irati exẽplum.

Phinees zelus.

Samuel.

Heliæ.

Similitudo.

Aduersus diabolũ nõ in fratrẽ irascẽdũ.

Differentia inter indignationẽ & iram.

sunt reclamaueris. Quamobrem irã omnino sedabis: indignationem, vt iræ fontem atq; originem a cęlo supra omnem hominum iniustitiam reiectę, omnino vitabis. Si enim animo sapienti amaram indignationis radicem extirpare poteris, multa cum hoc principio perturbationum semina facile extingues. Nã & dolus & suspitio, & infidelitas, & malignitas, & insidię, & audacia, & omnia his similia huius vitii germina sunt atq; appendices. Itaq; fratres amatissimi ne obsecro tantum in nobis malum aggeramus: animę morbum: rationis tenebras: a deo alienationem: malorum omnium promptarium: dæmonẽ pessimũ nostris animis insidiantem: incolam fera quauis impudentiorem, nostra interiora possidẽtem: deniq; sancti spiritus iter ad nos impedientem. Hinc inimicitiæ, cõtentiones, indignationes, sectæ, nostris quidem animabus perpetuos parituræ tumult⁹ oriũtur. Quamobrem beati Pauli monitis obtemperantes, omnem a nobis indignationem, ac clamorem cum reliquo vitio abiiciamus, ac inuicem boni & misericordes existamus: expectantes beatam spem mansuetis omnibus promissam, quando beati sunt mites & terram possidebũt: In Christo Iesu domino nostro: Cui gloria & imperium in æterna secula. Amen.

¶SERMO IN VERBA ILLA MOSEOS: ATTENDE TIBIIPSI: VBI MVLTA PRAECLARA ENARRANTVR SVPER HIS QVAE PER COGITATIONEM ADMITTVNTVR.

πρόσεχε σεαυτῷ. Simile fere illud: Nosce te ipsum. Chilonis dictũ



Rationis vsum cõditor omnium Deus nobis mira prouidẽtia proposuit, vt quando cordium consilia inter nos cęlaremus, per ea quæ natura sunt communia proximo impertiremus, ac velut ex promptario quodam cordis secretorum nostras cogitationes palam faceremus. Si enim nuda viueremus anima, statim per intelligentias inuicẽ congredientes appareremus. Quoniam vero carnis operimento anima obducta sensus minime manifestos in cordis recessu constitutos retinet: ad eos manifestandos, & verbis indiget, & nominibus. Postq̃ itaq; nostra cogitatio quandoq; vocem accipit indicatiuam & oratione veluti porthmo quodam aerem pertranseunte ex ore loquentis ad audientem peruenit, si tranquillam & altam reperiat quietem: quemadmodum in portibus securis, ac procul a tempestatibus, in auribus discentium sermo tuto requiescit, recteq; dirigitur. Si vero veluti procella quædam aspera tumultus audientibus contra spiret, in aere medio dissoluta naufragium faciet. Nunc igitur fratres rem tranquillam per silentium facite. Aliquid enim fortasse ad cõmeatus faciendos vtile apparebit. Velox est admodum veritatis sermo, autes minime attẽdentium facile fugiens: præsertim quum sancti spirit⁹ breui discursu, ac verborum paucitate multa complectatur ac manifestet: q̃ breuitas memoriæ fit accommoda, longeq; facilior. Enimuero orationis virtus, nec breuitatis obscuritate sensum occultare: Neq; rursus ita superflua & vana esse debet, vt in rebus laxa profluat, aut dormitet. Qualis igitur sit nobis nuper ex Mosis libris sermo recitatus non omnino meministis, vel studiosius si aures mihi parumper præbeatis attentas. Habet enim sic lectio. Attende tibiipsi, ne videlicet in tuo corde verbum occultum flagitium fit. Faciles namq; nos homines ad peccata, quæ tm̃ cogitatione admittuntur, sumus. Quamobrem ille omnium conditor: qui corda singulorum finxit: animaduertens nos plurimum per quandam sensus inquietem peccare, puritatem primam, & iustitiam in parte animæ rationali tanq̃ rectrice & gubernatrice quadã collocauit. Nam quo facilius ac promptius ad delinquendum proni sumus, tanto maiori custodiæ diligentia nobis opus erat. Quemadmodum ad corpora debiliora in sanitate conseruanda prouidentissimi medici quibusdam ante remediis morbis occurrendo vti solent: Sic & ille animarum nostrarum verus curator, quum nos ad peccata pronos, ac lubricos in vitia conspiceret: præcipuis nos custodiis muniit ac circunsepsit. Nam actiones quæ corpore fiunt, tempus quidem simulq; opportunitatem & labores & laborum socios, & adiumenta reliqua exposcunt. Mentis vero cogitationumq; motus, citra tempus vllum fiunt: citra laborem absoluuntur: citra negocium aliquod consistunt: omne tempus opportunum habent. Nam aliquis quidem inuenietur qui extrinsecus grauitatem, modestiamq; apud omnium oculos profitebitur: & in medio illorum sæpe consistet qui eum beatum ob virtutem ferunt ac prædicant. In recessu autem cordis in varia peccatorum genera subito ac inuisibili mentis impetu transcurret. Qui enim phantasiæ studio mouetur, quendam congressum indecentem informat, & in occulta cordis officina ociosam in seipso volupta-

Orationis virt⁹

Cogitando facile peccam⁹

rem imaginans, peccatũ externis testibus carens, ac omnibus quidem ignotum admittit: donec ille veniat qui reuelabit occulta tenebrarum, & manifestabit cõsilia cordium. Caue igit̃ ne verbum in tuo corde scelus fiat occultum. Qui enim mulierem ad concupiscendũ viderit, iam mœchatus est in corde suo. Idcirco corporis actiones a multis reiiciuntur atq; incidunt. At is qui mentis proposito cogitationis velocitate procauerit, in perfectũ iam & absolutum peccatũ inciderit. Vbi igit̃ casus velox ac periculosus, velox etiã datur custodia, adiuuatq; ac testimoniũ reddit, ne verbum occultũ fiat in corde flagitium: sed & continuo ad ipsum propositæ orationis principium recurramus. Attende inquit tibiipsi. Quodlibet em̃ animal ex Deo omniũ auctore ꝓpriam vim, propriaq; arma ad naturę proprię conseruationem habet. Inueniesq; facile (si quęres diligenter) multa bruta sine arte, aut pręceptione vlla aduersus nocẽtia defensionem quãdam habere, rursusq; ad ea quę sibi prodesse vidẽt voluptate quadã sponte ferri. Quamobrem nos erudiens Deus magnum hoc nobis præceptũ dedit: vt quod illis ex natura, hoc nobis rationis auxilio proueniat: & quod in animalib⁹ rationis expertibus citra doctorem & artem, hoc nobis per attentionem & diligentiam, & continuũ rationis imperiũ accedat: vtq; horum quę audita sunt nobis custodes simus diligentes, & peccatũ quidẽ quemadmodum bruta venena in cibis noxia deuitant, fugiamus. Iustitiam quoq;, velut illa salubres pascendo herbas cõsectantur, omni studio prosequamur. Attende igitur tibiipsi vt noxiũ a salubri discernere valeas. Nã duplex quidem attentio noscitur. Primũ oculis corporeis visibilia diligẽter circũspicere: Deinde mentis inuisibilia contẽplatione ac virtute lustrare. Si em̃ præceptum hoc in corporaliũ luminum actione positũ dicamus, statim falsum ac nullo modo fieri posse deprẽdetur. Quonam modo? Quis enim sese oculis totũ circũspiciat? Oculus in primis inspicere se nequaq̃ potest, non caput, non aures, non ora, non humeros, non deniq; viscera. Impiũ ergo qm̃ ẽ dicere spũs pręcepta seruari nõ posse: Reliquum est vt ꝓceptum hoc secundũ mentem rationemq; intelligatur. Attende tibiipsi: hoc est vndiq; teipsum considera, cordis oculum vigilantem cõtinuo ad tuiipsius custodiam retine. Inter medios laqueos agitas. Occulti ab inimico laquei vbiq; parantur. Cuncta itaq; lustrabis vt serueris: quemadmodũ caprea ex laqueo, & auis ex ĩsidiis. Caprea nãq; indeprẽsa est laqueo: vnde item cognomen accepit Dorcas, ꝗ acute videat: Auis vero pennæ leuitate quando volauerit altior aucupum insidiis eripitur. Vide igit̃ ne animalib⁹ his ratione carẽtibus deterior ad tui custodiã appareas. Ne laqueis deprẽsus diaboli præda sub eius potestatem redactus efficiatis. Attẽde ergo tibiipsi: hoc est nõ tuis, aut iis quę sunt circa te: sed tibiipsi soli attende. Aliud enim nos ipsi sumus: Aliud nostra, Aliud deniq; quę circa non existunt. Nos enim anima mensq; sum⁹: per quam ad ipsius conditoris imaginẽ geniti sumus. Nostra sunt corpus ac sensus oẽs. Circa nos sunt pecunia, artes, & reliqui vitæ apparatus. Quid ergo inquit ratio? Ne corpori: ne sanguini attende: neq; huius cõmoda om̃i studio prosequere, sanitatem, formam, oblectationes varias, vitę longitudinẽ: neu etiã pecuniam, gloriam, potentiam, admirere: neq; quantãcunq; vitam tibi felicem cõmoda subministrãnt. Neu hæc magna existimans, ac circa horũ studium occupat⁹, vitę partem meliorem negligas. Sed attende tibiipsi: hoc est animæ tuæ: hãc tu ornabis, hanc curabis: vt omne qđ est per iniquitatem contra illam admissum: omnem ei contaminationem inductam per attẽtionem & diligentiam curare: omnem vitii notam d[illegible]ere: deniq; an eam virtutis pulchritudine ornare, clarãq; reddere valeas. Perscrutare teipsum quisnam es. Nosce naturam ꝓpriã ꝗ mortalis quidẽ corpore, immortalis vero anima. & ꝗ nobis vita duplex. Vna quidẽ carnis propria velociter desitura: altera vero animę consanguinea nullũ habens finem. Attẽde itaq; tibiipsi, ne mortalibus vt sempiternis incũbas: neve sempiterna, vt cito trãsitura despicias. Sperne inquam carnem. Cito nãq; hęc præterit. Animã cura, rem immortalem. Tibi ꝓsideas omni diligentia, vt horũ vtriq; quod deceat recte dispensare, ac distribuere scias. Carni qdẽ cibos & vestes: Animę vero pietatis dogmata, ieiuniũ, virtutis exercitationem: ꝑturbationũ correctionem. Neq; plus æquo corpus saginare, neq; circa carnis curam nimiũ studere velis: quoniam caro aduersus spiritũ, & spiritus aduersus carnem concupiscit. Hęc em̃ inter se cõtinuo aduersantur. Vnde ne carnem exaugens, ac molliter tractans, nimiam peiori potentiam tribuas. Quemadmodum in libra cõtingit, vt si alteram pessundes lancem: alteram ex aduerso leuiorem constituas. Sic & corpori & animę solet euenire alterius põdus excedẽs: leuius necessario reddit alteri⁹. Corpore nãq; se molliter habẽte, ac sagina abdomi-

Attẽtio duplex.

Dorcas hoc ẽ caprea ꝗ acute videat. ἀπὸ τοῦ ὀξὺ δέρκειν.

Nos: Nostra: Circa nos.

Vita duplex.

neq̃ ꝑgraui, necesse, vt mens eneruis ac debilis ad proprias actiones existat. Cõtra vero, anima bene habens, & ob cælestium meditationem, bonarũq; actionum exercitationem ad propriæ magnitudinis sublimitatem euecta, facit ne corporis habitudo tabescat. Idem quoq; ꝑceptum & debilibus vtile, & valentibus adcommodatum. In morbis nãq; laborãtibus medici se omnino fideles diligẽtesq; esse, ac in re nulla quæ ad curam pertineat eis defuturos pollicentur. Similiter & huiuscemodi pręcepti sermo nostrarum medic⁹ animarũ per hoc auxiliũ iuuare contendit. Attende tibiipsi, vt pro admissi ꝓportione auxilium ex tali cura suscipias. Magnũ ac durũ peccatũ: confessio, lachrymæ, cõtinua vigilia: adsiduũ ieiuniũ delebũt. Deniq; leuiorem longe ac tolerabiliorem hanc sarcinam pœnitentia reddet. Solum attende tibiipsi, vt plane morbum, ægritudinemq; mentis cognoscas. Plures nãq; ob inconsiderantiam vehementer ægrotantes, ne hoc quidẽ sciunt q̃ ægrotant. Magna profecto ex hoc verbo vtilitas non solum male habentibus, sed etiam valentibus, prouenit. Nam & hos a morbo liberat, & illos omnino perficit. Quilibet enim nostrũ ad alios iuuandos ex gratia sibi data per euangelium est edoctus: quũ in ecclesia velut in magna domo vasa non solum aurea & argẽtea, sed lignea & testacea, & omnis generis artes existãt. Habet nãq; domus quæ ecclesia dei viuẽtis ẽ, venatores, viatores, architectos, ædificatores, agricolas, pastores, athletas, milites. Omnibus his coaptatur ac quadrat hoc breue verbum, cuilibet & agendi diligẽtiã & eligẽdi studium tribuens. Venator emissus a domino dicente. Ecce ego mitto multos venatores & venabuntur supra omnem montem. Attende itaq; diligẽter ne te venatio fugiat vt verbo veritatis eos q̃ vitio tenentur comprendas. Viator es similiter optãti vestigia mea dirige. Attende tibiipsi ne extra semitam, nec dextra neu ablęua deflectas: via regia ingredere. Architectus securum fidei fundamentum iaciat, quod est Iesus Christus. Aedificator respiciat quomodo ædificet non ligna, non ferrũ, non stipulam, sed aurum, argentũ, lapides preciosos. Pastor attende ne te quę sunt officii tui pastoralis prętereãt. Hęc autẽ sunt: Errãtem a via veritatis, conuerte: corruẽtem luge: ægrum sana. Agricola, infructuosam ficũ circumfode, ac iis quę sint ad fructus generationem ac fœcunditatem, circũda. Miles simul cũ euangelio labores subi, pulchram exerce militiã: Contra nequitię spiritus: contra carnis adfectus corripe omnem dei armaturã: Nõ te aliis vitæ negotiis, vt huius exercitus Duci placeas, implicabis. Athleta demũ attende tibiipsi, ne legem aliquam, quæ ad certandum pertineat prętereas. Nemo em̃ coronatur, nisi qui legitime certauerit. Imitare Paulum & cursu, & pugilatu & palęstra certantẽ. Et ipse vt bonus pugil oculos animę cõtinuo vigilantes habe. Quæ in te vitalia sunt manuũ propugnaculo ac obiice munias atq; defendas. Oculos aduersus inimicos immobiles getas: nequaq̃ conniueas. In cursu autem inter primos cõtẽde: Sic curre vt comprẽdas. In palæstra etiã cum inuisibilib⁹ spiritibus & potestatibus pugna. Talẽ igitur in vita te ratio præceptionis huius iubet esse non desidem, neu dormitantẽ, sed sobrie ac vigilanter tibiipsi præsidentem atq; imperãtem. Deficiet me dies enarrantẽ si eos qui in agro laborant dominico per disciplinã aliis traditam, ac demum omnis ad quos huiuscemodi præceptio verbi pertinet, persequi velim. Attende inquam tibiipsi. Tibi consule. Sobrius pręsentium custos: futurorum prouidus esto, ne præsens ob desidiam proiicias, ac non adhuc existentium, nec futurarũ, tanq̃ in manib⁹ essent rerum voluptatem capias. An non natura hæc ægritudo est iuuenibus, leuitate sententiæ habere iã putare sperata? Quãdo solitũdinis & quietis nocturnę occasionẽ capiunt: phantasias varias sine fundamẽto sub iectoq; aliquo sibi fingunt. Cogitationis facilitate ac velocitate omnia lustrãt vitæ commoda peruagantes Nuptias illustres, summas disciplinas, honores vndecunq; ꝓueniẽtes. Deinde ne his etiam cõtenti, ad vlteriora ac maiora mente procedentes, tumescunt, domos pulchras ac magnas, magnisq; refertas opibus possident. Terram circũdant quantam cogitationis vanitas eos possidere permittit. Inde vero agriculturę copiam & vbertatẽ includũt. Addunt prǽterea greges, pascua, seruos innumerabiles, ciuitatum principatus, imperia gẽriũ: exercitus, bella, tropęa, regnum ipsum vanis animi discursibus ineũt. Quib⁹ ob mẽtis stultitiam ita frui videntur, ac si manibus & ante pedes tenerent. Propria hæc est ægritudo desidiosæ ignauæq; animę vigilanti corpore somnia videre. Hanc itaq; mentis dissolutionẽ & cogitationum tumultum corripiens, ac veluti freno quodã mẽtis instabilitatem cohibẽs, hoc tibi magnum ac sapiẽtissimum propone pręceptum. Attende tibiipsi: nec ea quæ nullo modo subsistunt: sed quæ tm̃ præsentem fructum sint adlatura animo tibi obuoluantur. Potest

Aegrotari se nescientes.

Habet ecclesia dei venatores, viatores, ædificatores, architectos, agricolas, pastores, athletas, milites.

Nota de mẽtis & cogitationũ inani discursu.

Inſuper ad curioſos,& eos qui ſe minime cognoſcũt hoc transferri verbum.Exiſtimo nãq;
Moſem legiſlatorem ab hac vitii conſuetudine auertere homines cupiẽtem hoc præceptũ
ſubdidiſſe . Quoniam facile eſt cuiq; aliena curioſius indagare magis q̃ propria veſtigare.
Vt igitur hoc nõ patiamur: deſine,inquit,aliena mala ſuperuacue curare neu dabis operã
curioſius morbũ veſtigare alienũ:ſed attende tibiipſi.Multi nãq; ex domini ſententia feſtũ
cam in oculo fratris norũt:trabem vero in proprio non vident.Igitur ſi tua vita pręceptis
obtẽperet teipſum conſiderabis:neq; aliena extrinſecus percurres,vt proximi aliquid reprẽ
dendum reperire valeas:quemadmodũ Phariſęus ille iactator:qui ſeſe iuſtificans,ac publi
canũ cõtemnens:immo ſeipſum damnans.Non deliquiſti? Nonne concupiſcendo quandoq;
aut linguę tranſcurſu mentem fœde pręuenientis peccaſti ? Aut opera manuũ aliquid tibi
contra volũtatem,pręterq; votũ elapſum? Deniq; ſi re diligenter inſpexeris,pluribus te pec
catis obnoxiũ,& omnino hominem eſſe repeties.Dic itaq; Publicani verba. Domine propi
tius eſto mihi peccatori. Attende igitur tibiipſi.Hoc enim verbum & claritatem in rerum
proſperitate,& in omni vita vtilitatẽ magnopere adferet,velut quidã conſiliarius rerũ hu
manarum memoriam continuo ſuggerens.Et profecto a rebus circũſtantibus pro tempore
oppreſſus ſi recte hoc verbum corde retineatur,nec in iactãtiam, aut inanem gloriam ſeſe
tollet:nec rurſus ob deſperationẽ ad ignauiã & ignobilitatem ſe demittet. Ob diuitias tu-
mes? ob maiores elatus,aut patria ſeu fama,vel honoribus ſuſceptis ſuperbis? Attende tibi
ipſi,ꝙ mortalis es,ꝙ terra es,& in terrã ocyus reuerteris . Illos parũper inſpice q in ſimili
tumore, ac ſupbia fuere: vbinã ſunt q ciuiles iactabãt factiones,illi oratores,illi populares.
Vbi panegyrica & encomia celebrantes,clariſſimi equorũ nutritores,Duces,Satrapę, Ty-
rãni:Nõne in via cinis? nõne eoꝝ memoria in paucis oſſibus? Reſpice ſepulcra ſi diſcernere
vales quis ſeruus,quis dominus,quis pauper,quis diues,diſcerne inquã eũ qui in cuſtodia
vinctus retinebatur a rege,fortẽ a debili,formoſum a turpi. Igitur naturæ memor tuæ ne
ſuperbia efferaris reminiſcere tui.Rurſus aũt ſi malo es genere & ignobili : pauper ex pau-
peribus natus,ſine domo,ſine ciuitate,debilis cottidianũ quęritans victũ,potentes metuẽs,
omnes deniq; ob humilitatem ſuſpectos habens,ꝙ pauper minis non reſiſtat: noli propter
ea deſperate,noli animũ deſpondere:nec quod nihil optatum adſequaris omnem prorſus
ſpem abiicere. Animũ parumper in eorum reuoca meditationem : quæ ex Deo tibi in hac
vita tributa ſunt bona:eorum item quæ in futura promittuntur.Primũ quidem homo es
ſolus inter animalia a Deo factus.An nõ ſatis hoc erit ſiqs recte cogitat,ad rerũ cęleſtium
amorẽ ex dei manibus:reliqua nõ manu,ſed verbo tm̃ creantis prodiiſſe. Ad ipſius deinde
imaginem eſſe factum, poſſeq; per vitæ rectitudinem & iuſtitiam ad æquũ cum angelis ho
norem peruenire? Donatus inſuper ratione ac intelligentia per quã Deum cognoſcis: rerũ
naturam deprendis:ſapientię dulciſſimũ carpis fructum.Deinde omnia animalia terreſtria
domeſtica ſimul & ſylueſtria,ac omnia in aquis viuentia:Omnia deniq; in aere volitantia:
ſunt tibi ſubiecta:Nõne vides vt artes vniuerſę,ciuitates cõditę,& quęcũq; alia neceſſaria
tuę ſeruiũt cõmoditati? Nõne iter tibi per mare rationis munere:vnde & victus tibi ſuppe
ditatur? Nonne aer & cęlum & aſtrorum curſus tibi ſuũ ordinem oſtendunt? Cur ergo an
guſto es animo? ꝙ argenteo freno vti nequeas? ꝙ auream lampada non habes: at ſolem lu-
nãq; habes,ſuas lampadas velociſſimo curſu cõmunicantes.Non veheris aureis curribus?
At pedes habes propriũ vehiculũ ac tecũ genitũ . Cur inuides iis qui ſe alio transferendo
alienis indigent pedibus? Non dormis in cubilibus eburneis : ſed habes humũ ebore omni
precioſiorẽ,ſuper quã a curis ſolutus dulcem captas requiẽ. Nõ iaces ſub cameris tholiſq;
aureis:ſed cęlũ habes inenarrabili aſtrorũ pulchritudine ſupra te coruſcans. Hæc quidem
humana:ſed propter te maiora in hominibus ſpiritus ſancti virtute oſtenduntur . Mortis
interitus,reſurrectionis ſpes,pręcepta diuina, quę tuã perficiunt animã ac beatã reddunt,
Iter ad deum, ob eadem mandata regnum cælorum monſtratum, corona iuſtitiæ parata,
labores ob virtutem non inanes adſumpti.Si ergo tibiipſi attẽderis, hęc & maiora circa te
inuenies,& pręſentibus quidẽ bonis honeſte fueris,& in rebus neceſſariis anguſto non eris
animo. Hoc enim vnũ ante oculos continuo præceptum magnum pręſtabit adiumentum:
Verbi gratia,ſi ira,indignatioq; ſuperauit,teq; ad inhoneſta verba & actiones minime lau-
dãdas plane deduxerũt:ſi profecto tibiipſi attẽderis qualiſue ſis conſiderabis: proculdubio
mentis tuę tenebras ac tumultus expelles: & ex impetu animũ præcipitantẽ,& equũ indo-

Meditatio pulcherrima qua pauperes ac miſeri ad ſe cõſolãdum vtũtur.

Pauperũ bona.

mitum, nec freno audientem rationis tm̃ verbere, veluti flagello reuocabis. linguā insuper facile continebis: manus vero in prouocantem atq; irritantem minime extendes. Rursus si œstrum cōcupiscētię te ad intemperantiam, & indomitos animi impetus deducat: si tibiipsi attenderis & memineris, quemadmodū hoc tibi dulce ad breue tempus, exitum tibi amarū præbebit: & inhęrens nunc voluptati corporis gargalismus, hic vermem quandoq; pariet venenatū, nos in gehenna perpetuo cruciantē, & carnis incendiū pater ignis perpetuo fiet: Statim abs te voluptates vt exules fugiēt, recū admirabilis quędā animi tranqllitas quiesq; fuerit. haud aliter q̃ si per alicuius heræ pudicę, ac venerabilis aduentū: ancillarū lasciuia, & tumultus statim sedetur. Attende ergo tibiipsi, & nosce futurū, q; vna quidem pars animæ rationis particeps, altera ratione carens & perturbationibus obnoxia. Primæ item natura impetiū dat: alteri rationi obtemperare mandatur. Ne igitur vt mens in harū perturbationū seruitutem redigatur, neu item vt perturbationes & adfectus aduersus rationē insurgant, ac in seipsas vim animæ conuertant, vllo modo permitte. Omnino autē tuiipsius

Nosse se ipm via est ad deum pueniēdi.

notitia diligens, idoneū iter tibi ad Deū perueniēdi, ac bene cogitādi prębebit. Si enimtibi ipsi attenderis nihil præparationis aut adhortationis verborum ad auctorem, cōditorēq; omniū imitandū indigebis: sed in teipso tāq̃ in orbe paruo magnam illius sapientiam contemplaberis. Incorporeū nosce ante omnia Deū ex anima tua incorporea tibi inexistēte: nō loco circūscriptū, quoniam neq; mens tua in loco mansionem habet, q̃uis ob corporis con

Aīa humana.

iūctionē in loco maneat: Inuisibilem esse Deum crede tuiipsius animam cognoscens, quādo & ipsa corporeis oculis deprehēdi non potest. Non enim aut colore obducitur, aut figura circunscribitur, aut charactere aliquo corporeo comprenditur: sed tm̃ ex actibus & gestis cognoscit. Ne ergo in deo p oculos notitiā quęras: sed tm̃ mente: Per fidē degustatur, non videtur: Intellectu, nō sensu deprēditur. Quid nō est: nō quid est altissima causa cognoscit.

Breuis discursus ac cōsideratio toti⁹ hominis naturę.

Admirare obsecro aliquantulū artificem quonam modo animę tuę virtutem corpori colligauit, vt ad extrema vsq; ipsius distributa plurima distātia membra in vnā continuitatem & vnū spiritū regat. Considera item quæ vtriusq; sors, quæ animę pręmia ex corpore, quæ item corporis ex anima. Quemadmondū hoc quidem ex anima vitam recipit: Anima vero ex corpore dolores, perturbationūq; recessus habet. Cur notitiam rerum primo captarum additio subsequentiū nō obumbrat: sed validę ac distinctę rerū memoriæ in animæ principatu, velut in columna quadā ferrea conscriptæ custodiūtur. Quomodo insuper in carnis lubricę adfectus incurrēs propriū amittat decus: quomodo rursus a vitii turpitudine purgata, per virtutē ad conditoris similitudinē reuertatur. Attende si tibi videtur post animę

Homo erectus.

cōtēplationē corporis præparationē ac mirare, quemadmodū decus ipsum principale, atq; instructiuū animæ rationis participi Aristoteles concessit. Rectus ex omnibus animalibus es creatus, vt plane ex hac figura videas, quemadmodum ex genere cęlesti est anima tua. Genus autē quadrupedū in terrā adspicit, & ventri tm̃ indulget. Homini autem in cęlum adspectus, vt nec Veneri, nec eius vitiis vacet: sed ad supernū iter tota cupiditate feratur.

Sēsuum in capite officia ac situs.

Deinde caput in supremo positum vertice plures habet in eo præcellentes sensus, visum, auditum, gustum, olfactum, omneis sane inter se propinquos, nihil quolibet vicinū in actu impediente. Oculi in primis altissimam quidem speculam comprendunt; vt nihil partium corporis eos attingat, aut impediat: sed vna tm̃ aliorū additione in parte superiore cōsidētium in rectū extendantur. Auditus vero nō in recto consistit. In obliquo loco ac inuolucri recessu sonū ex aere deprendit: & hoc quidē sapiētissime, vt vox facilis, ac sine impedimēto pertranseat, quæ in locis curuis melius respondere solet, nihilq; extraneū eius fluxum atq; recursum impediat. Disce insuper linguæ naturam, quemadmodum ad vocis organa sit

Dentiū.

vertibilis, & vsui sermonis omni motus varietate suppeditans. Dentes quoq; considera. quemadmodum vocis organa sunt: linguæq; tutelam præstant: nutritionisq; ministri partim cibum frangentes, partim conterentes, & congruo quodam motu omnia procidentes. Nosce item, vt tractus aeris per calidum pulmonem cordis custodiam facit, organum digestionis, sanguinis venas ac vias tuetur Et per hæc omnia inuestigabilē conditoris tui sapientiam meditare, vt simul cum Propheta dicas. Mirabilis facta est scientia tua ex me. Attende itaq; tibiipsi, vt Deo & Domino nostro Iesu Christo simul attēdas: Cui gloria & imperium in æterna secula. Amen.

Q; DEVS NON EST AVCTOR MALORVM.



Lutes doctrinæ modi per Psalmorum conditorem Dauid sacro eum com mutante spiritu nobis innotuerūt:qui animi perturbationes interdū narrans, & quemadmodum ea quæ euenerunt generose tulerit, ipsius exemplo patientiæ nobis præceptum clarissimū reliquit, vt quando ait. Quid multiplicati sunt,qui tribulant me Domine? Quandoq; vero Dei bonitatem,& eius auxilii velocitatem: q vere ipsum inquirentibus præbet ostēdit dicens. Quum inuocarem exaudiuit me Deus iustitiæ meæ. Quæ sane sententia illi similis alterius Prophetæ scribentis. Adhuc te loquente dicit, Ecce adsum. Hoc est nondum vocare desisti,& finem vocationis aures Dei susceperunt. Rursus supplicationes simul & preces offerens Deo docet nos, quemadmodum fas sit in peccatis existētes Deum placare. Domine ne in furore tuo arguas me:neq; in ira tua corripias me. In.xii. autem Psalmo longum tentationis certamen ostendens ait. Vsq; quo obliuisceris me Domine in finem? Vsq; quo auertis faciem tuam a me? Statim deinde ad illud transit malum eorum,qui Deū non esse putant:dum siquid eis calamitosum acciderit,instantem in rebus aduersis dolorem nō ferentes:secum perplexi dubitant an sit Deus. An singula videat. Vtrum cuiq; pro dignitate distribuat. Deinde vbi seipsos viderint in iis quæ nolunt diu distentos,prauum dogma secum profitentur,& in suis cordibus ita decernūt. Non est Deus. Dixit insipiens in corde suo, non est Deus. Hoc itaq; quum in animum induxerunt; certatim ad omne reliquum peccati genus ruūt. Si enim nullus est rector:si nullus qui pro meritis vitę cuilibet tribuat, quid prohibet pauperem conculcari,orphanos periclitari,viduam & aduenam pessundari: omne audax facinus tentari? Impuris & abominandis adfectibus: omnibus deniq; pestiferis cupiditatibus inquinari? Idcirco vt merito sequēs non esse Deū addidit. Corrupti sunt,& abominabiles facti sunt in studiis suis. Difficile profecto a via iusta aberrare,q in suo corde Dei non obliuiscitur. Vnde quęso gentes traditę sunt in reprobū sensum,vt faciant eā quę non conueniant,vt ait Paulus: Nonne quoniam dixerunt,non est Deus? Cur inquam in passiones ignominię ceciderunt:vt fœminę apud eos naturalem vsum mutauerint, qui est contra naturam: mares in mares turpitudinem operantes; Nonne quoniam mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem volucrum & quadrupedum & serpentium? Stultus igitur & vere sensu alienatus qui dixerit, Non est Deus. Similis item huic est,qui tanta insania capitur,vt Deum malorum causam dicat,parq; priori scelus existimauerim: quoniā ambo Deum similiter negant: Alter quidem non esse omnino dicit: Alter vero non bonū esse adfirmat. Si enim malorū causa:non bonus. Si nō bonus neq; Deus. Vnde inquit ille tot morbi,intempestiuę mortes,ruinę ciuitatū,naufragia,bella,pestes? Hæc enim mala omnia existimo ex Deo prouenientia. Nec ergo habeo alium præter Deū in euētibus omnibus incusare. Sed huc accede quęso quādo in vulgaram incidimus quæstionem,ad aliquod confessum principium orationem adducentes, difficilius accipientes problema,planam & explicatam de ipso enarrationem facere tentabimus. Vnū quidem hoc habere in mentibus nostris pręsumptū volumus:quemadmodū ipsius Dei sumus opus,& ab ipsius prouidētia, siue in paruis siue in magnis regimur, atq; gubernamur. Nec ex iis quæ patimur aliquid est malum,non inquam, q̄q̄ contra sentiunt pleriq;. Ex Deo inquiunt mortes. Non malum omnino mors, nisi quis malum dixerit peccatoris mortem propter pœnas apud inferos: principium quietis profecto fuerit,ac eorum liberatio quæ hic patimur. Rursus aūt apud inferos quæ sunt mala non Deum causam habent, sed nosipsos. Principium nāq; ac radix peccati,in nobis & in nostra potestate:quibus si a malo abstinuissemus nihil omnino graue pati licebat. Iidem si in peccatum per voluptatem ruamus:quam rationem habere, aut adducere poterimus,ne nobisipsis causa pœnarum simus? Malum igitur aliquod est secūdum sensum,aliud natura ipsa. Malum itaq; natura ex nobis oritur iniustitia,impetus, inconsiderantia,timiditas,inuidia,cędes,veneficia,astutia,fallacia,& reliqua omnia quę animā ad Dei imaginem factam sint apta inquinare, & ipsius pulchritudinem aliquo modo inficere. Rursus malum dicemus qđ triste, durūq; sensibus sit nostris, vt corporis mortem,plagas, egestatem,ignobilitatem,pecuniæ mulctam,domesticorum amissiones: quorum quodlibet nobis a sapientissimo & optimo Domino ad vtilitatem tribuitur. Diuitias quidē eripit ab iis qui male illis vtebātur,instrumentūq; illis iniustitię fuerant. Morbum inducit iis, quibus magis expediebat membra habere impedita,& impetus ad peccandum tardiores. Mors

Doctrinę Dauidicę.

Non esse deū dicētiū abominatio.

Deū nō esse malorū cām.

In morte nullū malū.

De malo duplici.

venit,vt vitæ finis iam expletę:quam cuilibet ab initio infixit iustum Dei iudicium longe nostrã vtilitatẽ prospicientis. Fames & siccitates & inundationes cõmunes quædam sunt ciuitatum ac gentiũ plagæ:hominũ peccata immodica punientes. Medicus nãq; si labores doloresve addit,cum morbo,non cum ægro dimicat.Sic & bonus Deus salutem omnibus per castigationem ac pœnam distribuens.Tu nequaq̃ medico irasci debes,si ex mẽbris hæc incidit,illa vrit,alia vero a corpore omnino separat:Sed valde lucrifacis,& seruatorem eũ vocas, ꝙ in parua corporis parte morbũ curet:priusq̃ ad totũ corpus morbus perueniat. Quando ciuitatem videris terręmotu concussam,colonis priuari,aut nauigium mercibus plenũ in mare dissolui,contra verum iudicem & seruatorem armare linguam nõ dubitas: quum te intelligere oporteat,quemadmodum moderati labores medicina sunt hominum. Nam ex diligẽtia vtilitas prouenit. Quãdo vero dolor ob curã minime lenitur,necessaria est inutilis membri alienatio,ne morbi eius continuatio cętera corporis vitalia percurrat. Ex quo nõ incisio aut cauteriũ:nõ medicus causa,sed morbus. Sic item Ciuitatũ interitus ex nimia peccantiũ peruersitate originem habentes, Deum ab omni querelæ causa soluũt. At inquis,si malorum intentator & non causa Deus,quomodo dicitur. Ego præparãs lumen & faciens tenebras:faciens pacem & possidens mala!Et rursus. Descenderunt mala ab eo in portis Hierusalem,& non est vitiũ in ciuitate qđ Deus nõ fecit. Et in magno Cãtico Mosis.Videte ꝙ ego sum,& non est Deus præter me.Ego interficiam & viuere faciam:percutiam & ego sanabo.Sed nihil horum apud eos qui recte scripturæ sensum teneãt:Dei vt malorum auctoris accusationem habet. Q. autem Propheta dixerit.Ego præparans lumẽ & faciens tenebras,creationis auctorem sese per hæc,nõ mali alicuius conditorẽ significat. Ne igitur existimes aliam lucis:aliã vero tenebrarũ causam esse.Ne item ignis,aeris,aquę, terræ,ꝙ hæc ob qualitates contrarias inter se quodãmodo pugnare videãtur, diuersa esse initia tibi veniat in mentem.Qđ iam quidam ita esse sentientes,in plurium Deoꝝ ac principiorum opinionem venerunt.Sese Deus omniũ illorum vnũ existere auctorem atq; principium fatetur.Deinde quũ dicit.Facit pacem & possidet mala.Maxime nãq; in te pacem facit:quando per bonam doctrinam,tuam serenat ac tranquillat mentẽ,& adfectus aduersus animam insurgentes conciliat. Possidet autem mala:hoc est lenit ipsa,& in bonum statum exitũq; deducit,vt iam mala esse desinant,boniq; naturam accipiant. Cor mũdũ crea in me Deus.Non enim dicit:Nunc creat:sed in vitio inueteratum renoua:& vt duo creet in vnũ nouũ hominem,non vt ex nõ existente faciat:sed vt non existentẽ ornet atq; renouet:& si quis in Christo noua creatura.Et rursus Moses.Nonne ipse pater tuus qui creauit te & fecit te & possedit te!Clare hic post creationẽ creatio constituta nos docet, vt creationis nomen sic vt alia plura in bonitate sit constitutum.Itaq; pacem faciẽs: sic pacem facit ex eo ꝙ mala creat.Hoc est ex eo ꝙ mala in bonũ reducit statum. Deinde si pacem intellexeris eam quæ ex bellorum fœdere sequitur: & malum dicas labores qui bellum gerentes sequũtur, vigilias,sudores,vulnera,cędes,hostium captiuitates,in seruitutem redactiones,miserabilia captorum spectacula.Deniq; quæcũq; tristia in bellis eueniũt:dico iusto Dei iudicio fieri aduersus eos,qui ob bellorum varia crimina mulcta sunt digni. An tu non vis flagrasse Sodoma post impietates illas & flagitia!An nõ cecidisse Hierusalem & templum desolatũ, post horribilem in Dominũ crudelitatem!Fieri autem aliter fas erat:& non per Romanoꝝ exercitũ:quibus Iudæi proprię salutis inimici Dominũ nostrum tradiderunt. Ex quo quãdoq; mala ex bello iis qui digni sunt iure infliguntur.Illud autem considera.Ego interficiã & ego viuere faciam.Percutiam & ego sanabo.Recipe verbum si vis ita,vt ex sententia prõptum est.Nescis quemadmodum simpliciores ob metum proficiunt & ædificãtur! Nam & mortis & plagarum formido absterrent:Cura vero & sanitas charitatem creant.Licet attamen tibi altius de hoc sentire.Ego interficiam peccata videlicet, & viuere faciam iustitia. Quantumenim exterior homo noster corrumpitur:tantũ interior renouatur. Non enim alium interficit & alium viuificat:sed eũdem per ea quæ interficit viuificat. Itemq; per ea quæ perimit sanat,secũdũ Prouerbium illud. Quoniam tu baculo ipsum percuties,& animam eius ex morte liberabis.Caro igitur percutitur,vt anima sanetur.Peccatum perimit, vt iustitia viuat. Illud autem qđ supra memorauimus. Descenderunt a Domino mala ad portas Hierusalem.Inde habet expositionẽ,qualia mala sonitus curruũ & equitũ. Quando autem audieris:non est vitium in ciuitate quod Dominus non fecerit: Intellige hic vitii

Ego interficiã &c.

nomen vexationem,ac calamitatem ſignificare:quã Deus peccantibus ad errores corrigen
dos infligit. Contriſtaui te,inquit,& adflixi,vt redderem meliorem priusq̃ ad iuſtitię ſum
mũ peruenias,vt obice quodam vndam irrumpentẽ compeſcẽs.Hac itaq; de cauſa ciuitatũ
ac gentium morbi,ſiccitates aeris,terrę ſterilitates,ac cuilibet in vita mille caſus emergũt.
Quæ omnia ne vitium vlterius progrediatur,efficiũt.Ex quo mala ſimilia ex Deo eſſe fate
mur:veris ac natura ipſa malis reſiſtentia. Huiuſcemodi nãq; ſecundũ corpus adflictiones
extrinſecis quidẽ laborioſę,ad peccati cõpeſcendam licẽtiam a Domino prębẽtur.Extinguit
ergo Deus malum:non ex Deo malum,quoniam & medicus morbum tollit:non morbum
corpori infligit.Ciuitatũ itaq; interitus,terręmotus,inũdationes,exercituũ clades,naufra
gia,& omnes deniq; hominũ calamitates,ſiue ex terra,ſiue ex mari,ex aere,ex igne,ſeu qua
cũq; naſcũtur cauſa,ad homines lapſos in ſobrietatẽ reducendos eueniũt:Ipſo Deo publi-
cis pœnis publicam caſtigãte iniquitatem.Malum itaq; proprie tñ eſt peccatum,hac vere Nullum
dignũ appellatione:φ in nobis exiſtat,& ex noſtra proueniat optione:vtrum reiicere an ac malũ niſi
ceptare velimus.Reliqua vero quæ appellantur mala,partim ad exercendos dantur bonos peccatũ.
& fortiores in virtute reddendos:(Quemadmodũ Iob filiorum priuatio,totius ſubſtantię Iob.
breui tempore amiſſio,corporis plagę ac cicatrices) partim ad caſtigãdos in peccata varia
motus,ſicuti Dauid accidit multa domus ſuę verecũdia,iniuſtæ cupiditatis pœnas danti. Dauid.
Rurſus autem aliud ex iuſto Dei iudicio,malorum hoc eſt pœnarum genus prouenire co-
gnouimus ad homines in vitium pronos ſanctiores faciendos,vt Dathan & Abiron:quos Dathan
terrę hiatus viuos deuorauit:qui q̃q̃ propterea nihilo meliores euadant:(quomodo enim & Abirõ
quũ ad infernũ trahantur) attamen reliquos exemplo cautiores prudentioreſq; reddunt. Pharao.
Sic & Pharao vna cũ exercitu in mari periit.Sic demũ domiti qui Palæſtinam habitabant. Vaſa irę
Ex quo q̃q̃ dicit Apoſtolus vaſa iræ apta in perditionem: ne ſupellectilem aliquam malam
exiſtimemus fuiſſe Pharaoni :Sic enim in eos qui aliquid vaſorum præparant iuſta foret
vltio:Sed vbicũq; audiueris vaſa intellige φ noſtrum quilibet ad aliquem factus eſt vſum.
Quemadmodum in magna domo vas eſt aureum,argenteum,teſtaceum,ligneum,huiuſce
modi ergo materiæ hominis electio cuiuſq; comparatur.Nam vas aureum is eſt,qui mẽte, Vaſa qd
moribuſq; ſimplex ac ſine dolo eſt.Argenteum item qui non diuerſis multum ab illo ſentẽ per meta
tia,moribuſq; fuerit.Teſtaceum ac figlinũ,qui terreſtria ſapit,& frangi cõteriq; fit aptus. phorã ſi
Ligneum,qui per peccatum facile ſordet,& igni externo materiam præbet.Sic Deus omni- gnificẽt.
potens,Iræ vas veluti ſordidum ſeparat,ac ob inhęrentem ex corruptione fœtorem vſibus
adhibere minime valens,vt inutile & interitu dignũ,abolet.Quamobrẽ quãdo iam ipſum
Pharaonem conteri erat opus: ſapiẽs animarũ noſtrarum rector,vſq;adeo illum ſuſtinuit,
vt clarum celebreq; omnibus exemplum eſſet,& aliis vtilis ob mala tolerata : quando ipſe
ob ingens vitium intolerabilis erat,redderetur . Obdurauit eum longanimitate,ac pœnæ
dilatione ipſius ferens vitium:vt ad extremum eius iniquitate ad ſummũ gliſcẽte, iuſtius
ſuper eum Dei iudicium oſtenderetur. Idcirco plagæ modicę quidem ab initio inflictæ,ac
continuo creſcentes eius duritiem minime flexere:quin obſtinatiorẽ ſemper fecere.Ex quo
ipſe Dei patientia abutendo,pœnas grauiſſimas inueterata conſuetudine tolerãs,minime
curauit.Nec ſic quidem morti eſt traditus, donec ipſe ſeſe præcipitem dedit cordis adro-
gantia frętus,iter cõtra iuſtos auſus eſt tentare,ac exiſtimauit,vt quemadmodum populo
Dei,ſic & ſibi mare rubrum facile tranſire liceret . Hæc itaq; tu frater ex Deo cognoſcens,
& apud te mali ſpecies diſtinctas habẽs,noſce vnũ omnino vere malũ eſſe peccatum: cuius Malum
finis mors:& alterũ apparẽs tñ malũ ſenſibus noſtris adflictionẽ prębẽs,bonũ alioqui vir- verum.
tutis habẽs:queadmodũ ſunt calamitates & incõmoda quę vim peccata coercendi habent:
quorũ fructus ſalus ęterna.Parce diuinã incuſare prouidẽtiã,nec Deũ mali auctorẽ dixeris.
Neu malũ propriã hypoſtaſin habere exiſtimaueris. Nõ eñ ſubſiſtit,velut animal iniq̃tas, Malũ nõ
neq; ipſius eſſentiã Enypoſtaton ſtatuere poſſumus.Nã malũ boni priuatio eſt.Oculus eñ ſubſiſtit.
creatus eſt.Cæcitas oculorũ amiſſio.Ex quo niſi oculus mortalis fuiſſet naturę,nũq̃ cęcitas Viſus.
ſucceſſum habuiſſet.Sic & malum in propria ſubſiſtentia non eſt: ſed in animę orbitatibus Cęcitas.
gignitur.Non enim ingenitum eſt vt impiorũ eſt opinio,par omnino cõditione bonę natu Malũ pri
ręmalũ ponentes.Nam ſi ambo ſine principio,& generatione priora ſunt,ex quo nec facta: uatio bo
Si autem omnia ex Deo quomodo malum ex bono?Non enim turpe ab honeſto,neq; vitiũ ni.
a virtute.Lege mũdi creationẽ,& inuenies φ ibi cuncta bona:Immo valde bona.Non ergo

malum cũ bonis creatũ:sed neq; creatura intellectiua a deo facta cũ iniquitate cõmixta est. Si enim corporalia in seipsis malũ simul creatũ nõ habuerũt:quomodo intelligibilia tm̃,& puritate ac sanctitate differentia cõmunẽ cũ malo hypostasim habuissent? Sed est malum omnino,& ipsius palam fit actus per omnem vitam diffusus. Vnde quæso ipsi est essentia? Si sine principio est,neq; factũ est.Interrogentur homines similia quęrẽtes. Vnde morbus? Vnde corporis orbitates? Nõ enĩ ingenitus est morbus:neq; itẽ Dei opus.Sed bene creata sunt animalia,cõueniẽti eis pparatione secũdũ naturã,& membris distincta in vitã prodierũt:In morbos item secũdũ naturã ceciderũt a sanitate deficientes,vel ob malã diętam seu ob aliquã aliã causam,quę corporibus accidere solet:corpus nihilo minus Deus fecit,morbum minime fecit.Et animã similiter Deus fecit,non autẽ peccatũ.Vitio nãq; anima contaminata,vt ex libero processit arbitrio,secundũ naturã fuit.Erat nãq; illi bonũ dei custodia procedens,& iure charitatis coniũctio quædã: qua excidens variis & multimodis se malis contaminauit.Ex quo omnis anima mali est capax,quoniã libero facta est arbitrio, qđ creaturæ rationis participi maxime conueniebat. Soluta enim hæc omni necessitate & vitã in sua potestate constitutam ex Deo accipiẽs,sese ad eius imaginem creatã esse nouit. Ex quo proprium bonũ,gaudiũq; intellexit: permanensq; in boni cõtemplatione potestatem,ac virtutem habet, & dulci intelligibilium consideratione suam secũdũ naturam vitã custodit. Habet autẽ a bono deflectendi quandoq; facultatẽ.Hoc enim ei contingit, quũ beatę oblectationis satietate adfecta, & veluti veterno quodã grauata, ac e statu superiore ad carnis delitias migrans,variis se voluptatũ libidinibus immiscet.Erat nãq; Adam in sublimi non loco,sed arbitrio,quando statim animã sumens in cęlũ lętus adspexit: ex iis quæ vidit maxime gauisus,ac eum vehemẽter amans,a quo beneficium tãtũ & æternę vitæ fruitionem acceperat:qui Paradisi interesse delitiis,& æque cũ angelis viuere,& diuinę vocis participẽ esse dederat.Præter autẽ omnia dei cõtemplatione beatus videbatur.Tãdẽ rebus omnibus refertus,in desidiam,ac bonorũ satietatẽ ruens:apparẽs oculis delectabile,intellectuali pulchritudini prætulit,& ventris saturitatem spirituali delectatione potiorem habuit. Ex quo statim e Paradiso pulsus,extra beatam illam fuit vitam.Non ergo ex aliqua necessitate malus:sed ex proprio cõsilio factus peccauit.Ob peccatũ vero interiit: Opsoniũ deniq; peccati mors.Quantũ enim abstitit a vita:tantum morti propinquauit.Vita nãq; deus:vitæ vero priuatio mors.Itaq; mortem sibi Adam ob discessum a Deo parauit:secũdũ qđ est scriptũ. Ecce omnes elongantes abs te peribunt. Quamobrẽ sane appatet, Deum mortem nequaq̃ fecisse:sed nosmet ex mente praua eã sponte attraximus:quã Deus ob eas quas supra narrauimus causas minime prohibuit:ne immortalem in nobis morbum conseruaret. Quẽadmodum vas figlinũ rimas ostendens,non prius igni ad perficiendũ traditur,q̃ a figulo reconcinnetur emẽdeturq;.Sed cur inquis huic vasi non infitũ,vt peccare non possit:vt etiã nobis volentibus facultas peccandi desit? Quoniã inquã & tu seruos non quãdo vinctos in custodia retines,beneuolos esse tibi existimas: sed cũ sponte omnia quę erga te oportet,videris agere:Sic item Deo eũ puta fore amicũ,nõ qui coactus,sed qui sponte sua, virtuteq; illi obtẽperat.Arbitriũ in nobis,optioq; libera laudatur merito aut vituperatur. Is ergo q creatorẽ incusat,vt parũ prouidũ,patũq; naturæ consulentẽ humanę, q; nobis peccãdi nõ eripuerit arbitriũ:nihil aliud opinari videtur,q̃ naturã ratione carẽtẽ, ea quæ rationis est patticeps esse potiorẽ:& illa quæ nõ mouẽtur,nec mẽte degustant iis quę eligunt,iudicãt, conferũt:omnino pręstare.Hæc & si per transitũ,attamen nõ ab're dicũtur:ne in profundũ inaniũ cogitationũ ruens pterq̃ q; tẽpus & operã in his vestigandis frustra consumis, deũ etiã amittas.Desinamus ergo superuacua q̃rere ad verã sapientiã nos omnino recipientes. Desinamus inquã meliora, q̃ Deus fecerit,indagare. Q; si ob nostri ingenii debilitatẽ oĩa Dei consilia sigillatim ratione attingere nequimus:illud attamẽ animis nostris infixũ ac in confesso sit,nihil malũ a Dño fieri.Hinc merito alia cogitatio quęstioq; de Diabolo nascit. Vnde Diabolus si non ex Deo mala? Quid igit dicamus? Satis facilis qdẽ responsio.Eadem omnino ratio huius fuerit interrogationis,quã & de hominis iniquitate supra cõmemorauimus.Vnde quęso iniquus homo? Ex ipsi[9] libera volũtate.Vnde malus diabolus? Ex eadẽ penit[9] causa.Habet eñ & ipse liberã ĩ agẽdo vitã,& ĩsitã optãdi potestatẽ:aut Deũ seq̃,aut ab eo remoueri.Gabriel angelus a deo iugiter stetit:Sathan itẽ Angelus ex ordine suo prorsus cecidit.Ex quo illum optio bona in cęlo retinuit: Hũc vero praua de cęlo detrusit.Ille

Morbus quid & vnde.

Morbũ nõ fecit deus.

Nota cur,facultas peccãdi nobis non erepta.

Vñ Diabolus.

per charitatem seruatus in gratia remansit: Hūc a Deo reiectū esse ostēdit p peccatū aliena tio. Malū igit̄ hoc tm̄ a deo alienatio. Nam parua qdē oculi cōuersio: paruus nutus, breue momentū vt solis particeps aliquis existat, vel in vmbra remaneat, facit. Respicienti em̄ in prōpto qdē sponte respicere, & idcirco illustrari: Auertēti aūt se a sole remanere ī tenebris necesse fuit. Sic & iniquus diabolus nō ex natura, sed ex eius optione malignitatē possidet. Queris vnde illi cōtra nos bellū? Quoniā oīs ipse vitii prōptariū existēs inuidię morbū facile retinet. Inuidit profecto quū nos tanti honoris ex Deo participes adspiceret, nec facile tulit vitā in Paradiso beatā ducere. Quāobrē dolis hominē aggressus eadē nos ambitionis cupiditate qua ipse ab initio habuit velle similē esse deo: hac rursus ad decipiendum lignū ostēdit: per cuius degustationē mōstrauit eūdē deo æquiparari posse. Si comederitis, inqt, eritis veluti dii mali ac bonū cognoscētes. Nō inimicus igitur nobis a deo cōstitutus est: sed ipse ex inuidia sese nobis opposuit. Animaduertens em̄ se ex angeloꝝ ordinibus expulsum, non tulit terrenā creaturā ad Anglorū dignitatem per virtutis profectum protrahi. Quoniā itaqꝫ inimicus est factus, Deus serpentē vt ministrū in hoc illius nobis aduersariū perpetuo tribuit ac minas in nos transferēs ait. Inimicitiā in medio tui ponā. Ex quo eius ad hominē cōciliationes pestilentes ac maxime nocētes erūt. Quoniā huius amicitię lex his quę iā tētauit similia parere apta est. Quāobrē recte prouerbiū dicit. Corrūpūt bonos mores colloquia praua. Quemadmodū em̄ in pestilētibus locis epotus aer latētem corporibus morbū iniicit: Sic itē in praua cōsuetudine ac cōseruatione maxima nobis mala hauriunt: etiā si statim incōmodū non sentiatur. Idcirco nobis aduersus serpentē, ne talis controuersia concilietur maxime inuigilandū. Si aūt instrumētū hoc tanto dignū odio fuerit: quāto magis illi nos petenti ac tētanti aduersari oportebit? Sed cur inquis lignū hoc in Paradiso fuit: per qd̄ nos Diabolus tentaturus erat? Si enim deceptionis escam, ac materiam non habuisset, quonā modo nos ei obtemperando ad mortem deduxisset? Quoniam mandatū esse oportuit, vt nostrā erga Deū probaret obœdientiā. Ideo plāta pulcherrima fuit fructibus scatens, vt in abstinentia voluptatis, animi continētis virtutem ostendētes, patientia coronam promereremur. Cibū statim non solū præcepti contumacia secuta est: sed etiam nuditatis cognitio. Comederunt, inquit, & aperti sunt oculi eorū, cognouerūtqꝫ ꝙ nudi essent. Oportebat enim se nudos minime cognouisse, ne mens hominis ad eorū cupiditatem quæ ei deesse viderentur, traheretur. Amictum nāqꝫ nuditatis defensionem, solatiūqꝫ esse existimauit: & demū omnis carnis diligentiam iniustitię materiam aduersus Deum ad se traxit. Cur inquis non statim eis ab initio amictus præparati? Quoniam hęc nec naturalia neqꝫ ex arte erant. Nam quædam naturalia propria sunt brutorū, vt pennę, setæ, pellium crassitudines, quę & frigoribus resistūt, & æstus ferūt: In quibus nihil alterū ab altero distat ęquali omnibus natura suppeditante. Homini autem secūdū proportionem in Deū charitatis pręstantior bonoꝝ distributio conueniebat. Amictus item ex arte defuere, quoniā artiū studia negotii sunt germana & cognata: qd̄ negotium vt maxime homini noxium vitādum erat. Quamobrem Deus nos in vitā reuocās ex animabus nostris curas euellere conatur dicēs. Nolite aię vestrę cogitare qd edatis, aut corpori qd induamini. Nō itaqꝫ vestis ei ex natura, neqꝫ ex arte cōueniebat: Sed alia erāt quę eū ex Dei charitate decebāt: Fulgētibus qbusdā radiis more angeloꝝ splendere, qui oēm florū varietatē: oēm astrorū claritatē superarent. Hac igitur de causa: nō vestes ei statim pbitę: quoniā virtutis pmia illi reposita erant, quæ cōsequi vis diabolicę tētationis nō pmisit. Aduersarius igit̄ nobis est Diabolus ob antiquā ex eius īsidiis ruinā: a qua nos Dn̄s liberauit, ac p obœdiētiā quodā modo renouauit, vt de inimico triūpharem⁹. O nūq̄ Diabolus fuisset: sed ī eo ordine quo ab initio cōstitutus fuit remansisset. Postq̄ vero ab auctore suo defecit inimicus qdē Dei: inimicus item hominis ad ipsius imaginē constituti est. Nā ideo Misanthropos existit ꝙ Deo sit rebellis. Nos vero vt eius opus, odio persequitur, vt eius imaginē insectatur. Ille igitur sapiens & prouidentissimus rerū humanarū dispēsator, eius vtitur ad nostrā exercitationē malignitate: quēadmodum medicus viperę veneno ad salutarem medicamentorum præparationem. Sed quidnā est diabolus inquis? quis ordo? quæ dignitas? & demū, vnde Sathan, seu Sathanas cognominat? Sathanas igitur ꝙ bono aduersetur appellatur. Ita enim vox Hebręoꝝ sicut in libris Regū dicitur: Excitauit, inqt Dominus Salomoni Sathan, Ader regē Syrorū. Diabolus im postor & calumniator, idē & peccati nostri impulsor simul & accusator est factus. Gaudet

Nota simile.

Lignū vetitū cur fuerit in paradiso.

Oīs ad tuendū corp⁹ diligentia post Adę peccatū materia fuit iniustitię.

Vestes hoī non cōuenissent nisi peccasset Hoī ī innocentia splendor futurus.

Diabol⁹ Misanthropus hoc est odio pse quēs homines.

Satanas diabolus

De natura diaboli. ex interitu nostro. Ad noua semper admittenda per eorum exépla, quę admissa sunt continuo inducēs. Natura ipsius incorporea: secūdū Apostolū dicētē. Nō est nobis colluctatio aduersus carnē & sanguinē: sed aduersus spiritalia nequitię. Dignitas nāq ipsius principalis est: Aduersus, inqt, principes & potestates, aduersus rectores tenebrarū harū. Eius aūt principatus aerius: sicut idē memorat. Cōtra principatus & potestates aeris spiritus q operatur †Diffidētię. nūc in filios† inobediētię. Idcirco mūdi princeps appellatur, quoniā circa terras est eius imperiū: qd & Dñs ipse testat. Nūc princeps mūdi hui9 eiiciet foras. & rursus. Venit princeps mūdi huius, & i me nō habet qcq. Qm̄ aūt dicit de exercitu diaboli ab Apostolo. Spiritalia neqtię i cęlestib9: Scire oportet queadmodū scriptura cęlū aerē solet appellare, vt est illud. Volatilia celi. & alibi. Ascēdūt vsq ad cęlos. hoc est in aeris sublimitatē lōge tollūtur. Ideo Satan de cęlo cadētē, vt vidit Dñs. Dñs Satan vidit vt fulgur de cęlo cadētē. hoc est ex proprio principatu ruentē, vt plane ab iis q in Christo sperarēt, cōculcaretur. Dedit eīm discipulis suis virtutē serpētes ac scorpiones cōculcandi, & cōtra oēm inimici potētiā. Quoniā itaq ipsius impia tyrānis expulsa est, & locus hic terrestris ob sacrū eius sanguinē purgatus est, q oīa in cęlo & in terris cōciliauit, in reliquū nobis regnū cęlorū nūciat: Ioanne qdē dicēte. Adpropinquabit regnū cęlorum. Item Dño vbiq de regno pdicāte, & antea clamātibus Angelis. Gloria in excelsis Deo, & in Nota. terra pax hominibus bonę volūtatis. Sed & ingrediēte Hierosolymā Dño nostro collętātes Iudaei clamabant. Pax in cęlestibus, & gloria in altissimis. Deniq mille sunt victorię huius voces q̄ vltimā inimici euersionē testant, vt iam nullū negociū, aut certamē nobis relinquatur ad superos conscendēdi. Iam via facta est impedimētis aduersariorum sublatis, quę a bona nos via auertebāt. Reliquū est, vt deinceps lętā in Christo ducamus vitā, & de ligno vitae cōtinuo degustemus. Cuius esse nos participes ab initio p serpentis insidias nō licuit. Ordinauit aūt Deus ardētē gladiū, q huius ligni vitę viā custodiat. Quē nos alacriter sine impedimēto pretereūtes facile i bonorum omniū degustationē, & vsum ingrediamur: In Christo Iesu Domino nostro: cui gloria & imperium in aeterna secula. Amen.

DE GRATIIS DEO AGENDIS.



AVdite fratres dilectissimi Apostoli verba ad Thessalonicenses: per quę oēs quidem officii admonemur. Eius nāq doctrina ad certos quidē priuatim describitur: ad oēm vero mortaliū vitā generatim peruenit. Gaudete semp (inquit) Sine intermissione orate: In omnibus gratias agite. Quid igitur Gaudere semp. sibi vult hoc gaudete, & quę ex eo vtilitas, & quomodo sine intermissione orare possimus: Quomodove in omnibus Deo gratias agere oporteat. Quoniam hęc vt impossibilia seruatu ab inimicis obiiciuntur: proculdubio declarabimus, si prius pauca cognitu necessaria dixerimus. Quae inquis est virtus nocte, dieq laetitiam in anima diffusam habere: quomodove hoc adsequi licebit, tot malorum millibus nos inuitos cōtinuo circūueniētibus, quę necessariū animę dolorē inferre videtur? Ex quibus gaudere magis difficile, q̄ igni crematū nō dolere: aut stimulis petitū nō angi. Et profecto aliqs hic adstantium hanc debilium cogitationū infirmitatem sibi materiam & occasionem peccādi sumet: cui ob mandatorum difficultatē legislatori, vt grauia nimis pcipienti sibi, merito succēsendū videbit. Ait eīm, quonā modo possim cōtinuo gaudere: gaudii causis omnino carēs? Nā externa quę lętitiā parere solēt in nostra potestate non sunt. Vt amici presentia, filiorū felicitas, opū adfluētia, honores ex hominibus, ex graui valetudine sanitatis recuperatio, domus rebus omnibus abūdās, mēsa plena, amicorum congratulationes, acroamata & spectacula voluptatē adferētia: Domesticorū & familiariū sanitas: & reliqua vitę huius felicitas. Ex qbus sane omnibus necesse, vt hoc vitae gaudiū proueniat. Insuper si inimicorū ruinas videre licebit, insidiantium ac insectantiū interitū. Eis q nobis benigne faciūt res secundas euenire: & in summa si nihil triste nostram vitam perturbauerit, poterit animę nostrę gaudiū iugiter adesse. Cur ergo nobis id praecipitur qd in nostra minime potestate situ est, sed Orare cōtinuo. Gr̄as in oīb9 agere q possimus. ex iis quę supra narrauimus omnino depēdeat? Quomodo item cōtinuo orabo? quum tot corporis sunt vsus ac necessitates, q̄ animę cogitationē ad se trahūt: quū menti duas simul sustinere curas non liceat? Tertio vero pcepto nihil mandatūr, vt in omnibus gratias agā. Gratias ne agā in tormētis cruciatus, ignominia deiectus? In rota versatus, impudētissime cęsus: frigore horridulus, fame cōfectus, ligatus ad palū? Domo, liberis, vxoreq orbat9, naufragio multis amissis bonis, statim pauper factus? Per mare in piratas, per terrā in latrones

incidens: vulneribus petitus: in carcere vinctus? Hæc & his similia plurima adducētes aduer sarii, legislatorem accusant peccatorū adferentes excusationem, ac calūniam super iis quę prę cepta sunt, vt impossibilia parare cogitantes. Nos igit̄ sic respōdemus. Apostolū alia longeq̄ diuersa respexisse, ac ex humo in sublime nos erigere, iterq̄ cælestia collocare voluisse. Hi ve ro qui ad eius ingenii, cogitationūq̄ altitudinem ob mentis debilitatē peruenire nō poterūt, circa terrā & carnem, veluti stercus vermes sese volutantes, in corporis adfectibus Apostoli ci pręcepti sentētiā posuerūt. At is nō oēs ad hoc iuge gaudiū: sed tm̄ sui filios iuitare videt̄: qui nō amplius in carne viuentes Christū in se viuentē habent, veluti cū deo in supremis bo nis coniuncti, nequaq̄ ex rebus animū turbantibus carnis contaminationem suscipiūt: sed q̄ uis caro cędat, cōiunctiōis dissolutio in parte corpis quę passa est, remanet. Tristitię vero, do lorisq̄ successus ad partem aię rationis participē nequit oīno puenire. Si em̄ ex Apostoli ver bo mēbra nostra sup terrā, vna cū vitiis cruci adfigerem⁹, & stigmata Dñi nostri Iesu Christi in corpore nostro portaremus: pfecto plaga corporis ad aīam ab eo disiunctā nō penetraret. Ignominię namq̄ & poenę, & charissimorū mortes ad mentem minime adscendunt, nec ipsius altitudinem ad corporis sensum vllo modo deuoluūt. Si enim ii qui in calamitatis incidunt: eadem sentirent quę & vir studiosus, ac virtute pręditus: profecto nō dolerent, nec al teri tristitiam inferrent. Quamobrem miseri quidem sunt ex iis quæ eueniunt ægre tolerata sed longe miseriores ob ea quę decebat eos nō elegisse. Oino aūt anima creatoris desiderio se mel incensa, & supernis deliciis pasci adsueta: suam pulchritudinem, ac gratiam ad humanis adfectibus commoueri, aut mutari nullatenus patietur. Sed quæ aliis tristia sunt, sibi volu ptati esse, & augumento lętitię putabit: qualis erat Apostolus qui in infirmitatibus, in perse cutionibus, in necessitatibus constitutus gloriabat̄. In fame inquit, in siti, in frigore, in nuditate: quib⁹ alii angūtur & dolēt, & in vita desperāt: in his ipse exultabat. Igit̄ qui hac Aposto li disciplina nō fuerit erudit⁹, nec intelligere curat, quēadmodū ad angelicā ipse nos vitā vo cat: facile audet Paulum incusare, vt dura nimis pręcipientem. Sed discant obsecro, quemad modum verę lętitiæ occasiones ipsius Dei magnifica sunt dona omnibus exposita. Cōsidere mus parumper q̄ cū nihil quādoq̄ essemus: homines facti sumus ad imaginem dei mente ac ratione pręditi: per quam & Deum cognoscimus, & creatoris pulchritudinem, & artiū disci plinas facile apprehendimus: ac veluti per literas quasdam maximam Dei circa omnia proui dentiam ac sapientiam legimus. Sumus insuper boni ac mali cognitores. Adpetere bonum & euitare malū sane ex ipsa didicimus natura. Alienati a Deo ob peccatū, rursus in gratiā redi uimus per vnigeniti sanguinem, ex misera crecti seruitute. Pręterea resurrectionis spes, bono rū angelorum expectatio, cæleste regnum: bona quidem nobis promissa mentes omniū, oisq̄ vim orationis excedere videntur. Quomodo igitur hæc non decet perpetui gaudii ac iugis lætitiæ occasionem in animis nostris gignere: sed potius eum fæliciorem, lætitioremq̄ puta re, qui ventri deditus, & in ocyo lasciuiis, cubilibusq̄, ac in rosa violaq̄ agat? Ego vero hos potius plorandos censeo apud eos qui mentem habent: beatosq̄ putandos, qui præsenti vi tę futuram pręponunt, & huius vitæ commoda bonis sempiternis posthabent. Quis em̄ in mediis agant flammis, Deo coniuncti sunt: quemadmodum tres illi pueri apud Babylonem: quos q̄q̄ leonibus obiectos pabulū, & a cete monstrisq̄ marinis deuoratos fas est a nobis fœ lices ac beatos esse iudicari, & in perpetua lætitia agere: non quidem pręsentibus turbari ma lis: sed eorum quæ continuo sperant expectatione erectos. Existimo namq̄ athletam qui de re bus pulcherrimis contendit in stadio pietatis prodeuntem, plagas aduersariorum spe coro næ sempiternæ generose ferre oportere. Nam in ludis ac certaminibus qui se ad palęstræ la bores adcingit: minime cunctabundus, aut proprium dolorem respiciens, vltro in aduersa rios pcurrit: ac glorię simul & victorię cupiditate incensus, oīs incommodi obliuiscitur. Sic item studiosus, & si aliquid acerbitatis aut incōmodorum obuenerit, animi lætitiam minime poterit amittere. Quoniā (vt ait Apostolus) Tribulatio patientiam operatur: patientia pro bationem: probatio vero spem: spes autem nō confundit: quia charitas Christi diffusa est in cordibus nostris. Rursusq̄ alibi ab eodem: Et tribulationem sustinere, & spe gaudere pręcipi mur. Spes igitur est quę cōtinuū aię bonę gaudium administrat. Sed & idem Apostolus, flere nos iubet oportere cū flentibus. Et ad Galatas scribens: fleuit super inimicis crucis Christi. Quid narrare opus, Hieremiā flentē & threnos Principū Hierosolymę ex dei mādato scribē tē ac multos nominātē fauctos? Periit pietas in terris, & nemo est q̄ faciat bonū inter hoīes.

Quō qs vel in mi feria cō stitutus fœlix exi star si p pria bo na consi deret.

Cur ex officio qn̄q̄ do lendum.

Heu qm̃ factus sum veluti stipulas colligens in messe. Deniq; voces iustorũ vestiga,& sicubi inueneris paulo mœstiora verba emissa:tibi psuade sup huius vitę miserias ac huius mundi vanitate cõclamata.Heu qa incolat⁹ meus plõgat⁹ est,inqt Dauid.Cupidũ pfecto dissolui,& esse cũ Christo se ostẽdit.Discruciaĩ eñ:& huius habitationis longitudinẽ,velut impedimẽtũ gaudii queriĩ. Dauid itẽ in melodiis lamẽtationẽ amici Ionathę nobis reliquit:qua simul & sup inimico pprio luctũ edidit.Doleo sup te mi frater Ionatha.& rursus.Filię Hierusalem plorate sup Saul. Hũc eñ defleт vt in peccatis moriẽtẽ:Illum vero Ionathã vt vitę cõmunis fidissimũ sociũ. Quid plura dicã?Ipse dñs supra Lazarum fleuit,& sup Hierosolymã lachrymas fudit. Et flẽtes inter beatos ducit,& rursus lugentes hortatur & excitat ad spem dicens vbiq;,gaudete.Pugnãtia nõ sunt hęc quę nobis pręcipi videtur. Nõ eñ lachryma & gaudiũ

Lachryma. ex eisdem principiis originem ducũt.Lachryma nãq; veluti ex plaga quadã animã adficiente ac opprimente & circum pcordia spiritu tabescente:apta est ad mœrorem hominem deduce

Gaudiũ. re.Gaudiũ vero velut exultatio quędam est animę ex sentẽtia & voto aliquid adsequẽtis.Ex quo etiã in corporibus eorũ differentia manifesta apparet.Nam & tristib⁹ color subpallidus & liuens,in maciem tendẽs.Lętis vero & in hilaritate positis,vegeta admodũ & honesto rubore decorata corporis habitudo apparet.Ad hęc igiĩ dicemus q; questus & lachrymæ sanctorum ob in deum charitatem fiunt.Semper eñ in dei desiderium intuentes inde lætitiam possidenr,quum & curam conseruorum gerant,ac lachrymis ad deum effusis in viam iustitiæ deducere cõtendant.Quẽadmodũ autem ii qui sunt in littore constituti,erga eos qui in mari naufragiũ patiunĩ misericordia mouenĩ:non tñ ob hanc curam, & misericordiam propriam amittunt securitatẽ:sic & illi qui proximorũ peccata lugent & querũtur,propriã vitæ ac cõscientiæ puritatis lætitiã non amittũt:quin potius ob has p fratribus lachrymas effusas lætitiã augent:gratiãq; dei ac Domini nostri Iesu Christi magis promerentur. Idcirco dicitur:Beati fleutes:&,Beati qui lugent qm̃ ipsi cõsolabũtur. & ipsi ridebunr,inquit,risu non per oris strepitum,aut sanguinis cõmotionem,sed hilaritate immensa,nec vlli tristitię cõmunicabili.Flere igitur cum flẽtibus cõcedit Apostolus,qm̃ lachryma hęc semen quoddã & fœtus æterni est gaudii. Ascende parumper in cælum mente, & ordines angelicos contemplator,si alia ipsis inest vita q̃ gaudere,ac continua perfui voluptate,q; adstare deo iubentut,& ineffabili creatoris pulchritudine perpetuo fruuntur. Nos igitur Apostolus ad eorum vitæ

Christi lachrymæ. instar excitare volens,continuo gaudere iubet. Q; autem Iesus super Lazarum, ac super ciuitatem fleuerit,illud dicere habemus. Q; edit & bibit nõ iis indigens,sed tibi normam atq; modum eorum,quæ corpori & humanæ vitę necessaria conueniunt,ostendens.Sic itaq; fleuit modeste querendo & lamentando:nimiũq; dolorem & vehementem adflictionem omnino corrigendo. Nam si quicq̃ aliud, tum maxime fletus rationem, moderationemve in quibusdam exposcit, & quãtum & qñ & quomodo conueniat:qm̃ Domini lachryma oĩno perturbatiõe caruit:tm̃ nobis officioq; nostro exemplũ fuit humanitatis. Lazarus amic⁹ noster dormit:sed vadam vt excitem eũ.Quis nostrũ dormientem flet amicũ,quẽ paulopost sperat

Lazarus excitat⁹. cœnaturũ?Lazare veni foras,& mortuus exiit ac ligatus ambulabat.Mirum pfecto vinctum pedibus ambulare:plus robur vincti q̃ vincula posse.Quomodo igitur hęc facturus ac exitũ pręuidens dignum lachrymis putauit?qm̃ continuo nostram respiciens debilitatem:necessarias perturbationes humanas formula quadã,ac lege moderationis cõplectens,vt in similib⁹ nullum omnino dolorem,veluti ferũ vituperaret:nimiũ vero ac vehementem ab re esse penitus monstraret.Ideo super amico plorauit:vt & humanę naturę in eo coniunctionẽ ostenderet,ac nos a vitio,quod supra memorauimus,liberaret:ne molles in adfectibus,neve sine sensu omnino in rebus tristibus efferemus,admonẽs. Sicut eñ dominus solidum cibum suscepit, & potum cõsumpto corporis humido appetiit,& lassitudinẽ sensit musculis & neruis ex itineris difficultate laborãtibus,diuinitate nequaq̃ patiẽte,aut ex contẽtione domita : sed corpore naturę infirmitates eueniẽtes suscipiente:sic & lachrymã naturalẽ carni vt infirmitatẽ

Vnde lachrymæ & q̃ vtiles ad leuãdã aĩ tristitiã. quãdã inesse ostẽdit. Quę quidem homini contingit:quãdo incurua cerebri vapotationibus ex tristitia sumptis referta,per oculorum exitus veluti per fistulas quasdam humidi grauedinem ac copiã pręparat. Vnde & sonitus quidam & reuolutiones & vertigines in auditione rerum tristium inexpectata:atq; improuisa funduntur..Caput etiã ex vaporationibus mouetur:quas subita correptio ad calidi profundũ transmittit. Deindevt existimo quẽadmodũ nebula ĩ tenues vmbras,sic vaporationum crassitudo in lachrymas dissoluiĩ. Hinc & voluptas

quædam lugētibus occulte nascitur:ꝗ ea re quæ imprimis caput grauabat, per fletum paulatim euacuetur:quod vsus sane ostendit. Multos namꝗ cognouimus in magnis calamitatibus lachrymas effundere cupiētes per vim velle retinere:deinde in magna corporis mala incidisse, vel apoplexiā seu paralysim a quibus deiecti sunt:velut eorum virtute a magnitudine tristitię intus oppressa ac debilitata. Quod & in flāma videre licet, quę a pprio fumo supprimitur aditum liberum nō habēs sed circa illum voluitur. Sic & virtutē animal dirigentē tabescere, deiiciꝗ a magnis turbationibus contingit:quum nullum ad exteriora respirationis exitum habeāt. Nō igitur molliores omnino ac tristitię nimium indulgētes in sui apologiā & excusationē domini lachrymas adducāt. Quēadmodum em̄ cibus quē ipse degustauit nō est nobis voluptatis, sed potius abstinētię quædam occasio, & vt paucis contēti simus frugalitatis exēplum:sic & eius lachrymę non flēdi nobis lex sed honeste flēdi formula quędam:naturęꝗ terminos ac decorum ita seruādi vt non a tristitia deiiciamur. Nam nec mulieres:nec item viros decet dolori lachrymisꝗ nimium se dare:sed quātū fas est resistere, lachrymas leuiter quū opus est sine tumultu, sine clamore, sine vlulatu emittere. Nec vti solēt quidam, tunicam scindēdo aut puluere caput aspergēdo:neu deniꝗ turpe aliquid & indecorum admittēdo, admitti ab his solitum qui sine disciplina & modestia, res ferunt humanas. Oportet ergo diuino præcepto instructum ac tanꝗ muro aliquo inexpugnabili recta ratione munitum esse:tum fortiter atꝗ constanter harum impetum rationum ab se repellere:& non quēadmodū in depresso loco, sic in parte animę humili atꝗ abiecta sedentē tumultus vitæ turbinibus inundantes excipere. Animę nāꝗ inermis ac nullam in deum sperādo firmitatē aut robur habentis, est facile disrumpi & in rebus aduersis plus æquo cruciari. Sicut em̄ vermes in lignis mollioribus innascūtur maxime:sic animi anxietates in mollioribus hominū mentib[9] oriuntur. Nō em̄ corde adamātinus erat Iob, nec ei[9] viscera lapidea:Decē ei filii breui tēporis spatio vna plaga oppressi, in domo voluptatis, tēpore hilaritatis diabolo ipsam cōmouente habitationē. Vidit miser mensam sanguine cōspersam:vidit filios diuerso quidem tempore procreatos, vnum exitum pariter habuisse. Non vlulauit, nō comas auellit, nullam indignā emisit vocem:sed cantabilem illam & in omnibus laudabilem gratiarum actionem dicebat: Dominus dedit, dominus abstulit:vt domino placuit factum est:Sit nomen domini benedictum. Nec credas eum sine sensu doloris fuisse. Quonāmodo? Quū de seipso dicat. Ego fleui i omni tribulatione. Ne autē putes eum vana locutum fuisse, Veritas de ipso testatur:quemadmodum pręter alias virtutes verus erat. Homo inquit, sine querela:iustus, pius, verus. Tu autē melodiis ad luctum de industria factis quereris, & cantibus quibusdam demulcentibus animam tuam perdere contendis: & veluti Tragœdorum est fictio personaꝗ adcommoda:quibus theatra constituunt:Sic tu ordine putas lugenti & personā & formā conuenientem esse oportere. Vestē in primis atrā:comā squalentē, tenebrosam domum, sordidam, puluerulentā cantum letalē. Deniꝗ recens continuo tristitię vulnus in anima seruare:sine miser hæc facere eos qui spem non habent. Tu autē didicisti de iis qui in Christo dormiunt:quoniā qui seminat in corruptione, excitabitur in virtute:seminatur corpus animale, surget corpus spirituale. Quid igitur ploras? Ipsumne extinctum, an teipsum luges velut adiumento vitæ quodam priuatum? Bonū inquit Psalmista sperare in domino ꝗ sperare in homine. Neꝗ illud doleas vt grauia passum:paulo em̄ post tuba e cælo illum excitabit:videbisꝗ ante Christi tribunal adstantem. Mitte igitur has ineptias & humiles voces. Heu mala inexpectata:& quis hoc euenturū putasset? Et quādo sperauī charissimum mihi caput hoc terrę mandare? Hæc em̄ & his similia sæpe alio dicēte audimus. Erubescere nāꝗ oportet ita memoria excidentes, ita rerū præsentium & futurarū ignaros:vt non teneamus naturæ necessarios effectus atꝗ casus. Non igitur intēpestiuę mortes, neu alię vsꝗ difficultates ex improuiso venientes nos pietatis ratione instructos adfligere poterunt. Verbi gratia. Filius mihi adolescēs erat, solus vitę successor, senectutis solatium, ornamētū generis, flos ęqualiū suorū, domus spes atꝗ firmamētū: In summa illius ętatis gratia erat. Is deniꝗ raptus ex hac vita est:terra & puluis fact[9]. Quid igitur faciā? Scindā ne vestē, humi obuolui patiar? & ad dolorē ostentandū me concinnabo? Mœstitiā magnā pręme feram? Nequaꝗ:sed pręsenti rerū necessitati obtēperabo. Ineuitabilis nāꝗ mors & per omnem ętatem, ordinē, sexū, similiter currens ac omnia deinceps composita dissoluens. Rerū euentū formidabo, nō mentē auertam, non sinā a plaga improuisa me precipitē agi. Iā diu probe instructus sciensꝗ quū essem mortalis mortalē genuisse, ꝗꝗ nihil hu-

Flendū tēperanter.

Iob.

Ostentatio dolo ris in funere velut i tragœdia ꝗ dā vana oīno est.

manū stabile nihilq́ vsq́ ad extremum possidentibus fœliciter possideri aptū est. Sed magnæ ciuitates atq́ illustres & munitionū claritate & colonorū potētia & reliqua copia domi fo- risq́ pollentes in solis ruinis signa veteris nobilitatis ostendunt. Et nauigiū: quod ex multis sæpe naufragiis seruatū sit ac millies quidē mare velociter prætericrit, milleq́ cōmeatus ve- ctoribus tulerit: vno demū spiritus impulsu dissipatur. Exercitus quoq́ sæpe victor in prelio hostibus quandoq́ mutata fortuna miserū spectaculū factus est. Gentes item omnes & insulę in magnā prouectę potentiā: quæ multa quoq́ terra mariq́ tropęa excitauerūt: multas opes e spoliis cōgesserunt: aut tēpore defierunt, aut captiuę factę libertatē cū seruitute cōmutaue runt. Deniq́ quodcūq́ e maximorū & intolerabiliū malorū dixeris, nullū est qđ in vita prio- rum exēplū non habeat. Sicut em̄ pondera trutinę lancibus iudicamus, & auri differentiā la pidis frictu probamus: sic ad mensurā rerū nobis a dn̄o propositarū memoriā referentes ne- quāq́ a modo & ordine excidamus. Quando vero aliquid tuę voluntati aduersum cōtingit, maxime vero dolorē pati nō consuetę: facile id pfecto leueq́ spe futurorū putabis. Sicut em̄ qui oculis infirmi sunt, a rebus valde claris visum auertūt, & in floribus & herbis conquiescunt: sic & animā non iugiter tristia respicere, nec præsentibus rebus mœstis adhærere: sed ad variorū bonorū cōtēplationē oculos rollere oportet. Hoc itaq́ modo continuo vita gau debit si deū semper suspiciat. Spes em̄ vitę meritorū te iugiter rebus tristibus leuabit. Ignomi niā pateris! At gloriā quę patientię pmittitur respice. Mulctaris! Sed diuitiis cælestib[9] & the sauro quē per benefacta tibi reposuisti intende. Excidisti a patria! Habes patriā cælestē Hieru salē. Filiū amisisti! Habes Angelos quibuscū ante Christi thronū choreas ducas. Sic si expecta ta bona præsenti tristitię oppones, animā procul a tribulatione & tumultu tranquillā possi- debis: ad qđ lex Apostoli nos vocat. Neq́ em̄ rebus secūdis cōtra quietē animę efferaris: neu rursus aduersis, eius sublimitatē deprimere, aut gaudiū eripere velis. Qui vero aliter edoctus atq́ animo institutus fuerit: nequāq́ vitā quietā & tranquillā viuet. Cōtra vero, quod supra narraui facile adsequeris: si hoc Apostoli mādatū gaudiū continuū suadens, familiare tibi ha bueris. Si carnis vitia repuleris: si præsentiū malorū sensum despiciens, ad eorū cogitationem bonorū, quorū sola phantasia satis est ad explēdum animi lætitiā, mētē direxeris. Ita demum angelica exultatio tuo cordi nunq́ defuerit. In Christo Iesu domino nostro: Cui gloria & im perium in æterna secula. Amen.

Consolatio in tebus aduersis cōsideratio q́ pulcherrima.

IN MARTYREM IVLITTAM: DEINDE QVAE E SVPERIORE ORATIONE DE AGENDIS GRATIIS RESTABANT.



Concionis hodiernę causa in hoc sacro tēplo fratres dilectissimi est beatę Iu littę martyris preconiū. Itaq́ hunc diem magni certaminis memoriā refe- rentē vobis omni studio celebrādum nunciamus: qđ certamen in muliebri corpore, non solū iis qui tunc ei spectaculo interfuere: sed etiam omnibus in posterū id accepturis admirationi maximę, prodigioq́ fuit aut erit. Bea tissima igitur mulier Iulitta (si mulierē appellare decet, eāquę muliebris na turæ debilitatem animi virilis magnitudine correxit: a qua puto maxime cōmunem aduersa rium nostrū ęgre magnopere ferre se fuisse superatū: qui muliebrem victoriā minime patiēs, vt qui magna illa iactare solet vniuersum commouere orbem, & vt nidū aliquem aut oua re licta prēdere, omnes quoq́ pariter euertere: Deinde a muliebri se virtute vinci videat: quam supplicii tēpore conatus decipere in Deū pietatē vsq́ ad extremū seruantē ac natura fœmi- nea præter opinionē lōge fortiorē inuenit: quæ obiecta terribilia eo magis risit, quo aduersa rius eisdē putauit eā vehementius perterrere.) Hæc inquā Iulitta ad iudiciū quedā in ciuita te potentē olim adcersiuit, hominē plane auarū ac violentū: qui diuitias sibi ex rapina & pre da multas cōparauerat. Ex quo & agros, & villas, & pascua, & seruos, & omnē vitę præsentis supellectilē ex ea ablatā ad seipsum traducens, iudicia falsis testibus & largitione iudicē cor- rupit. Vt autē dies aderat, & præfectus & aduocati adstitere, cœpit illa de hominis iniusti- tia docere: & de violētia simul & auaritia conqueri: q́ rē sibi diu legitime possessam per iniu- riā eripere vellet. Prodiēs ipse, nō inquit iudicium idoneū, neq́ cognoscēdū. Nihil em̄ fas eis commune cū ceteris esse, qui deos Imperatorū non adorant: & Christi fidē sectantur. Videba tur em̄ iuri consentanea apud eos dicere, & necessaria pretendere: quoniā negantibus Chri- stū legū communis erat vsus fortiq́ cōmune. Profitentes vero fidē vt iudiciorū atq́ legū mi nime participes, reiiciebātur. Quid igitur illa consilii super his iniit! An ob contentionē cū vi

Iulittę laudes.

ro potentię ius fasq̃ contẽpsit! An instãs ex iudicibus periculũ exhorruit! Nõ pfecto. Sed va leat inquit vita: valeant diuitię. Corpus em̃ iri pdditũ malo q̃ vocẽ aliquã impiã in creatorẽ meũ emittere. Quãtoq̃ magis præfectũ huiusce modi verbis irritatũ, ac sibi mortẽ intentantẽ conspiciebat: tanto magis deo gratias agebat q̃ diuitias fluxas atq̃ fragiles despiciens cælestiũ bonorũ possessionẽ visa est preferre: & res terrenas ab se abiicere: vt paradisum posside ret. Repulsam quoq̃ & ignominiã parui existimans, vt gloriæ sempiternæ gloriã cõsequeretur. Corpus deniq̃ affligans & vitã sibi ad tẽpus auferens, vt spes tẽpore opportuno cũ sanctis reliquis acciperet. Quum autẽ sæpe interrogata eandẽ continuo vocẽ emitteret: seruã se Christi affirmans: & iis qui ad eã negandã adhortabantur malediceret: tunc iudex iniquitatis non solũ opibus quæ per iniuriam ablatę fuerant eã priuauit: sed graui morte mulctauit igni adiudicãs. Illa vero nihil in vita delectabilius, nihilq̃ potius habuit q̃ ad deũ ocyus cõtendere. Vt autẽ ad flãmã venit & vultu & oris claritate animi alacritatem atq̃ constantiam ostendens: adstantes circa mulieres adhortata est, ne p pietate subire labores grauarentur, ne q̃ naturę muliebris fragilitatẽ causarentur: Ex eadẽ inquiẽs materia esse & ad imaginẽ dei similiter vt viri creatas, & virtutẽ summã recipere hunc sexum esse aptũ pariq̃ honore a summo deo conditũ. Quidni? Si viris in omnibus consanguineę sumus. Non em̃ caro sola ad mulieris cõstructionẽ sumpta est: sed os ex ossibus. Ex quo & robur & firmamẽtũ & patientiam quę ex viris eodẽ modo & ex nobis deo debentur. Hęc dicẽs in pyrã pcurrit, quę sanctę mulieris corpus veluti thalamus aliquis refulgẽs suscepit. Animã vero in cælestiũ regionẽ & ei cõuenientẽ locũ transmisit. Preciosum vero corpus incorruptũ eius propinquis conseruatum est atq̃ in pulcherrimo ciuitatis tẽplo collocatũ: qd & locũ & adeuntes pariter sanctos reddit. Terra autẽ benedicta huius beatę aduẽtu ex propriis brachiis naturam aquę generosissimam emisit: vt modo lactis omnes in ciuitate pariter nutriat. Ex quo p martyre mater communis videtur effecta. Hæc em̃ & valentibus sanitas: & modeste delicatis voluptatis promptarium, & ægris cõsolatio. Gratiam quam Hebręi apud Hierichunta senserunt hanc nobis hæc martyr beatissima tradidit: vt aqua huiusce modi præter loci naturam quum salsæ fere sint omnes, dulcem mollemq̃ ac delectabilem omnibus qui eã cum benedictione bibunt, degustationẽ prębeat. Quamobrẽ viri vos hortor ne virtute muliebri inferiores vos erga pietatẽ videri velle permittite. Mulieres ne & vos tm̃ exemplum relinquite. Sed iam fine excusatione sexus ite obuiam pietati re periculum facientes, quẽadmodum nihil bonorũ vobis naturę defectus impedit. EGO vero fratres quum plura de hac sacra martyre dicere haberem, hesterna orone cœpta, neq̃ pfecta phibeor. Nec ego vt neq̃ natura, facile quicq̃ patior imperfectum. Nam & imago quæ tm̃ ex parte media videtur, non visum ac spectatorẽ admodum oblectat: & itineris labor inanis quidem nisi ad statutum perueniat locũ, quo viator præscripsit. Et currẽtes in stadiis vno sæpe tm̃ gradu deficientes, a palma excidunt. Nos igitur verborum Apostolicorum quę hesterna die adduximus reminiscentes, sperãtesq̃ eorum sensum nos breuiter enarraturos, inuenti sumus plura q̃ ea quæ diximus reliquisse. Quamobrẽ necessarium duximus vobis relictorũ expositionem enarrare. Dictum est em̃ ab Apostolo, Semper gaudere. Sine intermissione orate. In omnibus gratias agite. De gaudio quidẽ continuo, heri: & si non secundum materiã satis: attamen quod potui & mihi licuit, dixi. Quemadmodum vero sine intermissione orare oporteat si audire parati estis, pro virili mea parte sermonem faciã. Oratio est boni petitio a piis mentibus in deum factã. Petitionẽ autem non verbis tm̃ definimus. Non em̃ deum putamus verborum recordatione indigere: sed ea quæ oporteat, satis vel nobis non petẽtibus videre. Quid igitur est quod dicimus? q̃ oportet nos orationẽ, non in syllabis perficere: sed in animę magis electione ac voluntate, tum actione secundum virtutẽ in omni vita perseuerante vim orationis implere. Siue em̃ editis siue bibitis siue quid facitis, omnia in gloriam dei facite. Sedens ad mensam, ora. Panẽ accipiens, danti gratias habe. Vino corporis debilitatẽ sustẽtans: reminiscere donum dei prębentis in cordis lętitiam & infirmitatis humanę consolationẽ. Pręteriit vsus ciborum: Memoria prębẽtis tibi cibos non prætereat. Induens tunicã: auge in deũ charitatẽ. Pallium tibi obuoluis: gratias age tribuẽti: qui per brumam & ęstatẽ necessaria nobis operimẽta parat, vitamq̃ nobis conseruat simulq̃ omnẽ aufert fœditatẽ. Desunt dies: gratias ei habe qui solẽ nobis tribuit operũ diurnorum ministrum. Ignem quoq̃ & lunã per noctẽ & multa alia vitę necessaria abunde suppeditat. Nox vero adueniẽs alias tibi meditationes orationis ministrabit, quando in cælũ re

Verba Iulittæ iãiã morituræ: de muliebri dignitate.

Aqua salubris a corpore beatę Iulittę.

Trãsitus ad reliqua pręteritæ orationis.

Oratio quid. Quomõ cõtinuo orare oporteat ac possimus.

spexeris: quando astrorum pulchritudines contéplaberis, visibiliũ domino gratias habe. Deũ omnium conditorẽ: & artificem adora: qui in sapientia cuncta creauit. Quando item videris omniũ animalium naturam somno occupatam, rursus adora qui nos per somnũ a laboribus continuis soluit: & ex parua requie rursus ad agendi virtutẽ reducit. Nox igitur non sit quẽ admodum sors quædam ꝓpria & electa tota somno dedita. Neq; cõmittas, vt per somni insensibilitatẽ vitę tibi medium sit inutile. Sed noctis diducas tẽpus in somnum & orationem. Ipsi tibi somni pietatis meditationes exercitationesq; fiant. Innascuntur eñ somnis phantasię: quę plerũq; curas nostras cottidianas referũt. Qualia autẽ vitę nostrę sunt studia: talia nobis necesse insomnia fieri. Sic itaq; sine intermissione orabis non verbis tm̃ preces effundens: sed per omnem vitam & actionẽ te deo coniungẽs, vt vita tua non sit aliud q̃ cõtinua quędã oratio.

De insomniis.

¶Tertium vero quod Apostolus pręcipit. In omnibus inquit gratias agite. Quonam modo inquis hoc seruatu facile? Vt anima dolore ob varias calamitates adfecta & velut earũ stimulis agitata, in lachrymas & querelas non erumpat: sed gratias sic habeat veluti si bona cõtigissent? Nam si quæ inimici libido voluerit hęc patiar, quomodo in his gratias habere potero? Mors filiũ charissimi matrẽ longe magis q̃ eum pariẽdo doloribus adficiet: quo modo querelas dimittens, vocẽ gratias agentẽ suscipiet? Quomodo inqs? Si considerauerit q; filio ex eo nato Deus sit & pater ꝓpior, & rector sapientior, & vitę diligentior gubernator. Cur igitur existimemus vt deus ab se creatos vt ꝓuidentissimus rector ex volũtate propria non regat? Sed vt ꝓpriis reb⁹ priuati clamemus: & defunctos, veluti si iniuriam sint passi, misereamur? Tu autẽ illud meditare q; puer nõ decessit: sed redditus est. Neq; extinctus est amicus: sed peregre ꝓfectus & te paulum via præcessit: quam & nos tenere oportebit. Sit itaq; tibi dei mandatum veluti lux & fulgur ad res agendas iudicium præbens sine intermissione q; longe animę tuę principatum retinens & ad veras cuiusq; opiniones dirigens ob nulla cõtingentia a deo te sinet alienari: sed mente directum vt quędam maris scopulum vicinum secure & immobiliter ad violẽtorum vẽtorum & vndarum incursus sustinendos iuuabit. Cur eñ non mortalia cogitare prius te adsueuisti? Sed improuisam filii mortem accepisti? Quum primum nunciata est tibi filii genesis siquis te interrogasset: qualenã est quod tibi est ortum? Quidnam respondisses: An ne q; homo? Si autem homo: ergo mortalis. Quid ergo mirum si mortalis extinctus est? Nonne vides solem orientẽ & occidentẽ? Nonne & lunam augescẽtem & deficientẽ? Nonne mare fluens ac refluens? Quid eñ obsecro apud nos est quod stabilẽ immobileq; naturam habeat? Respice parumper terram ac cælum, quæ nec quidem sempiterna sunt. Cælum & terra transibunt inquit dominus: Astra e cælo cadent: Sol obscurabitur: Luna nõ dabit lumen suum. Igitur si rerum communiũ pars aliqua ad te veniat, feras non quidem citra dolorem, ac sensum: quę eñ insensibilitatis merces? sed in dolore & angustiis mille: veluti athleta quidam & fortitudine & robore generosus: qui non solum in feriendo aduersatio: sed grauia ex eo vulnera ferendo sese magnanimum ostendit: & quemadmodũ gubernator aliquis prudens & ob artis nauticę disciplinam securus ab omni tempestate & vnda, liberã & incolumem seruabit animã. Filii eñ charissimi, siue vxoris amãtissimę vel alicuius alterius rei dilectę priuatio: nihil graue est prouidenti & ad oẽm euentũ præparato, rectamq; vitę rationẽ ducẽ habenti, non autẽ ex consuetudine quadam ambulanti. Consuetudinis nãq; mutatio separatioq; vel brutis quandoq; difficilis. Vidi ego quandoq; bouẽ ad pręsepe ferre lachrymantẽ: quum socium communis laboris vidisset extinctum. Reliqua itẽ bruta vehemẽter consuetudine addicta videre licet. Tu autẽ non sic didicisti aut edoctus es: sed amicitię amorisq; alicuius principium ex longa consuetudine sumere nihil fortasse indecens: Dolere autẽ separationẽ vt longior nobis mora quẽadmodum spes erat non existat: penitus incongruum. Verbi gratia. Vxor coniuncta tibi communis vitę societate, lętitię ministra: rerũ gratarũ conciliatrix: in aduersis bona tibi adferens: magnãq; tibi tristitiæ partẽ auferẽs: ereptatibi migrauit e vita: ne corruas animo, neu casum aliquem dixeris esse, aut rerũ temerariũ euẽtum nullo orbem rectore gubernante: ex tui doloris magnitudine suspiceris. Nec tibi mala mente dogmata persuadens, ex officio, aut limite pietatis excesseris. Quoniam autem omnino duo in carne vna sunt: factã separationẽ hãc & cõiunctionis diductionem ferenti cũ dolore, venia ꝓculdubio conceditur: non attamen huius rei gratia aliquid quod minime deceat sentire, aut loqui vtile fuerit. Cogita enim quemadmodũ is qui nos cõdidit deus, cuilibet animę viuendi formulam dedit, & aliis alios quidem modos & exitus cõstituit. Hũc ali-

Gratias in oĩbus agite.

Consolatio super defũctis.

Brutorũ pathe.

Vxor.

quanto plus in carne morã trahere voluit:illum citius e vinculis corporis secundum ineffabiles suę sapientiæ iustitięq; rationes solui iussit. Sicut eñ in custodias coniectorum, quidam plus tẽporis in pædore & vinculis retenti: nonnulli suę miserię celeriorẽ inueniunt liberationẽ: Sic & animę quędam in hac vita diutius retinentur, alię minus, secundum cuiusq; dignitatis ꝓportionẽ: sapienter quidẽ & ꝓfunde. Nec mens vnq̃ humana ea quę circa nos dei prouidentia contingunt posset attingere. Nonne vides Dauid dicentẽ: Educ de custodia animã meã. Nonne audisti ꝙ eius tãdem exsoluta est anima? Quid Symeon ipse in vlnis dominum accipiens: quam vocem emisit? Nunc dimittis domine seruum tuum secundũ verbum in pace. Properanti namq; ad supernam patriã, mora corporis est omni pœna & omni carcere grauior. Ne igitur ob breuem delectationem illius vsq; ad extremum adfectus sequi contẽde, sed hos cogita qui in vita coniuncti, deinde per mortẽ diuisi sunt: queãdmodum iter facientibus similes existunt: qui ob continuã inter se cõuersationem quandã necessitudine deuincti postq̃ cõmunem viam absoluerint, tempusq; ac necessitas vt diuidãtur exposcit: nulla iam amplius contractę consuetudinis mutuę ratione retinentur: sed ad propriũ quilibet terminũ vt propria cuiq; fuit ab initio vię finis ac meta, contẽdit. Contigit autẽ ipsis in itinere familiaritas, sic & in matrimonio vel alia quadam vitę sorte coniunctis proprius vitę cõstitutus est terminus: cõiunctos autẽ inuicẽ, finis cuiq; statutus diuisit atq; dissoluit. Bene igitur institutę mẽtis fuerit separationẽ hanc non nimis ęgre ferre: sed ab initio in prima coniunctione gratiam cõiungẽti habere. Tu autẽ quãdo tibi vel vxor vel amicus seu filius aderat cuius causa nũc mœres, gratiam præbenti minime habuisti: sed eadem tibi erepta tñ doles ac quereris. Querendi ꝑfecto materia nobis nunq̃ deest. Si vxori soli cohabitas, quoniã filii quales volebas nõ erant: Si filii aderant: quoniã diuitiis non adfluebas, vel ꝙ inimicos in felicitate quosdã agẽtes adspiciebas. Vide igitur ne aliquãdo ipsi nobis rerum charissimarum priuationes pręparandi causa simus, quum pręsentium commoditatẽ ex deo minime sentiamus: præteritarum vero penitus obliuiscamur. Quoniam ergo ob bona pręsentia gratias deo non habemus, necessaria nobis priuatio, vt sentiamus. Queãdmodum eñ oculi vehementer splẽdidum iuxta positum non vident, verum recessu quodam mediocri egent: sic & animæ ingratæ, in bonorum priuatione præteritorum tñ sentire gratiam videntur. Quando enim ea quæ cupiunt sunt adsecuti, nullã ex eis deo gratiam habent: erepta vero cognoscunt. Sed nullus nostrum vlla de causa: aut vllam ob calamitatẽ gratias agere desistet, si diligenter quodlibet ꝑscitare velit. Cuiuslibet nostrũ vita multa ac admodum ingrata possidet bona, quę illorum comparatione quę longe sunt inferiora magis apparent. Vnde sors nostra qualiscunq;, melior continuo videbitur. Seruus es? Habes te humiliorẽ? Gratias habe ꝙ vnũ superas: ꝙ non ad molã damnatus es: ꝙꝙ non verberaris. Non deerunt & huic si forte cõtinget causę, itẽ gratias agẽdi. Non enim adhuc compedes habet: non in ligno vinctus est. Si vinctus, vitam saltem retinet: vt eius occasione gratias deo agere possit. Solẽ videt: aerẽ respirat. In his gratias aget. In iuriã pateris? Spe futurorũ gaude. Iure cõdẽnatus es? Gratias item age: hic factorum das pœnas: ne ꝑpetua punitione, admissorum gratia crucieris. Eadem igitur ratione in omni vita & omni studio: licet domino omnia videnti præsentium rerum gratias, qualescunq; hę fuerint, agere. Nunc autẽ mala hæc patiuntur ꝙ rẽ præsentẽ despiciunt: absentẽ, ac deficiẽtẽ cupiunt. Non eñ inferiores ipsis connumerant. Ex quo nec ex iis quę obtinent deo gratias reddunt: sed potius excellentioris comparatione, ea quę sibi deficere vident: sic vt ꝓpria ac debita computantes aliena intuẽtur. Vnde facile queruntur & dolẽt. Seruus, ꝙ liber non sit discruciatur. Qui autẽ liber natus est: ꝙ non ex bona sit patria neq; nobili genere: ꝙꝙ sepẽ auos in genealogia nõ numeret. Qui vero genere clar⁹ est: sed equos plures nutrierit, vel in gladiatoribus opes absumpserit: queritur ꝙ non sit diues. Diues autẽ angitur ꝙ ciuitatum ac gentiũ princeps non existat. Dux, ꝙ rex nõ euadat. Rex, ꝙ orbi toti non dominetur. Dolet si quę gentes relinquantur quæ ei nõ obtẽperent. Ex iis itaq; deprenditur ꝙ in re nulla gratię præbitori redduntur. Quãobrem nos fratres dilectissimi tristitiam ex iis quæ nõ possidemus dimittentes, de rebus tñ pręsentibus gratias agere discamus: & in rerũ difficultate ac calamitate nos circunstãte medico sapiẽti vna cum Dauid dicamus. Bonum mihi quia humiliasti me. Dicamus item cum Apostolo: Non sunt dignę passiones huius tẽporis ad futurã gloriam, quę reuelabitur in nobis. Dicamus insuper cum Propheta. Parum ob ea quæ peccauimus vapulauimus. Inuocabimus nomen tuũ, quoniam corripuisti nos domine. Verumtamen in iudicio &

Similitudo pulcherrima qñ amantes duo per mortem diuidũtur.

Nullus tã miser qn multis ex deo cõcessis bonis lętari debeat

Querelę friuolæ.

Commemoratio beneficiorũ Dei erga hominem.

non in ira. Dum enim castigamur a domino, corripimur: ne cum hoc mundo damnemur. In rebus lętis ac fœlicibus illam Dauid vocem rursus dicamus. Quid retribuam domino ꝑ omnibus quę retribuit mihi? Quę autem tribuerit videamus. Ex nihilo me primum in lucem produxit, rationeq; & oratione ornauit: tot artes vitā iuuātes dedit: cibos ex terra nobis ꝑduxit: pecorũ animaliũq; ministeria dedit: ꝓpter nos imbres: nostri gratia sol, luna. In terris vero montana campestriaq; ornantur: per quę ad montium vertices euadimus. Nostri gratia fluunt amnes: scaturiunt fontes: mare ad mercaturam nauigatur. Praeterea extāt metallorũ gratia diuitię. Tot vbiq; amoenitates ob ingētē in nos dei nostri beneficētiam, vniuersa hæc nobis creatione subministrante. Sed quid hæc parua dicere opus. Nostri gratia, Deus homo & verbũ caro factum, nostrumq; tabernaculũ accepit. Erga captiuos beneficus & liberator: In eos q sedēt in tenebris & vmbra mortis sol iustitię. In morte, vita. In inferno, lux. In mortuis, resurrectio: spiritus adoptionis: gratiarum distributio: coronatũ promissio: & alia per q̄ multa quę enumerare facile non sit: quibus deniq; omnibus vox illa Prophetę quadrare videtur. Quid retribuam domino ꝑ omnibus quę retribuit mihi? Et rursus, hęc non dicitur tribuisse. sed retribuisse: munificus & in dando maximus. Nõ vt ab initio gratiam tribuens: sed vt reddens gratis hominibus. Gratitudinē enim accipientium gratiam loco beneficii cõmemorat atq; computat: qui & opes dans abs te per manus pauperũ eleemosynam petit: & q̄q̄ sua ipsius accipit: gratias nihilominus tibi, vt de re tua, vult reddere. Quid igitur retribuemus domino ꝑ omnibus quę retribuit nobis? Notandum Prophetę verbum pulchrę dubietatis, ac vestigātis propriā paupertatem, ꝙ tam magnis & claris beneficiis nihil retributione dignũ habeat. Quæ tamen beneficia non ad summum omnino peruenere: Nam plura in posterum nobis dare pollicetur: paradisi delitias: regni cęlestis gloriā: ęquales angelis honores. Deniq; ipsius dei notitiam: quod merētibus bonorum supremum est, ac omnis pariter rationis particeps natura exoptat. Quod vt nos consequamur carnis adfectibus exuti atq; purgati danda est opera. Sed quomodo qđ primum est bonorum omnium perfectissimum, amorem communionemq;(nam legis plenitudo & consummatio charitas est) erga ꝓximos ostendemus? Postq̄ eos in magnam incidisse calamitatem videamus, nec cum ipsis flemus, neq; angimur: sed potius ob ea quę illis eueniunt mala gaudemus. Nā proprium incommodum alacriter & cum hilaritate ferre, patientię quidem constātięq; signum: in alienis vero calamitatib⁹ lętari gratiasq; deo agere, nihil aliud q̄ in malis gaudere fuerit & adfectos dolore magis adficere. Nihilominus flere cum flētibus Apostolus iubet. Quid igitur ad hęc dicemus? An rursus verba domini necesse memorare? In quibusdā eñ lętari & in q̄busdā flere iubemur. Gaudete inquit & exultate ꝙ merces vestra copiosa est in cœlis. Et rursus. Filię Hierusalē nolite flere super me: sed flete super vos & filios vestros. Itaq; iustis sermo diuinus dolere pariter & lętari pręcipit, aliis quidem ex pœnitētia, lachrymātibus simul conqueri & lugere vel sine dolore existētes plorare: ꝙ nesciāt quo modo perierint. Non eñ super hominũ morte plorantē, aut cum vlulatib⁹ clamātē putare oportet, diuinũ implesse præceptũ. Neq; ego medicũ laudo: qui loco ferēdi auxilii ęgrotātibus: sese malis refersit. Neq; gubernatorē, qui loco regendi nautas & cũ vētis certādi & fluct⁹ fugiēdi: deniq; timidiores consolādi hortādiq; ad spem: simul cũ iis qui nullā maris experiētiā habēt periclitātē ac metuētē. Talis affligitur qui ad plorātes accedens nihil eis ex sermone proprio vtilitatis adferat: sed ex alienis perturbationib⁹ ipse demum adficiatur. Reliquum est vt ex miseriis lugentium doleamus. Sic enim seipsum familiarem quisq; laborantibus faciet, si nec gaudeat in calamitatibus alienis, nec item nimiũ doleat. Non enim vlterius dolorem mœstis proferre conuenit. Ex quo simul clamare vel cõqueri cum adflicto, vel cum eo eiulare qui ob dolorē in tenebris existit. Verbi gratia, seipsum execrati & atratum reddere: humi volutari: comas negligere, magis dolorē augere q̄ lenire fuerit. Nõne vides vt tubera & splenes vulneribus ac febribus superuenietibus dolores prorogant: manus quoq; per tactum mansuetum vlcera mitigant. Noli igitur ipsum tua pręsentia perturbatum animum alienum exacerbare: neve supra ruentem cadere. Qui enim iacentem erexerit, omni cadente sublimior esse debet: At qui æqualiter ciciderit, altero item erigē re indiget. Attamen ob casus mediocriter morderi & modice rebus tristibus pungi, ab re nõ fuerit. In oris adspectu & grauitatem & pondus & mediocrem significare perturbationem, eum qui est proximum consolaturus, decet: nec statim increpationibus adflictum inuadere velut in casus ipsos subito irruentē oportet. Graue namq; animā dolore afflictam increpare.

In angustia quoq; constituti huiuscemodi homines minime audiuntur aut recipiũtur: quorum sermones nullum eos euentuum dolorem sentire ostendunt. Sed eum quem consolari cupis prius parumper queri finas. Deinde dolore paulum per lachrymas vlulatumq; sedato, tunc leniter & humaniter castigabis: tum ad patientiam & animi tranquillitatem sensim reuocabis. Nam & equorum domitores equos minime freno audientes non statim habenis cõpescunt: aut calcaribus impellunt. (Sic enim adsessores repellere & excutere discunt): sed eis obtemperando ab initio ac minime resistendo postq̃ iram & impetum paulatim consumptũ deficere viderint, tunc arte quadam obtemperantes & ad omnia dociles reddunt. Sic erit ex Salomonis sententia dicentis: Melius ire ad domum luctus q̃ conuiuii. Siquis cum prudẽtia & mansuetudine poterit propriam sanitatem afflicto impertire: sed non aliena tristitia sese vt ophthalmia contaminare. Itaq; flere cum flentibus licet: quando videlicet ob peccatorum pœnitentiam fratrem lugentem videris: tu quoq; misericordia motus simul luge. Sic enim in alienis malis tuum corriges atq; nosces. Qui enim super proximi peccata lachrymas fundit: se quoq; deo conciliat. Talis erat ille qui dixit: Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam. Quamobrem super peccatum lachrymas funde. Ipsum namq; animę etiam immortalis, mors est. Ipsum omnino questubus & vlulatibus irrequietis dignum. Ob peccatũ inquã vberes fluãt lachrymę, nec singultus ex imo corde pcedentes deficiãt. Flebat Paulus inimicos Christi crucis. Hieremias itẽ super pereũtis peccata populi flebat: q̃ qm̃ naturę lachrymę non satis erãt, fontẽ lachrymarum quęrebat. Sedebo inquit ac plorabo populum hunc dies multos perdentẽ. Tales igitur lachrymas: talesq; luctus verbum nostrũ sermoni assumptũ collaudat: Non autẽ omnẽ tristitiã, nec ex qualibet causa prouenientẽ luctũ. Vidi ego iam quosdã voluptarios homines omni oblectationis generi deditos: in aliqua deinde mœstitia ad vinum ebrietatẽq; se conuertere, & eorũ intemperãtiã excusare conãtes ex Salomonis verbis dicentis: Date vinũ in tristitia. Nam hic prouerbialis est sermo, nõ ebrietatem suadens: sed humanã ostendens vitã. Vt enim ipsius ænigmaticũ sensum relinquam: Vinum dicentis lętitiam cum ratione: Mens alioqui vino moderato exhilarata vim admodum magnã retinet. Vt igitur vehementi luctu & corde grauati cibo recreãtur: & panis cor mœstum ex Psalmi sententia confirmat: sic etiam vinum modice sumptum cor hominis lętificat vires digerit ac roborat. Ebrii vero nimis vino indulgẽtes non quidem tristitiã mitigãt, sed mala malis cõmutant: & animęmorbos, p morbis corporis cõplectunt: ac eos qui lances in libra æquant imitãtes, tãtũ de mœstitia subtrahunt quantũ voluptarium augẽt. Sed ego quidem existimo auxilium natura vinum prębere oportere. Non autem tantũ abundare merũ, vt tenebras rationi obducat. Sic enim vino mœstum aliquid non commiscebitur: nec ebrietatis malũ animę addet. Si autẽ mœstitię medicus est ratio, & malorũ aĩæ medicinã erit ebrietas impediẽs. Quęcũq; igit in hoc sermone diximus si diligẽter cõsiderabis: Apostolici pcepti facultatẽ pariter & vtilitatẽ inuenies. In primis quo mõ recta ratione cõtinuo gaudeas: Quo modo itẽ sine intermissione ores: Postremo quomõ in oĩbus Deo gratias agas. Et demum queadmodũ afflictos cõsolari debeas, vt ex oĩ parte integer ac pfectus existas, auxilio sancti spiritus, & gratia dñi nostri Iesu Christi, Cui gloria & imperium in æterna secula. Amen.

ophthalmia. i. cęcitate.

Date vinũ in tristitia.

DE FIDE.



DEI Quidẽ continuo reminiscẽdi apud pias & ei dicatas animas nulla satietas. Quæ vero sunt dei sermone psequi ac narrare, audax profecto facinus quum infra materiã tã arduam nostra sit longe cogitatio. Rursusq; nec de deo cogitata seu cognita sermo vllus satis aperte explicare possit. Si igit mens nostra diuinarũ rerũ cõsideratione ac notitia multo reperiatur inferior, & oratio infra mẽtẽ ipsam & cognitionẽ maxime existat, quõ nõ erit officiũ silere, ne theologię dignitas verborũ pœnuria & tenuitate periclitari videat? Cunctis eñi tã doctis q̃ indoctis natura insitũ hoĩbus, vt deũ esse putẽt ac pbẽt. Enarrare autẽ ipsius magnitudinẽ nullus sane inuenit idoneus. In cultu vero ac pietate erga illũ alter ab altero distamus. Nemo eñi ita demẽs, aut tãta mẽtis cęcitate, vt ad summã dei cõprensionẽ sese peruenire existimet, sed quãto magis ad ipsius notitiã accedere videbit, tãto maiorẽ sentiet infirmitatẽ. Talis erat Habraã, talis Moses. Quãdo eñi deũ videre quãtũ fas erat homini potuerunt: tunc maxime vterq; se humilẽ tenueq; putauit. Habraã se cinerem nominans. Moses vero se lingua balbum, ac sermone tardum appellans. Videbat enim se rerum cognitarũ magni

Dei icõprehẽsibilitas.

tudini nequaq̃ linguę debilitate posse respondere. Sed postq̃ omnium aures ad theologię auditionem sunt excitatę: nec vlla satietas, aut vllus finis in ecclesia taliũ acroamatũ, Ecclesiastici sermonẽ verũ faciunt dicẽtis: Non implebitur auris ab auditione. Necesse itẽ nobis pro facultate aliquid de hac enarrare. Dicemus enĩ nõ quãtus est deus: sed quãtũ nobis deprendi potest. Nã si quę sunt intra cælum & terrã media satis adspicere oculis non valemus: non ꝓpterea causa nobis fuerit, vt quãtũ possimus non adspiciamus. Sic & nos paucis nunc verbis pietatis in hac parte officio satisfaciemus. Naturę vero magnitudini triũphũ & plenum de hoc sermonẽ cõcedemus. Nam nec Angelorũ linguę qualescũq; aut quãtęcũq; hę sunt, neq; itẽ Archãgelorum cum rationali natura congregatę, vel minimam illius diuinitatis partem satis congrue prosequi valebunt. Tu autem si aliquid de deo dicere aut audire cupis: mitte corpus vna cum sensib⁹: relinque terram: mare, aerem, sub tuis ponito pedibus. Spectabis tñ contemplatione temporum pulchre distinctas ordinationes, terrę ornatus. Supra æthera mẽtis oculos attolles. Siderum cursus mirandamq; naturam: considerabis ordinem, magnitudinem, quãtos omnibus fructus prębeant: splendorem, motũ, collocationem: quemadmodũ inter se iungantur, ac distent mirabili quadam ac perpetua ratione omnia mente tecum voluntans. Deinde supra cælum ascende & animo pulcherrima quæ ibi adsunt contemplator, cælestes exercitus: Angelorum choros: gloriã Dominationũ: sedes Thronorũ: Principatus, Potestates, singula percurrendo creata: mentem amore diuino incensus altius illis attolle: ac omnium conditricẽ naturã diuinã intuere, stabilẽ, immobilẽ, nihil in se alienũ retinẽtẽ, impassibilẽ, indiuisibilẽ, incõpositã: lucẽ habitantẽ inaccessam: potentiã ineffabilẽ, magnitudinẽ incircunscriptã, gloriã supremicantẽ, bonitatẽ desiderabilẽ, pulchritudinẽ inenarrabilẽ, quę anima quidẽ vehementer contẽplatione abstracta paulũ quidem degustare: sermone autem nequaq̃ explicare potest. Ibi namq; pater, filius, & spiritus sanctus. Increata quidem natura, dominica dignitas, naturalis bonitas. Pater omnium principium, omnium causa existentiũ, animantiũ radix: vnde vitę fons orta est sapientia potentia inuisibilis dei: incommutabilis natura. Filius ex patre genitus, verbum viuens, deus existens & ad deum existens: existens non factus ante omnia secula, non postea creatus. Filius non seruus, creator non creatura. Cuncta existens, & quãta pater est filius inquã & ipse. Has tu custodi ꝓprietates: in filii consistẽs appellatione eadem esse omnia quæ & pater: ex ipsius domini voce dicentis. Cuncta quæ habet pater mea sunt. Nã & imagine iconica sunt omnia quæ in prototypo siue exemplari existẽt: Vidimus inquit Euangeliũ, gloriã eius gloriã quasi vnigeniti a patre: Hoc est non ex munere aut ex gratia, hæc ei miranda data: sed ex naturali communitate patrię diuinitatis dignitatẽ obtinentis filii. Accipere nãq; commune quiddam cũ creatione est. Habere autẽ ex natura, ꝓprium geniti. Vt ergo filius, naturaliter ea quę sunt patris possidet: vt autẽ vnigenitus omnia in seipso cõprendit, nihil cum altero diuidẽs. Ex ipsa igitur filii appellatione discim⁹ q; naturę socius est non nasci iussus, sed ex potestate splẽdens, sine interuallo, sine tẽpore, cũ patre coniũctus: æqualis in bonitate, æqualis in potentia: eiusdem socius gloriæ, altera demũ patris imago totum in se patrẽ ostendens. Quæcunq; autem post hæc tibi de ipso filio corporea dicuntur, vt videlicet ob salutem hominum carnem adsumens se nobis manifestauerit: q; missum se & nihil per se posse, & mandatum a patre accepisse, & his similia dixerit: nullam tibi occasionem prębeat, vt ipsius vnigeniti diuinitatem vlla ex parte minuas. Nõ enim ea quę humiliter ac tenuiter de domino ob tui ingenii debilitatem dicta sunt, causam minuendi, aut aliquid detrahẽdi diuinę potẽtię dignitati congruã habent. Humiliora namq; verba ex œconomia & administratione intellige: quæ ob nostram suscepta est salutẽ. De quibus si impręsentiarum tractare vellemus: obscuri vehemẽter essemus, multam infinitamq; poene verborum copiam subiecto adducẽtes. Sed ad ꝓpositum reuertamur. Si mens nostra sese corporeis adfectibus purgare atq; exuere, & omnem intelligibilẽ creationẽ ab se abiicere posset, & quemadmodũ piscis ex profundo ad summum adnatare, in primam creationis puritatem reducta: ibi spiritum sanctum videret, vbi filius, & vbi pater omnia cum ipso coniunctim & secundum naturam, bonitatem, rectitudinem, iustitiam, sanctitatem possident. Dicitur enim. Spiritus tuus bonus. & rursus. spiritus rectus. Itẽ. spiritus sanctus. Et Paulus ait. Lex spiritus vitę. Horũ nihil additũ est ipsi: nihil postea factũ. Sed quẽadmodũ ardere minime ab igne separatur, nec a luce splẽdere: sic nec a spiritu sanctificare, viuificareq;, seu bonitas, seu rectitudo: Ibi igitur spiritus constitit. Ibi inquã in natura beata: nõ cũ multitudine connumeratus, sed

De cõtẽplatione rerũ cõditarũ q̃ deum fateneur.

Dei natura.

Trinitas diuina.

Gloriã q̃si vnigeniti.

De spiritu sãcto.

in trinitate consideratus. Vnice enunciatus: non in numero aliquo, aut consortio comprensus. Pater vnus: Et filius vnus. Sic & spiritus sanctus vnus. Ministrantes autẽ spirit⁹ in singulis ordinibus multitudinẽ nobis vix numerabilẽ ostendunt. Ne igitur in creatione qđ supra creationẽ est queras: Neve ad id quod sanctum facit cum iis misceas quę sancta sunt facta. Is autẽ spiritus Angelos & Archãgelos implet: Potestates sanctificat: oĩa deniq̧ viuificat. Is itẽ in omnẽ creaturã diuisus & ad aliud aliter transiẽs, omnibus ex se gratiã distribuit: Nec diductus aut distributus in plures absumitᵊ q̃uis suscipiẽti gratiam referat. Nec aliter integer conseruatur q̃ sol corporibus lucens: qui varie a quolibet sumptus non ꝓpterea diminuitur. Sic & spiritus omnibus quidẽ gratiã prębẽs, infractus remanet ac indiuisus. Omneis qdẽ clarificat: secundum dei iussum. Prophetas inspirat. Legislatores sapiẽtes reddit. Sacerdotes sacris instituit: Regibus fortitudinẽ addit: dirigit iustos, ornat modestos, gratiã actionibus ꝓbet, mortuos viuificat, soluit compeditos. Alienos in filios ꝑ regenerationem supernã adoptat. Si telonarium deprendat credentẽ, Euangelistam constituit. Si piscatorẽ inueniat, Theologũ reddit. Si ꝑsecutorẽ, gentiũ Apostolum, pręconem fidei, vas electionis declarat. Per hunc etiam spiritum debiles redduntur robusti: pauperes in diuitias veniũt: Idiotæ ingenio & eloquẽtia cęteris quidẽ sapiẽtibus sapiẽtiores euadunt. Paulus debilis, sed ob pręsentẽ spiritum eius corporis sudaria adiumẽtum suscipiẽtibus prębẽt. Petrus & ipse humana velat⁹ debilitate, ob eiusdem spiritus gratiã vmbra corporis morbos ægrotantium pellebat. Pauperes Petrus & Ioannes argentum & aurum non habebant, verum sanitatẽ diuitiis longe ꝓciosiorẽ pauperi claudo apud portam speciosam donauerunt. Qui quum ex multis aurum acciꝑet nihilominus rogabat. Ex Petro gratiã cum suscepisset, rogare amplius destitit: Veluti ceruus ꝓsiliens ac Deum collaudans. Ioannes mundi sapientiam nunq̃ didicit aut nouit: Nouit attamen potentia spiritus verba quæ nulla sapientia deprendere valet. Is deniq̧ spiritus coelum firmauit: terrã impleuit: vbiq̧ adest & nusq̃ circunscribitur: totus in quolibet inhabitat, & totus cum Deo est: non quidẽ ministri modo dona distribuit: sed Dominica ac principali potestate charismata diuidit. Diuidit inquã ꝓpria cuilibet vt vult. Mittitur interdum vt minister: agit quandoq̧ vt auctor & princeps. Quamobrẽ fratres amatissimi hũc animab⁹ nostri adesse omni studio quęramus: nec vllo vnq̃ tempore nos desinere, quin in gratia simus domini nostri Iesu Christi: Cui gloria & imperium in æterna secula. Amen.

Sãi spũs effectus pulcherrime narrantur.

Miracula sancto rũ p.ff.

SERMO IN VERBA ILLA. IN PRINCIPIO ERAT VERBVM.



MNIS Quidẽ Euangeliorũ vox reliquis oĩbus sancti spiritus ꝑceptis eminentior esse dignoscitur: ꝙ in aliis ꝑ ꝓphetas, in Euangeliis autem ipse per se Dominus nos est adlocutus. In ipsius aũt Euãgelii laudibus & sermonis magnitudine & sentẽtiarũ grauitate Ioãnes filius tonitrui primas obtinet. Cuius procemiũ nuper lectũ audiuimus. In principio erat verbũ & verbum erat apud Deũ: & deus erat verbũ. Hæc ego noui multos extra veritatis rationem mundana sapientia pręditos iactantes & admirantes, ac suis decretis & scriptis miscere audentes. Fur enim diabolus & nostra extra nuncians ad suos Hypophetas trãsfert. Si igitur carnis sapientia tm̃ virtutem verborũ admiratur, quid nos spiritus sancti discipuli facie mus, si frustra & sine attentione audimus, & paruam admodum in eis inesse virtutem existimabimus? Et quis ita sine mente ac sensu: vt talem sentẽtiarũ pulchritudinem, ac descriptorum indeprensibilem veritatẽ non stupeat & admiretur, ac eius veritatem deprẽdere cupiat? Verumtamen admirari quidem pulchra nequaq̃ difficile: sed perfectam ac diligẽtem eorum adsequi cognitionem, hoc sane captu difficile. Nam & solẽ hunc sensibilem nemo est qui nõ laudet, & ipsius magnitudinẽ, simulq̧ pulchritudinẽ & radiorũ symmetriam & lucis splendorem admirans. Si vero in eum diligentius ac pertinacius intuebitur, & indies eius adspectum considerabit: non solũ ea quę sentit in eo nõ deprẽdet, sed etiã oculorũ acie debilitatus abscedet. Tale quid mihi videor mente pati: si ardua sublimisq̧ verborum prædictorũ vestigatio requiratur: In principio erat verbum, quisnam digne quæ sunt circa principia, cognoscet? Quænam verborum virtus inueniatur, quæ possit cognitum pro ipsius dignitate ostẽdete. Ipse namq̧ Ioannes de Christi ac Dei nostri Theologia tractaturus nullum aliud exordium orationis aptius q̃ principium omnium prætulit. Præuidebat enim futuros esse qui sophismata in audientium euersionem machinarentur. Quoniam si genitus est non erat, & anteq̃ generaretur non erat: Ex his ergo quæ non sunt hypostasim accepit. Talia enim linguæ

Euangeliorꝫ pręstantia. Ioannis excellentia.

loquunt ad persuadendum aptę:ac supra omnem gladium ancipitem penetrabiles & acutæ. Ne igitur alicui huiuscemodi tendiculas vsurpare liceat:spiritus sanctus occurrit per Euangelium loquens.In principio erat verbum.Si enim hanc vocē recte tenueris:nihil a viris contentiosis ac captiosis graue patieris.Si eñ ille dixerit.Si genitus est,non erat:Tu dic:In principio erat.Sed inquit prius q̄ genitus fuerit quomodo erat?Tu ne dimittas erat, vt nō item relinquas:In principio.Principii namq̧ summitas nequaq̄ deprendirur. Quod autem extra principium sit non inuenitur.Ne quis enim te decipiat varia dictionis significatione.Multa enim sunt principia diuersarum rerum in hac vita:quę ante se principia retinent alia.Principium bonę vię dixit Prouerbium:sed vię quidem principium primus motus: vnde iter incipimus:cui qđ est recto inueniri potest,& Principium sapientię timor domini.Sed hoc principio est aliquid antiquius:videlicet animæ cōstitutio,nondum factę sapientis,nec domini timorem accipientis.Dicuntur & Archę ciuiles potestates quæ dignitate præcellunt: sed ipsę Archę quorūdam sunt Archę,& ad aliquid quęlibet.Principium item lineę punctū.Et principium superficiei linea:& principium corporis superficies:& orationis principia elemēta. Illud autem de quo dicimus principiū,nō tale est:nulli adligatur,nulli seruit, cum nullo consideratur,sed liberū est sine domino:solutū omni ad alterū cōiūctione.Cogitatione indeptēbile:vltra qđ inueniri non est.Si enim phantasia mentis contenderis principiū præterire: inueniēs ipsum te prętereūtē ac pręueniēs:& tuas oīmino decipiēs cogitationes: dimitte tuā mētem quārū ipsa cupit pcurrere: & ad superiora conscendere: Deinde ipsam reperies in infinitum errantē,ac per multa vacua spatiantem:rursus vero ad suiipsius vnitatē redeuntē: quoniam antiquius seipsa principiū reperire nequeat.Idcirco semp principiū omni cognito exterius,ac superius inuenit.IGITVR In principio erat verbū.O rem mirabilē:quomodo cūctę inter se voces cōgrue sunt cōiūctę!Nam et at,æque potest ac vox hęc:In principio.Vbi blasphemus?vbi lingua Christo aduersaria dicēs?Erat aliquādo,quādo nō erat.Audi Euāgeliū. In principio erat.Si autē in principio erat:quādo nō erat?Impietatē eorū ne ploro,an ignorātiā abominor?Sed anteq̄ factū esset,non erat.Nosti eñ quādoq̧ genitū est : vt quod prius est possis illi qđ est sine tēpore addere. Illud eñ antea tēporalis est vox aliud alii addēs vetustatē.Tēporis autē conditorē quomō cōgruū,generationē tēporali appellationi habere subiectam?Si enim ab hoc verbo erat non deficies, aut te alienaueris, nullum tuę impietati dabis aditū.Sicut eñ per mare euntes: quādo inter duas anchoras fluctuāt tēpestatē despiciūt: sic & tu hac praua turbatione exeuntis iniquitatis tuā vitā quatiēte multorum opinionem ridebis:si horum verborum securitate animā confirmatā munitamq̧ habere tibi putaueris.

De principio.

Archę & principatū & principiū significāt.

Verbū qđnā in principio. De verbo. Logos.

Quęrit mēs nostra quodnā hoc in principio verbum sit:humanum ne verbum an angeloꝝ: quoniā innuere nobis Apostolus videtur,Angelos pprīā habere linguā dicēs. Si linguis loquar hominū & angelorū.Sed & verbi duplex est sensus: Vno modo per vocē plarus & aetem verberans statimq̧ periēs,Alio modo intra nos positū & nostris cognitum cordibus.Logos insup artificiosa est oratio.Vide itaq̧ ne vocis hui⁹ æquiuocatio te forte decipiat.Quomodo eñ erat in principio humanum verbum cum homo initiū generationis postremo acceperit?Nā ante homines:& bestię,& volucres,& serpētes:omnia deniq̧ terrestria,aquatilia, volatilia,astra,sol,luna,hortēsia,terra,mare,cælum. Nō igitur in principio humanum erat verbū:sed neq̧ angelorū esse potest.Omnis nāq̧ creatio inferior æuo est, principiū a creatore accipiēs: Verbū autem intrinsecus cordibus nascens,& ipsum est quolibet cognoscēte inferius.Sed de verbo intelligendū per qđ vnigenitū tibi significare voluit. Verbū namq̧ appellauit:qđ paulopost & lucem,& vitā,& resurrectionē vocat.Quū vero lucem audis,nō hanc sensibilem oculisq̧ visibilem existimabis.Neq̧ quū vitam audiueris,hanc communem putaueris qua & bruta viuunt.Similiter & verbū audiēs,caue mētis imbecillitate ad humiles terrenasq̧ sententias deprimaris,sed verbi potestatem ac sensum diligentius inuestiga,cur verbum/vt qđ ex mente procedit ostendatur. Cur inquam verbum?Quoniam sine motu genitū est.Cur verbum:Quoniam figura generantis totum in se monstrans generantem: nullam inde partem deducens,& perfectum in se existens:quemadmodum fere verbum nostrum qđ totius nostræ cogitationis imaginem refert.Quæ enim secundum cor nouimus hæc verbo proferimus.Est quoq̧ intellectio in corde ipsius figura qđ locuti sumus. Ex cordis eñ abundantia,verbū pronunciatur. Nam cor nostrum veluti fons est quidam. Verbum vero emissum veluti riuus ex hoc fonte profluens.Tantum igitur profluens, quātum ab initio mouetur,

ac quale opertũ,tale item apparens extat. Verbũ itaq; dixit:vt immobilem patris generatio nem ostẽdat,& perfectã filii substãtiã theologizet,& cõiunctionẽ sine tẽpore filii ad patrem per hęc ostẽdat.Nã & verbũ nostrũ mentis generatio sine motu factũ:nec scindit neu diuidi tur,neq; fluit:sed manẽs tota mens in ꝓprio statu,verbũ totũ & continuũ emittit:ac proce dens verbũ omnẽ generãtis virtutẽ in seipso cõplectit. Tua igit pietas tñ ex verbi voce vni geniti Theologiam accipiat: qđ quidẽ obscurũ verbũ & inconditũ ac inconcinnũ apparẽs in uenetis:hoc vitabis & omnino preteribis.IN principio erat verbum.Si dixisset.In principio erat filius,appellatione filii cogitatio de motu subiisset.Quoniã apud nos genita & tempore & motu generant.Idcirco de industria verbũ dixit vanis hominũ suspitionibus occurrens: Vt tuã animã incolumẽ conseruaret.Et verbũ erat apud deũ.Rursus erat. Propter impios: quouiã non erat vbi non erat verbũ.Non in loco. Nõ eñ in loco quę sunt incircũscripta,cõ tinentur.Sed vbi? Apud Deũ.Neq; eñ pater in loco:nec filius in circũsepto aliquo neu circũ scriptione manifesta deprendit.Sed infinitus pater:infinitus filius. Totũ quodcũq; noueris: & quocũq; eius spiritu penetrauetis Deo plenũ, simul & hypostasim filii cõiunctã inuenies. Et verbum erat apud Deum. Admirare cuiuslibet vocis virtutem. Non enim in Deo verbũ erat:sed apud Deum,vt hypostaseos proprietas consistat.Nou dixit in Deo,ne auferẽdæ hy postaseos occasionem daret,& periculosa ibidem impietas omnia confundere quętentium,& in vno subiecto dicentium patrem & filium & spiritum sanctum: appellatione autem diffe rentes in eadem re existimari.Impietas hæc pessima fugiendaq; non minus q̃ dissimilem esse secundum substantiam filium dei a deo patre dicentium. Verbum itaq; erat apud deum de inde simul vtens verbi voce ad significaudum nullum in generatione fuisse motum inexistẽs detrimentum ex verbo velociter ereptum nobis ostẽdit.Ac veluti calumnię iniquorũ occur rens quid ait? Deus erat verbũ.Ne callide quorumdam verborum differentias mihi adferas. Neue ex arte astuta tua aliquã doctrinę spiritus blasphemiã incurras.Dubium soluit,contẽ tioni respõdit dicens.Deus erat verbũ.Deinde subdit.Hoc erat apud Deũ.Rursus iterans in paucis verbis omnẽ theologiã de vnigenito nobis:Euãgelista tradidit. Quid hoc verbum? Deus.Postq̃ enim tibi mentẽ de ipso aperuit:& Christũ in corde tuo impressit: Hoc inquit: quale hoc? Ne extra per vocẽ demonstratiuam respice:ostensumq; tibi vestiga: sed in animę tuę occulta penetraliaq; ingredere:& quem didiceris Deum vt in principio existentẽ, vt ver bum procedentẽ,vt apud Deũ existentẽ:hunc apud dominũ tuũ obserua,cole,adora: ac de mum per infitã tibi doctrinã intelligeq; hoc erat in principio:hoc est apud Deũ patrẽ suũ. Has mihi paucas voces seruate:quẽadmodũ vestris sentẽtiis signũ imprimentes.Ipsę nãq; cõ tra insidiantiũ incursus tanq̃ firmissimũ munimẽtum erunt.Ipsę inquã ꝓpugnaculũ & custo dia fuerint ruinatũ salutaris defensio ipsas tuentibus.Siquis autẽ tibi dixerit.Non ens geni tus:Si enim erat quomodo genitus est? Hanc ego vt dęmonũ vocem,ac cõtra vnigeniti glo riam repello.Tu vero insurgens Euãgelii vocibus obuiã ibis.In principio erat verbũ,& ver bum erat apud deum,& deus erat verbum.Hoc erat in principio apud deum.Quattum dic erat:& blasphemiã confutabis non erat. Hæ itaq; voces tanq̃ fidei columnæ immobiles per sistant.Super has & reliqua deo fauente superædificabimus.Nec enim vos omnia semel doce re valemus: Ne forte orationis longitudine inutilia vobis cum labore percepta reddamus. Omnia namq; percuttere mentis debilitati haud aliter fuerit q̃ ventrem ob nimiã saturitatẽ ea quæ sumpserit ad concoctionem deducere non posse. Opto autem vos fratres hac parua degustatione ad petenda dulcia:vlteriotaq; excitatos esse:& has breui monstratione admo dum profecisse.Ego vero me paratum ad reliqua quę restant vobis enarranda libenter obtu lerim.In Christo Iesu domino nostro:Cui gloria & imperium in æterna secula. Amen.

Et verbũ erat apud deũ:cur nõ i deo.

IN PRINCIPIVM PROVERBIORVM.



RIS Omnino sacros a Solomone tractatus nouimus exiisse.Hũc in primis Prouerbiorum & Ecclesiasten, & Cantica canticorum. Quolibet autẽ pro priã retinente materiã,cũcti ad hominũ scripti sunt vtilitatẽ.In primis Pro uerbiorũ liber instructio morũ est quędã:nec nõ animi perturbationũ corre ctio. Deniq; vitę in vniuersum documentũ frequẽtes ac breues eorum quæ sunt agenda cõtinẽs pręceptiones.Ecclesiastes vero Physiologiam attingit, nobisq; in hac vita vanitatẽ palã ostẽdit: Vt iu iis q̃ cito pretereũt minime sit homini iuuigilã dum.Neq; itẽ animi curas in rebus vanis collocãdũ.Cãtica cãticorũ aię ꝑfectionis modũ de

mōſtrāt: Spōſi nāq; ac ſpōſę cōgreſſum cōtinēt: hoc eſt animę cū deo verbo familiaritatē. Sed nos ad ꝓpoſitū reuertamur. Prouerbia Solomonis filii Dauid q regnauit Hieroſolymis. Pro uerbiorum nomē vt etymum dicā vt eſt plurimorum opinio vulgata ex his venit: q in triuiis plerūq; loquunt. Oemos em̄ apud illos via dicit. vnde parœmia deffinitur verbum iuxta viā tritū. Ad vſum plurimorū quoq; ex paucis ad plura ſimilia facile transferri poteſt. Apud nos vero Prouerbium eſt ſermo vtilis ſub vmbra figuraq; idonea expreſſus: multum quidē & vſus & grauitatis cōplectens: In receſſu quoq; multū altę ſententię cōtegēs. Ex quo Dominus hęc ingt, in parabolis locutus ſum vobis. Tēpus venit vt nō iā in parabolis: ſed palā vobis loquar, quaſi ſermo ꝓuerbialis apertā ac liberā dicēdi viā non habeat: ſed operimēto quo dam & ænigmate, ac verbis aliis mētē atq; ſententiā narrās. Solomonis igitur Prouerbia: hoc eſt ſermones ad omnē vitę viā exhortatorii, maximeq; vtiles. Tituli autem nomē propoſuit vt rei admodū vtilis indicamento lectorē facilius traheret. Quo em̄ res auditu dignior apparet: eo ſermonem deprenſu celeriorem audientibus pręparat. Deniq; diſcentes attentiores ad ea reddit. Solomonis itaq; Prouerbia: Solomonis inquam illius, cui Dominus dixit: Ecce dedi tibi cor prudens ac ſapientiā. Nec ſimilis ante te vllus eſt natus: nec item poſt te vllus eſt tibi par futurus. Et rurſus. Dedit dominus ſapientiā ac prudentiā multā Solomoni & cor dis effuſionem, ſicut arenam quę eſt in littore maris: & repletus eſt ſapientia Solomon ſuper prudentiā omniū ante illū hominum, & ſuper omnis ſapientes Aegypti. Sic itaq; neceſſaria fuit tituli additio Prouerbia Solomonis filii Dauid. Addit & patris nomen, vt plane cognoſ catur quemadmodū ſapiens erat Solomon: ex ſapiente Prophetaq; patre, & ab ipſa infantia ſacras diligenter edoctus literas: qui regno paterno nō forte, nec vi aliqua vt iure ſuo ſucceſ ſit: ſed ipſius dei iuſſu volūtateq; paternū ſceptrum ſuſcipiēs, Iſrael factus eſt Rex. Neq; hoc fruſtra adpoſitū. Valde namq; ad pręcepta morū tradenda refert, eū qui ſcribit regem eſſe. Si enim regnū eſt legitima poteſtas: manifeſtū q ex rege alioqui hoc nomine digno exeūtes vitę pręceptiones, multū quidem apud omneis momenti habeant ad conſiderandā, conſequendā q in cōmuni bono vtilitatē, ac priuata cōmoda minime reſpiciēda. Hoc em̄ Tyrānus a Rege differt q ille ſua ipſius cōmoda quomōcūq;, & vndecūq; reſpicit ac tuet: Hic ſubditis con ſulere tm̄ quęrit. Ex hoc itaq; libro vtilia qualia quantave diſcētes volūt ac cupiūt, excerpūtur. Primum quidem in Prouerbiis eſt noſſe ſapientiam & diſciplinam. Eſt enim ſapientia diuinarum humanarūq; rerum, & eorum quæ rerum ſunt cauſa, ſcientia. At hic Theologorū ſapientiam nouit quemadmodum & beatus Paulus ſapientiam inquiens in myſterio abſcon ditam: quam præuidit Deus ante ſecula. Et idem in mundi conſtitutione conditorem conſiderauit. Nouit & ipſe per creationis orbis ſapientiam, ipſum Deum. Inuiſibilia inquit ipſius per ea quę facta ſunt a creatura mūdi intellecta conſpiciuntur: ſempiterna quoq; virtus eius & diuinitas. Is itaq; liber nos ad dei ſapientiæ conſiderationem ducit. Ex iis quæ ait Sapientia: Quando Deus fundauit terram. Quando præparabat cælum aderam: & cum eo eram cūcta componens. Per hæc enim omnia nobis ſapientia perſona quædam adminiſtratur, ex ipſa q dicitur: Notitiam atq; intelligentiam rerum creationi adfuiſſe, & omnino illud qđ ait: Do minus poſſedit me ab initio viarum ſuarum. De ſapientia mundo apparente dicit: manifeſta quidem & tamen vocem non emittente, q per ea quæ vidētur a Deo genita eſt: nec caſu tm̄ rebus creatis relucet. Sicut enim cæli enarrant gloriam Dei: & opera manuum eius adnunciat firmamentum: narrant etiam ſine voce. Non enim ſunt loquelæ neq; ſermones: quorum non audiantur voces eorum. Sic ſunt quidam ſapientiæ ſermones ab initio genitæ: dum ipſa rerum creationi infuſa ac permixta, tacens clamare videtur ſui conditorem dominum: vt p ipſum ad veri, ac ſolius ſapientis cognitionem facile penetres. Eſt & quædam humana ſapiētia in huius vitæ rerum experientia conſiſtens: ſecundum quam ſapientes dicimus artium quarumlibet vtilium ſcientes. Igitur hic noſter ad complectendam ſapientiam: magnam libri partem exhortando conſumpſit: Sapientia in exitu viarum laudatur. In plateis palā prædicatur. In ſummis mœnibus & arcibus collaudatur. Animaduertens enim q homines eam maxime cupiunt & ambiunt: & quemadmodum omnes natura ipſius laudes adſequi ſtudemus ob eius celebrationem & præconia: mentes excitat ad eam omni ſtudio, ac ſine pigritia conſequendam. Vbiq; igitur de ipſa ſermonem haberi dicit. In viis, in foro, in arcibus ciuitatis, in portis, in plateis, in mœnibus. Per vias enim & plateas eius charitatem innuit. Per muros vero eius vtilitatem: & ad omnem vitæ ſecuritatem ſuppeditationē. Volens nos deniq;

Vn̄ prouerbium παροιμία οἶμος Via.

Solomonis ſapiētia.

Regnū au ctoritas.

Tyrān⁹ Rex.

Sapiētia

De ſapiētia hūana.

Sapiētiæ laudes.

illi familiares reddere,ac conciliare ait,Sapientiam tuam esse sororem.& rursus. Ama ipsam & seruabit te.Deinde communem eius vsum ostendens:& quemadmodum omnibus que ex ea commodum prouenit:Immolauit inquit,eis hostias:hoc est solidum cibũ præparauit iis qui animi adfectibus ob ipsam consequendam sese spoliarint:in eius cratere vinum miscuit, hominis mentẽ nimirũ exhilarans.Cætera enim dicit communẽ ac vulgarem omnibus bonorum distributionem.Ex quo eque apud omneis facultas est ex ea quantũ quisq; potest proportione hauriendi.Insuper præparauit eius mensam.Omnia per Emphasim loquitur:ac per corporalia nobis spiritualia demonstrat.Cibum namq; animę spiritualem,mensam appellat: ad quam altissima voce conuocat:hoc est cũ pręceptis & institutis nihil humile, nihil abiectum habentibus.Qui stultus est,ab eius latere non discedat.Quemadmodũ enim ægri & debiles rebus vtuntur ad curandum aptis:sic & stulti sapientia indigent,meliusq; longe ipsam q̃ argenti & auri thesauros mercari:longeq; item carior lapidibus preciosis: & omne admodum preciosum ipsa prorsus dignum non est.Omnino autem veritatis sermonẽ tibi nosse licet:si ociose dicta Solomonis de sapiẽtia legeris.Quoniam vero in maleuolam animam non introibit sapientia:purgat ante omnia per diuinũ timorẽ futurorũ sapientũ animas ac sapiẽtię conciliat.Verba eñ ac mysteria sapiẽtię in queuis sine discrimine iactare: & omnis æque ad hũc thesaurum recipere: nec vitę motibus purgatos,neq; ratione prius & ordine diligenti vrentes:haud aliter fuerit q̃ in sordidũ vas vnguẽtum fundere preciosum. Quamobrẽ initium sapiẽtię timor dicitur:animę purgatio timor domini,secundũ Prophetę preces ac desiderium dicẽtis.Confige timore tuo carnes meas:quia scit vbi timor inhabitat,omnis iniqua noxiaq; actio fugatur:mẽbris corporis ad enormes actus moueri (q; timore quasi quibusdã clauis confixa sint)nequeuntibus.Sicut enim qui clauos corpori infixos habet,dolorib⁹ pressus non facile quicq; agere potest:sic dei timore confectus non oculo vti præter decorem,nõ manus ad nefarias mouere actiones,non deniq; paruum aliquid aut magnum contra officiũ agere poterit: quasi angustia quadam & motu minarũ domini vinctus atq; oppressus.Impuros autẽ ac vanos hic noster Solomon a diuinis omnino arcet pręceptis ac disciplinis dicẽs: Qui sine timore sunt,in porticis cõmorantur.Deinde:Ne quęrite ex malis sapientiam.Et rursus.Quęrunt me improbi nec inueniẽt.Non alia de causa nisi q; diuino timore minime sunt purgati.Itaq; ad sapientiã suscipiendã accessurus,prius salutari metu animã a noxiis purgatus cogitationibus accedat.Manifestũ sic igitur nobis & alterum bonũ ex Prouerbiorũ doctrina.Timoris habitus nobis per sapientiã infusus.Aliud item inter hęc pręceptũ.Nosse disciplinam.Est eñ disciplina inductio quędam vtilis,quę sępe cum labore vitiorũ maculas purgat.Nec tũc quidẽ gaudium sed tristitiã adferre visa,postremo fructũ salutarem & quietum per eam exercitatis facile reddit.Hanc itaq; disciplinã nosse nõ cuiuslibet est mentis,qñ multi res duras tolerare non curantes:exitus ac euentus vtilitatẽ ob ignauiam & ignorantiã detrectant.Impatientes quoq; austeritatem diligẽtię ferre,in imprudẽtię tenebris ac infirmitate remanserunt.Idcirco admiratione dignę iustorum voces dicentium. Domine ne in furore tuo arguas me,neq; in ira tua corripias me.Non eñ disciplinã detrectant,sed irã.Hoc nã q; simile illi dicere videtur.Castiga nos domine prꝫterq; in iudicio & ira.Iteq; illi.Disciplina domini aperit aures meas.Queãdmodũ enim parui pueri doctrinã despiciẽtes,ob ferulas,flagellaq; quę magistri & pędagogi adhibere solẽt,attentius dictata suscipiũt,& ipse sermo ante plagas non auditur,post verbera doloresq; veluti statim apertis auribus & auditu excipitur oratio & memoria custoditur:Sic qui diuina audiunt pręcepta,& ad ea seruanda se negligẽter habent,postq̃ ex deo disciplina eis inflicta est,ad ipsius mandata seruanda, ac ei obtemperandum voce quadam excitari videtur. Ex quo ipsorũ auribus sapientia statim admittitur. Hac itaq; de causa inquit,Disciplina domini aperit aures meas , quoniam disciplina indocilem,ac detrectantem corrigit atq; admonet:vt Paulus plane factitabat,tradens Satanę veluti publico cuidam tortori & carnifici vt erudiantur,discantq; minime blasphemare. Rebellantem vero & calcitrantem reducit.Necessarium itaq; nosse disciplinę virtutem quantis sit vsui rebus.Hanc demum vtilitatem Solomon facile conspiciens,admonet. Ne prohibe paruulum instrui & castigari,quoniam si virga eum cecideris,ex interitu animam ei⁹ liberabis. Quis enim filius quẽ non instruat pater?Ipsa nãq; disciplina apud eos qui recte iudicãt multæ est præferenda pecuniæ. Quamobrem clamat Solomon . Accipite disciplinam & non argentum,vt in tempore tribulationis vel corpore laborante, vel rei domesticæ incommodis

De timore dñi.

Quid est disciplia

Dñe ne ĩ furore &c.

ſuperuenientibus,nūꝗ de Deo male cogites aut ſentias:ſed multa patiētia eius plagas ob ea quę admiſiſti caſtigatus & admonitus ſuſcipias.Dic & tu ſi diſciplinā vere noſti,illud.Irā do mine ſuſtinebo,qm̄ ipſe peccaui.Illud itē.Bonū mihi qꝛ humiliaſti me.Qualis erat Paulus di cēs:Quaſi caſtigari & nō mortificari.Itē illud.Quū iudicamur a dn̄o corripimur, ne cū hoc mūdo damnemur.Quoniā vero doctrinarū ꝑceptio & intelligētia, diſciplina etiā dicitur vt de Moſe ſcribit:ꝙ in om̄i diſciplina & ſapiētia Aegyptiorū eruditꝰ erat:Nō om̄i ſane doctri na imbutus:ſed vtili tm̄ & ad ſalutē idonea:recte vocabit diſciplina inſtructꝰ.Iā em̄ & quidā Geometrię vacantes:quā Aegyptii inuenerūt:vel Aſtrologię a Chaldęis repertę: Deniqꝫ cir ca figuras & vmbras & ea quę in aere verſant,tēpus terētes omnino ex diuinis verbis doctri nam eruditionēqꝫ neglexiſſe ac ſpreuiſſe inueniunt.Sed & Poetica & Rhetorica & ſophiſma rum inuētio multos occupāt,quorū materia mendaciū eſt. Nā neqꝫ Poetica ſine fabulis cōſi ſtere poteſt:neqꝫ Rhetorica ſine arte dicēdi:neqꝫ demū ſophiſtica ſine paralogiſmis. Quoniā igit prę horū ſtudio & veſtigatione dei notitiā contempſerūt in rerū inaniū perſcrutatione tēpus cōſumētes,neceſſaria eſt diſciplina,& ad verę & vtilis diſciplinę vtilitatē eligēdā:& ad eam quę inutilis & vitioſa eſt,omnino fugiēdam. Eſt em̄ huic qui Prouerbiis his vacauerit noſſe prudētię ſermones,& is qui diligēter ea exceperit maxime iuuabit. Prudentiā igit vnā ex virtutibus pręclaris exiſtere palā eſt,qua & bonorū & malorū ſciētes ſumus. Vnde & pru dentes appellamur.Sed quādo ferarū prudētiſſimus ſerpēs eſſe dn̄i teſtimonio dicit,Eſtote i quit prudentes ſicuti ſerpētes:itē prudens Oeconomicus iniuſtitię:Manifeſtum ꝙ duplex eſt prudētię nomē.Vna quidē ꝓprii cōmodi cuſtos,& alieni doli obſeruatrix: qualē ſerpens ha bet:qui ſiquid periculi incurrere viderit caput ante omnia cuſtodit.Propriū itē ſerpētis na turę veſtigare, ac rapere hos quos ſibi noxios importunoſqꝫ viderit.Quali prudētia fuit ille ſeculi prudēs & iniuſtitię oeconomicus apud Euangeliū.Vera autē prudentia eorū quę agē da & non agenda ſunt cognitio eſt:quā ſiquis rite ſectatus fuerit,nunꝗ ab officio, virtuteqꝫ abſcedet:nūꝗ vitiorū viam imitabit.Hic deniqꝫ eſt qui prudentię verba cognoſcit.Sunt aūt nonnulli decipuli & ſophiſmata captioneſqꝫ obiiciētes.Quidā vero nobis quę ſunt circa vi tam meliora monſtrātes:vt boni Trapezitę,qđ bonū fuerit retinent,ab omni autē ſpecie ma la abſtinent.Ipſa nāqꝫ vera dei prudētia ſuam ædificans domū fundamentū ſupra petrā, hoc eſt in Chriſti fide poſuit:vt per imbres & vētos & fluuiorū incurſus immobilis firmaqꝫ pma neat.Per huiuſcemodi autē parabolę verba,nobis oſtendit dominus:queādmodum in labori busatqꝫ periculis a deo cælitus miſſis conſtantes ac firmi ſimus: docetqꝫ ea quæ nobis, hoc eſt noſtræ ſaluti ſunt neceſſaria,minime negligere: ſed ante tēpus vitæ viaticum prouidere, ac præparare:Cordis demum puritate ſponſi aduentum expectare. Prudentes inquit virgi nes ꝙ oleum in lampadibus habuerunt ſumentes illud obuiam ſponſo exiuerunt.Stultę au tem ꝙ minime paratæ fuerunt,a ſponſi gaudio congreſſuqꝫ repulſæ ſunt. Vt autem de ſo phiſtica prudentia dicamus ſatis videmus:quid eſt verba contorta fucataqꝫ recipere. Sermo autem ex mente procedens ſana ſobrius ac ſimplex : vniformis item præterea ſemper eadem & de eiſdem vbiqꝫ dicens.Varius vero & ex arte ſermo multum & circūuolubilitatis & ap paratus habens,mille figurat atqꝫ innectit inuolucra:ad ea tm̄ quæ cupit contendens: ac o mni ſtudio & perſuaſione ſe conuertens:Itaqꝫ totus in noſtro conatu conſiſtit, ac vehemen ter quod nitimur perſuadere contendit.Verum vt arti huiuſcemodi & decipulo dicēdi ge neri reſiſtere probe valeamus,magnum Prouerbia præſtant adiumentum: quoniam quicun qꝫ hæc attentius audierit & illorum monita diligenter acceperit, tanꝗ rerū experientia mu nitus,hæc ſophiſmatum contorta excipiet illæſus minimeqꝫ ab eis perſuaſus: minime ꝓpter ea a veritate diſcedens.Quando enim aliter res natura ſe habeat: aliterqꝫ de his verba ſuade re videntur,conuerſio quædam,magis autem diuerſio verborum a veritate cōtexitur:vt qđ vere non exiſtit verborum veſtigine quadam ad decipiēdos adſtantes oſtēdatur. Queādmo dum em̄ lepores vulpeſqꝫ canibus aliam curſus monſtrantes viam,aliam conuerſi tenent:ſic huiuſcemodi orationis inuolucra ſpiritualis doctrinę ſimplicitatē ac viam detorquent.Exer citati namqꝫ & eruditi in arte dialectica in vtrāqꝫ partē diſſerendo perſuaſione ſophiſmatū, veritatis ſenſum peſſundant.Recipit attamē huiuſcemodi verborum contorta ille qui in his fuerit inſtitutus Prouerbiis.Et ſi quandoqꝫ problemata æquas vtrinqꝫ probationes habētia inuenit:in quibus difficilis interdum veri ac veriſimilioris inuentio fuerit : ſi in Prouerbiis exercitatus exiſtat:minime mente confundetur:etiam ſi differentes verbis pugnare,ac paria

Diſciplina duplex.

Scientiæ vanæ.

Prudentia.

De duplici prudētia.

De prudētia ſophiſtica & fucata

Exercitatꝰ ī Prouerbiis ac ſapiētia ænigmata dubiaqꝫ ꝓblemata recte ſoluit.

de his ęnigmata inter se conferre videantur. Suffragatur & Prouerbium ad iustitiã cognoscẽdã. Quoniã vero iustitia habitus est quí p dignitate cuiq; distribuit, difficilis qdẽ hęc inuẽtu aut cognitu: partim q; defficiente prudentia nõ oĩbus ex ęquo distributio fiat: partim q; aĩo pertubationib⁹ & adfectib⁹ humanis occupato rectũ nõ facile dignoscat: qñ & pauperes despiciũt: potẽtes vero viros & iniustos minime redarguũt. Quamobrẽ liber is Prouerbiorũ eius discipulis ac studiosis se verã iustitię notitiã daturũ pollicet. Et qm plures ex multitudine & vulgo laudẽ quęrẽtes, re qdẽ iniustitiã atq; auaritiã vt sibi cõmodã ante oĩa sectãtes: verbo aũt atq; ostẽtatione ius fasq; & ęquitatẽ admirãtur. Hos itaq; is qui Prouerbiis huiuscemodi instructus fuerit minime ignorabit: sed quędam vera & syncera, & sine dolo iustitia cognoscetur. Quoniã autem quidam extra fidem sapientes multos de iustitia faciunt ac cõparant sermones, ac illis omni studio persuadere contendunt: qui recto huius pręceptionis consilio non sunt muniti, liber hic ita verã promittit docere iustitiã, vt illorũ sophismata illęsi pretereãt. Sed & gentiũ leges ac mores multã inter se differentiã habẽtes illorũ prorsus mentes confundunt, qui iustitię diligẽtẽ rationẽ minime cõprẽderunt. Quidã eñ populi patrem necare fas putãt. Alii vero ab omni cęde abhorrẽt. Sunt itẽ q pudicitiã maxime colunt. Nõnulli vero, & matribus, & filiabus, & sororibus commiscentur. Deniq; plurimi patrio & antiquo more detenti in rebus agendis abominandum detestabileq; minime discernunt. Idcirco liber hic verã ostẽdẽs iustitiã, homines ab animi perturbationib⁹ liberat atq; putgat. Est eñ iustitia quędã insita, innataq; nobis æqui destributio. Q; si non ad eius perfectã peruenimus notitiã: sit alioqui mens bona iustaq; ex eo quod intendimus & quærimus minime aberrabimus, nec a spe illam consequendi decidemus. Est eñ quędam cœlitus a iusto iudice deducta iustitia: partim correctiua, partim retributiua, ob variorum in ea pręceptorum consistẽtium magnitudinem simul & sublimitatem, valde quidem cognitu difficilis. Hãc ego Psalmistam putauerim dixisse. Iustitia tua sicuti montes dei. Solomon igitur hanc verã diuinãq; iustitiã pollicetur iis qui in hoc Prouerbiorum libro diligenter se exercuerint. Rursus autẽ quoniã peccatorum aliqua inuoluntaria sunt: aliqua vero ex mente praua proueniunt: quæ nõ ęque adiudicari, nec parem iusti diffinitionem inter hos esse oportet. Hęc incestui cuidam comparabimus. Proponemusq; impudicas duas: Vna quidem lenoni empta, corpus vi coacta inquinabit: Impudico eñ possessa dño parere oportebit. Altera vero sponte p voluptatẽ & libidinem sponte se peccato tradet. Nonne prima quidem faciliter veniã consequetur: & ex animo prauo secunda iudicabitur? Itẽ e duobus alter peccauit q; ab initio ab iniquis parentibus male fuerit educatus, verbisq; ac factis mala conspexerit exẽpla: Alter vero multa ad virtutẽ facientia & liberum iuuantia arbitrium habebit, educatus honestissime, a parentibus omni disciplina eruditus, a magistris diligenter instructus, diuinorũ etiã pręceptorũ auditione legitime imbut⁹, & vitę cõuersatiõe, & aliis munit⁹ suffragiis, quib⁹ anima ad virtutẽ facile tẽdere, ac adspirare valeat. Deinde si in idem incurrat & ipse peccatum, quõ nõ grauiores ante iustũ iudicem poenas dabit? Hic eñ solis salutaribus occasionibus mentib⁹ nostris infusis tñ accusari potest, vt nõ recte his vtens. Ille vero vt prodẽs oẽm datã licẽtiã, & vt ob malam ab initio cõsuetudinẽ in prauã omnino distractus vitã. Quãobrẽ rectã verãq; nosse iustitiã magnę cuiusdam scientiæ perfectiq; animi est. Vera nãq; iustitia Christus est: quę nobis ex Deo genita est, & sapiẽtia, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio. Nosse.n. diligẽter iustitiã, facit vt rẽ recte iudicare possimus. Difficile nãq; nõ versatũ exercitatũq; in iusti cognitione tẽ dubiã, & in cõtrouersia positã, bene ac ordine dirigere. Neq; ipse Solomon nisi ĩ hac iustitię sciẽtia diligẽter instructus fuisset, illud tã vulgatũ de puero duatũ meretricũ iudiciũ tã pbe cognoscere potuisset. Quoniã vero sine testib⁹ gesta hęc erãt, ad naturã cucurrit, ac p ipsam rẽ gestã facile inuenit. Alterã qdẽ sine mœstitia pueri interitũ posse pati. Alterã vero ob naturalẽ materni adfect⁹ amorẽ hũc dolorẽ casumve minime tolerãtẽ. Igit̃ qsq; hãc iustitiã edoctus facile ius fasq; cuiq; p dignitate reddet, ac rẽ ex ęquo pulcherrime iudicabit. Quẽadmodũ is qui sagittã tẽdẽs ad metã diriget: nec vltra, nec citra, nec vtrobiq; errãdo a via pposita excidet: Ita rect⁹ iudex factitabit: nec ĩ iudicãdo psonã accipiet. Noscet.n. qd minime ad rẽ faciet. Neq; itẽ puocatione aut cõtentione aget: sed rectũ ac minime obliquũ proferet iudiciũ. Q; si duo inciderint iudicãda: alterum quidem plus ęquo habẽs: alterum vero minus: diligentis erit iudicis partes adæquare, tãtũq; ab eo qui plus habet demere: quãtũ illius cui deest debitę addatur parti. Qui autẽ non recte ambulauerit neq; hanc in corde iustitiã gesserit: sed aut

De iustitia.

Gẽtium cõstitutiões diuersę.

Iustitia diuina.

Impudicarũ differentia.

De iudicio recto

pecunia corrūpens:aut auaritia placere studens,seu odio cōpulsus,vel etiam potētia perterri tus fuerit:nequaq̄ rem iuste sanctecq̄ cognoscere poterit.Huic igitur Psalmus ait.Vere iusti- tiā loquimini.Recte iudicate filii hominū.Argumentū nāq̄ iusti adfect⁹ est rectitudo.Quod idē in orationis pcessu innuere videt̄ dicēs:Pōdus magnū & paruū & mēsuræ duplices:abo- minatio apud deū:nō ęquū circa iudiciū:pōderū id appellatione puerbii modo figurans. Ex quo nō solū iudicātibus:sed cūctis ī omnī vita rerū agēdarū electionib⁹:huiuscemodi iustitiæ instructio vtilis admodū fuerit.Qm̄ autē apud nosipsos iudiciū quoddā naturale habem⁹ p qd ab iniquis bona facile discernim⁹:necessariū nobis in agēdarū optioue,recta facere rerū ar bitramēta:& iudicē quēcūq̄ q iusta sit alioqui mēte, res cognitutū contrarias,fauere virtuti oportebit,dānare aūt vitiū.Verbi grā.Incest⁹ & pudicitia apud te iudicātur:& alta mēs tua pro tribunali sedebit.Ex vna parte voluptas incestui suffragatur. Dei timor pudicitię adsi- stit.Si igitur peccatū cōdēnans virtutem superare volueris,rectū rei iudiciū constitues.Si ve ro ad voluptatem propensus hanc duxeris potiorē:obliquū,minimeq̄ rectum facies iudiciū: reus sane factus vocis illius.Væh dicentibus amarum dulce,& dulce amarum:qui dicūt lū- cem tenebras,& tenebras lucem. Quoniam igitur ex ipsius Solomonis sententia:Cogitatio- nes iustorum iudicia,Viro sapienti omnino studere opus intra cordis arcana tribunal con- stituere, rectaq̄ facere iudicia:mentem quoq̄ velut in trutina suspendere ad ea quæ conue- niunt:& ad quodlibet agendum æqua lance librandum. Quando mandatum aliquod aduer sus peccatum:da legi diuinæ contra vitium victoriam. Iniquum & æquum apud te iudican- tur:Contumelia & patientia inuicem pugnant:vitupera cōtumeliam:lauda patientiā. Odiū item & charitas:Alterum procul reiice,Alteram vero videlicet charitatem propriā,familia- remq̄ tibi redde.Simulatio & simplicitas.Fortitudo & timiditas.Prudentia & imprudentia. Temperantia & intemperantia,iudicantur:Tunc deniq̄ in tuæ mētis recessu iudiciorum re- ctitudinem ostende,& veluti in tribunali tibiipsi adsessor mandata obseruans monstra te vi- tium obhorrere,ac omnino ab eo esse auersum:virtuti vero fauentem studentemq̄.Si autem in rebus cūctis quas agis apud te potiora & meliora vincere permittas,beatus in die illa fue- ris,quādo Deus occulta hominum iudicabit, vt testatur Euangelium:cogitationibus corda simul hominum accusantibus & defendentibus:nec condēnatus discedes:verum iustitiæ co- rona ornaberis,qua tu item virtutem in omni vita redimiueris.Taliū tibi bonorū præbitor hic Prouerbiorum liber extiterit,docēs & veram seruare iustitiam, & iudicia recte dirigere.

De inno cētia du plici. Quid igitur vltra pollicetur? Vt detur inquit innocentibus prudētia:Filio vero iuueni sen sum ac cogitationem.Innocētiam autem duplicem esse nouimus.Prima est a peccatis aliena- tio,mente ac proposito per longā bonorū exercitationem,meditationemq̄ vitii radicem pe- nitus extirpandi firmata : Sic innocentis demum appellationem recipimus. Altera vero in- nocentia est ignoratio mali quędā & inexperiētia, seu ob ætatem sæpenumero vtpote iuuen- tutem, seu etiam q̄ alicuius artis & vitæ rationem quandoq̄ probe nō tenētes,fraudes in ea recte cauere nō sunt edocti.Verbi gratia.Puer adhuc paruus dolum aut astutiam, aut super biam minime nouit. Rursus nonnulli in agris tm̄,& in rebus agēdis minime versati:merca- torum fallacias,iudiciorum ac fori cōreutiones,varias cautiones captionesq̄ ignorant: Hu- iuscemodi innocentes appellare solemus:non autē ex proposito aliquo,optioneve mali igno ratione taxari. Vere igitur innocens ille qualis erat Dauid dicēs,Ego in innocentia mea am- bulaui:Omnem ex animo suo iniquitatem,sese in virtute exercēdo fugiēs,vt hæreditate bo- norum dignus haberetur.Quoniam Dominus non priuabit bonis eos qui ambulāt in inno- centia.Is itaq̄ confidens dicet.Iudica me Domine quoniam in innocētia mea profectus sum. Innocentem ergo ostendet morum & simplicitas & generositas, & nulla in verbis phantasiæ

Iacob in nocens. pręparatio aut artificiosa sedulitas:qualis erat Iacob minime fictus,habitās domum:hoc est naturę vtens simplicitate, nihil ex arte simulatū figuratumve retinens:hoc est nullā in ver- bis adumbratam decipientemve faciem pręse ferens.Innocentem itaq̄ in hoc Prouerbiorum loco nō ex proposito,sed ignoratione videtur accipere:quem nullus vsus aut experiētia lau- dataę astutię teneat.Docet itaq̄ vt ex vsu & arte vere prudēs efficiatur, vt armis quibusdam pulchrę cautionis munitus,ab aduersariorū insidiis sese tutum reddat.Oportet enim,existi- mo,virum perfectum ad virtutem prudentem esse, ad vitium verō simplicem ac purū. Hinc itaq̄ tanq̄ ex fonte quadam innocentes salutarem probatamq̄ astutiam hauriāt. Vir autem

Astutia. astutus sedēs est sensus:mala venientia fugit:fraudes obseruat. Est em̄ astutia actio animi cū

attentione quadam & arte & studio laudabili rerum omnium agendarum. Sicut & vituperabilis astutia tm̃ in malis actio, cogitatioq;. Quoniam vero astutus vniuersam suscipit actionẽ, & in cunctis mala reperiũtur. Astuti appellatio duo significat. Improbus quidem sensu & arte in alienis vtitur damnis. Laudabilis vero prudẽter ac solerter bonũ proprium vestigãs: dolos & insidias alienas recte cognoscit, atq; euitat. Quamobrem hic attende astutię nominis diligenter: & vt eam cognoscas operam dabis. secundum quã hic quidẽ e salubri proposito probatus in propriæ, proximiq; salutis vsu versatur. Alter vero q̃ in alienũ damnum hac vtitur, nihil aliud agere videtur, q̃ cum labore operam dare vt pereat. Plena namq; historia vtriusq; astutię qua vsi sunt homines. Pulchra fuit admodum Hebręorũ astutia Aegyptios decipientium, ac operę pręmium suscipientium. Demum materiam ad condenda tabernacula sibiipsis inuenientiũ. Collaudata item nutricum astutia illarum quæ mares Hebræos seruauere. Pulchra quoq; astutia Rebeccę: quę modũ diligenter repperit quo filius magnã susciperet benedictionem. Raab meretrix pulchre item callida fuit. Pulchre & Rachel. Hæc quidem q̃ exploratores probe seruauerit: Illa q̃ patrẽ officiose decepit, & ex idololatria omnino liberauerit. Contra vero improbe simul & astute fecerunt Gabaonitæ. Vsus & astutia mala Absalon qui æquitatis specie subditos, & rebellium multitudinẽ in patris perniciem coegit. Reprenduntur & plures qui contra Dei populum astutia, menteq; vsi sunt praua. Quamobrem astutia in hoc libro in bonam adsumi partem, ex eo deprendi licet, q̃ ad hominum vtilitates, & ad animas simpliciorũ cautas in omni actione reddendas traditur atq; præparatur. Si enim hanc astutiam Eua ab initio habuisset, nõ tam facile a serpentis insidiis decepta fuisset. Innocentem itaq; qui omni verbo paratus est cum animę periculo facile credere: p̃sens doctrina confirmat, veluti adiumentum quoddam ad vitæ negocia ex astutia officiosa prębens vtilitatem. In qua considerandum est quando filio iuueni se dare sensum ac cogitationem dicit: quoniã vt ait Apostolus. Duplex est homo: vnus exterior: alter interior: secundũ eũ ea q̃ videnẽ: & scd̃m ea q̃ non videnẽ: sed in mẽtis recessu sita sunt. Oportet & nos ętates amborũ similiter accipere. Dicere aũt nuper natum puerum sensum extrinsecus accipere corporeũ: nõ ne absurdum fuerit? Nam qualẽ hic liber sensum dare poterit, & visus & auditus & olfactus & gustus & tactus: qui statim nobiscũ generantur? nec ex doctrina vlla, sed ex natura animal per hos cõstituente sunt insiti. Non igitur puerum ex corpore intelligendũ, neq; sensum quẽ pollicetur vllum ex iis quos supradiximus putãdum, sed de interioris hominis ętate velle dicere existimandum. Docetur namq; homo sępenumero ex sacris voluminibus, ab initio rudis vt infans quidam: deinde paulatim vt proficiẽs: postremo vt senior. Quod & Paulus recte in epistola ad Corinthios docuit, qui parui admodum spiritu erant: quamobrẽ lacte indigebãt: hoc est simpliciore & isagogica quadam Euangelii doctrina: nõdum cibum fortiorem ac solidũ in pręceptis retinere valentes. Iuuenis enim admodum est qui ex omni virtutis parte ad perfectum deficit. Spiritu autem feruens, ac circa pietatis præcepta, omniũq; bonorum prõptitudinem vigilans: is ab Euangelio & violentus appellatur, & regnum cælorum rapere cupiens. Hũc item ad hymnos aptum sanctus suscipit spiritus. Dicitur eñ: Iuuenes & virgines laudẽt nomen Domini. & apud Iohelem, promissiones habẽt iuuenes visiones videre. Senior autem secundum animam, quando & prudentia perfectus qualis erat Daniel, q̃q̃ corpore iuuenis sapientiam ac grauitatem omni canicie præstantiorem ipse præ se ferens. Idcirco ei dicunt illi qui sunt inueterati dierum malorum. Huc adcede: sede in medio nostrum: nunciaq; nobis quomodo senioris ac presbyteri honorẽ tibi dederit Deus. Quasobres in hoc libro puerum seu iuuenem per baptismi regenerationem, vt infantem & mente renouatum appellat: & per hunc statum aptum regno cælorum. Itaq; huiuscemodi sic nuper genito sine dolo & fraude lac appeteri, Liber hic Prouerbiorum in eis exercitato & sensum & cogitationem tribuit. Sensum quidem pręsentium, cogitationem vero futurorum. Erudiri nãq; in rebus humanis & sensu & rerum experientia claros reddit, vt ne absurdis voluptatibus quisq̃ seruiat neu vanam mundi gloriam admiretur. Ad futuri deinde cogitationem ducit per ea quæ dicit fidem seruantibus promitti. Sed qm̃ ætatum differentias ad interiorem hominem traducimus: congruum sane & sensuum nomina ad animę vires etiam transferri. Itaq; quando dicit. Meis verbis aures adhibe tuas, considerare nos oportet q̃ ex nobis animi obœdiẽtiã & facilitatem requirit: Quemadmodum & Dominus: Quicunq; inquit: habet aures audiendi audiat. Item: sermo sapiens in aurem obtemperantem. Idcirco per hoc iuueni sanũ auditus san-

De laudabili ac vitupera bili astutia.

Astutus praue dat operã vt cũ labore pereat.

Rachelis purgatio.

Homo duplex.

Audit⁹.

Visus. sum tribuit. Quãdo rursus ait:Ne intẽderis fallaciæ mulieris,neq̧ item tuos oculos ad eam attollas.Item:oculi tui recta respiciãt:Manifestum q̧ puerum recte videndi sensus admonet.
Gustus. Quum verò docet:Fili mel comede,vt tuę fauces dulcedine compleãtur:Figurate mel diuinam nominat doctrinam,vt air Psalmus. Q̃ dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo. Per hanc monitionem,spiritalem animę gustum inferens:De quo dicitur.Gustate & videte quoniam suauis est Dominus.Hinc & tactus quidam procedit, secundum quod animã
Tactus. attingit sapientia,vt in ardorem ac charitatem eius amatorem deducens.Ama,inquit,illam vt te comptendat.Et rutsus Ecclesiastes.Tempus accipiẽdi & tempus datum differendi. Corpora nãq̧ per complexus impuros contaminantur.Anima vero per sapientiæ complexũ tota
Cogitatio. pet totã ad seipsam vnita sanctitate ac puritate cõpletur. Sic itaq̧ sensum pueris prębet:Cogitationem vero tribuit quãdo ait.Diuitiæ te in die mala nõ iuuabunt.Inicit sane tuo cordi illius diei considerationem:in qua nec facultatũ multitudo satis erit,neq̧ te ex ęterna poena liberabit.vel quando dicit.Innocentes hęreditabunt terram:illam videlicet terram,quam mansueti possidebunt.Beati mites(inquit Dominus)quoniam ipsi hæreditabunr terram.Et rursus.Glotiam sapientes hęreditabũt.Huiuscemodi namq̧ promissiones ad bonorum desiderium animas excitant:Puero cogitationem & sensum:Peccatotibus per minas timorẽ:Iustis veto per ea quę pręparata sunt eis,desideriũ & amorem tribuunt.Quę omnia sapiẽs audiens sapientior erit.Magnũ hic sermo Prouerbiis testimonium pręber:Ipsum sapientem sapientiorem appellando.Nam maiora huius libri pręcepta,promissaq̧ esse ostendit, q̃ ea quæ cõmunia tradunrur eis.Aliorum enim magistrorum discipuli rudes admodum:Huius veto libri auditores sapientes existunt.Quoniam autem sapientum nomen cõmune est: & sapientes huius mundi dicuntut,& vera sapientia sapientes,hi qui Christum per fidem rectam recipiunt:Setmo igitur hic sapientiores facere pollicetur eos qui extra hanc sapientiam altero modo supradicto censentũr esse sapiẽtes,si huic doctrinę vacauerint.Nam & rerum vatiarũ doctrinam spernent,& ad veritatem se omni studio & admiratione conuertent.Vel ad huno
Sapiens multifariam dictus. modum dici potest.Quoniam multifariam sapiens dicitur.Quando videlicet sapientiam appetit.Et quando in ipsius est profectu contemplationis. Postremo quum ad perfectum ipsius peruenerit habitũ. Sapiens itaq̧ his modis appellatus qui hęc audiuerit,siue amator sapientię fuerit,siue iam ad eius profectum peruenerit,sapiẽtior omnino erit. Multa namq̧ diuina pręcepta edocebitur:multa item humana edisćet:hoc libro varie monstrãte, partim vitium ex animo pellete,partim vero vario modo virtutem introducere.Linguam imprimis noxiam frenat.Oculũ impura tuentem corrigit.Manus iniustas cohibete pręcipit.Ocium insectatur Vana desideria,cupiditatesq̧ castigat. Prudentiam docet:Fortitudinem monstrat:Temperãtiam commendat.His igitur instructus sapiens propria virtute & ingenio existens:ob huius auditionem doctrinę sapientior fiet.Deinde ait.Et intelligens gubernacula tenebit.Oportet eum qui aliquam suscepturus est artem,aptam facilemq̧ ad eam obeundam naturam habere.Luctatorem robur & corpus vegetum.Cursu certãtem,leuitatem ac pedum pernicitatem. Gubernatorem vero mentis acumen & iudicium. Quamobrem non facile ad hanc artem omneis euocat hic sermo,sed tm̃ intelligẽtem.Quid est enim gubernatio?Animę videlicet circa instabilem rerum humanarum naturam scientia,quemadmodum ipsam regere oporteat.
Aquę. Sæpe namq̧ vitam hanc,& aquas & mare appellatam inuenimus, vt in Psalmo. Misit ex alto,& accepit me.Suscepit me de aquis multis. Palam est q̧ huius vitæ tumultũ ac turbationem aquas appellat. Non enim secũda omnia,aut ex voto pluribus euenientia perpetuitatem firmitatemq̧ habent:Sicut nec tristia semper durant.Verũ cuncta humana mobilitate quadam rerum inexpectatæ vicissitudini subduntur. Sicut em̃ mare in eodẽ statu consistete non diu potest:Sed quod vides tranquillum, paulopost ventorum impetu turbatũ aspicies:quod q̧ horridũ & vndis ferueus ac tumidum,mox multa quiete consistere videbis. Sic humanæ res facile vertigines,mutationesq̧ accipient. Propterea gubernatoris & vsu & arte indigent, vt in vitę tranquillitate mutationum inundationes facile non excipiant. Ac nequis pręsentibus,ita vt nunq̃ perituris conquiescat,neu in rebus duris se rursus adfligat aut desperet:neve mœstitia nimium consternatus submergatur,pręcepsq̧ feratur: Neq̧ em̃ aut corporis salubritas,aut iuuentutis vigor, aut manus felicitas seu reliquæ vitæ prosperitas diutius permanere sunt aptę, Quapropter in hac vitę tranquillitate existens cõsidera,recipeq̧ rerũ q̃nq̧ male succedentium tempestatem. Veniet & morbus,veniet & paupertas,non semper in pup-

pi flantibus ventis. Sed & circũſpectum in cunctis, ac omnia vrentem ſæpenumero inexpecta ta & improuiſa adoriuntur: quæ omnem felicitatem, veluti turbines circunſtantes & inexco gitati exaſperant: malorũ ꝙ continuatio ſicut vndæ conſequentes, & inuicem ſurgentes exi ſtunt: quæ tibi & vitam infeſtant, & procellam metuendam intentant. Sed & hæc quandoꝗ prætereuntia ſedataꝗ, & ad hilaritatem ac dulcem, quietamꝗ vitæ rationem mutata conſpi cies. Sic itaꝗ duce natura hæc intelligas. Ita ſis ad ea quę eueniunt animatus, vt continuo ti bi ſimilis permaneas: nec elatus in cupiditatibus, nec rurſus in calamitatibus demiſſus. Sed & alia de cauſa vtile quoꝗ nobis gubernationis prouidentia fuerit. Nam & alios fluctus ac tempeſtates timendas animæ inſurgentes ex carnis adfectibus nouimus. Iræ namꝗ & timo res, voluptates, & dolores, & quędam violenta procella in carnis ſuperbiam mentis ſæpenu mero male curatam animam deprimunt. Oportet itaꝗ mentem veluti quendam gubernato rem animæ adfectibus præſidentem, & vt carnis nauigium regentem, ac cogitationes veluti temonem perite vertentem, fluctus noxios generoſe conculcare. Præterea in ſublimi manen tem ac dominantem perturbationibus: nequaꝗ̃ earum amaritudine, veluti marinis aquis cõ pleri, ſed continuo vigilantem, atꝗ orantem. Libera me Domine ab iis qui oderunt me: & de profundis aquarum non me demergat tempeſtas aquę: neꝗ abſorbeat ſupra me profundum. Vis tibi aliam enarrem nauigationem, ad quam gubernatiõis virtus nobis neceſſaria fuerit? Regnum cælorum ſimile eſt homini mercatori. Omnes enim angelicam viam ambulantes mercatores ſumus: per opera mandatorum nobis poſſeſſionem cæleſtium negociantes. Opor tet igitur nos multas ac varias cæleſtes diuitias cogere, ſi verecundiã ſuſtinere in operis mõ ſtratione nolumus: & accipientes talenta illud audire. Serue nequam & piger. Quamobrem ſuam quiſꝗ & mercem & theſaurum ſuſcipiens, omni ſtudio ſecutus hanc vitam pertranſi re conetur. Plures namꝗ ab ipſa iuuentute multa congregantes, inſtantibus deinde maligno rum ſpirituum incitamentis tempeſtatis onus arte gubernationis deficieute, ferre non value runt. Ex quo circa fidem tales naufragium fecerunt. Alii autem pudicitiam, quam vſꝗ a pue ris theſaurizauere: voluptate deinde peſtilenti ſuperueniente, veluti procella quadam, perdi derunt. O miſerabile ſpectaculum: o ſortem lugendam: poſt ieiunia multa: poſt durum vitæ genus: poſt longas ad Deũ preces: poſt vberes iã effuſas lachrymas: Deniꝗ poſt annorum vi ginti ſeu triginta abſtinentiam, ob indiligentiam, incõſiderantiamꝗ: nudum omnibus, ac tot laborum mercede priuatum reperiri: & ſimilem omnino fieri mercatori cuidam diuiti: qui multitudine commeatuũ onetatus, vento ſecundo nauem impellente timendas tuto per ma re curreus prætetit procellas. Naufragio deinde prope portum ſuperueniente, omnium poſ ſeſſione aceruatim, ſimulꝗ deſtitut⁹ apparet. Itaꝗ mille laboribus ſudoribuſꝗ ipſe parta vno tm̃ dęmonis impulſu facile amittes, peccato velut acerbo quodam turbine depreſſus. Ex quo fit de virtute omni ſimul periclitanti naufragãtiꝗ opportuna vox illa: Veni in profundum maris, & tempeſtas demerſit me. Quamobrem in manu vitę ancoras: oculum videlicet tuum curſum dirigentem tuto retinebis: ne per eum ſiue auditum ſiue linguam in concupiſcentiæ fluctus incidas, aut noxium aliquod accipias: ne aliquid eorum quæ tacenda ſunt loquaris: ne te iræ tempeſtas ac furor euertat: ne formidinum terrores vrgeant: neu triſtitiæ pondus de primat. Fluctus enim ſunt animæ perturbationes: quibus ſi virtute occurres, ac illis te ſubli miorem reddes, tutus vitę gubernator fueris. Si autem per imperitiam & inconſtantiã quod libet eorum prætereris, veluti nauigium aliquod compagibus diſſolutum, ac fractum vndis omnibus obnoxium ac verberatum omnino feraris, in peccatorũ pelagus facile corrues. Sed hæc gubernationis ſcientia, quemadmodum tibi adeſſe poterit? Mos eſt naucleris in cælum adſpicere. Interdiu in ſolem: Noctu in arcton, vel aliud ſemper apparens aſtrum: ac per hoc re ctam in pelago viam commentari. Tu quoꝗ oculos ad cælum attollens ſecundum eum qui ait. Leuaui oculos meos in mõtes: habitãtem in cęlo iuſtitię ſolem reſpice, ac velut aſtra quę dam ſplendentia Dei mandata obſeruans: lumina vigilantia retine. Ne dederis ſomnum ocu lis tuis, & palpebris tuis dormitationem: vt idoneum itineris curſum ex diuinis præceptis habeas. Lucerna, inquit, pedibus meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis. Igitur dum eris in hac vita, in huius mundi rerum natura inſtabili: adiumentum eorum quæ ſunt agenda a ſpiritu nos comitante mutuaberis, & autis ſpiritualibus ac pacificis tuto te feras: donec in columis ad portum euadas illum tranquillum ac ſine fluctibus Dei volũtatis: Cui gloria & imperium in æterna ſecula. Amen.

De iis q bñ cœperunt nec tñ pleue rauerũt.

Naucleris mos eſt.

¶DE HVMANA CHRISTI GENERATIONE IN DIE NATALI AVT EPIPHANIAE.

Gñationem ei⁹ qs enarrabit.



HRISTI generatio propria ac præcipua diuinitatis est: quę quidem silentio magis ac fide veneranda, q̃ disputatione aliqua nostra seu curiositate vestiganda. Vbi enim nec tempus neq; æuum intercedit, nec item modus intelligitur, nec deniq; viæ monstrator adest: quemodo tantæ cogitationi lingua suppeditabit? Pater namq; erat & filius genitus. Ne quæras quando, ne vestiges quomodo: superuacanea quidem quæstio interrogatioq;. Responsio vero ratioq; nequaq̃ addi potest. Nam, quando tempus habet: Quomodo vero ad modos corporeos imaginationem quãdam. Dicere tamen habeo e sacris voluminibus, quemadmodum splendor gloriæ & figura ex archetypo est. Verumtamen quoniam nec ratio nec cogitatio talibus responsionis verbis tuæ curiositati satisfacit, ad ineffabile incomprensibileq; gloriæ confugio, quum fatear indeprensum, ac verbis humanis inenarrabilem diuinæ generationis esse modum. Caue autem dicas si genitus, non erat. Nec aut verborum prauitate aut cogitationis ineptę vanitate committe, vt huiuscemodi sermonib⁹ manifeste veritati aduersando sacram inquines & euertas theologiam. Genitus est inquam, vt eius principium non vt tempore inferiorem ostendam. Mens tua in temporum ac seculorum cogitatione non euanescat, vt ea filio priora existimes quę nunq̃ fuerunt, aut erunt. Quomodo enim creata ipsorum cõditore fuerint priora? Verum ego quod ab initio vitabam in hoc verborum consequentia quadam cõpulsus sponte incidi. Illius igitur æternę, ineffabilisq; generationis rationes relinquentes id omnino cogitemus: quãtum interuallũ ac rationis orationisq; humanæ remotio ad ipsam huiuscemodi generationis corporeę veritatẽ existat. Enimuero mens quę sunt natura indeprensibilia attingere nequit. Sermonis item naturam adęquãtem ea quomodocũq; iis quæ inueniri non sunt apta sane difficile. Nec mirum. Deus enim in terra est: Deus inter homines versatur, non aut per tubam & montem fumantem, vel per turbinem & nubem & tempestatem, animas legislatorum perterrens: sed proprio corpore cum hominibus humaniter pie conuersans ac disserens. Deus inquam in carne non ex interuallo agens, aut sicut in Prophetis loquens, sed cõiunctam ei humanitatem retinens per eius similem nostrę carnem, omnem ad se traxit humanitatem. Sed quonãmodo per vnũ inquis ad omnis splendor? Quo modo in carne diuinitas? Quemadmodum ignis in ferro nõ ex progressu, sed participatione. Non enim in ferrum ignis currit, aut accedit: verum in loco remanens proprio suarum par ticeps virium ferrum reddit: cumq; se totum illi communicet nihil ppterea de sua natura, nil de suis amittit viribus. Sic & Deus verbum nihil ex seipso commotus quum nostram accepit humanitatem, neq; item conuersionem, commutationemq; aliquam sustinuit. Et verbum caro factum est. Nec propterea cælum suo cõtinente desertum: & terra nihilominus in propriis finibus cælestem recepit. Nec eu insuper motum, aut descensum diuinitatis meditaberis. Nõ enim vt corpus de loco ad locum migrat. Neq; item diuinitatem in carnem cõmutatam imaginabere. Immortale namq; & incommutabile diuinitas. Quomodo igitur inquis, Deus verbum, humana fragilitate non est correptus aut inquinatus? Facile respondemus. Sicuti & ignis de ferri proprietatibus non accipit. Nigrum quidem ferrum ac frigidum est: attamen ignitum ac candens ignis formam subit. Et q̃q̃ ex eo splendẽs: ignem tamen sua nigredine non inficit. Itemq; ardens flammam sua frigiditate non destruit aut tollit. Sic & humana Domini caro ita particeps humanitatis fuit, vt propria fragilitate illam minime contaminauerit. Sed q̃q̃ ex humana debilitate hac vti similitudine necesse est, ne tamen hunc ignem diuinitati omnino similem imaginare: cum is qualitates recipiat: illa nihil omnino patiatur. Q; si quęris, quomodo mortalis natura: ob dei cõiunctionem, cõmunionemq; immortalitatẽ induerit? Disce mysterium. Ex hoc enim Deus insitam carni mortem interfecit. Nam sicuti venenorũ antidotum corpori permixtum ac perfusum omne superat noxium ac letale: Item q; vt in domo aliqua tenebrę luminis aduentu diffugiunt ac pereunt: sic mors in natura dominans humana, diuinitatis pręsentia disparuit. Velut etiam in aqua glacies tantum humido dominatur: quãtũ nox vmbraq; durant: Solis vero calfacientis radus subito liquescit: Sic demũ mors vsq; ad Christi aduentum imperauit. Postq̃ vero Dei gratia salutaris omnibus apparuit, & iustitiæ sol ortus est: absorpta est mors in victoriam & veræ vitę peregrinationẽ nequaq̃ sustinuit. O altitudinem bonitatis humanitatisq; dei: ex benignitatis copia seruaro-

De gñatione secundum carnem.

Quomõ De⁹ per carnẽ nõ inquinatus.

Antidotũ Christi diuinitati cõparatur.

ris a seruitute vendicamur. Sed cur Deus homo factus est rationem exquirunt homines: cū magis eius bonitatē admirari deceat, q̄ diuinitatē curiosius indagare. Quidnam tecū agendum homo? In sublimi Deum agentem minime quæris: Ad te vero per carnem venientem & tecum conuersantem minime recipis. Quando ergo Deo domesticus efficieris? quando illum cōplecteris? Sed quando rationem causamq; aduentus exquiris, disce. Carnem suscepit Deus: quoniam exectabilem contaminatamq; hanc, purgatam sanctamq; reddi oportuit, infirmam ac debilem corroborari, a Deo ob peccatum alienatam conciliari, e Paradiso excidentem in cælum referri: vnde claustrum mysterii tanti, virginis beatę corpus elegit. Quę autem generationis principia? Spiritus sanctus virtusq; altissimi obumbrans. Sed ipsa quæso Euangelii verba parumper audi. Maria, inquit, desponsata Ioseph priusq; conuenirent inuēta est in vtero habens de spiritu sancto. Et desponsata viro, & apta cōiugali officio obeundo putata: Vt & virginitas in honore ante omnia haberetur: & matrimoniū non propterea improbaret. Virginitas enim vt apta, proximaq; sanctitati electa est. Per dispositionē vero & vmbrā nuptiarū honestata commercia. Simul autem vt & Ioseph domesticus familiarisq; Marię pariētis testis esset: & ne propterea calumniatorib[9] illa foret obnoxia, vt virginitatem cōmaculās sponsam habuit: vitę sanctæ custodem. Sed habeo aliam huic rei rationem reddere, priori nō admodum inferiorem. Aptum namq; ad incarnationem dominicam tempus, iamdiu inde a mundi cōstitutione prouisum atq; ordinatum tunc venerat: Ex quo spiritum sanctum & altissimi virtutem, Deiparam illam constituere carnem oportebat. Quoniam vero ea tempesta te nulla puritate par Mariæ virginitas inter homines ad effectum sancti spiritus excipiendū est reperta: sub nomine alioqui nuptiarum, quæ virginitatem ipsam minime cōmacularent, vt eligeretur aptissima fuit. Adfertur & alia ratio a quodā ex antiquis. Vt Mariæ virginitas seculi huius principem Diabolum lateret, nupta Ioseph fuit, vt nuptiarū nomine suspensus facile deciperetur. Virgines namq; in primis obseruabat, quarum vnam parituram ex Propheta cognouerat dicēte. Ecce virgo cōcipiet & pariet filium. Virginitatis igitur insidiator obseruatorq; sub matrimonii specie factus ignorans a malignitate abstinuit. Inuenerat enim suum imperium ob dominicam carnis generationem perditum iri. Itaq; priusq; conuenirent inuenta est in vtero habēs de spiritu sancto. Verumq; Ioseph repperit, & conceptionē, & causam e spiritu sancto. Quamobrem hoc ignorans ab initio talis reperiri vxoris marit[9]: metuēs voluit eam occulte dimittere: verens palam fieri quæ metuebat. Verum quoniam vir iustus erat ex Deo mysteria nosse meruit. Igitur hęc eo cogitāte, Ecce Angelus Domini apparuit ei dicens: Ne timeas accipere Mariam coniugem. Timuit quidem, non autem maledixit: nō vituperauit. Tm̄ metuit vt spiritu sancto plenā. Quod in ipso est, de spiritu sancto est. Hinc em̄ deprendi licet q non secundum communem modum carnis constitutio Domino fuit. Cōceptum namq; ilico perfectum fuit, non per interualla paulatim formatum, vt plane verba declarāt. Non enim dicit: quod in ea conceptum est: sed quod in ea natum est. In sanctitate nāq carο conglutinata digna quidem vnigeniti diuinitati coniungi fuit. Pariet filium & vocabis nomen eius Iesum. In quo illud obseruandum, q vbi de industria nomina ponuntur: subiectam sane tm̄ ostendunt naturam: vt Habraam, Isaac, Israel. Horum enim quodlibet magis characterem quēdam q̄ virtutis salutaris proprietatem ostendit. At Iesus seruator appellat, quod mysterium & ante secula ordinatum, & deinde per Prophetas prædictum manifestum habuit exitū. Ecce virgo concipiet et pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel, hoc est nobiscū Deus. Hæc item appellatio omnis penitus mysterii declarationem retinet: q Deus inter homines adsit: quoniam nominis interpretatur naturam: Nobiscum Deus. Cauendum inter hæc omnino ne in perfidiam, infidelitatemq; incidas Iudaicam: qui adfirmant non virginem sed puellam a Propheta vocari. Ecce enim inquiūt, Puella concipiet. Primum quidem absurdissimum est omnium & ineptissimum: a Domino id dari signum tanti mysterii, quod naturę cōmune sit omni. Quid ait Propheta? Locutus est Dominus ad Achaz dicēs. Pete tibi signum in profundum maris &c. Et dixit: non petam, neq; tentabo Dominū. Deinde paulopost ait. Propter hoc dabit Deus tibi signum: Ecce virgo cōcipiet & pariet. Cur aūt Achaz signū non petiit: vt plane discat q is qui in inferiora terræ descendit, idem omnino sit qui ad superiora sublimiaq; ascendit. Ipse igitur Dominus signum dedit. Signum autem non vulgare, neq; commune, sed extraordinarium & prodigiosum ac valde cōmunem excedēs naturā, Virgo videlicet & mater & in virginitate sancta perseuerans, gloriam nihilominus ac bene-

Cur de[9] homo factus est.

Despōsata cur fuerat Maria.

Christ[9] vbi cōceptus statim natus. i. perfectus hō fuit.

Noīm ī scriptu-ris expō sio.

Virgo nō solū puella paritura prędicitur.

dictionẽ pariendi sortita. Siqui tamen pertinacius Hebraicam vocem pro virgine puellã adseuerant, nihil sane nostræ rationi officiunt. Inuenimus nãq; in sacris voluminibus sępe puellam pro virgine vsurpatum, vt in Deuteronomio. Siquis inuenit filiam virginem quę nupta nõ fuerit, & aliquis eã violauerit, cũ eaq; cubauerit: det ille sic cubans puellę patri drachmas quinquaginta: & exsurgens accipiat sibi vxorem omni adfectu & amore & diligẽtia: quę charę cõiugi geri debet. Ioseph igitur vxorem ducens a nuptiis abstinuit. Nõ nouit eam, inquit, vsq; quo pareret eius primogenitum Iesum. Hoc suspitionem quandam mentibus inferre videtur, ne post sacrum dominicæ genesi ex spiritu sancto exhibitum mysterium: Maria opera nuptiis conuenientia minime negaret. Nos autem hunc locũ satis consolationis habere existimamus si legamus. Eam nõ nouit vsq; quo filium suum pareret. Vsq; eñ & si temporis alicuius terminũ circũscribere videtur: vere tamen infinitum aliquod prę se fert: vbicũq; a Domino verbũ hoc memoratur. Ecce inquit vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad cõsummationem seculi. Post seculũ dicere non erat necesse. Non enim cum sanctis vnq̃ Dominus esse definet. Nec pręsentium promissio, futurorũ est ereptio. Eodem ferme modo, & nunc vsq; recepitur. Quoniam dicitur vsq; quo primogenitum. Non enim primogenitus ad succedentem prolem comparationem habet. Omne adaperiens primum vuluã primogenitum vocant. Q; autem Maria perpetuo virgo remanserit: etiam Zacharię declarat historia quędã quę ad nos vsq; peruenit. Zacharias enim Mariam post Domini conceptionem in virginum loco constituens, a Iudęis inter templum & altare interfectus est. A populo namq; accusatus q; rem inauditam, prodigiosamq; pręedicaret, virginẽ videlicet parientem citra virginitatis corruptionem. Iesu igitur nato in Bethleem Iudę, in diebus Herodis regis, Ecce Magi ab oriente venerunt Hierosolymam dicentes. Vbi est qui natus est rex Iudæorũ? Genus Persicum Magi incantationibus & magicis & naturalibus quibusdam effectibus Astronomięq; & rebus sublimibus vacabant. Eiusdem fere magicę Balaam ille videtur fuisse: qui a Balaac missus, vt verbis quibusdam populo Israel malediceret. Ex quo in quarta ei⁹ parabola talia de Domino dicit. Homo audiens verba Domini: qui nouit altissimi doctrinam: & visiones omnipotentis videt, qui cadens apertos habet oculos: Videbo eum, sed nõ modo: intuebor illum, sed nõ prope. Orietur stella ex Iacob, & consurget virga ex Israel. Quoniam igitur astrum exortum naturæ prodigium habuerũt: sciscitari Magi decreuerunt: quisnam homo ex Israel exsurgeret. Quamobrem Iudęæ locum vestigantes ex antiquo vaticinio in ciuitatem venerũt, interrogantes vbinam est qui natus est rex Iudæorum? Ipsi namq; de sua debilitate ac inefficaci virtute conscii: magnę virtutis testimoniũ nato attulerunt. Ex quo puerum tandem inuenientes cum donis adorauerunt. Hic contemplator, vt Magi alienum a Deo genus ac, veteris nouæq; legis diuinæ gens peregrina, primum adorare dignati sunt, q; ex inimicis testimonia longe pręstantiora fide digniora q; essent. Si enim Iudęi primum adorassent: eorum genus ornate, extollereq; forsan putati forent. Nũc autem ii qui nihil attinebant: prius honorauere, vt iusto in eos animaduerteretur iudicio: qui illum cruci adfixerũt, quẽ alieni adorauerunt. Sed quando motibus cœlestibus studebant, nõ frustra inter cælestes obseruationes prodigiũ sunt contemplati, stellam videlicet nouã, ac minime consuetam, in dominico natali effulgentem. Cuius sane ortum nemo in astrologię rationem computationemq; trahat. Qui enim ex astris genesim inspiciunt, aliquam talem cæli figuram horoscopantem, causam cuiq; euentuũ esse adfirmant. In genesi vero dominica hoc astrũ significationis nihil habuit. Neq; stella ipsa ex aliarum numero fuit. Nam quę ab initio orbis creatæ sunt, aut omnino immobiles existunt: aut certe cõtinuo mouentur. Hæc vero de qua loquimur vtrumq; habuisse palam est, & motum & quietem. Ex quo nullam cum cęteris habuisse rationem, aut naturam apparet. Mota in primis est oriente in Bethleem: Constitit autem supra vbi erat puer. Idcirco ex oriente Magi discedentes stellam sunt ducem secuti. Videntes autem eorum aduentu Hierosolymam omnem turbatam, regi Iudęorum metum addiderũt: de Iudæorum rege nuper nato percunctando: quem tandem reperientes donis honorauerũt, auro, thure, & myrrha. Nimirum Balaam vaticiniũ sequi sunt visi: qui de Christo talia visus est dicere. Accubãs dormiuit vt leo, & quasi leena quã suscitare nullus audebit. Qui benedixerit tibi, erit benedict⁹, & qui maledixerit, in maledictione reputabitur. Per leonem eñ eius imperium sermo demõstrat. Per leenam vero supplicium. Per benedictionis virtutem eius diuinitatem. Igitur vaticinium hoc sequentes: vt regi aurum, vt morituro myrrham, vt Deo thus contulerunt.

Puella p virgine.

Donec vel vsq; quo.

Primogenitus.

Marię perpetua virginitas.

Zacharię cędes

De aduẽtu Magorum.

Magi q.

Vaticinium Balaam de Christo.

Magi cur primi Christũ adorarint.

Stella q̃lis apparuerat Magis.

Vaticinium Balaam.

Neq item illud superuacaneum fuerit contra eos dicere,qui adfirmãt hoc astrum cælo apparens cometis simile fuisse, qui regum successiones & imperia noua portendere videntur. Verum Cometæ immobiles continuo sunt,& in vna tñ cæli accensi parte circũscripti. Præterea cometarum diuersa genera & appellationes:Trabeales,Bothyni.Figuræ autem fere similes & inter se propinquę.Omnium vero generationis causa: Quum inũdans circa terram aer in serenam cæli partem diffunditur,vt materiam quandam igni cælesti prębens sordium videlicet & humorum terrestrium crassitudinem ad superiora tractam atq inflammatam talis sideris criniti apparentiam facit.Hoc vero sidus quod Magis ad inquirẽdam domini genesim apparuit,rursus disparuit,donec ipsis dubitãtibus ac suspensis iterum in Iudęa se manifestauit.Ex quo satis ostẽditur alicuius gratia separatim hoc astrum esse factum,ac vt alicui seruiret,famularetur q:qd sane ex re ipsa deprẽdimus.Stetit inquit supra vbi erat puer. Magi vero videntes gauisi sunt gaudio magno.Nos etiam in cordibus nostris item gaudiũ suscipiamus.Hoc inquam gaudium & angeli pastoribus nunciant. Cum Magis quoq adoremus:cum pastoribus item Deum laudemus:cum Angelis deniq canamus,choreasq lęti ducamus:Q₂ est hodie nobis Seruator natus Deus ac Dominus Iesus Christus. Apparuit aũt nobis nõ dei forma:vt quod erat in nobis debile deleret:sed in forma hominis,vt quod erat seruile liberaret.Quis itaq tã animo ignauus,vt non hodie lætetur,non exultet:nõ pręsentia solemnia omni animi hilaritate suscipiat?Festum hoc ingens,ac nouę creationis:vbi cælestia Archãgelos ad Zachariam Mariamq mittunt:ac choros Angelorum constituunt dicẽtium:Gloria in excelsis Deo,& in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Astra e cælo mouẽtur.Magi ex gentibus properant.Terra in spelunca lucem recipit.Nihil deniq sine lętitia,nihil sine officio fuit.Nos quoq cum his lętitiam voce,gestu q exprimamus.Nostrum hoc est festum: Theophaniam appellamus:in quo mundi salutarem cõcelebramus diem: Domini natalem hodiernum piis mentibus concelebremus.Hodie namq Adami maledictio soluta.Nõ est quod amplius dicamus.Terra es,& in terram reuerteris:sed cælesti coniunctus in cælum adsumeris.Non est dici:In doloribus paries filios.Beata enim quę Emmanuel peperit,& vbera quę lac prębuerunt.Natus est inquã nobis Iesus,cuius imperiũ super humerum eius.Quãobrem cor in tam alto mysterio floreat,mens exultet:lingua vero breuis minime respondet: sermo q tenuis ac obscurus est ad huius ingentis gaudii magnitudinẽ enarrandã.Nosce Domini humanitatem Deo coniunctã:Nosce item diuinitatẽ cum natura materiali:vt eius imperfectum fragile q corrigat:non autem vt illa humanitatis debilitate inquinetur.Nõne solem conspicis in luto se volutantẽ,minime q cõtaminantẽ:& cœno coruscantẽ,minime fœtidum aliquid referentem?Sic igitur Dominus quibus per carnem cõmunicat:omnem tabem omne q vitium exsiccat.Quid enim dubitas de immensa incorrupta q natura: ne aliquam ex nobis maculam cõtraxerit?Hac eñ de causa natus,vt nos eiusdẽ generis expiaret:propterea inquam Iesus creuit,& hominibus familiaris est factus.O Dei bonitatem altissimã.Ob beneficiorum eñ magnitudinẽ ei qui benefecit minime credimus, ob eius ingentem humanitatẽ ad seruitutis iugũ ducimur.O miseram & animaduertendã rusticitatem ignorantiam q nostram.Magi qui nunq̃ viderunt aut audiuerũt,adoratũ veniunt.Et christiani curiosius quærunt,quomodo in carne Deus & quali carne,& si adsumptus homo pfectus an imperfectus. Taceant igitur curiosi, & in Ecclesia Dei superuacanea vestigare desistant. Laudent tñ quæ recte audiuntur ac traduntur:ac de quibus ratio omnino non redditur,ne solliciti vestigẽt. Illis sese commiscere studeãt,qui e cælo cum gaudio Christum recipiunt.Cogita pastores in diuinis laudibus sapientes factos:sacerdotes prophetantes,fœminas collętantes. Quãdo Maria Aue ex archangelo Gabriele didicit.Meditare quemadmodum Elisabeta Ioannem tũc in vtero exultantem senserit:Anna prophetissa nũciauerit: Symeon in vlnas acceperit Christũ infantem,quem tõtus non capit orbis in paruo constituens loco. Atq hi omnes eum conspicientes minime despexerint,sed tam familiariter cum eis communicantem omni studio collaudauerint.Quos oculos cordis puros retinentes diuina virtus inlustrauit. Cum quibus & nos vtinam aduumeremur domini glõriam reuelata facie contemplantes, vt & nos quoq a gloria in gloriam transformemur.Ipsi autem honor & imperiũ in æterna secula. Amen.

Cometę. Noĩa cometarũ & causa.

Theophania Dei apparitio.

Dño ex carne nulla cõtagio.

SERMO SVPER VARIOS SCRIPTVRAE LOCOS.VBI DE VARIIS DISSERIT VITIIS.DE ACCEPTANDIS PERSONIS,IRA, INVIDIA,AVARITIA.



Erat inimicus, cōtenditq́ exteriore tumultu nostrum impedire sermonē. Ar nos eius cogitationes, ac consuetudinem minime ignorantes: aures pariter & mentes eorum qui sunt hic hodierna die congregati, nutriamus. Eos vero qui nostro carent auditorio, misereamur. Nō extra mente discurrentes & alias res agentes: sed vbi corporibus, ibidem & animis existamus. Recordamini quæso ex his spiritalibus sermonibus: qui lecti sunt vobis hora matutina, doctrinarum vtilium: nostrarum animarum medicinæ. Reminiscimini earū quę sunt in Psalmis monitionum. Prouerbialia præcepta, historiæ pulchritudinem, exemplaq́ renete: his addite Apostolica mandata. In omnibus vero tanq̄ corouida, perfectionemq́ verba Euangelica coniungite, vt ex omnibus vtilitatem capientes ad id demum contendatis ac reuertamini, ad quod quisq́ libenter est dispositus, & ad quod obeundum gratiā a spiritu sancto accepit. Nam sic omnino in multiformi Ecclesiæ facie: quot sunt hominum differētię, totidem existunt sententiæ. Quot item ætatum & ordinum varietates: totidem & peccatorum genera. Multimodæ multiformesq́ sunt Diaboli insidiæ, & alios aliter decipiunt. Ad qđ em̄ proniorem conspexerit, ad id propriis vtitur delinimentis atq́ illecebris. Verbi gratia, constitit aliquis hic inuidia tabefactam habens animam. Vtinam nequis esset: hoc enim ante omnia votum. Attamen humanæ naturæ valde difficile siue magna siue parua animi perturbatione non tangi. Quilibet igitur e supradictis aliquid ad suum eligat vsum. Inuidus es? sume remedium. Iracundus es? præsto tibi est lectionis medicina. Sic demum auaritiam, superbiam, reliquaq́ animi vitia facile curabis, si e sermonibus salubribus: quos audisti tanq̄ e fonte curam velis haurire. Nos enim breuia a quolibet dictorum decerpentes in medium adducemus: vt his facile quisq́ proprio morbo possit occurrere, ac ea tm̄ quæ ad eum pertinent ex omnibus deligere. Primus namq́ sermo in Prouerbiis modo ænigmatis dicitur, vt mens nostra in obscuritate orationis se diligentius exercendi ac meditandi sumat occasionem. Inquit enim, Qui læuia respexerit: misericordiam inueniet. Quomodo hæc aut quāobrem laudem consequetur qui læuia conspiciet? cum laudabilia ex optione proueniant. Nos autē homines sæpe videmus: non qualia volumus, sed qualis est eorum natura, quæ videtur. Ex quo siquid asperum fuerit ad spectu, quale natura existit, tale videri fuerit. Læuia namq́ sunt, quæ specie plana existunt. Asperum vero quod contractum & humile primo apparet aspectu. Quoniam itaq́ inæqualis eorum quę videntur natura, quomodo eum scriptura laudat, qui læuia magis q̄ aspera viderit? Sic & damnare videtur montes & valles & scopulos & saltus & nemora, vel etiam mare sæpenumero a ventis exasperatum, vel terram ab atatro p̄scissam, ac de plana molliterq́ iacente inæqualem tumulosamq́ factam. Nū hæc qui viderit condēnabitur? & vbi quæso dei iustitia: si ea quę coacti patimur in his damnandi sumus? Verum ad altiora contemplanda te Parabola inuitat. Per hanc siquidem fratrum differentiæ notātur: Hic pauper, ille diues. Alius hospes, alius domesticus, seu te iudice, seu iudicii participe vtātur. Si iudicaueris, ne inæqualia: neve diuitis potentiam respicias. Pauperis vero humilitatē suæ quærentis consulere necessitati ne despexeris. Neu dicas, hic mihi amicus, hic p̄pinquus ille mihi vtilis, alius hospes, ignotus, alienus, hoc enim modo misericordiam apud Deū non inuenies, nec plana spectabis. Natura nāq́ vna est. Homo & hic & ille: vna in vtrisq́ necessitas. Da fratri & hospiti. De alieno tuum fac. De peregrino domesticum. Aequalia igiť respicere oportet. Ne prę notis alienū relinquas, eius necessario subuenias vsui. Quærit ille te, vt suæ calamitatis solatium ac refugium, non personę acceptatorē, non p̄pinquo solūmodo benignum, hospitem vero abiicientem. Omnes enim in Christo propinqui: Oēs fratres & ex vno patre nati sumus. Si spiritualem quæris, cælestis est pater Deus. Si terrenum, Adam. Si deniq́ matrem, terra est. Ex eodem luto omnes sumus constructi. Ex quo soror natura secundum carnem. Soror item generatio secundum spiritum. Idem omnibus sanguis, & ex eodem parente descendens ex Domino gratiam accepit. Respice igitur plana, vt apud Deum misericordiam inuenias. Noli in his distribuēdis honoribus respectus habere inęquales. Est enim diues sæpe mēdax, rapax, libidinosus. Pauper vero iustus. Non igitur tm̄ faciem spectabis: sed occulta penitioraq́ considera. Eum honora qui pretiosa possidet. Virtus veræ sunt diuitiæ. Quid quæso ex iis quę extra tm̄, probas homines? Pręcordia vero mentemq́ minime curas? Obel enim extra quidem æs habuit, lutum vero sub ære fulgente absconditum. Si enim illustres in via videris fulgentes: considera æs esse apparens: Intus cœnosa omnia. Contra vero

Coronis

Tentādi forma q̄ Dęmoni

Prouerbiū de n̄ acceptādis personis.

Læuia respicere.

Nō acceptādę p̄sonæ.

Patre vno nati omnes.

Obel.

quidam aurum intus habent exteriore teste circundatum: hoc est thesaurum in vasis fictili bus absconditum. Hic castus est, ille libidinosus. Vtrum horum ditior: qui castitatem seruat an qui pecuniã ex iniuria possidet? Certe qui castus. Huius enim memoria sempiterna: Illius fragiles diuitiæ, hodie florẽt: cras marcescent. Ex quo respice æqualia ac plana, suum cuiq; tri buens honorem: preciosorum rationem habe, vt misericordiã inuenias. Prosequitur deinde, Et cum homine iracundo noli commorari. Per huiuscemodi dicta breuia nos altius procede re satius est, & aures vestras frequentius pulsare, vt sic facilius in animis, eorum quæ monen tur sensum transmittamus. Iracunde tuum nosce verbum: meum require de huiuscemodi vi tio sermonem. Volue multa super hoc diuersis cõscripta in libris: quę ad te faciant elige. Nõ enim qui pede offendit quęrit oculi curationem, sed qui oculum habet affectum. Sit oris tui speculum, scriptura hæc te docet, quemadmodum vir indecens iracundus. Decorem namq; & humanam quasi figuram amittit: ferę speciem induit. Considera parumper iratum. Furit, debacchatur: Immutantur oculi, turbidi, sanguineiq; fiunt: cor accenditur, sanguis commo uetur. Hunc videas vt aptum dentes acuentem: loqui sæpe incipientem, ac verba imperfecta relinquentem. Multa quoq; in corde non apparẽtia volutantem: propinquitatis omnis & do mesticorum rationem haber nullam: nullis demum (vt libidini proprię satisfaciat) parcit. In alieno malo teipsum cura: disce periculis alienis ne & tu in idem incidas malum. Igitur scri pturæ verba sępe tecum repete. Vir iracundus indecens, & cum iracundo noli sub eodem te cto agitare. O q̃ malum cum tali commisceri, qui continuo latrat! Nisi enim eius fugias con uersationem, necessarium est eius te vias ediscere. Dixit enim acerbum aliquid: animum tuũ commouit. Veluti enim canis latratus, alterius canis tumultum prouocat: Sic & animum tuum quiescentem ac dormientem vox illius excitauit: & facti estis inter vos latrantes & cõ trouersi veluti fundatis verba, inepta & turpia inuicem iactantes. Dixit ille aliquid contume liosum: Tu vero incipientis imitatus stultitiam maiore fœnore reddidisti: Recipiẽs ille e ser mone cõtumelioso vices non destitit: sed nutriit magis iram, magisq; linguam acuit. Tu tur sus excipiens extolleris in tumorem. Qui autẽ in hac malorum contentione victor fuerit: lõ ge miserior apud Deum erit. Ergo vir iracũdus minime decens: Et cum eodem noli commo rari. ¶Neve cœnabis cum viro inuido. Hic enim alius est morbus, vitę hominum peculiaris, & animis nostris a natura insitus, & corda magis cõsumere aptus q̃ ferrum. Liuor nãq; vnus est in quo multa sunt mala. Vnum tñ vtile: q; ipsi auctori est incommodus. Inuidus enim ei cui inuidet parũ admodum, sibi vero multum nocere videtur. Tristitia doloreq; in aliena fe licitate absumitur, nec vicini agrum, sed proprium destruit. ¶Neve transferas terminos ęter nos. In possessionem orphanorum ne ingredere. Alium hæc verba morbum curant. Auaros norant. Ne ingrediaris inquit in orphanorum possessionem, vt ad tuam possessionem hoc est regnum cælorum facile peruenias. Terminos patrum ne moueas, ne cupias proximi agrum aut villam. Si villam auxeris, paulopost tellurem augebis. Quanto enim magis ex aliena pos sessione tibi fines dilatabis, tanto maiori culpę obnoxius fueris. Deinde terra quidem hic re manet tibi breui tempore possidenda, nec tua ob auaritiam facta, sed eius qui tibi succedit, cui rem dimittis, vnde forte iniuste viuat. Terra stat in ęternum, peccatum vero animam vt vmbra corpus sequetur. Vt enim vmbra corpus sequitur, sic peccatum animę insitum. Aua ritiæ namq; malum stare nescit, aut quiescere, sed ignis naturæ simile. Ignis enim postq̃ incẽ dium attigit: omnem properat absumere materiam. Nec prius desistere poterit, q̃ vbi mate ria deficit. Auarum autem quid retinere poterit? Igne profecto vehementior est. Omnia con tinuando finibus suis occupat, ea quæ sunt vicini, sibi aufert, atq; habere omni studio contẽ dit. Non ea quæ retro sunt attendit, sed quę his desunt, quęve ante se prospicit, a vicinis pos sessa desiderat. Non ob ea quę possidet lætatur, sed ob ea quibus caret angitur. Neq; iis quæ congregauit, fruitur: sed cupiditate plura consequendi se magis excruciat. Deinde vigilię ac curæ hinc oriuntur. Quãto enim diuitię magis augescũt: tãto plus de vitę quiete sibi diues detrahit. Iudex expectatur, & auarus cogitat ne in ius trahaẽ: ne orphanus suas lachrymas in foro palam faciat. Nocte cõsultat, quomodo mane acerbos aduocatos quosdam sibi prępa ret: quomodo persuasa testimonia conducat: Quamobrem & potentia præualendo, & in iu dicio mentiendo: ambos consumet, & iudicem decipiens, & pupillum circumueniens. Eius a nimam curæ cõtinuo mordaces absumunt. Canis latrat, auarus putat furem esse. Mus forte perstrepit, & auari cor salit: quemlibet vel puerum suspectum habẽs. Filios iã grandes vt in

De ira.

Irati fœditas.

De Inuidia.

De Auaritia.

Auarus igne voracior.

Auari miseria.

ſidiatores aſpicit, ꝙ eorũ iã ætas ſucceſſionẽ clamare, expetereq́ꝫ videtur. Quin auaris aliud oritur incommodũ: Vitã victumq́ꝫ ſuum in digitis expendit: Ex opibus alias palam, alias vero clam habet ad ſpes incertas ſeponens: ſpes inquã non ſpes. Si eñ ad ſpes veras erat, ad ęternam illam recta pręparatio fuiſſet. Nunc in cubili dubias abſcondit diuitias, venientia quandoq́ꝫ incommoda, futuráq́ꝫ forte metuẽs egeſtatem: quę quidem an venerit incertũ. Veniet quidem tẽpus quo pecuniã nõ diſpenſaſſe pœnitebit. Hoc certum: Et ego ſum ſpõſor. Meæ ſunt partes fratres amatiſſimi de omnibus vobiſcũ vitiis differere. Veſtrę aũt diligẽter attendere, ac ex iis vtilitatem quę auditis accipere. Veſtrũ quilibet peccatũ veluti ſerpẽs ſenectutem exuens, ſic affectibus ſpoliatus iuſtitiáq́ꝫ indutus redeat, alius ex alio fact⁹. Hac eñ de cauſa ſit iſte cõuentus, ac patres noſtri has fidelium cõgregationes in templis ſtatuerunt: vt quæ ſingulis diebus diſcere non valemus ob eorum pœnuriam qui hæc doceant ac memorent: ea in communi ſolennitate ac celebritate cõuenientes accipiamus. Deinde ea tanq̃ viaticum ad reliquum tempus cuſtodiamus: & velut in recenti memoria cõtinuo reſonantia teneamus. Fugiamus itaq́ꝫ peccatum: opus iuſtitię ſequamur. Noli inquam transferre terminos ſempiternos.

De iis q filiis theſaurizãt

In poſſeſſionem orphanorum ne ingredere. Ne filios tuos auaritiæ cauſam facias. Filios habes! Eis theſaurum ſempiternum theſauriza. Theſaurus namq́ꝫ pecuniæ pietas eſt. Relinque bonam filiis memoriam magis q̃ diuitias multas. Fac omnes filio tuo ratione pietatis ac beneficentiæ patres. Neceſſe enim te quandoq́ꝫ e vita diſcedere: deinde filium relinques paruum: magiſtratus auxilio indigentem. Si enim bonus honeſtuſq́ꝫ fueris, quilibet ex te deſcendentem vti ſuum nutriet. Reminiſcetur ꝙ & tu quoq́ꝫ orphanorum pater dum licuit fuiſti. Si vero iniuſtus apparebis ac multos in vita læſeris, & omni fera truculentior factus es iiſq́ꝫ tecum commercium habent, demum cum e vita diſceſſeris, filium tuum communem omniũ hoſtem relinques.

Similitudo apta.

Quemadmodum enim ſcorpii filium quiſq́ꝫ adſpexerit timet: ne quando in ætatem veniet, patris venenum imitetur: Sic item & ex te deſcendentes liberos, vt paternæ iniquitatis hæredes futuros priuſq̃ ad ætatem veniant, omnes ſuſpicabuntur. Quid igitur plures inſidiatores ac inimicos tuis liberis paras, quum potius toto tempore dare te operam oporteat: multorum beneuolentiam ad tuorum tutelam habere adiutricem! Quoniam autem incertum quid poſt te ſequatur, relinque per beneficẽtiam multos qui pro te rem curent, ne quãdo te diſcedente e vita: deinde diuitiis quas cõgregas ad ſucceſſorẽ ob odiũ forte apud homines contractũ minime prouenientibus: moueãt omnes caput ac dicãt, quomodo male parta male dilabũtur, & ad filios minime trãſmiſſa ſint! Hec ego tibi prędico ex humanis rationibus, quę vero tibi a Domino ex Euãgelio dicunt̃ facile noſti. Ne igit̃ ob filios auaritiã excuſabis. Ne honeſtã ac patentẽ cauſam ad peccati occaſionẽ adferas. Qui eñ filiũ fecit: te fecit. Qui etiã tibi occaſiones nutriẽdi prębet, & filio prębebit vitę ſubſidia. Quilibet eñ ꝓprię vitę rationẽ Deo reddet. Quid noſti: cui theſaurizas! Theſaurizat inquit Pſalmus, & neſcit cui cõgregabit ea. Filius nãq́ꝫ eorũ eſt ſępe occaſio cumulãtur: quę tñ deinde aut furis rapacitas, aut paraſitorũ ſycophantarũve nugę: ſiue hoſtiũ prędę diripiũr ac lacerãt. Multa ſunt eñ quę rẽ tollant atq́ꝫ abſumãt. Dic obſecro quãdo a Deo filios petiiſti: quãdo pater eſſe deſiderabas, nũ tuis precibus hoc addidiſti. Da liberos rogo, vt mãdata tua nõ ſeruẽ! Da inquam liberos, vt Euãgeliũ deſpiciam! Non ꝑfecto hac conditione poſtulaſti, ſed filios quęrebas vitę adiutores cõmunis. Doce miſer bonis & verbis & exẽplis: quales eos erga Deũ oporteat eſſe: qualeſq́ꝫ ſępenumero vidiſti. Hę nãq́ꝫ ſunt verę diuitię, ipſa pecunia multo precioſiores. Hęc hęreditas bona a patre filiis relicta. In poſſeſſionẽ ergo orphanorũ nõ intrabis: & cũ viro inuido nõ ſimul cœnabis.

De Inuidia turſus.

Dictũ ſupra de Inuidia. Ad maiorẽ eius mali cuſtodiam nunc rurſus aliquid addemus. Ipſa nãq́ꝫ proprium eſt Diaboli vitium. Non enim Diabolus ſtarim creatus eſt Diabolus: ſed angeli poteſtatem ſumens in Dæmonis naturam conuerſus eſt: & factus iniquus Dæmon. Hac enim iniquitate imbutus, & a Dei familiaritate alienatus, ac in partẽ defectionis cõuerſus: poſtq̃ vidit hominẽ paruũ quidẽ animal pręter omnẽ creaturã honoratũ: quũ eſſet antiquior homine facile cõſpexit, quemadmodũ natatilia verbo tñ facta ſunt, oĩaq́ꝫ in mari viuẽtia.

Inuidia diaboli ĩ hominẽ.

Verbo itẽ terreſtria, elephãtes, æqui, boues, greges animaliũ, atmentaq́ꝫ omnia. Quodq́ꝫ mirabilius, verbo cælũ & cũcta ſidera creata. Aquę itẽ ſupra cælũ & infra terram influentes: dei oĩa mandato. Solus homo Dei manibus factus.

Hoĩs creatio ſingularis.

Hũc ei honorẽ diabolus inuidit: eũ nãq́ꝫ ſole pręſtantiorem animaduertit, quũ ille verbo, hic manibus ſit cõditus. & ille ob hominẽ cõſtitutus: homo vero ꝓpter Deũ. Homo item vt Deus eſſet: Sol vt

homini famularetur. Cōsiderauit insuper quemadmodum prima, postremaq; creatio homo esset, vt ipsi tm̄ veluti patrifamilias cuidam domum plenam Deus prępararet. Non enim ante omnia fecit hominem: ne pauper inopsq; foret: sed prius cælum tanq̄ tectum nobile sponte constructum constituit. Terram strauit, vt hominis pedibus solidum statuens pauimentū Illam omni copia generęq; herbarum ac fructuum florere, ac abundare voluit. Iumēta item omnia: animalia quoq; omnis generis aliqua sub pastorib⁹: nōnulla syluestria ad corporis exercitatiouem: quędam cū labore possidēda, vt chariora essent: quędam presto parata vt vsui humano facile suppeditarent: subiecta protinus illi esse. Insuper fructum omnigenum e terra paratum. Tantamq; beneuolentiā diuinā ac benignitatem erga eum prospexit, vt non cōtentus Deus tot ei cōmoditates tribuisse: sed eum tanq̄ suas delitias & ornamentū ꝓprium eligens in paradiso collocauerit: insuper angelos ei Pędagogos adhibuerit. Deum postremo cum eo conuersantem, & eadem lingua cum eo colloquentem: ad æqualem cum Angelis honorem vocatum, ac quodammodo Deum per virtutem & disciplinam effectum. Tot igitur bonis in eum collatis Diabolus inuidia motus, eum per insidias aggredi cogitauit: nec dum solus erat potuit, aut causam vllam habuit. At postq̄ creata est mulier, tenerum quidem animal, cui cōditę mollior longe faciliorq; natura data est, vt pueri parui ab eo lenius educarētur (Si enim mulier austerior fuisset, nunq̄ plorātem infantem vlnis ac pectore foueret, ac cōplecteretur: Nunq̄ proprii sæpe cibi oblita: vbera sitienti tanta patientia præberet. Nunc autem matrum viscera somnum sæpe a palpebris discutiunt: si quando infanti breue quid acciderit.) Vt inquā puer probe nutriatur mulieris natura dulcior est, & humanior creata. Huius itaq; humanitatis occasionem nactus Diabolus, facilitatem eam, quę virtutis gratia concessa erat, ad vitium conuertit. Hoc itaq; Diaboli proprium malum: hoc vitiū latere nequaq̄ potest: palam vero ab inuido fieri, pudor ac dedecus. Qui caput, aut membrum aliquod dolent, medico morbum aperiunt. At qui ægrotat inuidia quis dixerit? Angūt me proximi bona? Nam veritas hæc est: attamen verba ipsa fateri erubescit. Quid quæso te adfligit: propriū malum, an alienum bonum? Certe malum tuum incurabile. Canes enim nutriendo mansuetos reddimus. Inuidum vero & malignum beneficio nostro deuinciendo longe peiorem reddimus. Non enim gaudet in iis quę recipit, bonis: sed tua tristatur felicitate, q̄ facultas tibi sit eius vsui subueniendi. Noli igiẗ in Diaboli deceptionem incidere. Inuidit enim tibi: inuidit inquam: quum te e Paradiso expulit. Per illum sentes & tribuli: Per illum sudor & exilii principium: in quod incidens ne obliuiscaris antiquę patrię vnde excidisti. Reminiscere quāto ille te damno mulctauit. Ne illius confide artibus, seu delinimentis, neve cum eo commercium suscipe vllum. Bis enim te læsit. Primum quum te ab initio eiecit. Deinde nūc reditum tuum turbare cōtendit. Incommodum namq; tibi primum intulit per mulierem. Et rursus per mulieris concupiscentiam restitutionem tibi prohibet amissorum. Fornicatio facit, vt regno cælorum prohibearis. Prima iactura minime contentus, secundas etiam excogitat vias, cursum nobis ad beatam vitam obstruendo: quoniā murus est quidam, & impedimentū nobis iter facientibus ipsius mendacium, scelus, iniquitas, auaritia, cōtumelia: hæc & his similia sunt Diaboli aduersus nos tela infesta. Qui postq̄ a Deo summo imperatore, ac omniū cōditore per superbiam defecit: vbi vidit hominē ad ipsius imaginē factum, quū non posset in auctorem ipsum quem ante omnes lædere cupit: in eius imaginem suā exercuit malignitatē. Veluti siquis homo quando regem inimicum attingere non valens, eius simulachrum cędere. Vidi ego iā prim, partimq; audiui: res certa est: inter aīalia hoīb⁹ inimicissima, Pardalim quandoq; in stadiis hominis oculos prę ira inuadētem. Qui autem ferę deludere furorē quęrunt, hominis imaginem ei ex charta ostendunt. Illa statim furibunda eam cōcerpit, atq; dilacerat: hoc argumento satis ostendens, quanta sit eius aduersus hominem inimicitia. Sic itē Diabolus in Dei imagine hominem apparentem insectatur: quando Deum ipsum attingere nequit. Sic & contra nos bellum ipsius satis ostendit: Dei esse illum aduersariū & ante omnia Deum petere. Ex quo miserū hominem ex vrbe Hierusalem, in Hiericunta deiecit: hoc est ex altis locis ad ima. Est enim Hierusalem in colle sita. Hiericus autem in ora maris. Siquis vestrum locum vidit satis scire potest, quemadmodū Hiericus in curuis Palæstinę locis recumbit: Hierusalem vero in mōte longe diffusa supra reliqua loca eius regionis attollit. Itaq; homo e sublimi ad inferiora descēdit, vt in latrones iciderer: E Hierosolymis securus venit, vt pręda hostibus fieret: qui eū & ceciderūt & spoliauerūt. Prius eī plaga, deinde nuditas nata

Mulier.

Diaboli inuidia.

De Pardali.

Hieric⁹ Hierusalem.

ratur. Nam animę plaga, peccatū. Nuditas vero animæ immortalis, amictus est ereptio. Peccatum namq; gratiam p baptismi regenerationē nobis datam abolet. Inuidia plaga: libido alia plaga: auaritia item alia, quodlibet horum plaga est a latronibus: hoc est dæmonibus nostris ad culpam ministris nobis inflicta. Post plagas vero spoliatus est. Si autem corporea fuisset vestis prius spoliassent, deinde plagas addidissent, vt vestis seruaretur. Nūc autem plagæ pcedunt, vt plane discas: queadmodū culpa, gratię priuationem atq; amissionem pcedit: q̄ nobis p humanitatē dñi nři Iesu Christi data est: Cui gloria & imperiū in æterna secula. Amen.

Plagę aň spoliatione spiritualium.

¶AD NEPOTES QVOMODO EX GENTILIVM DOCTRINIS PROFICIANT.



Vlta me Iuuenes adhortanť, ad ea quę vobis & optima esse & plane vtilia volentibus iudico, cōsulenda. Nā & hoc ætatis ad qđ iam perueni, & rerū mutatio variarum, simul & experientia satis humanę conditionis, me peritum reddiderūt, vt vobis q̄ i vitę estis exordio, tutissimā viā facile possim ostendere: qui pręsertim iure ac ppinquitate naturę me primū parentē habeatis: & eū q se nihilo minore beneuolētia q̄ si pater, vobis addici fatetur. Vos item (nisi forte vestra de nobis existimatio me decipiat) arbitror si me respicitis parentem minime desideraturos. Si igitur hæc mea dicta prompti receperitis palmam: secundā eorum qui ab Hesiodo laudantur, facile accipietis. Sin minus, nihil aliud dicam q̄ vosipsi carminum reminiscamini quæ ille conscripsit.

Hesiodi carmina

Optimus ille quidem: qui per sese omnia nouit:
Proximus huic fuerit: qui credit recta monenti.
At qui nec sapit ipse, neq; audierit sapientem:
Vtilis hic nulla est omnino in parte putandus.

Ne miremini si ad magistros assidue vobis eūtibus, & libros quos veterū pbatissimi reliquerūt euoluētibus, aliqđ ex me inuenisse vtilius affirmauerim. Nam talibus viris, quibus operam datis, moneo ne vestras sentētias velut ancoras nauigii, omino firmas tradatis: Sed quæ tm̄ ex his vtilia fuerūt consectati, reliquavt nihil profutura respuere malitis. Quæ sunt igitur hæc, & quomodo discernenda, hoc planedocebo, hinc sumens exordiū o Iuuenes, vt nihil esse in humana vita bonū aliquod existimemus, aut omnino nominemus, q̄ hic finē quā doq; sit habiturū. Quamobrem nec progenitorum claritatē, nec corporis robur aut pulchritudinem, non ex hominibus honores, nō regnum ipsum, non deniq; quodcūq; quis dixerit rerum humanarum magnum, nec voto quidem digna iudicamus, aut ea possidentes aliquo modo admiramur, verū spe longius procedimus, & ad alterius vitæ pręparationē cuncta dirigimus. Quę igitur ad hanc faciant vitā, hæc etiā nobis & amare & prosequi totis viribus: nihil vero profutura, totis viribus despicere oportere dicimus. Quæ autem hæc sit vita, & vbi, aut quādo seruanda, si impręsentiarū docenda sit, longius mihi quidem q̄ secundum psentem conatum pcedere foret opus. Maiorū quoq; vestri æqualium auditorū prouincia fuerit. Tm̄ dicam atq; ex hoc fortasse ostendam, q̄ omnem sane felicitatem, quę ab initio generis humani fuerit: siquis in vnum oratione comprenderit, non quotam partem bonorū illorum inueniet æquantem, sed eorum dignitate longe inferiora, vmbra, siue insomnium reb⁹ veris. Magis autē exemplo ppriore vtemur: Quanto anima preciosior est corpore, tāto vtrā q̄ inter se vitā differrę palam est. Ad hanc itaq; sacra volumina per abscondita mysteria nos instruunt, quorū sensus altitudinē vos ob ætatem attingere nō admodum facile est. In aliis vero non omnino differentibus, velut in vmbris quibusdā & speculis vestrorum oculos animorum quadam tenus exercitabimus, eos imitantes, qui in gymnasiis sese exercent, & manu pedeq; instructi postmodū vtilitatem ex eius artis disciplina in legitimo certamine referunt. Et vobis quoq; proponi omnium certamen maximum putare oportet, p vobis omnia facienda, & omnibus viribus ad huius præparationem laborandum. Insuper Poetis & Oratoribus & omnibus hominibus vtendum, vnde futura sit aliqua vtilitas, quæ ad animæ faciat ædificationem. Velut enim fullones ac tinctores, qui medicamētis quibusdam rem tingendā præparant, atq; ita demum colorem quem cupiunt, siue purpureum, siue aliquem aliū inducūt, Sic & nos si gloria pulchritudinis vitæ huius quam tantopere laudamus, illita nobis mansura sit, nisi prius purgati, sacras & arcanas scripturę disciplinas non facile attingemus aut percipiemus. Et quasi solem in aqua videre assuefacti, illi lumini oculos iniiciemus. Quam-

obrem si nostrorum sermonum, ac gentilium vlla est conuenientia, vobis illorum valde cōferet noticia. Sin minus, eos saltem simul conterendo differentiam discere licebit, quum ad meliores optionem atq; delectum non parum comparatio faciat: & inferiora sępe collata sint potioribus ornamento. Veluti plantis, quibus propria virtus est fructu pulcherrimo scatere, folia nihilominus ramis coniuncta quendam ferunt ornatum: Sic & anima, cui præcellens quidem veritas fructus est: non ab re tamen exteriori sapientia circundatur, sicuti foliis quibusdam vmbram fructui, ac adspectum non intempestiuum prębentibus. Dicitur enim & Moses ille cuius est in sapientia nomen apud omneis homines maximum: Aegyptiorum disciplinis mentē exercitatus: ita ad eius qui est, contemplationem processisse. Similiter autē & in sequētibus tēporibus, Danielem Babylone Chaldęorū sapientiā dicūt didicisse, tūc deniq; diuinas attigisse doctrinas. Et hactenus quidem, q disciplinę prophanę non sunt animæ omnino inutiles, satis narratum. Quomodo vero deinceps ipsis vtamur, & ex quibus eas sumamus dicē dum. Primum quidem (vt a Poetarum disciplinis q varii sint in dicendo incipiam.) Non omnibus quæ dicunt mentem adhibendam: sed eis tm̄ quæ bonorum hominum facta dictave nobis enarrauerunt: Illaq; & imitari & omnibus modis similes eis esse conari censeo. Quādo vero ad infames & nefarios homines veniant, hæc omnino vitare, his aures obstruere nō minus q̄ Vlyssem ad cantus Sirenarum dicunt, oportebit. Nam prauis adsuescere sermonibus, via quædam est ad rem ipsam. Ideo omni custodia anima seruāda, ne per sermonis voluptatem deliniri, prauum aliquid simul adsumamus: Veluti qui venena cum melle concinnāt atq; occultant. Non itaq; Poetas laudamus contumeliosos: non cauillātes, aut scommata iactātes, non amantes vel ebrios: Non qui in cibis & mensarum lautitiis, seu cātibus obscœnis felicitatem ponūt. Ante omneis vero qui de diis disserunt: præsertim si plures aut diuersos ponunt minime inter se concordes. Frater enim apud illos cum fratre cōtendit: & pater aduersus filios, & filius aduersus patrem insurgit. Bellū est sine pręcone. Adulteria pręsertim stupraq; & amores Deorum obscœnos, & hos maxime principis omnium & dominatoris Iouis vt aiunt. Quæ sane scelera siquis de feris dixerit, erubesceret. Nos illa scęnę relinquemus. Et hęc quidem de Poetis dicere habemus, eis maxime qui vt audientiū animos corrumpāt verba faciunt. Artem vero Oratorum ad decipiendum institutam nequaq̄ imitabimur. Nā nec in iudiciis neq; in actionibus necessarium nobis mendacium, viam vitæ rectam ac veram ingredientibus: quibus non iudicare, non mentiri lege pręcipitur. Sed ea magis illorum recipiamus in qbus virtutē laudauerūt, vel vitiū vituperauerūt. Velut eñ florū reliquis quidē vsq; ad odorē vel colorē est vsus: apes aūt mel ex ipsis excerpere nouerūt: Sic & q diligētes in legendo existūt, non solū qd dulce iucūdūq; fuerit in eorū libris psequuntur: sed quādā ex eis vtilitatē aīo referre cōtendūt. Velut itē apes (qñ hę nobis pbe huic exēplo suppeditāt) nō oībus floribus similiter insidūt, neq; ex eis ad quos accedūt oīa auferre conanť, sed quantum sibi ad opus necessariū fuerit cōprendētes reliquū dimittūt: Nos etiā vt sobrii sapientesq; q̄tum congruū nobis propinquumq; veritati ex ipsis fuerit persequamur: reliquum prætereamus. Et sicut in legendis rosis sentes vitamus, sic in talibus sermonibus qcqd est vtile carpentes, noxiū vitemus. Statim igiť ab initio quālibet doctrinā cōsiderare, ac ex Dorico Prouerbio Lapidem vsq; ad filum ferre oportebit. Et quādo p virtutē ad vitā hāc verā ascendiť, virtus autem ipsa plurimū a Poetis ac Philosophis cōmendatur: eorū sermonibus maxime vacandum. Nam prima quidem vtilitas est: in animis iuuenum virtutis esse commercium, ac consuetudinem: quorum semel acceptæ doctrinæ ob animorum teneritudinem perpetuo remanent. Nec aliam ob causam Hesiodum putamus hos scripsisse versus magnopere laudatos, nisi vt iuuentutem in primis ad virtutem adhortaretur.

Ad vitium facilis vicinaq; semita cunctis
Panditur, at virtutis iter posuere remotum
Cœlicolæ, durumq; prius: sed vertice summo
Dum fuerit: planum se offert quærentibus illud.

Mihi autem his carminibus videtur nihil aliud auctor voluisse, q̄ ad amplectendā virtutem iuuenes excitare: vt nec initio voluptati confiderent, neu rerū tędio ac labore a se, patiētiaq; deciderent. Quamobrem siquis alius his similia ac conuenientia bonis moribus locutus fuerit, omnino recipiēdus. Vt ego quidem ex viro graui: qui maxime Poetarum sensus tenebat accepi. Omnis Homeri poesis virtutis est laus: & eius omnia ad hunc finem referūtur, vt ni-

Cōparatiōis vis

Moses.

Qui est .i. Dei.

Daniel.

Poetæ quō sūt legendi.

Qui Poetarū vitandi.

Oratores in q⁹ vitādi

In qbus imitādi.

Prouerbiū Lapidē vsq; ad filum ferre seu dirigere.

Hesiodi carmina

Homeri laus.

hil ab te aut patergum sit positum. Maxime aūt vbi ducē Cephalenſiū Vlyſſem nudū e naufragio ſeruatum ſcripſit. Primum quidem Reginam apparentem veritū eſſe: tāti modeſtiam ac nuditatis verecundiam extimaſſe: vnde loco veſtis, virtutis ornatū ſumpſit, ac Phęacibus omnibus in tantā venit dignationem, vt relictis illis deliriis quib⁹ magnopere dediti fuerāt: eius imitatenſ exemplū, & ſe nihil potius optarent, q̄ eſſe Vlyſſem : q̄q̄ nudū & e naufragio ſeruatū. Quo ſane exemplo enarrator mentis Poetę: nihil aliud Homerū intēdere aut clamare voluiſſe adfirmat, q̄: O viri curanda nobis ante oīa virtus eſt: quę naufragāti pſto adeſt & connatat, & in terra nudū exiſtētem honoratiorē Phęacibus delicatis ac felicibus reddit. Et pfecto ſic res habet. Nā alia quidem oīa nō magis poſſidentiū, q̄ quorūlibet ſunt: velut in talorū ludo huc illuc trāpoſita. Virtus aūt ſola poſſeſſio immortalis atq̄ immobilis & viuenti & morienti permanēs. Vnde Solon mihi videt iure illud ad diuites dicere. Nos nequaq̄ cōmutabimus cū virtute diuitias: q̄ virtus firma ſit: diuitias vero alius alias ac aliter interdum habet. His quoq̄ ſimilia a Theogne dicta feruntur: Deum (quencunq̄ ipſe Deū dicat) hominibus varie talentū adpendere: Interdū quidem eos diuitiis adfluere: interdū nihil habere. Quidam vero ſophiſta Chius in ſuis ſcriptis his fere ſimilia in virtutem, & vitium philoſophatus eſt. Cui pfecto mens adhibenda: quum nequaq̄ vir deſpiciēdus videatur. Ego vero quātū eius ſententię teneo dicam, quādo verba non memini: niſi q̄ hęc ille ſimpliciter ac proſa dicit oratione. Q: iuueni quondam Herculi & eadem fere ætate in qua nunc vos eſtis, ſecum conſulenti ad vtram viarū ſe conuerteret. An eam quę ad virtutem p. labores ducit: an facilem per voluptates ingrederetur. Duas eī fœminas Virtutē ac Voluptatē diuerſa ſpecie appartuiſſe. Altera quidem forma cōſpicua: molliore facie, laſciuis oculis, ſermone blādo, omnia fauſta faciliaq̄ & ad vitę ſolatia tendentia per ocyum pollicēdo: Herculem ad ſe trahere conabatur. Altera vero vultu rigido, ſqualenti, mœſtoq̄ ore, magnā fiduciā atq̄ cōſtātiam prę ſe ferens, nihil iucundum, nihil amœnū oſtendebat, ſed mille pericula, laboreſq̄ immenſos, terra mariq̄ ſubeundos. Premiū tñ horū immortale, ad extremum vero morientem Herculem ſe ſecuturam, & inter Deos collocaturam recipiebat: hancq̄ ſecutum Herculē dicit. Quorū igitur ſermo aliquis eſt de virtute, vim habet, ac laudem: ſi facta dictis apud eos reſpōdeāt. Qui aūt verbo tenus ſunt philoſophati: nec vita ſermonē ſūt comitati, vmbris cōparādi: & ſimile aliqd pictoribus prę ſe ferētes exiſtūt: qui hoīs pulchritudinē in tabulis imitātes talē effingūt: qualis ille vere reperit. Q m magnifice qdē virtutē laudare ſolitū, & in medio longos de hac ſermones facere, priuatim vero voluptatē rēparātię pferre, & rē male partam iuſtitia potiorē habere, ſimilē ego dixerim hiſtrionib⁹, q in ſcęna fabulas agunt, & vt reges ac principes ſępenumero ingrediunt, quū nec reges neq̄ principes exiſtāt. Et muſicus qui dē vt populo canat: lyrā diſcordē atq̄ abſurdā nequaq̄ ſumet. Chorus itē ſi alterū ex ęquo reſpondētē nō habeat chorū, ambo inter ſe facile diſcordabūt. Sic q verbis virā geſſerit imparē & linguę mētē nō ęquabit: illud Euripidis vere dicet. Cupio nec bonus videri magis q̄ eſſe. Qd (ſi Platoni credim⁹) viriū eſt aī peſſimū. Eos itaq̄ q pcepta tradūt, & de virtute diſſerūt ſic recipimus. Verū qm antiquorū virorū nōnullę ſtudioſę actiones, factaq̄ magnope laudantur: Poetarū vel oratorū ſcriptis cuſtodita, & ad nos vſq̄ penetrātia: Ex his nobis nō omino aliqua deerit vtilitas. verbi gratia. Hō qdā in foro Periclē pbris oībus inceſſebat: Is aūt minime curare viſus toto fere die ſuſtinuit: Deinde veſpi iā diſcedērē ac maledicēdo feſſum Pericles vocato famulo cū lumine pſecurus eſt. Rurſus qdā Euclidi Megarēſi aīo cōcitat⁹ mortem ſe iurauit illaturū: Ille vero cōtra ſe patiēter laturū iurauit : placatūq̄ & ei q̄uis infeſto ſe conciliatū iri. Quāobrē valde quidē ad nos excitādos refert, vt talia virorū irā cohſbētiū exempla noſtrā ſubeant memoriā. Neq̄ eī tragœdię credendū omino dicēti. Ira manus inimicas armabit. Verū iraſci nullo modo tutius eſſet. Qd ſi fieri nō poterit, ratione ſaltem ira moderāda, nec lōgius efferri pmitrēda. Rurſus autē ad exēpla laudabilia redeamus. Quidam vehemēti impetu Socratis faciē cecidit, hic aūt minime cōmotus furētē debacchari, & irā ſatiare pmiſit, ex quo eū totū ex plagis tumidū ac cōruſum reddidit. Vbi vero ille cędēdo deſtitit, nihil aliud Socrates feciſſe dicit, q̄ fronti pprię inſcripſiſſe: Talis fecit, veluti ſtatuę cuidā auctoris nomē, & eo modo ſeſe vindicaſſe. Quę oīa pfecto noſtris cōgruētia vident, ac magnopere imitāda cenſerē. Nā Soctaris hoc germanū eſt illi pcepto: qd maxillā verberāri, & alterā præbere iubet. Illud vero Periclis vel Euclidis ſimile illi: qd perſequētes ſuſtinere, ac māſuete illorū iras tolerare, & inimicis etiā bona pcari, neu execrari deceat. Et talib⁹ iſtruct⁹

De Vlyſſis pudicitia.

Virtutis laus.

Scitum Solonis & Theognis dictum.

Prodic⁹ chius de Hercule

Videri q̄ eſſe bonum.

De Periclis patientia.

De Euclidis patiētia.

De ſocratis patiētia.

Euāgelicas ſilia.

exẽplis hoc arduũ patiẽtię pceptũ seruare posse nõ omnino diffidat. Veniã ad alias virtutes,& ĩ primis illud Alexãdri Magni nõ pteribo: q Darii filias captiuas admirabili forma, & decore conspicuo,vt fama est:nec etiã videre dignatus est:turpe esse existimans victores his quas ipsi superassent gẽtibus succũbere.Hoc eñ illud referre videt,ꝙ ad concupiscẽtiã mulierẽ adspiciẽs,& si ad rẽ nõ venit,a culpa vacuus nõ erit.Illud quoq; Clinię vni9 e secta Pythagorea difficile credere:ꝙ casu nõ de industria nostros imitatur.Nam illi dũ per iura mentũ mulctã triũ talentoꝝ vitare liceret:iniuriã pati maluit q̃ iurare,& hæc qdẽ seruãs, illud de iuramento nobis interdicto præceptũ audiuisse videtur. Quamobrem ad idem qđ supradixi reuertar.Non omnia deinceps nobis,sed vtilia tñ recipiẽda.Enimuero turpe est est si ea quæ in cibis damnata sunt repellimus:in sermonibus vero ac scriptis,quæ nostram nutriũt animam,nullam omnino rationem habere, sed more torrentis omne obuiũ secum trahere,q̃q̃ & ille quãdã habet rationem. Nã & gubernatoris cura sese a ventis tegere aduersis,ac quiete ad portum nauim dirigere:Et sagittarii ad metam ac scopũ iaculari. Item Fabri diligẽtia siue architecti ex arte sua rem ad finẽ aliquẽ perducere fuerit.Pudor igitur est nos talibus esse artificibus sapientia inferiores ad ea plane consideranda , quæ ad nostri profectũ animi faciant.Erit itaq; operariorũ consideratio finis operis.Et humanę vitę cõsideratio finis nõ fuerit?Quẽ proculdubio finẽ respicere,& eius gratia cũcta facere ac dicere illum qui brutis æquiparari non cupit,oportet.Quo sane neglecto nostra mens,veluti sine arte nauigiũ nullis insidẽtibus gubernaculis temere huc illuc exagitat . Huius inquã finis tãta vis est,vt nemo ex arte laudẽ cõsequat,nisi eã in qua exercitatus fuerit ad effectũ perducat.Et in gymnicis certaminibus nemo sese ad palęstrã aut pãcration exercẽs:deinde citharizare aut tibias inflare meditat. Nã Polydamas in Olympia ob robur ac vires corona tus fuit,quũ currẽtes agitatosq; currus manu retineret.Et Milo a vestigio vbi forte cõstitisset,nulla vi,nulloq; impulsu mouebat,sed queãdmodũ statua qdã plũbo circũdata resiste bat:qb9 exercitationes nihil aliud q̃ certaminũ pparationes erãt.Q; si Marsię vel Olympii Phrygum musicorũ modos & instrumẽta in certãdo tentare voluissent: puluerẽ gymnicũ relinquẽtes,profecto coronas & palmę gloriã nõ essent adsecuti,aut certe in robore corporis ostẽdẽdo ridiculi apparuissent.Timotheus quoq; si musicã dimittẽs se in palęstra exercuisset,nõ tãtũ cęteris oĩbus in ea arte pstitisset: cui tãta fuit artis excellẽtia,vt si qñ austeriorẽ,acriorẽq; harmoniã emisisset:animũ ad iracũdiã excitaret. Rursus si dulciorẽ ac mitiorem:eũdẽ emolliret,ac mãsuefaceret. Hac itẽ arte qñq; apud Alexandrũ,quũ Phrygios modos tibiis ederet,illũ ad arma concitasse dicitur in medio cœnãtẽ. Et rursus eũdẽ sono mutato quietũ ac sedatũ cõuiuis ac mensę restituisse.Tantã vim & in musica & in gymnicis certaminibus ad finẽ cõsequẽdũ exercitatio pbet.Quoniã vero coronarũ atq; athletarũ memini,illi mille supra mille patiẽtes labores, & multis modis robur ac vires sibi cõparantes: multũq; in gymnicis sudantes exercitationibus: plures insup plagas ex Pædotriba accipiẽtes,& alia perq̃ multa (ne p omnia discurrã) sustinẽtes:sane ostẽdũt,vt oĩs fere vita ante certamen,sit certaminis exercitatio præparatioq;. Tunc demũ probe instructi ad stadium procedunt,vbi & laborant:rursus & maxime periclitãtur,vt oleastri aut apii seu cu- iusuis alterius frondis coronã accipiant:vt a pcone victores declarentur.Nobis autẽ qbus vitæ pręmia adeo miranda proponuntur,vt explicari sermone nequeant:hæc dormitando & sine cura viuẽdo altera manu tñ capere speramus?Hoc ferme modo & desidia laudaret: & Sardanapalus:vel Margites ille,quẽ nec arasse nec fodisse, neu aliquid aliud eorũ q̃ sunt in vita necessaria,gessisse,Homerus dixit:primas in felicitate partes teneret. An nõ potius verus Pyctaci sermo?qui ait.Difficile bonũ existere. Per multos eñ labores transeuntibus vix facultas nobis bona consequi fuerit:quibus supra memorauimus nihil rerum humanarum posse comparari.Non itaq; nobis dormiendum:neq; ob breuem desidiam spes magnas amittẽdũ,si probra aut pœnas subire nolumus:nõ quidem hic apud homines: q̃q̃ nec hoc parũ,recte sentiẽti:sed sub terra,vbicũq; sunt illa iudicia.Qui enim inuitus a recto,iustitia q; decidit,aliqua profecto apud Deũ venia dignus. Qui vero de industria peiora sectatur: nullo modo excusabitur:nec euitare poterit,quin pœnarũ plus multo sustineat.Quid igit faciamus dicet aliqs?Quid aliud? nisi vt cęteris omissis animę curã in primis geramus.Nõ itaq; corpori seruiẽdũ,nisi q̃tũ exposcit vsus: animę vero meliora tribuẽda & ob societatẽ ad corpus ea tãq̃ e carcere p philosophiã soluenda & corporis seruitute,ac perturbationi-

De Alexãdri pudicitia & humanitate erga Darii filias.

De Clinia q iurare etiã verũ noluit.

Polydamas.

Milo crotoniata.

Musici nobiles.

Timothei musici pitia.

De athletarum labore.

Pædotriba præceptor ẽ in athletica pueros istruens.

Homer9 de Margite.

Pyctaci sententia. Difficile bonũ existere.

Inferni locus.

bus leuanda. Vẽtri autẽ tãtũ qđ ſit ſatis:nõ aũt vſq; ad delitias & voluptatẽ miniſtrandũ.
Nota multã eẽ differentiã quo aĩo pctm̃ admittatur. Quẽadmodũ quidã menſę diligentius ſtudentes & coquos inquirentes,& terrã omnem ac
mare veſtigantes,miſerabili admodũ ſeruitute ptemuntur:& grauiſſimo Domino tributa
pendũt:nihil ſane lenius patiẽtes q̃ ii qui apud inferos dant pœnas, veru ignẽ diuidentes:
aquã cribro ferentes,ac fracta dolia implere conãtes,nullum deniq; laborũ finem habẽtes.
Comas autẽ aut veſtes ſupuacuas curare vel infeliciũ eſt (vt ait Diogenes) vel iniuſtorũ.
Nam quid ex talibus expectandũ,aut ſuſpicandum : niſi vt laſciuus ille ornatus fœminas
Corpi ne ſſeruias. prætereuntes inuitet:aut alienis matrimoniis inſidietur! Quid enim apud eũ qui ſapit diſ-
ferre poteſt,ſubtilẽ ſumptuoſamq; veſtẽ induere,aut vilem ferre! modo ſatis hęc ad frigus
Belides. caloréq; arcẽdũ fuerit!Quamobrẽ muniri animã ante omnia decet,nec corpori pluſq̃ illi,
Coma- tuli. tribuẽdũ.Nã viro generoſo & vere hac digno appellatione nõ minus fuerit probrũ laſciue
ornari, aut corporis curam ſuperuacuam gerere: q̃ alia aliqua nota ſeu adfectu prauo per
Elegãtia veſtium pudori eſt. ignauiam adfici . Omne nãq; ſtudiũ adhibere,vt qđ extra fuerit bene pulchreq; colatur &
appareat,ſeſe cognoſcentis non erit:neq; ſapiẽs illud præceptũ intelligentis,nos admonẽs,
quemadmodũ:non id quod aſpicitur eſt homo.Excellenti enim quadam eſt opus ſapientia
per quã noſtrũ quilibet (quicũq; ſit) ſeſe cognoſcat: quæ profecto mente minime purgatis
non magis euenire poteſt q̃ lippienti ſolem adſpicere.Hãc vero animę purgationẽ vt clare
Quid hõ Opus cuſtodire ſenſus animę poteſtas. vobis dicã,voluptates per ſenſus eripiũt.Oportet eñ nec oculos ſpectaculis,nec vanis prę-
ſtigiatorũ oſtentationibus tradere,nec p aures, animarũ corruptricem melodiam haurire.
Hoc eñ muſicę genus ſeruitutis & ignobilitatis fructus parere:pręterea libidinũ ſtimulos
acuere potius eſt aptũ. Alia nobis muſica lõge melior exiſtit, & ad meliora nos excitãs ſe-
quẽda.Dauid ſacrorũ Canticorũ Poeta cithara ex inſania Saulẽ regẽ liberauit . Dicitur &
Pytha- gorę in muſica diſcretio Pythagoras in ebrios olim incidẽs iuſſiſſe tibicinẽ cõuiuio luxurioſo pſidẽtẽ mutare har-
moniã,ac dorion canere.Atq; hoc modo melodię,illos ad ſobrietatẽ reduxiſſe, q eiectis de
capite coronis ſane omnes erubuere.Cęteri vero ad tibiã Corybãtũ modo,ac debacchãtiũ
verſantur.Tãta ſanę melodię differẽtia a turpi atq; obſcœna eſt,vt ea dominãte rerũ hone
ſtarũ cupidõ nos ſubeat:Ab altera vero vt ab aliqua peſte fugiẽdum. Eos vero qui olfactu
Aliorũ ſenſuũ illecebrę. delectabiles ac omnimodos ferunt odores,vel vnguentis vtũtur exoticis: me quodã modo
reprendere pudet. Quid de his dicendũ voluptatibus,quæ guſtu aut tactu proueniũt: an
dubitandũ quin illę quoq; eiuſmodi ſint: vt niſi eas caueant ventri aut femori ſeruire eos
veluti pecora compellant! Vt autẽ vno dicã verbo: totum corpus circũſpiciendum atq; ab
omnibus cuſtodiẽdũ,ei qui nõ illud in voluptatibus defodere cupiat:aut ipſi tantũ indul-
gendũ quãto ei opus eſt (vt ait Plato) vt Philoſophiæ miniſteriũ atq; auxiliũ ſuppeditet.
Qđ ſane dictum cum Pauli conuenit ſententia, qui monet nullam corporis habendam di-
ligentiam,rationẽve ad concupiſcentiæ materiam. Hi nãq; qui eius nimiam gerũt curam,
animam vero negligunt:nihil ab iis differunt,qui ſenſibus tantopere ſtudent, at per ipſos
agentẽ ſpiritum cõtemnũt.Hos itaq; omni conatu cõpeſcere:his vim adferre oportebit,ac
ex ipſis animę tumultus otiẽtes ratione veluti flagello cohibere: nec frenũ omnino laxãdo
Pytha- gorę dictum. mẽtẽ velut aurigã a ſenſibus,velut ab equis contumacibus & minime obtẽperantibus,tra-
ctũ agitari:ac inter cætera Pythagorę meminiſſe dicti,qui vidẽs quẽdam exercitationibus
ac cibis laute adpoſiteq; ſeſe curãtẽ ac ſaginãtẽ:Heus,inqt,miſer, non deſinis continuo du
De Platonis academia loco peſtilenti. riorẽ tibi carcerẽ pparare! Ideo & Platonẽ dicũt nimis bonam corporis habitudinẽ vt incõ
modũ animę proſpiciẽtẽ:Academiã in loco in Attica peſtilẽtẽ elegiſſe,vt nimiã corporis p
ſperitatẽ veluti vitẽ palmite luxuriantẽ amputaret.Ego vero bonã valetudinẽ quę in ſum
mo ſit,ex medicis ſępe audiui fallacẽ eſſe.Quãdo igitur ipſa corporis diligentia & corpori
pariter & animæ inutilis eſſe apparet: hãc ſarcinã delinire & illi famulari manifeſta fuerit
Draco cuſtodiẽdo theſauro ponebaẽ ad aureum vellus & poma heſperidũ. inſania.Si aũt hoc contemnere ſtudeamus,nihil aliud rerũ humanarũ ſatis admirabimur.
Quid adhuc diuitiis nobis opus voluptatem corpori inſitam ſpernentibus! Ego vero non
video,niſi vt eſt in Draconis fabula,voluptatem quãdã ferat theſauris defoſſis inuigilare.
Qui eñ ad hęc deſpiciẽda pbe iſtitutus fuerit:pter neceſſariũ vſum nihil omnino curabit,
etiã ſi id lydia ſit arena & formicarũ aurũ ferẽtiũ opus:tãto magis inhoneſtũ putabit: quã
to minus indigebit.Ipſe nẽpe vſus ad naturę neceſſaria nõ ad voluptatẽ ac libidinẽ definiẽ.
Qui vero extra illius fines egrediũtur: ſimiles erũt iis qui ad pręrupta curribus feruntur,
nequaq̃ curſus ad vlteriora ſiſtere valentes.Sed quo magis plura poſſident,eo magis con-

cupiscentiæ fiti accenduntur:& (vt ait Solon) Diuitiarum nullus est modus hominibus. Quamobrem Theogne magistro in hac parte vtamur dicente. Theognis distichon.
Non amo diuitias:non opto magna:sed adsint
Parua:modo vt viuam lętus,& absq; malis.
Ego vero Diogenem admirari magnopere ac laudare soleo rerum humanarū conteptorē: Diogenis laus. qui se Rege Alexandro ditiorē paruo contētus ostendit:quū ille proculdubio ad suū statū sustinēdum pluribus indigeret. Nobis aūt si non Pythiæ Mysii adsint talenta & iugera tot Pythias Mysius. terrę,pascuaq; ac greges innumerabiles,quiescere non licet. Existimo item æque & absentes spernere diuitias,& pręsentes possessas minimū amare oportere. Ex quo illud Socratis recte Socratis dictū. memoratur:qui diuitē hominē ob opes valde superbiētē,nō prius admirari dixit q̄ his vtē tem videret & experiretur. Phidias quidem & Polycletus,quorum alter Eliensibus Iouem: Phidias. Polycletus. Alter vero Iunonē Argiuis fecerūt: si auro & ebore statuarū tumidi facti & alienis opibus honestati artē spreuissent:ex qua aurū eis dulcius & honoratius euenit,proculdubio ridiculi fuissent. Nos aūt si humanā virtutē nō sufficere,& externis opus esse facultatibus ad viuēdū existimabimus,minoris verecūdię digna facere putabimur. Quāobrē iuuenes hanc rerū adfluentiā simul cū voluptatibus,quæ p sensus oriūtur abiicite. Adulationes ineptas fugite,& Vulpis Archilogi astutiam variā imitamini:quū præsertim nihil magis sapienti Vulpes Archilochea. sit vitandum q̄ glorię studere,& ea quęrere quæ multitudini placeant,& rationē vitæ ducem nō rectam habere. Ex quo omnibus pariter hominibus honesti gratia resistere: pterea ignominiā,labores,periculaq; subire,neq; ab iis quę recta esse cognoscim⁹ vllo modo discedere fas erit. Nō deniq; Aegyptium imitemur sophistam,qui & planta factus est,& bestia, De Protheo qui & ignis,& aqua,& omnes opes quādo ei luberet. Sic & animo varius ostēdīt adulator: nūc adulatoribus cō istū apud eos qui hunc habēt in honore laudat,apud alios vituperat,more polypodis,qui paratur. colorē terrę quā attigerit reddit. Hęc itaq; quocūq; modo dixim⁹: perfectius aūt ex nostro rū auctoritate ac sermonibus discere licebit. Tm̄ hic sciographiā virtutis quādā ex exter- Adulator. Polyp⁹. nis veterū doctrinis descripsimus, ex qbus plura quæ ad rem facerēt, velut ex multis riuis magni fluminis surgit incrementum,decerpsimus. Paruum enim supra paruum imponere Hesiodi sentētia nō magis ad argenti augmentū q̄ ad quācūq; scientiā facere credēdum. Hesiodi dictū. Nec Biantis saluberrimū dictum prętereo,qui ad Aegyptios eunti filio ac percūctanti qd ei maxime gratum faceret: Viaticū,inquit,senectutis possidendo, virtutē videlicet viaticū Biantis dictū ad filium. appellans,ac breui definitione describēs,vt humanæ vitæ vtilitatē suppeditantē definiuit, Ego aūt & si Tithoni senectam & Arganthonii ac Mathusalē illius, q mille annos triginta minus vixisse dicit:deniq; si tēpus omne ab initio quo cœperūt homines computes,sane vt Virtus viaticū senectutis. pueri sentētiā ridebo,si longa ac minime senescentia secula nobis pmissa respicimus,quoq; nec finē est vllum mēte deprendere,nō magis q̄ motū animę morti subiicere. Idcirco ad ea nobis possidenda viatico est opus,ac omnē lapidē secūdū Prouerbiū mouere. Vnde aliqua nobis vtilitas ad hoc cōsequēdū pueritia fit. Nos vero hæc non vt valde difficilia seruatu Omnē lapidē mouere. memoramus,sed tm̄ monemus,vt si in vita pfecta viuere velimus, ab initio meliora aggrediamur,quę cōsuetudo longa facilia,dulciaq; reddet. Turpe qdē pręsens proiicere tēpus ac sero postea reuocare pteritū:quando nullū lapsę virtuti remediū. Ego eñ quę optima esse iudico hęc dixi,quęve in omni vita vobis seruāda maxime cōsulo. Vos vero vt mētis mor Aegrotātiū genera tria. bū corporis morbo similē ostendite illi maxime q e triplici ægritudinis genere incurabilis videtur. Prima nāq; eorū est q breuiter ægrotantes ad medicos ipsi sponte veniūt. Alii vero grauius adfecti medicos ad se trahūt. Qui vero incurabili melancholię tenētur morbo nec adeūt ipsi,nec adiri a curātibus volūt. Qd ne patiamini vos magnopere oro, eos fugiēdo, qui non solum recta sunt mente,sed rectum dare consilium valent.

IN QVADRAGINTA MARTYRES.



QVIS modus aut quæ satietas martyrū memoriā prosequēdi erit,illi psertim qui eorum amore ac charitate magnopere tenetur! Nam honor erga bonos conseruos collatus beneuolentiæ significationē apud communem Dominū habet. Palam est enim,quēadmodū is qui generosos homines ac fortes cum honore exceperit:in simili si forte contingat occasione imitari non dedignabitur. Venerare igitur legitime martyres vt egregię tuę voluntatis te testem adducas, ac demum seu persecutione siue igne, seu verberibus ac plagis

eodem cū illis pręmio dignus habearis. Nobis hodierna die nō vnū ꝓpositū est admirari,
neq; duos,neq; decem,sed viros quadraginta, qui vnā in diuersis corporibus animā retinē
tes,in vna conspiratione & concordia fidei eādē erga res arduas cōstantiā, & pro veritate
stabile ꝓpositū ostēderūt.Omnes inter se similes,pares sentētia,pares certamine . Quāobrē
parē glorię coronā sunt promeriti.Quę digna laus,q̄ sermonis copia his poterit adhiberi?
Non enim linguæ quadraginta ad prosequendam talium virorum virtutem sat fuerint .
Nec solū multitudo tāta,phalanx militaris,cuneus insuperabilis, æque & in bellis inexpu
gnabilis,ac in laudibus inenarrabilis.Sed horū vnus tm̄ si legitime fuerit oratione cōmen
dandus:nostrā facile vim ingenii sermonisq; facūdiā superabit.Igitur in medium eos addu
centes ad cōmunē omniū hic adstantium vtilitatem constituere , palāq; omnibus quemad
modum in pictura fortia illorū facta reddere conabimur. Nam magnifica in bellis gesta &

Pictores & scriptores ac oratores.

oratores sępenumero:& pictores pulcherrime demōstrāt.Hi oratione:Illi tabulis describē
tes atq; ornantes.Amboq; plures ad fortitudinē imitādā induxere.Quę em̄ sermo historię
per indictionē prębet,eadem & pictura tacens per imitationē ostendit. Sic & nos martyrū
virtutē cōmemorātes vos adstātes excitabimus, ac vobis sub aspectū ipsoꝶ facta reducen
tes,eos qui sunt animo aliquātulū generoso ac ipsis volūtate propinquiores,facile ad imi

Martyrū Laus vera.

tandū accendemus . Hæc est em̄ martyrū vera laus,alios ad eorum virtutem æmulandam
inuitare. Nō enim encomiorum legibus,aut eorū quę in genere demōstratiuo requiruntur

Demonstratiuo generi nō est in martyre locus.

sermones de sanctis vllo modo seruiūt.Quoniā qui laudant cæteros, ex mūdi huius rebus
materiam vsurpare solent:quibus autem mundus crucifixus est,quomodo ex eo quicq̄ qd
ad laudem faciat, mutuari poterit? Non erat his sanctis vna patria. Alius aliunde venit.
Quid igitur sine patria dicemus eos?aut orbis ciues? Sicut em̄ in in symbolorū collationi
bus quæ oblata sunt cōmunia existūt omniū conferentiū: sic & in his beatis cuiuslibet pa
tria cōmunis omniū erat: & omnes e diuersis terrarū locis tāq̄ ex vno duxerant omnia cō
munia.Sed quid opus terrestres memorare patrias:quū nō liceat quæ sit vera facile nosse.

Ciuitas dei pria est oībus electis.

Patria igitur horum martyrum Dei ciuitas est:Cuius auctor atq; cōditor ipse Deus.Hæc
est superna Hierusalem quæ libera est:quę est mater Pauli & omniū ei similiū . Genus autē
humanū aliud alii.Genus vero spirituale vnū omnibus omnino.Communis nāq; eis pater
Deus,& fratres omnes non ab vno & vna descendentes:sed ex adoptione spiritus in vnam
concordiā inter se per charitatē cōuenientes.Chorus paratus.Conuētus maximus eorū qui
ab initio Deū laudant:non sigillatim congregati,sed cumulatim dispositi.Quis,autē dispo
sitionis modus?Hi magnitudine corporis & ætatis flore,ac virtute cęteris omnibus pręcel
lentes,ad militares ordines regēdos promoti sunt.In tātā quoq; imperatoris dignationem
venerūt,vt ob belloꝶ experiētiam & animi fortitudinē primas apud eū obtinerēt:vbi vero
per iniquū pręconem nūciatū edictūq; omnibus emanauit , nequis Christum profiteretur,
propositaq; omnia pœnarū genera confitētibus : multa quoq; a Iudicibus iniustis ira & fe
ritas ꝓdiit:Multęq; itē vbiq; insidię,doli,delationes:Ignis insup paratus:ensis in prompto:
Crux adfixa,borhrus,rota,flagella.In tāta igitur fideliū turbatione,nōnulli fugiebāt,aliq
supplicium libēter subibant,alii comprensi ac cruciati, alii certamē inefūtes:deinde vsq; ad
finē laborū durare nequeuntes pugnā ac periculū detrectabant, & velut in pelago naufra
gātes quę virtute patiētiæ parta multorū annorū secū in naui vehebant,in eā horā amise
runt.Tunc igitur hi quadraginta inuicti & generosi Christi milites,quū præfectus Impera
toris literas ostendisset & obœdiētiam requireret: libera voce audacter ac fortiter nihil ex
iis quę viderāt exemplis expauescendo:minas omneis cōtemnēdo:in mediū ꝓcedentes sese

Christianos se fassi.

Christianos esse fassi sunt.O beatas linguas quę sacrā illā vocē emiserunt: quā aer quidem
excipiēs sacer est factus:Angeli audiētes plauserūt:Diabolus vero cū dæmonibus magnam
accepit plagā:Dominus postremo in cęlo descripsit.Igitur horū quilibet in mediū ꝓcedēs:
En ait,Christianus sum.Et velut in stadiis qui simul eunt dicunt sua nomina,& in locum
pugnę describūtur:Sic & hi tūc nobilitatis generisq; ac dignitatis ꝓprię obliti,tm̄ seruato
ris sui professi sunt nomē:qd omnes ordine fecerūt:Ex quo facta est omniū vna appellatio.
Non enim talem ac talē:sed Christianos omneis se clamantes.Hoc itaq; cernens pręfectus,
anxius ac dubius erat, an blandis verbis an potius minis eos ad obtemperandū deduceret.
Primū qdē ipos si quo modo a pietate obstinata posset auertere,dulci aggreditur sermone.
Nolite (inquit) iuuenes ætatē perdere vestram, neq; intēpestiuam mortem cum dulci hac

& amœna vita cõmurare. Absurdum nãq; in bellis eos qui sunt adsueti fortia gerere facta, morte ignauorum ac prauorũ hominũ perire. Post hæc pecuniã pollicebatur, honores ex Imperatore, dignitatesq; ac ordines militiæ primos offerebat. Quũ his rebus nihil proficeret, aliud genus, aliumq; modum tentauit, plagas, mortes, pœnas, intolerabiles, ostendit. Et hic quidẽ talia. Martyres vero qualia! Quid (inquiũt) nos demulcere studes Dei hostis! Discedere a Deo viuẽte, & dęmonibus seruire pessimis cogis! Tua nobis bona offers! Putas ne tãtũ te daturũ quantũ eripere contendis! Tua respuo dona: vt æternæ pœnę materiam nõ honorẽ, recipio ignominię patrẽ. Pecuniã da quæ permaneat ac cõtinuo duret, gloriam quæ semper floreat. Me Imperatori vis facere familiarẽ: sed me a vero rege alienare quæris! Quid eñ hæc minima quæ tu vocas magna ex mũdo polliceris, quum mũdus vniuersus a nobis despiciatur! Non sunt omnia quę videri possunt spei paria, quã cõtinuo retinemus. Vides hoc cęlũ vt adspectu pulchrũ, vt magnũ: & terrã quãta est quotve in ipsa mirabilia. Nihil & hæc profecto iustorum felicitati ac beatitudini æquiparari valent. Illa nãq; velociter transeũt: hęc cõtinuo durant. Vnam tñ iustitię palmã expecto, circa vnã gloriã quæ in regno est cælorum, sollicitor. Honoris superni cupidus sum: pœnas vnas gehennæ metuo. Illius ignis mihi formidolosus. Nam ignis iste quem vos nobis intentatis conseruus est. Nouit & ipse vereri eos qui Idola cõtemnũt. Sagittas infantiũ vestras plagas existimamus; Corpus enim cędis, qđ eo clariorem adsequetur coronam, quo magis tibi resistet. Q: si corporũ imperiũ habetis: speratis etiã animarũ habere! Nam et si Deum nostrum non respicitis: & extrema probra horrendasq; pœnas nobis infertis, nihil profecto aliud contenditis q̃ vobis æternum supplicium: nobis vero vberem pietatis materiam, ac perpetuam gloriam parare. Nõ enim carnis amatoribus: non attonitis hæc facitis. Pro charitate proq; fide in Deũ & in rota poni, & cruci adfigi, & flãmis vri, ac omnibus demũ modis torqueri parati sumus. Vbi vero hęc audiit barbarus ille ac superbia tumidus: audaciã ac loquẽdi libertatem minime ferens, modũ considerare cœpit quo mortẽ eis acerbissimã prolixãq; pararet: inuenit tãdem. Audite itaq; rem q̃ duram sit cõmentus. Excogitans ille regionis naturam salebrosam & collibus ꝓruptã esse, ac brumę tẽpus instare, obseruauit in qua maxime parte frigus vehemẽs ac boreæ flatus horridior esset. Iussit omneis nudos sub dio positos mori. Nostis eñ fratres dilectissimi omnes q̃ hyemis horrores estis experti, qđ genus hoc pœnæ. Non eñ nosse licet nisi iis qui exẽplis similibus periculũ fecerũt. Corpus in primis horrore prostratũ totũ in horrorẽ concreto sanguine vertitur: deinde turbatur & fremit, dentes frendũt, venę disrũpũtur, viriũ prosperitas ꝑ vim deiicitur. Dolor insuper quidã acutus & labor inenarrabilis per medullas penetrans intolerabilem facit sic frigore concretis dolorẽ. Deinde in acutum tendit vt ab igne quum summa cremantur. Ab extremis nãq; corporis partibus consequẽs vapor & ad interiora ac penitiora confugiẽs quædã vnde abstitit mortua relinquit: nõnulla vero ad quæ tendit doloribus adficit: qui paulatim cruciando perierũt. Igitur sancti Dei sub dio pernoctare in stagno quodã iussi sunt, qđ pro mœnibus ciuitatis erat: ac per brumã ita glacie concretũ apparebat, vt equis peruiũ & accolarũ pedibus tritũ esset. Aquę vero solitũ non retinerẽt cursum, earũq; natura mollior in lapidis duritiẽ concresceret. Borę nãq; mordentis spiritus animantia omnia iuxta versantia interimebat. Hic itaq; audito damnationis iussu, Martyres considerate quãta fuere constantia, qui loco cum summa lętitia conspecto, vltimũ nuditatis amictum alacriter reiicientes eadem sponte irruerunt, nõ tãq̃ ad supplicium, sed ad gloriosissima spolia rapienda se inuicem hortãdo descẽderũt. Nõ eñ (inquiũt) amictũ exuimus: sed veterẽ hominẽ concupiscẽtię deceptione corruptum deponimus. Gratias agimus tibi domine per hũc amictũ peccata repellentes, quoniã ob serpentem eũ induimus, ob Christũ vero exuimus. Quas domino q̃ pro nobis est spoliatus, dignas gratias reddemus! Quid magnũ seruo si ea quæ passus est Dominus subeat! Nos causa sumus vt illi vestis detraheretur longe magis q̃ militũ audacia, qui eam diripuere ac fortiti sunt. Durũ ꝓfecto frigus: sed dulcis paradisus. Adfligẽs glacies, sed delectabilis requies. Breui tẽpore durantes sinus Abraam nos perpetuo fouebit. Vnã noctẽ cũ æuo sempiterno cõmutabimus. Incendatur frigore pes, vt cum Angelis continuo saltet. Torpescat frigore manus, vt facultatẽ habeat in Deũ attollendi. Quot eñ nostri cõmilitones ceciderũt, fidẽ mortali regi seruãtes! Nos pro fide in verũ Deũ seruanda hãc vitã non proiiciemus! Quot irę malefici homines mortẽ tulerũt in scelere deprensi! Nos vero ꝓ iu-

Martyris fortia verba.

Frigore enecti.

Martyrũ gratiarũ actiones.

stitia morte nō subeamus! Ne obsecro cōmilitones emolliamur. Neu terga diabolo demus. Quando semel mori oportet: moriamur vt viuamus. Fiat sacrificium nostrum coram te Domine: & velut hostię viuētes, tibi placētes, nosmet hoc sęuo gelu immolātes, abs te recō piamur. Pulchrū qdē sacrificiū, pulchra oblatio, pulchrū holocaustū, nō quidē per ignem, sed per frigus absumptum. Hæc igitur & his similia credibile inter se dicerēt, ac communē laborem in Domino solarentur. Veluti quādam in bello custodiam instruentes, eam noctē sęuos cruciatus sustinēdo atq; algendo ꝑterierūt: cū spe certa gaudentes, & hostē cōtinuo

Quadragenarii celebritas.

deridentes. Vnum erat omniū votum. Quadraginta in stadium intrauimus: totidem Domine coronas tribue. Non desit numero nec vnus quidē. Preciosum est tempus qđ quadraginta dierum ieiunio ornasti, per qđ diuina lex in orbē transiuit. Quadraginta item dierū ieiunio Helias Dominū exquirens videre meruit. Et oratio quidem eorum talis. Vnus ex eorum numero, inde per animi inconstantiā subterfugiēs, mœrorē sociis maximū reliquit, nec propterea Dominus eoꝝ vota inania permisit esse. Nā prope aderat qdā cui eoꝝ custodia credita est exitum rei expectans, paratusq; Martyres si qui fugerent, vt eis clare pollicitus, in lauacro quodā aquæ calidæ qđ iuxta situ erat, excipere ac seruare. Res a ꝑfecto astute fuerat excogitata: talem videlicet inuenire certaminis locum: in quo paratum damnati haberēt refugiū: vt oēm cœpti propositi constātiā amitterēt. Sed hoc martyrū patientiam clariorē reddidit. Non eī qui cogitur est constans: sed qui liber & in oblectationis copia duta pati potest: is demū constans ac patiens est. Custos itaq; dum hos obseruaret, quosdā e cęlo descēdentes Angelos ac coronas singulis martyribus vno excepto distribuētes adspexit. Is autem quē indonatū illi reliquerūt: ac honoribus cælestibus indignū iudicauerunt, ea repertus est animi mollitie atq; inconstantia, vt statim laboris tolerantiam desperans ad hostes trāsfugeret, miserabile prorsus spectaculum, miles transfuga, vir fortissimus captus, Christi ouis a lupo direpta: & qđ miserabilius a vita perpetua cælestiq; excidens, neq; hac postremo diu gaudēs. Nam vbi calidam attigit aquā: corpore qđ glacie torpebat dissoluto

Custos martyrū martyr fit.

statim interiit. Custos vero qui prodigiū hoc viderat, vbi illū fugientem conspexit: relictis omnibus sese i eius demisit locū, ac vnū cū sanctis illis vocē emisit. Christianus & ego sum. Itaq; quū eius subita mutatione stuporem illis incuteret: & numerum impleuit, & mœstos ob sociū amissum sanctos proculdubio consolatus est: eos imitando, qui in acie prima vbi forte aliqs ceciderit statim ordini aliū restituūt ac subrogant, ne ꝓximi incōmodū patiant̃. Talem igitur ipse se gessit. Vidit miracula cęlestia, nouit veritatem, ad Dominū confugit. Cum martyribus adnumerari voluit. Exemplum est Apostolorum imitatus. Abiit Iudas, Matthias est subrogatus. Imitatus & Paulū, q heri ꝑsecutor, hodie factus est euāgelizator. Superne & ipse vocatus, non ab hominibus neq; per homines. Credidit in nomine Domini Iesu Christi. Baptismū suscepit: nō ab vllo, sed a ꝓpria fide. nō ī aqua, sed ī ꝓprio sanguine. Quū vero primū inluxit & extracti fere omnes essent exanimes, igni traditi sunt, ac cineres in fluuiū proiecti, vt per omnē creaturā eorū transiret certamen. In terra primū exerciti, deinde in aere sub dio durauere: postremo igne crematos aqua excepit. Horū est ergo vera vox illa. Transiuimus per ignem & aquā: & eduxisti nos in refrigeriū. Hi sunt q nostrā suo

Templū Cęsareæ his. xl. martyribus dicatum.

tēplo regionē ornāt: nostrā quoq; aduersus inimicos tutelā vt turres quędā munitę suscipiunt. Nec vno in loco sese clauserūt: sed in multis locis hospitio recepti multorū patrias ornauerūt: nec tamē separati, sed inter se cōmixti, si in singulos ipsos diuiseris, propriū numerū non excedunt: si vero in vnū congregaueris, quadraginta nihilominus erūt, ac ita vt ignis natura permanent. Nā ille & ad progrediētē transit: & totus est apud habentē. Sic hi quadraginta sunt vnū: & omnes apud singulos. Beneficiū igit̃ hoc fratres dilectissimi, gratiā hāc minime deficiētē, ac sine inuidia ex Deo obtinemus, vt paratū sit nobis, & ecclesiæ per hos martyres auxiliū. Exercitū triūphantiū, chorū laudantiū Deū. Sępe operā dedistis, sępe laborastis vt vnū ꝓ vobis orātē inuenirētis, quadraginta sunt hi vnā orationis emittētes vocē. Vbi eī sunt duo vel tres in nomine domini cōgregati, ibi deus est. Vbi vero quadraginta fuerint: quis dubitet Deū esse pręsentē? Qui aliqua premitur angustia, ad hos cōfugiat, qui rursus lętatur, hos oret. Hic vt a malis liberet̃, ille vt duret in rebus lætis. Hos mulier orās ꝓ filiis audit̃, peregrināti viro reditū incolumē, ęgrotāti vero salutē implorat. Cū his ergo martyribus nostras effundamus preces. Adolescētes suos coæuos imitentur, Patres taliū esse filiorū parentes exoptent. Matres exēplū matris optimę spectent. Nā vnius

illorum mater alios iam poene frigore consumptos adspiciẽs: suũ vero filium ob vires ali- Matris
quantulũ validiores & aduersus dura constantiã adhuc viuũ: & permittente populo vitæ virile so
consulere valentẽ:ipsum propriis accepit manibus ac currui in quo reliqui iacẽtes ad pyrã cinus.
ferebantur,adposuit:Martyris vera mater.Non enim lachrymã indecoram effundere,aut
aliquid humile loqui,vel indignũ agere visa est.Sed o nate,inquit,perfice cum tuis contu-
bernalibus iter beatũ ne a chorea deseratis:neve inferior aliis Domino appareas.O matrẽ
felicem,o bonę radicis bonũ germen.Ostendit generosa parens:quemadmodũ pietatis insti
tutis eum magisq̃ lacte educauerat.Et hic quidẽ sic nutritus: sic clarus est a pia genitrice.
Diabolus vero his visis prę verecũdia discessit.(Omnia nãq; supplicia ab eis victa)procul
dubio victus. Nox horrida & vẽtosa.Tempus annis frigidissimũ:corporea nuditas:patria
borealis.O sanctũ chorũ,o sacrũ ordinem,o cuneũ inexpugnabilẽ,o cõmunes generis hu-
mani custodes,optimi curarũ socii,precum ac votorum inuicẽ suffragatores:castra mũdi,
flores ecclesiarũ:vos nõ terra contexit,sed cęlum excepit.Apertę sunt vobis Paradisi portę,
dignũ profecto exercitibus Angelorum,Patriarchis,Prophetis,& iustis omnibus spectaculũ.
Viri ætate florentes ac pares vitam alacriter despicientes , supra parentes ac filios Deum
amantes : mundo simul & Angelis, & hominibus spectaculum facti excidentes erexerunt;
dubios in fide confirmauerunt: piis desiderium auxere: vnum omnino pro pietate omnes
tropęum exigentes,vna iustitiæ corona ornati fuere,In Christo Iesu domino nostro : Cui
gloria & imperium nunc & in æterna secula.Amen.

IN GORDIVM MARTYREM MILITEM CAESARIENSEM.



NATVRAE lex apibus innata fratres dilectissimi:vt nisi Rex prius agmen Apũ na-
præcedat:ab aluearibus nusq̃ discedant.Vos autem Dei populum: quum tura in
nũc primũ ad martyres tãq̃ ad flores cælestes exeuntes, & huc frequentes regem.
conuenire viderim,quo id duce feceritis exquiro.Quis hyemalẽ hanc tri-
stitiam in vernã serenitatem cõmutauit: Vt populus ex ciuitatis ædificiis
tãq̃ ex apum alueatibus hilaris egressus ad suburbanum decus pręclarũq;
martyris stadium cõflueret! Sed quoniam (vt mihi quidem videtur) pristina desidia reie-
cta,ducem secuti estis:præstantem martyris virtutem,& nos quoq; quarũ voce contẽdere
licet,veluti bombantes apes vernantibus floribus circũfusæ præclara ipsius gesta persone-
mus:rem quidem piam agentes simul ac vobis ore intentis gratam.In laude nãq; iusti po-
pulus lętabitur . Solomonis lectio nobis nuper recitata quidnã per latentem huiuscemodi
Prouerbii sensum sibi velit mecũ ipse cogitabã:an forte dicat q; populus oratione magni-
fica ac plane culta q̃ auditorũ aures demulceat,oblectet. Præterea sermonis ornatũ rerũq;
inuẽtionẽ ac dispositionẽ elegantẽ exoptet!Qd profecto mihi verisimile nõ videt,quũ ipse
nusq̃ huiuscemodi dicẽdi genere vsus fuisse inueniat . Nã & sanctorũ memorias orationis
& eloquẽtię fuco psequi nõ fas erat admonere: illi psertim cuius scripta sermone simplici,
nulloq; styli apparatu cõspiciũtur.Quis ergo illorum verborum sensus! Is videlicet q; populus
sola in dicẽdo veritate,ac simplici testimonio spiritualiter lętatur:tñ ad bonorum exẽplorum q̃
audit cupiditatẽ & imitationẽ vehemẽter incendit. Illorum enim q in fide claruerũt historia
simplex velut lucẽ quãdam dei cultoribus virtutis iter ostendit . Quamobrẽ quũ in sacris
voluminibus,Mosis vitã,morum lenitatem nostrę naturę magnopere optatã audimus,statim Mosis
æmulamur.Qd si reliquorum facta virorum eloquentię floribus ornãtur: sanctis tñ ad ea vita.
quæ maxima gessere demonstranda sat fuerit oratio simplex. Cuius dum nitimur ac insisti
mus veritati: sanctos ipsos ex eorũ tñ testimonio quæ de eis referimus laudare videmur,
& populũ omni eloquẽtię suspitione remota ad ipsarũ rerũ sincerę narrationis fidem facile
deducimus,ac maxime exhilaramus.Ioseph dum audimus aut legimus vitã:illius adsequi Ioseph.
castitatẽ magnopere cupimus.Si vero Sãsonis narratur historia: ad illius imitandam forti Sãson.
tudinẽ accendimur.Sacra igitur schola pręcepta Rhetorũ aut instituta nõ sequitur:nudã
rerũ expositionẽ sanctis,ac nobis satis esse existimat.Illis quidẽ ad virtutis eorũ præconiũ,
nobis vero ad imitationis gloriam atq; formam.Rhetorũ nãq; instituta sunt patrię digni- Rhetorum
tatẽ ostendere,generis originẽ ex alto repetere,educationis incunabula diligentius referre. institu-
Nostrũ vero dogma hæc tãq̃ supuacua dimittit,& quæ sunt pptia,ac vernacula sectatur. tiones.
Quidnã ego sum melior si mea ciuitas olim magna bella gessit,aut de hostibus triumpha-

uit? Si eadē optimo sit in loco sita: æstate ac hyeme, cęli tēperie fruatur? Si frequēs est ædificiis? si ager pascendo pecori sufficiat? si meliores nutriat equorū greges q̄ vsq̄ reperiantur? Quid iquā ista quo ad virtutē cōmēdatiores reddere possunt? Nos ipi nos pfecto decipim⁹, si in mōtis cacumine constituti nubes nos trāscēdere: ac sublime cęlū nobis cedere videtes: hac de causa nobis magis aliquid accedi existimamus. Ineptū insup si sanctis qui res orbis vniuersas contēpserūt, his esse opus cōmēdationibus putamus. Igitur nostri tm̄ causa pfectus, fat illoꝶ celebrare memoriā fuerit. Non eīn nostris indigent laudibus ornari: sed nos ipsoꝶ vitæ historia & cōmemoratione, imitationis gratia indigemus. Queadmodū eīn ex igne naturaliter emicat splēdor: ex vnguēto quoq̄ pstāti diffunditur odor: sic e sanctoꝶ cōmemoratione gestoꝶ ad omnis puenit vtilitas. Huius itaq̄ martyris venerādi facta singula explicare hodierno die nullo modo pollicemur, q̄ eoꝶ fama tenuis, nec omnia sane complectens ad nos vsq̄ delata sit. Quāobrē pictoribus recte cōparabimur. Illi eīn quū ex antigrapho sine archetypo Imagines expresserūt vti par est a prima forma plurimū recedunt. Nos item quū rerū gestarū aspectu caruerimus, valde metuēdū ne dicendo rerū veritatem atteramus. Verum quando eius hodie festum celebramus qui in huiuscemodi die certamē pro Christi nomine subiit, quantū ex eius historię notitia deprendere licebit enarrabimus.

Sanctoꝶ celebratio nobis non illis prodest.

CEVIT hic martyr beatissimus ciuis noster Cæsariensis: ex quo non mirum si nostrę mētis adfectus ad eū potissimū dirigitur: qd̄ profecto ad verū ac domesticū huius vrbis facit ornamentū. Nā sicut arbores quæ bona ferūt poma, proprię bonitatis laudem nutriēti tribuūt humo: sic iste ex nostræ vrbis prodiens vtero ad summūq̄ gloriæ culmen euectus: patrię quæ eū produxit atq̄ aluit, honorē gloriosissimi martyrii tribuit. Iucūda nempe sunt nobis externa poma modo sapore delectēt: sed longe nostro gratiora gustui propria q̄ peregrina, præterq̄ q̄ & gloriā quādam nobis conferre videtur. Militiam exercuit: in quo locū admodū insignē tenuit, ita vt centū milites eius imperio parerēt: q̄q̄ animi virtute & corporis viribus pcelleret cūctis inter ordines militibus pstātior habebatur. Ea sane tēpestate quū Tyrannus impius qui tūc imperitabat in Christianū nomen virus suę feritatis effunderet, manūq̄ Deo inimicā aduersus ecclesiā exerceret: tota vrbe pręconis tuba sonabat: toto foro & per compita tyrannicū promulgabatur edictum: nequis Iesum coleret. Qui vero cōtra iussa faceret, graui supplicio plecteretur. Idola proponebātur adoranda: lapideaq̄ ac lignea hominū simulacra pro vero numine colenda. O misera tēpora! Dei ciuitas rei noui tate attonita, tota tumultuabat: Christianoꝶ domus singulę petebātur: Innocentiū facultates diripiebātur. Fidelium & ingenuorum corpora carnificum manibus discerpebantur. Matresfamilias pudicissimę p vicos trahebātur. Nulla iuuenū pietas: nulla senū reuerētia erat. Insontes noxiis ac maleficis digna patiebātur. Turba plurima in carcerē, arctissimūq̄ locū coniecta torquebatur: domus insignes & opulētę euertebātur. Pleni saltus: plena perfugis loca deserta: ob vnū tm̄ crimen, q̄ Christū colerēt. Prodebat patrem filius. Pater filiū accusabat. Frater aduersus fratrē insurgebat. Seruus domino insultabat. Adeo diabolicis artibus hominū animi adfecti tenebātur: vt velut in tenebris agētes sese minime cognoscerēt. Pręter hęc autē, sacra tēpla, Basilicæ, Arę sanctissimę, euertebātur. Thus ante sacrificia in odorē suauitatis nō amplius fumabat: nulla erat oblatio, Diuinę rei nullus iā locus amplius relictus. Cūcta mœror ingens veluti diffusa caligo occupabat. Sacerdotum collegia fugabātur. Sacer omnis conuētus cladem insolitā expauescebat. Gentiliū vero cōciliabula gaudebāt. Nidore ac sanguine victimarū infecta cūcta dabāt. Hæc igit̄ exēpla crudelia quū Centurio generosus conspiceret: tantorum malorum exitum præueniens, abiecto militiæ baltheo, sponte sibi exilium delegit. Itaq̄ relictis honoribus, relictis omnis generis facultatibus, seruis, ppinquis, amicis, voluptatibus, & rebus aliis quas cæteri maxime appetere ac magno studio patare solēt: ad vasta deserta nemorū loca contēdit: longe secum melius agi putās, si in ferarū recessibus q̄ inter Idola vana cū hominibus habitaret: Heliæ Prophetæ secutus exēplū: qui quū Sidoniorum cōspiceret impietatē cottidie inualescentē, in montis Oreb speluncā secessit, ac sese ab omni humana cōuersatione vt Deum quęreret ac videret abdicauit. Vidit tandem quārū fas est homini mortali. Eodē modo noster Gordius spretis omnibus, vrbanos fugiēs tumultus, fori clamorē, magistratuū ambitionē, tribunaliū fastū, obtrectatores, ementes, vendētes, peierantes, mentientes, mimos, scurras, cęterosq̄ huiusce modi generis homines: quibus magnę vrbis refertę sunt, multosq̄ secū tanq̄ magnæ naues

Gordii martyris historię initium.

Existimo sub Maximiano res fuerit.

Helias i monte Oreb.

adligatas puppibus cymbas p æquora trahunt. Insup visu auditu*q, ac aio a vitiis purgato & libero Deum ipsum contēplando videre meruit: tum magna discere mysteria quę non ab hominibus, nec per homines fuit edoctus: sed magno vsus pceptore spiritu sancto. Quaobrem secum meditans q̄ sit fallax & inanis vita humana ac somnii phantasmatis æquiparanda, vi supnę illi⁹ ac melioris vitę amore exarsit: ac veluti fortis athleta sese ieiuniis, vigiliis, orationib⁹, studiis demum diuinę eruditionis pbe exercitatum animaduertens, hunc maxime diē obseruauit: in quo frequēs ciuitas visendo equestri spectaculo erat intēta: qd hoc in loco ea tēpestate in Martis seu potius furentis bellorum dæmonis honorem celebrabatur. Equiria. Populus omnis ex edito spectabat: nec vllus deerat, non iudæus, non gentilis, non itē Christianorum multitudo: quæ cum vanitatis concilio commixta sedebat: & iniquorum imitās cōsuetudinem equorum cursum & aurigarum agilitatem spectabat. Serui eo die ab opere liberi. Pueri e scholis spectatum currebant. Fœminę pstiturę ac ignobiles aderāt. Plenum iam stadium & omnis iam turba consederat, equestre certamen videre intenta. Tunc magnanimus heros p montis cliuū in theatrum pperans: non populum horruit: non q̄tis se pugnā cibus manibus traderet pēsitauit: sed animo intrepido seuero*q vultu sup hominum tergā qui circum theatrum sedebant tanq̄ p aliquam lapidum congeriem, aut lignorum struē ingrediens in medio campo cōstitit. Illud secū sæpe repetēs dictum. Iustus ex fide viuit. Quid plura? adeo intrepido excelso*q animo fuit, vt quū in eminētiore theatri parte staret ingenti voce, quam qui audierunt extant adhuc aliqui, exclamauerit, & clare illud Apostoli ad Romanos dixerit: Ecce inuētus sum ab iis q me non quærunt: his qui me non interrogabāt palam apparui. Quibus sane verbis se in eū venisse locum significauit minime coactum, sed vltro se mācipiū pbuisse: Seruatoris exemplū secutum: qui, quū per atram noctem minime videretur se iudęis manifestauit. Omnium igitur oculos statim in se conuertit. Erat em̄ adspectu horridus: & q montana diu incoluerat squalēti capillo, barba pmissa, veste obsitā, corpore incuruus, pera pcinctus, baculo innixus. Quę sane oīa horrorem quēdam vulgo adspicienti incutiebant: simul & eū illustrē magnopere reddebant. Vbi autē quis esset cognitus fuit, Gentiliū simul & Christianorum murmur est ortum: his quidem ob gaudium sui commilitonis exultantibus: illis vero factum damnantibus ac iudicis animum ad eius cędē accendētib⁹. Hominum igitur clamor at*q tumultus omnia complebat. Equos, currus, aurigas, iam despiciebat. Frustra rotarum stridor aerem verberabat: nullus aliud q̄ Gordiū videre malebat, nullus aliū q̄ Gordiū verba sonātē audire studebat. Totū deni*q theatrū murmure more vēti p aera sonātis pstrepebat. Vbi vero p pcōnē silentium imperatū, conticuere buccinę: sopitę fistulę: varia musicorū instrumēta siluerunt: Solus aspiciebat Gordius: solus audiebat. Hinc ad pſidis tribunal in eodē loco confestim adductus, ab eo quisnam aut cuias esset interrogat⁹, & patriā & generis & dignitatis locum quē tenuerat: pretea fugę causam ac reditus pariter enarrauit. Reuersus sum inqt palā ostēdēs q tua edicta nihil omnino curo, sed Iesum Christum spem meā, meu*q presidium pfiteor: quum*q acceperim te reliquos homines crudelitate superare: hoc sane tēpus explēdo meo voto maxime idoneum sumpsi. His sane verbis velut ignis ira pſidis accēsa, quicquid in eo furoris erat in eum subito conuertit. Præsto sint (inqt) lictores, flagella, plumbatæ, corpus rotis scindat: In eculeo suspendat: Omne tormentoꝝ genus excogitet: Feroces adsint feræ: mucronibus transfigatur: igni tradat: In altū deiiciat in barathrū. Verū parua hæc omnia viro execrando: modo vna morte intereat. Quin (inquit Gordius) damnum pfecto me facere videor si sæpe variis*q modis extingui: varia*q p Christo pati supplicia nequeo. At ille his magis irritat⁹ verbis magis*q se lędi ac sperni ob talē loquendi licentiam existimans, naturali eius feritati vehemētior accessit impetus: ac eo truculentior fiebat: quo ille constantior in contēnēda pœna videbat: quū nulla tormētoꝝ ratione, nullis armis a cœpto pposito auerti posset: quin in cælum oculos attollens sacra Psalmorum carmina decātabat. Dominus mihi adiutor, nō timebo quid faciat mihi homo. & rursus. Nō timebo mala quoniā tu mecum es. & alia istis germana: quæ de sacris pmebat voluminib⁹ ad animum confirmādum & in pposito pseuerandum maxime faciētia. Tātum*q absuit vt intētatas horreret pœnas, vt eas vltro in se puocaret: supplicii*q moras vehementer increparet. Quid (inqt) agitis? Quid cunctamini? Quid hanc mihi gloriā inuidetis? Corripite corpus: mēbra frustratim cędāt: Deni*q qdcū*q de me supplicium ocyus sumite: q̄to em̄ mihi plus tormētoꝝ accesserit: tāto plus referā pmiorū. Res em̄ i hac

Gordii vox.

Species.

vita aduersę nobis apud Deū ppetuā pariūt voluptatem. Si vulnera mille ac cicatrices pati mur: in resurrectione splēdido induemur amictu. Pro cōtumelia atq; ignominia, palmas co ronasq; assequmur. Pro vinculis & carcere p ampla Paradisi spatia lęti vagabimur. Pro accusatione demū atq; iniqua cōdēnatiōe gloriā ex deo & angelis referem⁹. Minæ vestrę semina mihi sunt diuina: vā immortalitatē ppetuaq; gaudia metā. Quum tādē vir beat⁹ hac seueritate a fide obstinata auerti non posset: alia tūc via pses est aggressus. Illecebris & omi leni tate cōtaminare conat⁹ est: quū psertim diabolus hac vti solear arte vt timidos metu pterreat: fortes leniat atq; palpet. Qd imitatus pses vbi illū reb⁹ terribilib⁹ nō flexit, dolis ac pla cabilitate circūuenire qrebat: quaobrē magna se daturū spondebat: quorū alia tūc haberet: alia impatorē daturū ei adfirmabat: locū inter milites illustrē, facultates, opes, qcqd deniq; aius cuperet. At ille nec sic qdē vict⁹, Pręsidis isaniā ridebat, q cōpēsare dignū aliqd supnis se dib⁹ existimaret. Impius ille tunc laxatis iræ habenis furore percitus, ensem vagina diripit: lictotē corā adstare iussit, & manu & līgua nefanda ad viri damnationē se accinxit. Ad tribunal oīs theatri multitudo conuenit: reliquus vero populus qui ante vrbis mœnia diffusus erat ad hoc nouū pperauit spectaculū, qd & Angeli & homines verebanť: dęmones vero phorrebāt. Quid plura? Cōcurrētib⁹ eo cūctis vrbs pene vacua facta est. Matresfamilias nobiles, ignobiles pperabāt, Domus sine custodibus relictę, Tabernę opariis desertę, In foro venalia disiecta iacebāt. Ex hoc tm̄ vrbs tuta q omnib⁹ extra mœnia egressis: nemo int⁹ re manserat q nefas aliquod ppetrare posset. Serui domino simul & opere neglectis auidi spectandi erāt. Virgines tunc primo extra domos pdeuntes marium vultus conspexere. Vale tudinarii ac senes ipsi quoq; extra muros cōtēdebant. In tanto itaq; ciuitatis concursu beatū Gordiū alterā vitā iāiā p morte corporis spectātē atq; tenētē, necessariorū amicorūq; tur ba circūsistebat, amplectebanť, oscula dabant: demum flentes adhortabanť ne sese in ardentes flāmas coniiceret: ne florē pderet iuuētutis, aut ęthereas auras: Solisq; dulce iubar relinqueret. Nōnulli qui a fide oīno auertere nō poterāt aut fas putarēt: qbusdā eū verisimilib⁹ aggrediebanť rationib⁹ & Christū tm̄ corde si cupet retinere: ore autē negare suadebāt. Nō em̄ Deū verba sed loquētis animū inspicere: Hoc ferme modo exaspetatū iudicis animū demulceri & deū nihilomin⁹ ppiciū posse reddi adseuerabāt. At ille tanq̄ cautes immota maris exagitātib⁹ fluctib⁹ nulla vi, nulloq; verborū impulsu quassatus, in obstinato cœptoq; p posito inexorabilis pmāsit. Vt em̄ sapiētis domū supra petrā ędificatā vis nulla vētorū aut i ber e cælo vehemēs: nec torrētis impetus quassare potest: ita demū nec pces vllæ, aut minæ constātiā eius euertere potuerūt. Quumq; mētis acie huc illuc vagātē diabolum & ei⁹ impulsu ac arte, hinc lachrymas oriri: inde vim eloquētię suadendiq; copiā subministrari animaduerteret: illud domini verbū flētib⁹ ait: Nolite flere sup me, sed flete sup Dei inimicos q in Christianos continuo grassanť. Ipsos inquā flete qui ignē nobis parāt: sibimet gehennæ incēdia irāq; in die irę thesaurizāt: Meū sollicitare aut emollire animum desinite. Ego enim p noīe domini Iesu Christi mille pericula, milleq; mortes, si opus foret, adire sum paratus. Aliis vero q Christū ore negare adhortabanť respondit. Lingua quidem quā Christi benefi cio retineo adduci nō possum, vt suū neget auctorē. Corde nāq; credimus ad iustitiā, ore cō fessio fit ad salutē. An primus nunc ego q Christū pfitear? Nōne alios mei ordinis audiistis factos Christianos? Primi Cēturionis exēplū succurrat, q cruci Seruatoris adsistēs eius diuinitatem p pdigia facta cognoscēs nō est veritus adhuc Iudęis furētibus, in cæde nomē eius palā fateri. Qd em̄ animo sensit: id ore subito manifestauit. Vere Dei filius erat iste. Alius itē Cēturio anteq̄ morti traderet Christus, tāta fide egregia inuētus est, vt sese indignū ei⁹ aduētu q curare verbo poterat absentē, iudicaret. Ex quo domini voce palā laudat⁹ est: non inuenisse tātā in Israel fidē testātis. Cornelius itē Cēturio angelum Domini videre, & p Petrū saluus fieri meruit: Cuius Dominus pces simul & eleemosynas respexit. Horum igitur Cēturionū libenter discipulus & imitator esse cupio. Negē ego Deum meum in cuius cultu sum educatus? Nonne cęlū, sol, & astra omnia, lumē mihi clauderent suum? Credā pfecto humū quā pedibus tero mihi ruiturā. Reuocate tā nefandā ex animo sententiā: aliā induite mētē. De⁹ nequaq̄ irrideri potest, ex ore nostro nos iudicat: ex nostris inquam verbis nos seruat & dānat. Nōne tremēdā Domini sentētiā audiuistis: Qui me negabit coram homini bus: negabo & ego eū corā patre meo q in cælis est? Mihi cōsulitis vt Deū nosse dissimulem? Quaobrē? vt vitā progē? mortē differā? dies adiūciā? At supnę vitę lōgęuos pdā annos. An vt

Cēturionū fides Christū.

corporis cruciatꝰ effugiā? At æternę patrię dulcedine priuabor. Nā iri ꝑditū dedita opa & fraude ac dolo sęuas tartari pœnas mercari, manifesta quidem insania. Vobis igiẗ cōsulo si male sapitis: sapiētiā ac veritatē discite. Si vero dissimulatis tēporiꝙ obseqmini: vos hortor rogoꝙ relicto mēdacio vera loquamini. Dicite qm̄ dominus noster Iesus Christus est in gloria Dei patris. In eius nomine omne genu flectiẗ cęlestium, terrestriū, & infernoꝝ. Omnes ꝑ fecto morti sumus obnoxii: sed nō omnes inclytā martyrii mortē sortiunẗ. Nō igiẗ naturalē vitę cursum ꝑstolemur: mūdana funera: supremas nostrorū lachrymas despiciamus, cęlestē gloriā violēta immaturaꝙ morte ꝑueniamꝰ. Velociter ex hac vita, quæ potius est interitus longus dicēda: breui quidem labore ad verā vitā commigremus. Quid miseri supmum Pulchra ętatis finē inutilē, sterilē, infructuosum, stultum, vanum, hominibus pariter & brutis cōmu exhorta nem expectatis? Quicūꝙ em̄ nati sunt, aut senio tabescunt, aut ægritudine corporis resoluū tio ad tur, aut violēto improuisoꝙ casu aliquo concidūt. Quando igiẗ omnino semel e vita migrā marty- dum est: martyrium ꝑ Christi nomine vt semꝑ viuatis alacriter adsumite: ac vitę, quā omni rium. no relinquere oportet, ne parcite: sit ꝑ necessitate volūtas. Si em̄ res mūdi ꝑpetuæ forēt: danda venia fortasse, si supna ꝑ terrenis relinqueremus. Verum qm̄ fluxę fragilesꝙ sunt & illoꝝ cōparatione magnopere indignę: quis furor in his inuigilare? Hęc tāto studio cōplecti? Hæc vbi dixit Christi miles crucis se signo cōmuniit, & animi magna cōstātia, vultu intrepido, colore nusꝗ mutato ad ignis suppliciū hilaris cōtendit: vbi tātā cordis prę se ferebat alacritatē vt nō lictorū, sed Angelorū manibus se cōmittere videreẗ: q subito post interitū sublimē eū in cælū deferrēt. Ad hęc tātus illius populi clamor ac tumultꝰ est factus, vt vel tonāti cælo nunꝗ filis sit auditꝰ. Hoc igiẗ huiꝰ ꝓclari martyrii certamē fuit. Hoc hodierna dies spectaculum vidit: qđ ꝓculdubio tale est, vt nec tēporis diuturnitas vnꝗ abolere, nec longæ consuetudinis fastidiū tollere, nec aliud quidpiam ꝗuis magnum exsuperare valeat. Nam quemadmodum Solem ꝗtomagis adspicimus tantomagis eum admiramur: nec vllo modo assiduitate vilescit: Sic & huius viri sanctissimi memoria quo maiori eā temporis spatio retinemus, eo recentior in nostris animis floret: In memoria enim ęterna erit iustus. In terris quidem dum terra durabit: In cælis vero apud æquum & altissimum iudicem, dominū nostrum Iesum Christum: Cui honor & imperium in æterna sæcula. Amen.

¶EXHORTATIO AD BAPTISMVM: QVAE ET AD POENITENTIAM QVADRARE VIDETVR.



SOLOMON rerum tempora ex ordine vitæ diuidēs, ac cuilibet eorū quæ geruntur officium tribuens, ait. Tempus nascendi & tempus moriēdi. Ego quidem sapientis vocem hanc paululum mutans vobis nuncium referā salutatem. Tempus inquam moriendi & tempus nascendi. Quorsum hic sermo mutatus? Quoniam is quidem de genesi & morte loquens corporali: genesim morti vt par erat præposuit: quum mori non liceat nisi prius nascamur. Ego vero de spirituali regeneratione orationem facturus: vitæ omnino mortem antepono. Nobis em̄ quo ad carnis vitia semel extinctis, tm̄ viuere supereſt: quēadmodū ait dominus. Ego occidā: & ego viuere faciā. Igiẗ moriamur vti viuamus: carnis superbiā Christi iugum detrectantē extinguamus, vt spiritus celsitudo per quē vita paxꝙ apta est dominari, nobis oriatur. Cū Christo simul tumulemur vt cum eo qui primitias surgendi dedit, resurgamus. Tempus itaꝙ aliud alii accomodatum. Somnii proprium: aliud vigilię: belli item & pacis: Baptismi vero tēpus, vita hoīs tota. Sicut em̄ corpori nisi respiranti viuere non erit: ita nec animę nisi cōditorē cognoscēti subsistere: quum ignoratio Dei mors animæ sit: citra baptismū lux animę nō aderit. Sicut oculus lumine cassus sensilia non videt: ita nec anima sine illis quę dei sunt. Tēpus itaꝙ aliud alii opportunū negocio. Baptismo dies horaꝙ om̄is accommoda. Dies tamen paschę cōgruentior: ꝙ ea lux resurrectionis monumentū quoddā existat. Baptismi nāꝙ ad resurrectionem facultas quædam, arraboꝙ est. Resurrectionis ergo gratiam in eo die ꝓbe excipiemꝰ. Quāobrē ecclesia suos ꝓcul alta voce conuocat alumnos: Vt quos pridem peperit, tunc demum lacte sanę eruditiōis fide cathecuminos enutritos: cibi firmioris degustatione institutoꝙ ꝑfecto corroboret. Ioannes enim ad quem omnis accedebat Iudęa pœnitentię baptismum ꝓdicauit. Dominus autē adoptionis filiorū baptismum longe ꝓclarius adnunciat. Quis igiẗ eorum quibꝰ spes est in eo Isagogicum eius absolutūꝙ

baptiſmum detrectabit? Illud enim peccatis homines exutos ac liberos tm̄ reddidit: hoc etiã
Deo familiares facit. Vnius nãq; viri Ioannis ꝑdicatio omneis ad pœnitentiam deduxit. Tu
autẽ pſancte a Prophetis edoctus es: Lauamini, mundi eſtote. Per Pſalmos admonitus. Adce
dite ad eum & illuminamini. Per Apoſtolos itẽ ac Prophetas inſtructus. Pœnitẽtiã agite, &
in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti in remiſſionem peccatorum baptizamini, & ſancti ſpi-
ritus ꝓmiſſionem accipietis. Deniq; ab ipſo domino inuitatus dicente. Venite ad me om̄es
qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Hęc itaq; omnia tibi ſuccurrant. Quid cũ-
ctatis, aut quid conſulis? Quid expectas? An nondum in veritate edoctus? Nondum in perfe
ctam veniſti notitiam? Toto fere vitę tempore experimenta expectas: veſtigator vſq; in ſene-
ctam? Quando te vt noſtrum cognoſcemus? Matura, matura: præſens cognoſce tẽpus. Quid
diem de die trahis? Vide ne longiorem tibi vitam pollicendo ſpẽ decidas: neſcis quid craſti
na ſit aduectura: ne tibi quæ non tua ſunt in tua putes eẽ poteſtate. Ad vitam te homo vo
camus: quid vocationem fugis? Ad bonorum participationem inuitatus, quid donum tam
egregium ſpernis? Regnum cæloꝝ præparatur. Ipſe qui vocat minime fallax, via facilis, non
tempore, non ſumptu, non negocio tandem opus. Quid moraris? Iugum inquam bonum ac
leue eſt, minime obterens colla: non vincit ſed probat ceruicem ſponte ferentem: non inui-
tam detrectantẽq; expectat. Vide quid Ephrem veluti buccula per auia & legis iugum ſper-
nens accuſatur. Subde cor indomitum: ſis Chriſti iumentum: ne ob hoc immunis iugo, ne-
ue inconceſſam quærens vitæ libertatem a feris deprẽdaris. Guſtate & videte: quoniam ſua
uis eſt dominus. Mellis nãq; ſuauitas melius ignorantibus nunciari q̃ per deguſtationẽ non
poterit: ꝙ ſenſus omni ſermone ſit efficacior. Ad circuncifionem Iudęus minis compellitur:
quoniam omnis anima quæ die octaua non circuncidetur, e populo pelletur. Tu autem cir-
cuncifionem nõ manufactam quæ per baptiſmum perficitur differre quæris? Ipſum audi do
minum. Amen dico vobis: niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu, non ingredietur in re-
gnũ Dei. Eoq; magis moueri debueras ꝙ ibi dolorẽ vulnuſq; ſentis. Hic aĩę tm̄ cordiſq; vul
Baptiſmatis figuræ. nus curaẽ. Adoras ꝓ te morientẽ: patere & cum eo ꝑ baptiſmum contumulari. Si conſortẽ te
mortis eius nõ reddas: quomodo reſurrectionis ſocius eris? Iſrael nãq; olim in nube a Moſe
& mari baptizatus eſt: Tibi nimirum figuras & quandam inſequentium temporum mon-
ſtratę veritatis formã oſtẽdẽs: Tu autẽ baptiſmũ fugis: non in mari figuratũ, ſed in veritate
& ſpiritu perfectũ: non ꝑ Moſem conſeruum, ſed per Chriſtum creatorẽ inſtitutum. Niſi em̄
Iſrael mare trãſiſſet, nunq̃ a Pharaone diſceſſiſſet. Sic tu niſi ꝑ aquã trãſieris, nequaq̃ a dia-
boli tyrãnide liberaberis. Nec vnq̃ ille ex ſpũali petra bibiſſet: niſi ex figura baptizatꝰ fuiſſet
nec rurſus aliq̃s verã tibi potionẽ, niſi vere baptizatus prębebit. Panẽ angelorum ille poſt ba
ptiſmum accepit: Tu autẽ quomodo viuẽtẽ mãdere panẽ: niſi ſumpto prius hoc ſacramen-
to putas? Quin & ille hoc in terrã ꝓmiſſionis eſt ingreſſus: Tu aũt quomodo in paradiſum:
hoc carẽs penetrabis? Nõne vides ꝙ ligni viã gladius igneus cuſtodit: infidelibus q̃dẽ formi
dãdus, credẽtibꝰ vero ꝓpitius ac amœne coruſcãs? Hunc inquam torqueri dominus iubet:
quãdo fidelẽ cõſpexerit enſis terga oſtẽdit. Hoc vero charactere ſacro carẽtibus os, aciẽq; in
Heliæ fascinus. tẽtãt. Helias em̄ currus equoſq; igneos aduerſus veniẽtes minime expauit: Verũ itineris ſu
perni deſiderio ĩcẽſus cõtra formidoloſa eſt auſus, ac hilaris, gaudẽſq; flãmãtes aſcẽdit cur
rus: Tu vero hęc portẽta minime viſurus: ſed ꝑ aquã tm̄ & ſpiritum in cælũ penetrare po-
tẽs, cũctaris: nec vocationi obtẽperare maturas? Helias itẽ vim baptiſmi ſupra holocauſtoꝝ
arã: non ꝑ ignẽ, ſed ꝑ aquã ſacrificãs oſtendit: quũ ignis natura aquæ aduerſetur. Nã tertio
tunc aqua myſtice ſuꝑ arã effuſa initium excitãdę flãmę, velut oleũ fuit. Accipite inquit hy
drias & effundite ſuꝑ holocauſta. Deinde ait. Iterate & iterauerũt. Rurſus tertio effundite
& ita egerunt. Quę oratio ſatis mõſtrat quẽadmodum Deo ꝑ baptiſmũ ꝓpinqui & familia-
res efficimur, & lux clara cæleſtiſq; ꝑ fidem in trinitatẽ, animæ ꝓtinus refulget. Si em̄ aurũ
eccleſia diſtribueret: non ꝓfecto diceres, cras mitte, cras dabis: Verum tuã ſedulus portionẽ
velociter peteres: differri autẽ ægre ferres. Quoniã vero non materiæ alicuius fucum: verũ
animę purgationem tibi rex munificus pollicetᷓ, moras excuſationeſq; nectis: impedimenta,
cauſaſq; adfers. Fas igitur ad tãtũ ꝓperare donũ, quo mirum ꝓfecto, ſine luto & materia re
nouaris: ſine contuſione rurſus fingeris, ſine dolore curaris. Nonne gratiã cõſideras? Si em̄
hominum ſeruus eſſes ac libertas omnibꝰ ꝓponeretur: nonne ad ius tuum inſtructus veni-
res, aduocatos precio cõductos & iudices ſollicitares: vt omni conatu libertatem reciperes?

Quin alapā quoq; extremā seruorum plagā pro liberatione omnis in futurum infamię ac p bri libenter subires? Postq̄ vero te seruum nō hominum: sed peccati ad libertatem pręco vo cat, vt te a seruitute soluat: ac Angelorū consortē, ciuēq; faciat: ptæterea dei filium p gratiā factū, cælestium hęredē bonorum constituat: nondum esse tempus hæc dona excipiendi cau saris? O iniquas excusationes? O infamem vanamq; occupationem? Quousq; tādem volupta res? Quousq; vani adfectus? Longo nimis tempore mundo viximus. Reliquum, vt nobisipsis Deoq; viuamus. Quęnam quæso animę digna compensatio? Quid æque regno cælorum cō parādum? Quis fidelior tibi consiliarius? Quis sapiēte prudētior? Quis bono vtilior? Quis creatore familiarior? Nec Euę serpentis consilio credidisse magis q̄ domini profuit. O fermo nem nefandum, sanari curariq; nō vacat: ne lucem mihi ostende: ne ad Regem regnumq; me deducas. Nōne tu hæc, immo absurdiora longe dicere videris? Enimuero si tibi publicis tri butis adscripto debitoriq;, vectigalis ipsius remissio forte nunciaretur, deinde q̄spiā te hoc publico munere priuare conaretur: doleres, clamaresq; communis gratię parte p iniuriā pri uari. Postq̄ vero nō solum præteritorum remissio, sed etiam futurorum dona palam propo nūtur: nō audis. Sed ipse te lędis: q̄tum nec inimici forte lęderent. Consultum ne tibi ac vti liter cogitatū existimas, siquis ius immunitatis tuum ac huiuscemodi remissionē tibi abstu lerit: ęre quoq; alieno te p̄mi patiatur? Hæc insuper nosce: q; mille talentorum forte debitor remissionis munus facile consequeris: nisi tute tibi ex inhumanitate in p̄ximum tuū, gratiā abstuleris. Q̄d ne patiamur fratres dilectissimi magnopere animaduertendū. Igit̄ vt munus hoc stabile p̄petuūq; nobis adsit misericordiā ex deo consecuti: aliorū quoq; nos miseratione capiamur. Sciscitare aliquātulū cōsciētiā: ingredere in p̄ptariū animę secreti⁹: p̄teritorum memoriā apud te parump excita. Si em̄ plura sunt peccata: multitudine ne terrearis. Vbi de lictum abūdauit: supabūdabit & gr̄a si eā receperis. Plus em̄ debēti plus remittit̄, vt vehemē tius amet. Si aūt parua nec admodū lętalia fuerit delicta: quid de futuro sollicitaris? qui ge nerose p̄terita etiā non Christiana lege instructus disposuisti? Nunc vero tu te considera: in examine trutinaq; tuam esse positam animam: hinc ab Angelis, inde a dęmonibus abstractā meditare. Quibus cordis lancem inclinabis? Quid apud te vincet? Carnis ne voluptas an vi tæ sanctitas? Præsentiū oblectatio? an futurorum desideriū? Angeli ne te suscipiāt: an in aere duces pestilentiæ te retinebunt? Tesserā nāq; duces sub se militantibus dant: vt amici facili⁹ inuicē se noscētes exhorrētur, & alacrius aduersus hostes p̄liū cōmittāt. Q; si forte commi litonū separatio fiat: nemo te quarū sis, nostrarū an aduersarii partiū nouerit nisi mysticis signis familiaritatē prę te feras. Nisi em̄ os lumēq; tuū signatum feras vt character facile co gnoscat̄, quonāmodo p te pugnabit angelus aut ab inimicis vindicabit? Quomodo inquam dicis dei sum, signa non ostēdens? An ignoras quemadmodum signatas domos in Aegypto exterminator præterit: in non signatis vero primogenita peremit? Thesaurus non obsigna tus furibus facile patebit. Ouis itē absq; nota insidiis p̄tinus obnoxia. Iuuenis es, ętatē freno baptismi retine. Flos abest ętatis, vide ne senectutis viaticum desit: ne arcē & p̄pugnaculum per inconsiderantiā atq; ignauiā amittas: neu de vndecima hora sicuti de prima cogita. De niq; tibi ad vitę principium festināti mortē ante oculos habere cōtinuo est opus. Si quis em̄ medicus commētis ac machinis quibusdam te iuuenē a sene reddere se receperit, ad eā p̄fe ctō diē omni studio venire curares: in qua ætati floridę te restituendū videres. At nunc quū anima tua quā ōmi scelere contaminatā reddidisti, p baptismum renouari ac regenerari nū cietur, tantū despicis beneficium: nec vltro p̄peras, aut id pollicēti sis obuiā? Num non tāti muneris rē mirā consideras? Quomodo videlicet absq; matre regeneretur homo: quomodo vetus ac vitiis tabidus rursus in pubertatē, ætatisq; florē recōcinnetur. Baptism⁹ igitur est captiuorū & æris alieni remissio: peccati mors: animę regeneratio: amictus splendens: chara cter indeprehensibilis: ecclesię iter: regni cælestis cōciliatio, adoptionis gratia. Tātis itaq; ac talib⁹ bonis miser potiorē ducis voluptatē? Noui em̄ tuā cunctationē atq; pigritiā q̄q̄ reb⁹ dissimulare contēdis. Ipsa em̄ facta etsi taces contra clamant. Mitte inquis supsede: Interim carne ætatisq; flore abutar: In luto porcorum more volutabor: voluptate exsatiabor: Man⁹ sanguine fœdabo: Alienum auferam: Dolose ambulabo: Peierabo: mentiar. Tunc deniq; quū satur ero malis desistam, baptismum suscipiam. Si enim res honesta peccatū, hoc vsq; ad ex tremū custodi. Si patranti turpis ac nocēs, quid in eo p̄tinaciter insistis? Nullus enim bilem euomere quęrens: maiorē eā ex mala intēperātiq; dięta aggerare cogitabit. Corpus nāq; ma

Alapa ex trema seruorū plaga p vindictā facta.

Baptis mi eulo gia.

lis grassantibusq; purgari humoribus ne morbus conualescat est opus. Nec nauis bene preparabitur si quæ insunt onera prius non euacuentur: quin plus æquo grauata periclitabit. Vide ne & tu similia patiatis, maiora continuo admittendo q̃ ea quæ remittēda tibi per baptismum ꝓmittebantur: & anteq̃ speratum contingas portum, naufragium facias. An putas tua facta Deus non videat, tuam non consideret mentem? aut forte iniusto tibi adsentiatur? Putasti (Psalmus ait) ꝙ ero tui similis. Tu nāq; mortalis hominis amicitiam respiciens ob eius beneficia illi obsequens, ac morigerulus extitis: dicisq; propterea ac facis quęcūq; ei grata esse putaueris. Deo autem familiaris esse filiusq; adoptari cupiens, illi tm̄ aduersa inimicaq;: vnde potius noxam contrahis, continuo geris. Vide ne liberationis spe malorum tibi aceruum congerens peccatum incurras: veniæ expectatione priueris. Non irridetur Deꝰ: ne mercare gratiam: neu dicas, Bona lex: sed dulcius peccatum. Voluptas nāq; diaboli est hamus ad perniciem deducens. Voluptas inquam peccati mater. Peccatum vero mortis stimulus. Voluptas demum perpetui vermis nutrix, ad tempus ad modum breue possidentem demulcet. Postremo vero acerbioris exitum tristitiæ sortitur. Cunctatio nāq; ad baptismū pœnitentiamq; nihil aliud clamare videtur q̃ in me ante omnia, culpa: deinde Christus regnet. Adsint mihi melodię cantus, iniustitię & iniquitatis arma. Sic & Caim sacrificia offerre solebat: primum quidem pro voluptate propria: deinde illius præbitori, ac creatori Deo. Quando enim facultas ætasq; viget te libidinibus tradis. Quando vero membra lāguēt: tūc Deo potissimum offerre studes: quum scilicet ob ingruētē & inualidam senectam his vti nō amplius licet: quo maxime tempore pudicitia seu temperantia vocari nō potest: sed lasciuiēdi potius & luxuriandi adempta facultas. Mortuus em̄ minime coronatur. Nec iustus aliqs dicit: cui malefacere nō licet. Dū itaq; potestas adest: dū corpus valet: dū ratio viget, peccato dn̄are.

Vacare a malo.

Virtus em̄ hęc est vitatio mali: studiū boni. Vacare aūt a malo tm̄ ꝑ se, nec laude, nec vituperatione dignū. Si ętate ꝓhibitus a peccato desistis, debilitati gratias agēdū: optione nō necessitate bonos laudamus. Quis tibi vitæ terminum fixit? Quis senectutis metā terminauit? Quis apud te tam fide dignus sponsor? Nam vides pueros sæpenumero ab vbere raptos. Nihil sibi firmum vita polliceri potest. Quid expectas? beneficio febris baptizari: qñ nec salutaria verba loqui, nec item audire commode poteris morbo caput occupante? Non manus in cælum tollere, non pedes erigere, non genua adorando flectere, non commode doceri, non secure ac libere confiteri, non cum Deo conuenire, non cum aduersario decertare.

Chananęa imitanda.

Hæc itaq; animaduertens stude Chananæam imitari. At inquis: Filiā male a dęmonio possessam non habeo: habes tamen animā immundo spiritu occupatā. Quid ait Chananęa? Miserere mei. Filia mea male a dęmonio torquetur. Magnus em̄ dęmon peccatum. Qui dæmoniū patitur misericordiam inuenit: qui autē peccat, odium sibi contrahit. Ille venia dignus: hic nequaq̃ excusatur.

Misericordię efficacia.

Miserere mei: breue admodū verbū. Magnū vero Christi humanitatis pelagus vbi misericordia, nō exigit ratio: vbi inquā misericordia, iudiciū vacat, salus permissa: deniq; salutaria omnia. Itaq; q̄uis extra gratiam sis, clama, dic miserere mei: nō labra mouendo, sed mente vocem emittens: Nā & silētes audit Deus.

Locꝰ oīs ad miserēdū idoneus.

Non locus sed propositi ini tium requirit. Hieremias em̄ in luto erat & Deum attraxit. Daniel in leonum lacu Deū placauit. Tres pueri in camino Deū ꝓmeruere. Latro nō cruce prohibitus, quin paradisum adsecutꝰ fuerit. Iob in stercore Deū ad misericordiā ꝓuocauit. Igit vbicūq; fueris, ora: vel si ante iudicē, ora. Mare ante aderat: retro Aegyptii insectabant: medius Moses in loci angustia orabat: nihil attñ loquebat, & ait ei Deus. Quid clamas, & os tuū tacet? Cor em̄ clamat. Tu quoq; quum ante iudicē aut pręsidē minātē, aut vim adferentē fueris constitutus, ora Deū. Te nāq; orante laborum ac tribulationis fluctus contrahent. Dominus ꝓpe est: Non hominem esse putes: cōtinuo adest: vbiq; adest: & omnia complet. Si hominē forte adire seu petere vis ac quid agat scire, dicunt, dormit, occupatus est.

Eunuchus baptizatus

Imitare Eunuchum. Incidit ille in I- struētē docētēq;, nec disciplinā spreuit. Verum statim diues pauperem in currum excepit. Idiotā & despectum tumidus & inflatus, ac demum edoctus euāgeliū continuo fidē in cordis penetralibꝰ concepit. Quāobrē in primā incidens aquā, Ecquid inquit me baptizari ꝓhibet? Vbi nāq; prompta volūtas nihil est qđ impediat. Qui vocat benignꝰ: q ministrat paratissimꝰ, modo alacritas adsit, īpedimētū cesset. Vnus est ꝓhibēs q nobis ad salutē obstruit viā: quē omni studio ac prudētia vitare oportet. Ille inquā torporē ac desperationē nobis inicit ne ad opus sanctū exsurgamus. Ille vana spe corda nostra deludit. Ipsius ergo cogitationes

non ignoremus. An nō hodie peccare: cras vero iuste agere: pietatē differre, nos exhortatᵃ? Idcirco dominus eius occurrēs insidiis, Hodie inqt si vocē meā audieritis nolite obdurare corda vestra. Ille vero ait. Mihi hodie: cras deo. Dominus contra, Me audite. Nosce obsecro inimici dolos: vt omnino, statimq; a Deo auertaris consulere non audet. Nouit eñ hoc graue admodū Christianis, verū artib⁹ insidiosis aggredit. Serpēs est, & ad decipiēdū argutus. Intelligit eñ quēadmodum nos homines pręsens libenter recipimus tempus: Omnisq; actio humana id maxime contendit atq; spectat. Quamobrem spe pręsentium ac boni futuri, crastineq; iustitiæ tm̄ expectatione quęrit nos domino furari, ac eripere. Postq̄ crastina venerit rursus demulcendo rogat aliam crastinam. Sic cōtinuo diem de die trahens, voluptate præsenti & spe frugis, nostram subducit latentet vitam. Vidi ego iam auis astutæ miram artem: quum pullos suos videat adhuc ob debilitatem prædę periculo expositos, sese aucupi ante illos vt prædæ paratam offerre. Ita sese vertentem ac gestus dispensantem, vt nec piculo penitus aut manibus se præbeat: neq; itē insidianti spem omnino eripiat. Sic itaq; illū inter vtrūq; versando, occupando, in se retinendo: spatium dat natis ociose fugiendi. Ipsa ad extremum euolat. Caue igitur ne tu aucupi similia patiaris, certa pro īcertis relinqūes: spem firmam vana commutans. Trade itaq; te Christo totum: da nomen tuum, adscribeq; Ecclesiæ. Nam & miles legitimus catalogo adscribitur. Athleta nisi conscriptus nō pugnat. Ciuis ac tribulis in sua connumeratur tribu. His tu omnibus debes vt Christi miles, vt pietatis athleta, vt conuersationem administrationemq; in cælo habeas: In hoc libro præsenti ac in altero superiore conscribi ac traduci merearis. Disce euangelicam disciplinam, oculorum modestiam, linguæ continentiam, corporis castigationem, superbiæ compressionem, cogitationis puritatem, iræ extinctionem. Vim ac fraudē patiens ne ad iudicium adcerse. Habitus odio nihilominus ama. Insectationem videns tolera. Maledicto lacessitus ne responde. Moriare peccato. Cum Christo crucem subi. Omnem transfer atq; colloca charitatē. Dura hęc inquis? Quid enim bonum ac facile? Quis dormiens tropæum fixit? Quis in deliciis ac tibiis corona fortibus viris debita ornabitur. Nullus minime currens brauium adsequetur. Labores gloriā pariūt & angustię, periculaq; coronas pmerentur. Per multas (inqt) tribulationes oportet nos intrare in regnū cęlorum. Quāobrē iustorum labores in portum felicitatis ac quietis direxit dominus: peccatorū vero conatus gehennæ dolor & immortalis tristitia manēt. Nā qui diligēter res cōsiderat humanas, facile conspiciet: nec ipsum peccatū patrātibus, a laboribus esse immune. Nā quū tēperātię nullus sit æstus aut sudor: libidinosus voluptatis seruus pterq; q eius gratia multas sæpe anxietates animi sustinebit: corpus etiā ex intēperātia tabefacit. Noctes inquis insomnes sunt in oratione vigilantiū. At lōge duriores in iniustitia, iniquitate, ambitione, auaritia pernoctantium. Nā & timor in furtis deprēdi, aut in voluptatibus ardor & stimulus, omnē penitus requiē: & animi tranquillitatē aufert. Si viā angustā quę ducit ad vitā euitas, & lōge latiorē peccati sequeris: vereor satis ne non latā vsq; ad extremū, neu diuersorium in ea vbi subsistere vaieas inuenias. Thesaurus is dices seruatu difficilis & opus vigilia. At si velis adiutores, habebis orationem custodem: Ieiuniū adsistens: Psalmodiam animum recreātem. Has igitur suscipe comites. Ipsę tibi p noctē in seruandis his rebus pciosis auxilio sint. Quid eñ pręstat dic mihi aūt nos diuites circa rerum possessarum curam sollicitari: seu nihil ab initio qd custodiamus habere? Nullus eñ metu amittendi bona despiciet. Sic namq; in rebus humanis si malos cuiuslibet rerum euētus computare, aut considerare velimus: nihil omnino possideretur, aut subsisteret. Nā & colonis si agriculturam respicis, tellus non reddere fructus poterit: Mercatorib⁹ naufragia: nuptiis viduitates: patribusq; & educatoribus incerti liberorum exitus formidāda. Quāobrē nos ex officio bona in primis alacriter aggrediamur: nec volūtas actioni: nec actio volūtati, modo liceat, desit. Spem bonam firmamq;: Rerum vero exitum deo probe omnia disponēti reiiciamus. Tu vero quidē facta: dei pcepta: re vero deplorata neglectaq; habes. Vide ne te tuorum consiliorum pigeat: quum te sero nihilq; profutura prouidentia cęperit. Disce prudētiam, virginum exēplo. Illę oleum in vasibus non habentes quando sponso ire obuiam oportuit, tunc necessaria deficere senserunt: Ideo fatuas eas euangeliū vocat, quoniam dum tempus ferendi erat olei id pdigendo comedendoq; absumentes, extra fores sunt eiectę, ac a sponsi demū pulchritudine phibitę. Ne igitur & tu frater annum de anno, mensem de mense, diem de die trahas: Ne oleum luminis nutrimentum minime capiens in

Diaboli dolus.

Hāc autē Helian⁹ pdicē dicit esse.

Vim ac fraudem patiēs ad iudiciū ne adcerse.

Consilia Christi.

Virgines fatuę

diē quā non expectas quandoq; incidas, ac te benefaciendi occasio vita deficiente destituat: & morbo præualente in animi angustia cōstitutus, a medicis domesticisq; deseraris. Quādo inquā extrema egredientis animæ anxietas febrisq; ardentis viscera adurentur: dolebis miser, dolebis corde penitiore, nec ꝓpterea ꝑditū recuperabis: sed tm̄ tacito inexplicatoq; murmure mussitabis, nemini qdē auditus. Quis baptismū dabit? Quis stupidum ac lætali somno oppressum admonebit? Propinqui? At hi mœrebunt. Alieni? At hi despicient. Amici? At hi talia memorādo te turbare verebunt. Scilicet & medicus decipiet: nec tu vitā omino desperabis, quū natura maxime omnibus desideretur. Nam qđ miseri volunt, hoc facile credunt. Nox forte cōtinget, nec adiuuantium facultas, non itē qui baptizet aderit. Mors irruet. Te rapientes statim aduolabūt. Quis liberabit? Deus tibi despectus? At inqs me tunc exaudiet: tu vero nūc nō ipsum audis? Normam inquis viamq; mihi certam dabit. Sed olim data die quare nō es vsus? Ne miser decipiaris: Nemo te inanibus seducat verbis. Aderit ꝑfecto tibi repentinum exitium, ac interitus similis procellę te euertet. Veniet Angelus tristis per vim tuam rapiens tot peccatis irretitam animam, teq; demum magnopere cruciatum, & absq; voce querentē præcluso lamētis vocis organo, ad nigra tartara deducens. Heu quantum te

Sera damnati q̃rela. ipsum adflictabis: quantum præteritorum pœnitentia cōsiliorum suspirabis? Quando iusto rum tot illustrib⁹ donis ornatorum videris claritatem. Parte altera peccatorum tristitiam in profundis tenebris spectaueris: qualia tunc corde tecum volutabis? Me miserū dices, cur peccatorum grauissimam hanc sarcinam quum licuerit ac tam facile fuerit, non abieci? O q̃ durum malorum aceruum mecum traho? Cur lauare sordes animi ac cōsciētiæ non subiit? Vtinam cum Angelis triumphans cælestibus adscriptus essem? O praua mea cōsilia: ob breuem peccati voluptatem ęternū cruciabor. Ob carnis modicas delitias, æterno tradar igni. O iustum Dei iudicium: vocatus eram nec audiebam: edoctus eram nec mentem adhibui. Fidei mihi certa testimonia afferebantur, & ego ridebam. Hæc & his similia flendo dicens: hos edes supremo tempore questus. Ne igitur vocationē sperne: ne vanas innecte causas: ad excusationē nulla idonea causa, nulla ratio. Mihi autē lachrymas fundere succurrit, dū cōsidero te gloriā dei turpibus ac ꝓbrosis factis posthabere, & ob incontinentię licētiā voluptariā in peccato fixū: vnde auelli difficile admodū fuerit: tete a tanta bonorum expectatione ꝑ inconsiderātiā excludere, vt tibi cælestis Hierusalem gloriā spectare nō liceat. Ibi nāq; Ange

Beatorū cœtus. lorum milia, Primorum parentum conuentus, Apostolorum sedes, Tribunalia ꝓphetarum, Patriarcharum sceptra, Martyrū coronę, Iustorum laudes cumulatissime spectabūtur. Quā obrem tu si sapis inter hos purgatus omni tabe: omniq; crimine absolutus: cōnumerari tota mente, totisq; viribus exopta, gratia dei & Domini nostri Iesu Christi: Cui gloria & imperium in æterna secula. Amen.

QVID INSTRVENDI MONENDIQVE SVNT AD BAPTISMVM VENIENTES.

DOMINVS noster Iesus Christus vnigenitus dei viuētis filius, post resurrectionē dei patris pollicitationes ad se ex Dauid vaticinio dicentis: Fili⁹ meus es tu: ego hodie genui te: Postula a me & dabo tibi gentes hæreditatem tuā: possessionē tuā terminos terrę: Suos adsumens discipulos eis primū traditam sibi a Deo in cælo ac in terra potestatē palam dixit. Tunc demum eos misit dicens. Euntes in mundum vniuersum prædicate euangelium omni creaturæ. Post hæc addidit. Baptizantes eos in nomine patris & filii & spiritussancti. Huius igitur vltimi præcepti vos me fratres modum ac causam interrogastis. Nos vero putantes contra Apostoli mandatum facere, si non statim responderimus, dicentis: Parati estote omni vos interroganti respondere, rationēq; communis fidei reddere. Accedentem ad Deum credere in primis est opus quia est: & inquirentibus se remunerator fit. Credentem vero ante omnia moneri vt ab omni peccato abstineat. Insuper ab omni re quæ peccato propius existat, ac domini mandata variis sermonibus pręcepta impedire habeat: etsi ratione aliqua nitit̃ boniq; speciē quādoq; habere videt̃. Quum longe difficile sit eum q vitæ negociis ac commerciis sese miscuerit, curis variisq; occupat⁹ fuerit: vt Deo seruiat. qui adolescēti interrogāti nō prius dixit: Veni & sequere me: q̃ ꝑciperet, vt oīa venderet & daret pauperibus. Neq; itē hoc ꝑcepit priusq̃ fassus fuerit omnia se custodiisse mādata: qđ pulchre dominus ostēdit dū ait. Nemo pōt duobus dominis seruire. Itē. Nō potestis deo serui-

re & mammonæ. Apostolus quoq;. Quæ conuenientia lucis ad tenebras? quæ participatio Christi ad Belial? Item. Caro concupiscit aduersus spiritum, & spirit⁹ aduersus carnē. Hæc enim inter se pugnant, vt non ea quæ vultis faciatis. Et rursus. Nō quod volo bonum hoc facio: sed qđ nolo malum hoc facio. Hoc ideo ex pluribus auctorum locis adduxi: vt plane ostendam eos qui a peccato retinentur, Christo seruire non posse: a qua tyrannide qui nos liberat: satis a Paulo ostenditur. Miser homo quis me liberabit de corpore mortis hui⁹? Gratia dei per Iesum Christum. Deinde ait. Qui Christo credunt secundum carnem non ambulant. Igiť qui ad Christi fidē baptismūq; veniūt, instruēdi quemadmodū peccata relinquāt: dñm sequanť: crucē suā tollāt: neu cū sarcina rerum secularium dño placere putent, cuius gratia inquit Apostolus. Mihi mundus crucifixus est & ego mundo. Item. Viuo nō iā ego: sed viuit in me deus. Rursus dominici dicti reminiscātur ad eū qui ait. Sine me prius abire ac tumulare patrem meum: Mitte mortuos suos mortuos sepelire. Dicenti rursus alteri. Sine me prius res domi cōponere: vehementiore acrimonia minabundus ait: Nemo ponēs manum ad aratrū & conuertens retro, aptus est regno dei. Sic p moræ breuissimæ reprensionē plane significauit humanū officiū: q̄ḡ cōcessam a deo vacationē apud alios habet, apud eos tñ q euangeliū sunt pdicaturi & Christū omissis omnibus secuturi, aīaduersione dignum maxima fuerit. Clarius item hoc per aliā parabolā dñs ostendens ait. Hō quidam fecit cœnam magnā & vocauit multos: & misit seruos suos hora cœnę dicere inuitatis: Venite q̄m parata sunt omnia, & cœperunt se excusare omnes. Primus ait. Emi agrum: oportet me illū videre, rogo habe me excusatū. Alius dixit. Iuga boum quinq; emi, eo pbare illa, rogo habe me excusatum. Alius dixit. Vxorē duxi: quāobrem venire nequeo. Et reuertens seruus nunciauit domino hæc. Tunc iratus paterfamilias dixit: Abi celeriter in plateas & vicos ciuitatis, & voca pauperes, & claudos, & cæcos, & debiles, & ait seruus: Factū est vt iussisti, adhuc locus restat: & ait dñs seruo: Exi in vias & sepes & coge ingredi vt impleať dom⁹ mea. Dico aūt q; nullus eorū hominū meā cœnam degustabit. Hæc eñ omnia ad baptismi vocationē spectant: vt in aqua & spiritu renati p pœnitentiam cum Deo crucifixi viuamus. Ad qđ nos deus magis ac magis excitans, vt intelligentia debiles per Parabolas alias inuitat. Ideo ait. Quis ex vobis turrim ædificare volens, non prius sedens computat sumptus, si ad perficiendum suppeditant: ne posito fundamento ad finem perducere nequeat: videntesq; illudāt ac dicant: q; homo hic ædificare cœpit, nec absoluere potuit? Vel quis Rex ad bellum proficiscens aduersus alterum Regem, non sedens prius consultabit: si cum decem millibus ipse venienti cum viginti millibus occurrere possit. Q; si inferiorem se viribus nouerit lōge adhuc eo constituto legationem de pace mittet. Sic item omnis ex vobis qui non renunciauerit omnibus q̄ possidet, non poterit meus esse discipulus. Nos igitur frustra baptismi gratiā recipimus, nisi liberati a diaboli tyrannide, ab omni praua animi cupiditate abstitimus. Deinde nō solum mundo & cōcupiscentiis eius: sed mutuis cōmunibusq; ac iustis officiis: deniq; vitæ propriæ renunciauerimus: quādo eorum aliquid nos a debita, velociq; in Deum obseruantia retraxerit. Sic demū Christi discipuli vocari digni erimus. Mox paulatim Mosem & Prophetas: præterea euangelistas & apostolos didicerimus. Incarnationem postremo domini nostri Iesu Christi: eiusq; mysteriorum omnium præceptiones probe tenuerimus: profecto in spe vitæ æternę cęlestisq; regni continuo versabimur: nobis quandoq;, & iis qui diligunt aduentum eius, gratia Dei ac domini nostri Iesu Christi nobis prouenturi.

Quomodo monē di īstruē diq; q ad baptismum veniunt. Mora nulla cōcessa euāgelium p̄dicaturis.

¶INSTITVTIO ILLORVM QVI VITAM CVPIVNT DVCERE PERFECTAM.



Quemadmodum secundum Christum philosophari cupientes vitam deligunt ab omni procul cupiditate, atq; terrenis voluptatibus omnino absoluti vt tm̃ Deo viuant: vnde & altissimā virtutem attingere, & eam quæ diuinitus nobis obiicitur spem manifestius apprendere: deniq; certam facere vocationem valeant, nunc ostendere aggredior. Imprimis igitur occasio mortalibus maxima ad illecebras curasq; seculares ac multas & anxias cogitationes quasi seminarium, Matrimonium est. Nullam enim quis vehementiorem, ac validiorem naturæ corporiq; innatam cupiditatem inueniet q̄ fœminam viro: virumq; fœminæ coniunctos. idq; iure, vt circa sobolem valde optatam insistentes: vnde curæ postea necessariæ. Qui enim proprio ac necessario vtitur officio, alteri diligentius vaca-

Matrimoniū seminariū curarum.

re non poterit. Non enim grauiores aut vehemētiores hominibus curæ q̄ de cōiugib⁹ eue niūt, vt Paulus ait. Qui habet vxorē, quęrit ea quę vxoris sunt: quomodo placeat vxori. So lus autem sui tm̄ corporisq; proprii curam habet: quod si forte negligere voluerit, sibi faci le psuadere poterit. At is cui filiorū negocium imminet, ad institutū vitę placitę nullo mo do: libertate omnino consilii amissa: se poterit accommodare. Ex filiis naq; plurimi subeunt æstus, labores, anxietates: quæ mentem omnino pcipitant: quasve siquis effugerit facile pro cul ab omni cura se Deo tradere, & omni demum affectu solutus conditoris contemplatio ni altissimæ inhęrere valebit. Expeditus vero, nullo negocio turbante: nemine interpellāte: ob alienam necessitatem minime sollicitus: propriam omnino spernens, liberius cum cælesti bus versabitur: epulis immortalibus accumbet. Verum quum nō tam felix incipere, q̄ a cœ pto turpe desistere, ac manu aratro semel adposita, retro respicere: quomodo iter hoc inco lume perficiamus, & vsq; ad extremum perseuerare valemus mox ostendam.

VT DEO PLACEAMVS ALTERVTRVM OMNINO VIVENDI GENVS ELIGENDVM: ET QVOMODO DEVS ORANDVS.

Omnis Christi actio no stri est eruditio



Mnis actio sermoq; seruatoris nostri Iesu Christi pietatis ac virtutis nor ma quædam nobis est: nec ob aliam causam homo ad imaginem Dei altis simi fact⁹ est, q̄ vt aliquid gesturus in eum tanq̄ in archetypum exemplar q; adspiciens, modum, viamq; virtutis imitari conatetur. Nec tu frustra quicquid in singulis dictum gestumve ab eo fuerit, existimabis: Verum si recte perscrutaberis, omnia ad vitam perfectam iter tibi ostendentia, ac fa cem tuis actionibus præferentia facile inuenies. Marta dominum excepit, Maria ad eius pe des consedit. Duos in totidem sororibus viuēdi modos indicauit. Tu itaq; quē malis opta. Si Martam cupis, ministra pauperibus: hospites excipe: redime captiuos: viduam ac pupil lam suscipe. Talibus enim hostiis promeremur Christum. Si vero Mariam, verbis domini cis vaca: lectione, meditatione, scriptione, oratione, animum pasce: quibus te, ante omneis: deinde cæteros ædificare possis. Verum in hoc genere est corpus negligere: opus agricultu ratum, amœnitatesq; relinquere, delicatiorem vitam castrare: Deniq; rete in arcto loco, bre uiq; formula tanq̄ in compedibus vincire, vt inde mentē supra humum attollas ac fructus diuinitatis altę sis particeps. Ipsius igitur exemplo Domini, vtrūq; præstate: vtriusq; pmia ferre poteris: Ex his attamen Marię tutior expeditiorq; via. Ad pedes ergo curramus, men temq; ante omnia ad eum tollentes ardenti corde supplicemus. Orandi quidem duo modi.

Vita du plex. Actiua, Cōtēpla tiua.

De oran do Deo. Alter cuius est gratias agere, laudareq;. Alter cuius quicq̄ petere. Hic quidem adfectum: ille modestiam humilitatemq; ostendit. Orans itaq;, ne statim ad petendum venias. Sed ante o mnia depositis ex animo, vxore, liberis cæterisq; negociis cælum liber ascende, a laudib⁹ gra

Quō orā dum. tiarumq; actionibus initium sume: nec mente obiter vagaberis, neu res alias ages: non deni q; vanis græcanicisq; soliloquiis: sed e sacris voluminibus verba tm̄ recensendo: dic, Benedi co tibi domino creatori meo benigno, ac plane misericordi: qui nobis vitæ spatium ad pœ nitentiam tribuis. Quambrem sustine dos quæso continuo peccantes. Non deest tua proui dentia nos cottidie vocas ad vitæ frugem: partim timore pœnæ perterres, partim mercede ac pmiis inuitas: nūc lege naturæ admones, mox Prophetis & lege scripta instruis: postre mo per aduentum filii tui deducis. Tu namq; nos creasti, non te nos. Postq̄ vero sic & huiç simili modo laudaueris, humilitatem propriam considera. Dicq; rursus. Ego Domine aute

Peccato res sum⁹ omnes. maiestatem tuam consistere, aut loqui minime sum dignus: q; sum peccator. Sic enim cun ctos fari decet. Nemo enim præter deum sine culpa. Multis enim peccatis quæ sæpe non in telligimus sumus obnoxii. Quamobrem cum Apostolo dicendū. Nihil mihi conscius sum: sed neq; in hoc iustificat⁹ sum. hoc est valde quidē pecco, sed minime intelligo. Ex quo Pro pheta inquit. Delicta quis intelligit? Magis autem si sapis, te pręter omneis alios peccasse, pluraq; admisisse fatebetis. Quum feceritis omnia (Christus ait) dicite, serui inutiles sum⁹: Qđ fas erat ex officio facere fecimus. Dignas tibi reddere gratias non opis est meæ, q; me in hunc vsq; diem te variis modis offendētem toleraueris, deq; tantis malis eripueris. Post

Quid nō petēdū. q̄ vero duas has partes laudis gratiarumq; actionis, videlicet & humilitatis ac propriæ ac cusationis absolueris: tunc demum quod cupias pete: non diuitias, non fragilem fluxamq; gloriam, non deniq; corporis valetudinem prosperam. Ipse namq; qui nos semel creauit con

tinuo tuetur & vegetat:probeq; nouit,an hæc cuiq; expediat. Superuacuum itaq; fuerit de cura corporis,deq; rebus breui duraturis,& quæ de mediorum sunt genere,sollicitum esse. Ipse namq; Dominus munificentissimus quum sit, siquem animo reperiat ita angusto: vt eum parua,nihilq; profutura postulantem videat,omnino auersatur.Regnum itaq; dei ei⁹ iussu ante omnia quærendum:rem quidem ipsius celsitudine dignam tuæq; animæ necessariam,atq; congruam.Quando item cœperis minime desiste donec exaudiaris.Quod,& ipse plane videtur innuere. Quis inquit ex vobis amicum habens, & ad eũ nocte media veniens dicat:Amice commoda mihi tris panes,vt quendam peregre venientem hospitem nuper excipiam,& ille intus respõdeat.Ne sis mihi molestus:Iam clausa ianua, & pueri mei mecum sunt in lecto,nequeo surgere:Dico vobis,& si non sponte,aut ob illius amicitiam,saltem ob importunitatem ac molestiã surget,& quod opus,ei dabit. Quo scilicet exemplo nobis ferme præcipitur,vt oratione precibusq; instemus:& omni studio perseuerãtiaq; a Deo,quod sancte petimus,contendamus.Nec si statim compos non existas,propterea desperes:neu dicas q; peccatores Deus nõ audiat.Ipse namq; de industria id addidit verbũ: Et si nõ ob amicitiam,saltem ob molestiam dabit: Vt etiam q̃uis peccator ab instantia, in iis quæ salutis erunt,minime discedat:& si mense,& si anno,aut longiore tempore res differatur:Fit vt rete in fide vberius exerceas: Vberius itẽ post labores toleratos gaudeas.Igitur imprimis attentione opus.Nam si ante principem consistas negligentius re habendo: minime audiẽdo: minime respondendo:non demum aspiciendo:sed alio versum oculos flectendo,non solum non placabis:sed ad iracundiam eundem prouocabis. Quanto magis ante Deum qui tuam conscientiam intus & in cute nouit:qui siquid vacillas statim deprendit? Nonne quod cupis non solum non impetrabis:sed noxam apud eum longe maiorem contrahes? Quamobrem caue dum oras per negligentiam res alias agas:sed quo ad poteris mentem in Dei meditatione exerce,teq; totum in hac collige ac vigila. Nec tam finem orãdi affectus tædio q̃ petitionis fructum spectabis:neu tecum loqui,sed ipsius Dei contueri maiestatem existima. Præstat enim modicum bene attenteq;,q̃ multum secus orare.Non numero Deus,sed pondere, animiq; ardore vincitur. Q; si adhibita pro virili parte diligentia mentis, attamen infirmitate quadam tenus traharis:fidelis est Deus,qui tuam respiciens debilitatem misericordia prosequetur,nec sine fructu relinquet. Post hæc fide opus,fide petendum,Abrahæ exemplo. Credidit inquit Abraham Deo,& reputatum est ei ad iustitiam. Nec tamen statim promissa,sed multis post annis accepit.Nos autem post annum minime compotes a votis auertimur:si post biennii ieiunium non adsequimur,spe omnino deficimus.Q; autem sepe rogans non impetraueris,tua est causa.Aut enim non ad salutem facientia rogasti:aut si salutaria,non attente:aut si attente,minime perseuerasti.Igitur vt supra diximus spiritualia tm̃ prosequi debemus:reliqua vero ad corpus facientia:quum appendices sint animę,minime orationi commiscenda. Irascitur enim Deus, ac vt munificus fastidit vilia postulari. Hæc namq; ipso docente,citra nos præbet. Adspicite inquit volatilia cæli:quę non serũt neq; metunt,& pater vester cælestis pascit illa. At quæ sunt animæ ac virtutis,nisi nobis legitime certantibus,& instanter petentibus,minime dabũtur.Oportet igitur imprimis illa totis viribus,& affectibus optare.Optanda vero fide ac patientia quærere.Omnia quæ cõsciẽtia ac veritas suadet,ad hoc agere:nihil per negligentiam atq; ignauiam orationis constantiæ deesse.Neu ob postulatorum dilationem animo quicq̃ mœrere.Scit enim deus quid nobis opus:temporisq; dandi occasionem longe melius q̃ nos, qui in propria causa quandoq; decipimur,nouit.Q; si distraheris aut distineris,hoc tibi expedire fortasse intelligit Deus. Fructus namq; diu desiderati longe plus sapiunt,diligentiusq; custodiũtur. Subita impetratio,rei concessæ contemptum parit. Nec Solomoni quicq̃ profuit subito sapientiam impetrasse:quæ illum perdidit.Ergo durandum nobis nec vlla desperatione,aut animi tristitia a cœpta supplicatione desinendum. Si enim te minime petentem multis muneribus ornauit Deus:quid tibi petenti sperandum? Et si fodienti talentum datur:quanto magis id minime fodienti augebitur? Si demum nos ante mundi constitutionem non adhuc existẽtes dilexit: cur in lucem productos,ac salutis cupidos repellet? Quæ sane signa clare ostendunt occulta illius diuinæ benignitatis consilia plus nobis in recessu præbere,q̃ in fronte promittere: & quæ videntur humanæ cupiditati sæpe contraria,magnopere ad extremum prodesse.

Quid petendum. Perseuerandum.

Attẽtiõe opus.

Fide op⁹

Spiritualia tm̃ petenda.

Sapiẽtia perdidit Solomonem.

¶DE INVTILIBVS ANIMI COGITATIONIBVS ANTE OMNIA COMPRIMENDIS.



Nte omnia vero illi qui sese in vita perfecta exercebit, cogitatio cōprimenda. Vt ne, quoad fieri possit, aditum sensibus aduersus rationem insurgētibus patefaciat. Corporis namq; visus est oculus. Animę vero mens, atq; cogitatio seu consideratio. De hac sane alias supra illa verba: Attendite tibiipsi, sermonem ad hunc locum facientem edidimus. Prauæ igitur cogitationes omnino vitandæ: quæ bifariam animam inuadunt. Vno mō quū per ignauiam atq; socordiam eas mente nutrimus: vt sunt varia libidinis, cupiditatis, ambitionis, auaritię, reliquorumq; vitiorum semina: quę primo quidē motu compesci nequeunt. Quin etiam occasio potius & materia ad Dei gratiam promerendam, exercendamq; virtutem existunt. Si vero in his blandior aliquantulum mora fuerit, humana tentatio: Si ad extremum certa ratione, deliberationeq; firmentur, omnino letifera. Alio modo dæmonis impulsu, dum ante oculos praua a nobis gesta proponit, vt in desperationem, negligentiãq; deducat: bonaq; siqua sunt, non vt bona ostendit, aut aliam commutandam vitam, nec cœptæ amplius insistendum suadet: Siue etiam nos a prouidentia destitui monstrat: Deoq; curę ne quaq̃ vrgentibus præsertim rebus tristibus existere: Nos insuper nunq̃ veram egisse pœnitentiam: Contaminatam prorsus habere conscientiam: a Deo veniam nullo modo consecututos: In statu quo degit alioqui probato, nec bene viuere, nec seruari omnino posse confidit. Quę omnia a maligno spiritu procedentia, nostram subeunt quandoq; cogitationē, ac mentem labefactant, & a Deo auertere contendūt. Antiquus enim hostis quando nos ad bene beateq; viuendum penitus directos animaduertit: quum manifesto nequeat vitio, virtutis specie a cœpta nos via, bonisq; vitæ institutis abducere conatur. Insistendum igitur ac p̄cibus diuinis instandum, & (vt ait Apostolus) scutum fidei sumendum: quod est verbū dei, vt possimus omnia tela ignea inimici extinguere. Scriptura, ieiunium, oratio præsentanea remedia, ne ab animi proposito vllis inimicorum illusionibus aut inanibus phārasmatis alieni reddamur. Sanos enim ac probatissimos quandoq; homines nimium sui confidentes, cogitationum inanium vanitate ab improbo spiritu deiectos vidimus. Quamobrem rursus cū Paulo dicendum: Quis me separabit a charitate Christi? Non gladius: nec instantia: nec prę terita nec p̄sentia: nec sublimitas aut profundum. Item cū Dauid: Singulariter sum ego donec transeam. Et rursus. Si ascendero in cælum tu illic es. Si descēdero in infernū ades. Si habitauero in extremis maris, etenim manus tua illuc ducet me, & deducet me dextera tua.

Cogitatiōes prauę vitandę aut repriměd æ

Cogitatio p diabolum.

Seruari .i. saluteě assequi.

Cogitationum malorū remedia

¶Q: CORPVS ET EIVS ACTIONES, INSTRVMENTA SVNT ANIMAE MVLTVM VTILIA SI BENE REGANTVR.



Vplex omnino vis animæ: Vna animalis quę corpori vitam tribuit: Altera rationis particeps ac theoritica. Prima in nostra quidem potestate non est: Veluti sol qui splendorem sibi cōiunctum habet: Sic anima corpori semel insita facere nequit, quin ei vitam tribuat. At virt⁹ theoritica, optionis est nostrę. Ei⁹ partes, corporis impetum atq; appetitum regere: q; si nō frenatur: si per licentiam lasciuiat: nō corporis causa: sed voluntatis ac rationis ei dominantis fuerit. Quamobrem non (vt quidam existimant) corpus malum aut reprendendum. Eius namq; instrumento ad vitam beatam consequendam plurimum vtimur. Nam & agenti aliquid secundum virtutem & contemplanti sanum corpus adesse oportet. Paret omnino si regatur. Adsentitur, modo psuadeatur. Sequitur, modo ducatur. Quiescit, modo consilii monentis ferulam ac vulnera sentiat, haud aliter q̃ equus quidam qui quanto validior ac animosior fuerit, tanto magis auriga rectoreq; bono indiget. Si enim dormientem negligentemq; nactus equitē fuerit: ob ferocitatem in præerupta illum deducet. Si vero quo decet modo regatur: accommodus eidem fuerit, ac ad exercendas animi vires magnum p̄stabit adiumentum. Non igitur eq natura per se mala, sic nec corporis erit: sed vtētis tm̄, & id regere nescientis negligentia. Nā & vitium nil est aliud q̃ virtutis defect⁹. Quā obrē rationis erit officium subiugare corpus, multaq; disciplina & abstinētia: rum ieiunis, domitum atq; obsequētissimum reddere. Ventris namq; disciplina perturbationum animæ

Animæ vis duplex.

Corpus non est malum.

Eq corporisq; comparatio.

castigatio est:vnde ipsius quies & tranquillitas sequitur.Animæ postremo quies fons est ac seminarium virtutum.Verum cautiones adhibendæ,& ex viribus corporis abstinentia dispensanda.Aliis namq; alia naturæ vis atq; firmitas.Quod vni forte ad coercẽdos sensus expedierit:alii quãdoq; debilitatis causa fuerit:vnde ad opus inualidus postea reddatur. Animi namq; affectus qui in potestate sunt nostra,qᵫe ab omnibus retineri possunt:vt pietas, mansuetudo,animi patientia,charitas fraterna,veriloquium,& his similia.Quę autem subdita sunt corpori,ex corporis cuiusq; habitu dispensanda. Qui ordo si forte prætereatur, Deum potius offendimus,vt qui hominem minime ociosum,sed ea ad quæ quisq; idoneus fuerit opera exercentem velit.Ab initio iussus Adam,vt in sudore vultus pane vesceretur. Sancti quoq; sunt exemplo:qui in desertis locis degentes continuo manibus laborauerunt. Sed & Paulus potissimum de se testatur apud Ephesios: Aurum aut vestem nullius concupiui:quoniam quæ mihi simulq; iis qui mecum sunt necessaria erant,hæ manus laborauerunt.Inter vtrũq; itaq; corpus continebimus,vt ei tantum curæ adhibeatur, quantum satis erit:vt rebus,ac laboribus necessariis suppeditet:tantumq; castigandum , vt aduersus animam non militet.Vir enim spiritualis ante omnia curet,vt ocium atq; desidiam fugiat:Deinde,vt sobrius continuo,ne de Deo cogitatio ac rerum cælestium meditatio iugiter impediatur.Ne spiritus sanctus,spesq; cælestis patriæ vllo modo per occupationes extinguatur: quæ si vigebunt in nobis nequaq̃ caro aduersus animam præualebit. Q̃ si in rebus fragilibus perscrutanti aliquid ac meditanti,visus auditusq; in nobis sopiri extinctiq; videntur: quanto magis si diuinus amor in nostris vigeat continuo cordibus:nullum tempus spatiũq;,non locus vllus animi perturbationibus fuerit: Superuenientes vero & velociter abeũt, & animi vi atq; magnitudine ocyus repellũtur. Igitur animæ cogitationibus pars potior, vt reginæ tradatur:Corpus vero vti seruus ancilletur.Si enim extra carnem agerem⁹,animæ tm̃ studere fuisset opus.At quando duplici creati sumus natura,virtutis studium corporis labores & exercitium requirit.Illud nãq; ocium:hoc negocium expetit. Dispensanda facultas:dispensandæ vires,ne corporis necessariorum, ac vsus causa occasioneve in voluptatem imprudenter incidamus:Neu rursus per immodicam abstinentiam rebus animi p̃ciosioribus obeundis inualidi reperiamur:q̃ valde paucorum sit:raraq; felicitas,necessitati communi:abiecta omnino carnis cura posse resistere.Opportunũ itaq; corpori,vt animę socium atq; instrumentum:ferendum auxilium.Cibus necessitati non voluptati seruiat. Mẽs in Deo,non in patinis dum editur existat.Quies corporis:animi fessi remissionem, nõ lasciuientis dissolutionem pariat.Somnus sensibus tm̃ vires rebus agendis necessarias, non vana phãtasmata,luxumq; sine interpellatione præbeat.His demum modis cura corporis laudem habebit:nec concupiscentiam aut indomitos,prauosq; affectus qui ex deliciis ac ei⁹ superuacua cura oriri solent, vllo modo fouebit. Reuertor rursus ad ea quæ supra narraui. Has duas fere inter se res contrarias corpus,videlicet & animam;actionem quoq; ac cõtemplationem ita tractare opus,vt alteram altera non impediat:sed inuicẽ probe distributæ auxilientur.Opera manuum,cæteraq; actio ardorem animi,ac spiritus alacritatem minime lacessant.Itave spiritali ocio vacemus,ne mens assidua contemplatione tabescat . Quamobrẽ si necesse foris quandoq; negociis adesse,non propterea viri perfecti beneq; instituti philosophia impedietur.Nam qui semel animo toto Deo se tradidit:eum ante oculos continuo habebit:omniaq; ad cõscientię ac verę philosophię profectum reducet.Nullis item cõmercior agitationib⁹,aut negociis turbabitur.Talis enim siue foris seu domi , aut in agro idẽ semp erit.Qui vero mentem in deo,vt in solido fundamento penitus non constituit, etiam si ociosus,vel in solitudine agat,in tenebris ac tumultib⁹ mediis sibi esse sæpenumero videbit.Sicut & alius cõtra,in multa sæpe tempestate ac rerũ pcella,solitudinis sentiet fructũ.

Opus industria pensanda ad vires corporis dispẽsandas.


Quædã opa manuũ exercenda.

Ociũ & desidia ĩ primis fugiẽda.

Anima regina.

Actiua & cõtẽplatiua vitæ contemperandæ.

❡CHRISTI OMNINO EXEMPLVM VIRO PERFECTO IN OMNIBVS IMITANDVM.



Piritalis omnino vitę ingredienti viam Seruatoris nostri discipulorumq; ipsius vestigia simul ac disciplina in omnibus imitanda. Nam si eius cunctа respiciantur mysteria:si verba & opera,normã sane cunctis dabit actionibus,vnde vt ex archetypo exemplum facile sumemus.Ipse in primis nihil peccati admisit:nec dolus est inuentus in ore eius. Deinde longanimitatis ac patientiæ modum ostendit,Iudęorũ insidias ferendo:quos multis

Christ⁹ imitãd⁹.

Christi patiẽtia.

adfecit beneficiis: quumque multas tulisset iniurias, benefacere, curare, docere, nunquam destitit: ad extremum pro iis supplicium est passus qui supplicium intulerunt. Mansuetudinis quoque ac bonitatis manifesta signa prae se tulit: Quum Dei filius esset Rex regum & dominus dominantium: omnia continens verbo virtutis suae, non solum pauperes ac infimi generis homines non despiciebat: sed vltro ad se vocabat: morbis liberabat: ad caelestes epulas inuitabat: Peccatores & omni scelere contaminatos sua praesentia dignabatur. Cum meretricibus de regno Dei disserebat. Pueros abse absterreri minime patiebatur. Misericordiae insuper ac humanitatis exempla: Tot aegri variis morbis: deinde a gehennae ignibus liberati. Turba quoque in deserto tam breui cibo, ac prodigioso excepta, & alia complura satis indicant. Prudentiam vero, ac in dictis factisve sagacitatem in Euangelio quanta fuerit ediscimus: quum Saduceos quaestionem de fratribus resurgentibus, & vxore proponentes facile irridendo, stultosque ostendendo abse absterruit. Pharisaeos quoque de tributo Caesari reddendo tentantes, & de adulterae in medium adlatae iudicio interrogantes, & signa postulantes prudentissima responsione semper delusit, atque ridiculos reddidit. In aperiendis quoque parabolis. In scripturae locis arduis manifestandis diuinam plane sapientiam se mortalibus effulsisse ostendit.

Mansuetudo. Misericordia. Prudentia.

Corporis item virtutis indicia sunt illa. Prima aetate subiectum parentibus fuisse, itinerum omnium, ac paupertatis, tenuitatisque vitae labores pertulisse: equitasse nunquam, propria etiam caruisse domo. Aues caeli nidos, & vulpes foueas habent: Filius autem hominis non habuit vbi caput reclinaret. Item non venit filius hominis ministrari: sed ministrare. Multos enim aestus laboresque tulit: quem discipuli postea Euangelium praedicando sunt imitati. Sed & grauitatis eius ac seueritatis, non parua sunt argumenta: quod & risisse nunquam, aut iocosum aliquid: quod ad animi remissionem vel honestam faceret, dixisse inuentus est. Horum igitur instar affeclae & quicunque se Deo tradunt animi, corporisque exercitationes si proficere cupiunt, sumant. Verum animae tantum officia, quantum corporis suppeditant vires exercenda: vt hae animae ministrae adiutricesque ad ea bona: quae semel ipsa elegerit, existant. Corporis autem auxilio deficiente, bona nostra in optione tantum, menteque condita latent: haud aliter quam planta in terrae sinu abscondita in lucem ac vsum peruenire non valet. Sed inquiunt quidam: Dominus, Moses, Helias, ieiunium continuum pertulere: Considerandum quemadmodum illi hoc semel in vita omni fecerunt, reliquo vero tempore se communi consuetudini accommodantes, ac diaeta corporisque cura ordinata vtentes, sese idoneos ad opera pietatis praebuere.

Corporalis virtus. Paupertas. Grauitas. Ieiunium quadragita dierum continuum tribus.

¶ Q. CASTITAS SIT VITAE OMNINO SPIRITVALIS FVNDAMENTVM.



Quando vitae spiritualis fundamentum castitas obtinere noscitur: diligentius custodiendi sensus & foeminarum congressus, vt praecipua diaboli tela: quae maximos viros praecipites interdum egerunt, omnino vitandi. Quodque mirum in hoc genere, etiam si nulla libido, nulla peccandi voluntas, nihilque nisi sanctum in verbis factisve meditemur. Est tamen in ipso congressu natura titillatio quaedam, vt sexus statim diuersitas sentiatur: vixque effugi poterit: quin vigor ille virilis: seueritasque incorrupta aliqua ex parte leniatur ac tabescat. Quapropter censeo quoad liceat, & fieri possit: nullam prorsus ad amicitiam, conuersationem, aut commercium omnino admittendam. Dicitur enim in Sapientia: Quis in sinu ignem suscipiet, & vestem non cremabit? Quis prunas ardentes calcabit, & pedes non vret? Earum oculi sunt faces. Vox etiam muliebris sensum corrumpit. Quambrem felix qui raro cum eis versatur: felicior qui nunquam. Nonque natura sit odio habenda: quum hic sexus, vt simplicior ac pudicior magna sit laude ac charitate dignus, sed periculum vitandum & vt eas sic maiori (huiuscemodi sensu priuati) charitate prosequamur.

Mulierum congressus vitandi.

¶ QVOMODO VIR SPIRITVALIS SIQVID PARVM ADMITTIT ACRIVS A VVLGO CENSETVR: QVAMOBREM NON SE CREDERE OMNIBVS DEBET.


Os ipsos etiam diligenter custodire: nec omnibus hominibus credere: neu etiam facta palam facere omnia debemus. Qui enim Deo se mancipant, non solum alienos: sed ipsos sæpe domesticos habēt insidiātes. Opus est itaq; nō temere foris versari. Dicitur enim in euangelio: Ipse dominus nōdum se illis credebat. Q; si ille qui ipsa puritas, iustitia, virtus, constantia fuit: quanto nobis magis in peccatis conceptis caute ambulandum: non solum ob fragilitatem nostram ad peccandum pronam: sed ne vel aliis inique iudicantibus male cogitandi occasionem tribuamus? Contingit enim quandoq;, vt qualescūq; in nobis culpæ aut quātula humanaq; tentatio, iis qui extra cernunt improbe meditantibus pro maximis censeantur, vt si quis Eremita vel Monachus animi causa ambulatiunculam fecerit. Si charitatis gratia inuitatus biberit. Si aliquantulum acriter aut intēpestiue seu blande vel non satis ac commode parui alioqui momenti quid dixerit aut fecerit: ita censores acres inueniat vt natura in illo humana omnino negari videatur. Neq; fragilitatem ipsi propriam, seseq; multis ac magnis obnoxios delictis, nullum aduersus crimina conatum, nullam resistendo pugnam subire conspiciunt. At si quando in re vna fortasse præualent aut probentur, in cæteris turpiter ruentes deprehenduntur. Qui nihil certaminis expertitur, facilem putat omnibus victoriam. Qui in delitiis continuo agit, a cupiditate ac libidine nullum abstinere negocium arbitratur. At Christi seruus qui ab omnibus abstinet: si licētiosius aut remissius aliquid egerit: si post longam abstinentiam in cibo se quandoq; plusculum inuitauerit, hoc multa deinde austeritate compensat. At si voluptatius aliquando abstinet breuem admodum virtutē multis statim obruit vitiis. Aliud nēpe est cottidie ieiunare: aliud nunq̄ vel raro. Si plusculum editur, non mirum. Ille vero si in continua saturitate infra quantitatem viri frugalis forte cibum sumet, haud etiam mirum. Sic quoq; & in reliquis. Quamobrem libertatem nostram in alienæ conscientiæ opinione ponendam minime censeo, illorum maximeq; qui nō ex charitate, sed ex sua libidine iudicāt: sese alioqui minime iudicantes: festucam alterius: trabemq; suam nullo modo adspicientes. Deniq; onera imponentes grauia, digito autem suo illa minime quidem mouentes. Nota.

¶Q; VIRO SPIRITVALI LOCA MINIME SINT MVTANDA NISI GRAVI DE CAVSA.


EC fraternæ visitationis: aut mutui congressus gratia frequentes facerē peregrinationes oportet: aut etiam vltro citroq; ambulationes per loca diuersa valde cupere. Hostis enim antiquus sæpe nostræ mentis propositum stabile ac quietum charitatis specie fraternæ in diuersorum, & ad rem nihil pertinentium sermonum voluptatem, licentiamq; distrahit, ac a cœpti constantia boni abducit. Qui enim a mūndi huius discessit illecebris, & in diuinæ meditationis dulcedine conquiescit: multiloquio, regionis varietate, loci mutatione, cæli nouitate animi firmitatem, roburq; paulatim dissoluit ac dissipat; Insuper a statu suo decidens etiam a diuinorum illa integra obseruantia, blādo diuersorio digreditur. Ipsa inquam loci mutatio, raro vel nunq̄ sine aliquantula est mentis mutatione vel solitario ac tacito. Q; si sermones variaq; conuersationis delinimenta huc accedant, tanta sequitur mētis interpellatio, vt vix ad statum pristinum resipiscere fit. Suademus igitur omnibus iugiter cellam propriam custodire: hic sibi delitias sumere: hic testimonium morum stabilitatis habere. Sciatq; quoties mutatione eget toties & medicina. Ipsa namq; actionum locorumq; pariter & sermonum varietas, attritę mentis atq; debilis indicium est. Quæ dum resipiscere cupit quasi ex aquę feruētis vigore in frigidum sese balneum demittit. Neq; ego talibus ac etiam omnino ac perpetuam vno in loco moram pręcipio si se ex mutatione interdū recreari senserint, & ad consuetā formulam, normamq; stabilitatis alacrius propterea redire sperauerint. Verum cautiones habendæ vt non temere, aut inconsiderate e loco moueātur. Neu per viam aliud q̄ qđ propositum nobis agamus aut loquamur. Nō demum fratres nisi deū timētes, aut idem quod nosipsi, seu etiam supra nos sentientes, conueniamus: cum his nihil ab re, nihil inutile, nisi tm̄ de regno dei: deq; cōsolatione mutua (nisi forte aliquid pter hoc necessarium dicere) sermonem habeam⁹. At si qui adeo sensus ad discretionem boni ac mali

Quib⁹lo ca mutã da. exercitatos(vt ait Apostolus)habueriut:ita quoq corde perfecto in via dei profecerint,vt nihil eis sit timendum:iis potius concedimus:quin & quandoq iubemus: vt propriam cellæ consolationem intermittentes,proximos præsertim pusillanimes,ac virtute debiles conueniant:hortentur:præceptis instruant:ad spem excitent,& eam quam ipsi a domino consecuti sunt gratiam communicent,ac lucernam super candelabrum accendentes lucere velint omnib⁹ qui in domo sunt.Sic & patres nostri ac proceres Christiani fecere. Sic Apostoli & innumerabiles præsules.Heremitæ quoq & idiotæ nonnulli:modo(vt supra dixi) caueant ne (vt ait Paulus) quum aliis prædicauerint,ipsi reprobi fiant.

¶QVOMODO AMITTIMVS:QVOMODOVE RECVPERAMVS IMAGINEM DEI:ET DE VERA VIRGINITATE.



Omo quum ad imaginem Dei creatus semel extiterit,ab ea per peccatũ decidit:pulchritudinem ac præstantiam suam inquinauit : animã demum ad prauas cupiditates pessundedit.Nam quum deus noster hominum vera sit vita,qui Dei similitudinem destruxit,vitę perdidit familiaritatem & vsum. Enimuero qui extra Deum agit,in beata vita degere non potest. Igitur in pristinam gratiam ac plane in imaginem diuinam a qua p peccatum alienati sumus:rursus per pœnitentiæ redintegrationem facile redim⁹.Qui enim nullum patitur delictum,seq perseuerantem in rebus aduersis,& nullis cedentem tentationibus inconcussa mente ostendit:hic demum in anima sua Dei similitudinem recipit:ex quo vitæ beatæ particeps efficitur. Talis namq studii adiutrix est virginitas iis qui secundum proportionem huius participes sunt virtutis.Non enim virginitatis seu castitatis gratia solum a gignendis liberis abstinere:sed vita omnis christianæ modestiæ accommodata,virginitatem habere videtur.Nam & sermone lasciuire,& oculo licentiore vagari,& auditu inhonesto labefactari,& corde per cogitationem prauam cõtaminari,& præter modum in cibo, potuq se in uitaretia propria pudicitia & temperantia excidere fuerit.Qui enim sese in omnib⁹ vitę partibus incorruptum continentemq custodierit:is vere perfectum virginitatis munus est adeptus.Vt autem id adipiscamur,omni studio ad Dei redire similitudinem conandum, ac nobis continuo attendendum:ne promissione ac spe tanta indignum aliquid admittamus:Ne in Ananiæ crimen incidamus.Ei namq ab initio,possessionem suam nemini promittere licebat:semel autem concessa,in proposito cõsistere debuerat,nec ad dolos ac fraudem confugere.Ex quo pœnas subito dedit,ac talem domini contra se indignationem mouit, cuius minister Petrus erat,vt pœnitentiæ locum non inueniret.Igitur cuiq ab initio quod vitę genus cupiat modo concessum hoc inire ac optare licet:siue in matrimonio,seu celibẽ agere. Quando vero se Deo semel auctorauit per vitæ continẽtiam ac perpetuam castitatem, hoc detrectare non licet:nec aliter q̃ aliquod munus,aut hostiam deo sacram sese illi custodire: ne reos sacrilegii nos dominus accusẽt:si dicatũ ei corpus rursus rebus profanis,& communis vitę ministerio sordidauerimus.Dico aũt hanc animi constantiam,& hoc propositũ nõ solum in ipso castitatis & abstinẽtię voto firmum, ac perpetuum erga Deum esse oportere: sed in omni quoq prauo inordinatoq affectu:quum semel vitam cœpimus spiritualem potinus obseruandum,vt & cæteris debilibus exemplo simus,& ne incõstãtię,leuitatisq accusemur.Melius enim viam veritatis & iustitię non cognouisse fuit,q̃ ab ea itinere medio per intẽperãtiam auerti.Ita nãq & inuidia,& iniuriarum memoria,& mendacium,& superbia, mentis euagatio:aliena locutio:in orando Deo oscitatio:somnusq ac vana desideria,in obseruandis mãdatis negligentia,vestiũ ornatus,oris splẽdor & cultus,sodalitates,deniq gestus omis prçter officium & decorem:Hæc omnia vsqueadeo cauenda sunt iis,qui Deo virginitatem,hoc est fidẽ,animã,vitam,factaq omnia sua dicarunt:vt vnum ex iis neglectum reliquorũ gratiam sit aptum magnopere lędere.Omnia namq ex priuata libidine ac cupiditate admissa animæ puritatem inquinant,& ad beatam vitam iter impediunt.Hæc itaq spectare oportet in primis eũ,qui se ad aliquam vitæ perfectæ formulã reducere quęrit, vt nullo modo vas inutile ac affectib⁹ propriis obnoxium se prębeat.Nam quicũq vitæ spirituali addictus aliquãtulũ se ab humo leuauit,ac humanis se postea vitiis cõtaminauerit, similis erit pelli pardalę,cuius pilus inter albũ ac nigrũ vetiusq coloris stigmata cõmixta retinet.Viam nãq veritatis ignorasse pręstat, q̃ sub ea semel capta per inconstantiam deficere.

Virginitas vera.

Ananiæ auaritia incõstantiaq.

Religiosis cauẽda.

¶AD CHILONEM DISCIPVLVM IN SOLITVDINE AGENTEM PRAECEPTA DE VITA SOLITARIA.



Alutaris tibi rei causa fuero frater dilectissime, si leniter ac placide eorum quæ tibi agenda sunt, a nobis admonitus fueris & instructus: ac præsertim quę nos rogasti, vt tibi plane consuleremus. Nam solitariam vitã aggredi multis fortasse datur: bene autẽ ac rite ipsam tractare, paucorum admodum felicitas. Omnino autem non in exordii alacritate ac promptitudine: sed in fine ac perseuerantia laboris lucrum. Qui enim non ad constitutam properat metam, nihil agit: minime triũphat. Non sudor q̃uis longus, sed extremus omnia vincit: quo sane deficiente ridendum aliis conatum ostendũt: nec tñ fortitudinis gloriam non referunt, sed inconsiderãtię vitio taxantur. Ait enim de talibus Dominus. Quis volẽs domũ ædificare, non prius sedens sumptus computat sibi necessarios? ne si forte posito fundamento, nec valens ea perficere, ii qui per viã ambulãt, illudant, ac dicant: Hic homo fundamẽtũ posuit, nec absoluere poterit. Principiũ itaq; prõptũ habeas: In officio prosequẽdo perfectũ. Nã & athleta generosus Paulus cupiẽs nos rebus fragilibus minime inuigilare: sed cõtinuo proficere: dicit præteritorũ oblitus laborũ, & tñ futura spectãs. Ad brauium supernę vocationis tendo. Sicut enim hominũ vita voluptariorum, non iis quę accepit est contẽta, sed instat continuo, futuráq; respicit vtilitatẽ: quũ hesterna ventris satietas nihil homini profit, si hodierna fames cibi consolationẽ non inueniat. Sic item animę nulla vtilitas hesterna res bene gesta, si hodiernę actionis iustitia decidas. Qualẽ te inuenio (inqt) talem te iudico. Aliter enim & inanis iusti labor: & irreprensibilis peccatorum mos fuerit cõmutatione facta, huic a potiori ad peius: illi vero a peiore in melius. Hęc nãq; ex Dei persona per Ezechielẽ audire licet. Si enim (inqt) iustus a via declinans errauerit, nõ amplius eius iustitiæ recordabitur, quã antea fecerit: sed in peccato suo morietur. Idẽ quoq; de peccatore ait. Si conuersus fuerit ad iustitiam, vita viuet. Vbi autẽ tot Mosis pro Deo sumpti labores? Nõne momento ad aquam contradictionis, quæ illi ingressum in terrã promissionis prohibuit, perierũt? Nõne Giezi auaritia ex Helisei iussu in leprã coniecit? Quid & tãta Solomoni sapientia profuit, quũ postremo in insaniam idololatriæ & fœminarũ ciciderit? Sicut & beatum Dauid inconstantia ob peccatum in vnam, sine querela non dimisit. Exemplum Iudæ satis esse debuerat eorum, qui ad malum commutantur, qui tanto tempore a Domino edoctus, postremo breui errore magistrum prodens: sibi laqueũ parauit. Hoc itaq; tibi frater animaduertendum. Nõ qui incœperit is perfectus, sed qui absoluerit apud Deũ probatur. Noli somnũ oculis tuis dare, & palpebris tuis dormitationem, vt veluti caprea ex laqueis, & vt auis e rẽdiculis saluus fias. Considera quemadmodũ in laqueorum mediis veneris, & supra murum altissimũ cubas, vbi non sine periculo quiescis iãiam ruina imminente. Ne igitur tete statim in altitudinem extẽdas, neu tibi magnopere confidas, vt ob imperitiam atq; imprudentiã e loco vitę sublimi ruas. Pręstat enim paulatim proficere, & per gradus quodammodo exercitationis ad altiora tendere. Ne subito vitę voluptates omneis abscide, ne ab extremo ad extremũ statim cõmutatio fiat. Q; si cumulatim omneis ilico abs re illecebras absterrere velis, tentationũ turbam tibi magnam creaueris. At si vnam forte cœperis per vim superare, ad aliam vincendam viam quodã modo præpara, vt sic omneis postea paulatim extinguas. Voluptatis enim nomen vnũ: res autem diuersæ. Quamobrem ante omnia frater, Patientiam vt vitæ spiritualis fundamentũ edisce. In eis nãq; quæ sunt appetitui cõtraria tolerandis maxime fidelis probatur. Nam quæ sponte subimus incõmoda, facile toleramus. A Deo aũt seu ab hominibus inflicta mala; quę ab initio non eligimus nec forte cogitauimus, longe duriora. Hęc sunt maledicta, insectationes, pœnę perq̃ multæ quę solẽt sępe cõtingere, probareq; fideles. Deinde quietus esto, non petulans in verbis, non litigiosus, nõ inanis glorię cupidus. Nõ curiosus aut vagus: sed in his tñ quę sunt fidei te te oblecta. Non in sermone multus. Recipere potius q̃ dare doctrinam, ac doceri q̃ docere: & audire q̃ loqui sis paratus. Ne res mũdi huius plus æquo cures vnde nulla tibi vtilitas. Ait enim Dauid, Vt non loquatur os meum opera hominũ. Qui libenter ea quæ sunt peccatorum loquitur, paratiores contra se voluptates excitat. Magis autem iustorũ æmulare vitam, diligentiusq; illorum facta vestiga: vnde facile sumas ad exemplum vitæ auxilium. Ne ostentator fueris aut vagus, domos ac villas circũagens: has tu velut animarũ laqueos

Solitarię vitę difficultas.

Perseuerãdũ in bonis.

Iudę proditoris exitus.

Paulatĩ nõ statĩ a mollio ri vita ad durissimã veniendũ.

Patiẽtia

Quietudo.

Taciturnitas.

Non sit vagus.

fuge. Siquis autem siue pietatis, seu curandi alicuius gratia te in domum suam ducere quę rat: is Cēturionis fidē imitari poterit: qui ad Iesum ad se venire volentē ait: Non sum dignus vt intres sub tectum meum: sed tm̄ dic verbum & sanabitur puer meus. Iesus autem respōdit. Fiat tibi sicuti vis: Et sanatus est puer in illa hora. Vbi satis cognosci potest, quē admodum non Christi præsentia, sed illius fides laborātem liberauit. Sic itaq; & te orante in quo es loco, & eo qui laborat credente ꝙ tuis seruetur precibus, omnino ex voto succedet. Tuos præterea domesticos plusq̄ Dominū non curabis. Qui enim, inquit, fratres aut parentes plus me diligit non est me dignus. Rursusq; ait. Siquis non tollit crucem suam, & sequitur me, non potest meus esse discipulus. Si simul cum Christo moriturus es, & a tua generatione ac prosapia, secūdum carnem disiunctus: quid rursus cum eisdem inuolui cupis? Si enim quæ ob Christum semel diruisti, hæc rursus ob tuos propinquos ædificas: pro missis minime stabis, inconstantiæ damnaberis. Non igitur ob tuorum necessitudinem a cœpto bono discedas. Ne sis turbę amator: non diuersa obibis loca seu ciuitates visere cupidus, sed Eremi tm̄ amator & cultor. In teipso tecum esto: te tm̄, tuaq; conscientia contentus. Preces ad Deum, & psalmœdia tuum sit ordinarium opus. Lectiones ne despice no ui præsertim testamenti. Nam ex veteri quidem sæpe non probe intelligentes noxam incurrunt: non ꝙ ea quæ scripta sunt in causa existunt: sed ꝙ eorum qui aliter intelligunt, mens infirma sit. Omnis nāq; panis nutrimentum adfert ac salutem: ægris autem sępe inutilis: Sic & omnis scriptura diuina ex Deo est, ac admodum fructuosa, nihilq; per se immūdum, atq; impurum retinet aut præbet: nisi ei qui illud esse putauerit impurum. Omnia (inquit Apostolus) proba: quod bonū est tene. Ab omni specie mala abstine. Omnia licent, sed non omnia expediūt. Esto quibuscum viuis in omnibus facilis, gratiosus, benignus, humilis. In cibis & iis quæ ad victum pertinēt: siquis forte inuitarit, modum aut morem tuū ne excesseris: Tm̄ qđ satis est vitæ solitariæ contentus esto. Ne ampliorem cultum, victūq; q̄ q singulis quibusq; diebus sufficiat, ab aliquo capias. Pręter omnia aurum, vitę & bonorum insidiatorem: peccati patrem: diaboli ministrum, vitabis. Non excusatione ministerii ac dispensationis in pauperes teipsum auaritiæ reum constituas. Fuge voluptates. Continentiam sequere. Corpus laboribus exerce. Animam tentationibus perferendis adsuescētem redde. Corporis & animæ resolutionem omnis mali finem existima. Aeternorum bonorum spe fruere. Teipsum semper expende, nosce, considera. Diabolicæ cogitationi piam meditationem sicut in trutina oppone: quæ momento ac subito nasci potest, ac dicere: Quenā vtilitas in hoc loco diuersorii? Qđ tibi in hoc secessu, & ab hominibus separatione lucrū? An non tenes adeo ordinatos esse Ecclesiarum præsules: homines simul conueniētes, & spirituales cōtinuo celebritates inter se custodientes: in q̄bus maxima accedētibus adest vtilitas. Ibi nāq; capias ænigmatū prouerbialium solutiones, sacrorum voluminū expositiones: Apostolicorum pręceptorum eruditiones: angelicarum intelligentiarum comprensionem: Theologiæ auditionem: Fratrum spiritualium concursus magnam spectatum venientibus frugem præbētium. Tu vero tantis te bonis priuas, & in hoc loco feris similem reddis aspe rum atq; incultum. Vide ne solitudo hæc, desolatio sit animæ. Ne doctrinę acroamatumq; pœnuria spiritum torpentiorem, frigidioremq; in diuinis mandatis reddat. Quādo igitur talibus ac tantis apparentibus rationibus mala cogitatio insurgens te euertere quærit: illi statim pia meditatione rei experientiam oppone: sic fere tecum commentando. Quando tu mihi mundi obiicis bona: ea potissimum de causa huc ego commigraui, illius me bonis indignū existimans. Illis nāq; mala multa ac sane pręualentia admisceri palam est. Adolescens ego quādoq; celebritatibus spiritualibus interfui. Vni quidē fratri vix aliquādo cōgressus sum, qui timere quidē Deum videbatur: Re autem vera a Diabolo tenebatur: ex quo super bos ac tumidos sermones, fabulas quoq; fictas in auditorū deceptionē audiui. Multis post hæc occurri latronibus, rapacibus tyrannis. Vidi ebriorū figuram turpissimā: oppressorū sanguinē: vidi ꝑterea mulierū ornatū, ac pulchritudiē, meam quęrētē inquinare pudicitiā. Multa libidinū exempla refugi. Meam autem virginitatem secūdū cordis desiderium contaminaui, & multorum audiui verborum animos corrumpentium artem. Post hæc mille tragœdias cantibus dulcibus delinitētes spectaui. Rursus citharas, dulces emittētes modos: sonitum saltantiū, vocem parasitorum, dolores eorū qui a tyrannis vim patiuntur: nauseā rursus illorū qui inuidiam sustinent. Hæc igitur omnia vidi audiuiq;: in q̄bus nec pax, nec

Marginal notes: Non nimius suorū amator. — Precib⁹ instet. — Scripturę sanctitas. — Auri mala. — Not. nō qrēdę diuitię, dā di paupe rib⁹, & liberalitatis excusatione. — Quomō praua cogitatio ĩsurgat. — Quomō prauæ cogitationi occurrēdū. — Mundi laquei.

ſpiritualis erat celebritas,ſed mare turbatum atq; confuſum omnis ſimul eiſdem modis op primere aptum.Dic mihi o prima cogitatio,& tu breuis oblectationis & inanis gloriæ dæmon,quidnam cũ horum ſpectatione mihi?quũ nulli eorum qui iniuriam patiũtur opitulari,nec debilibus virtutẽ adferre,non res corrigere lapſas: potius autem perdere valeant. Sicut enim modica putaq; aqua a tempeſtate, ventoq; ac puluere plurimo diſpergitur, ſic quę putamus bona in vita facere,a malorũ multitudine opprimũtur.Tragœdię nãq; ſicuti ſcopuli ſpectatorũ cordibus infixę,animos inani lætitia exultantes emolliũt,vt pſalmœdię deguſtationem,puritatẽq; auferant: luctus enim & querelæ hominũ eorũ,qui a tribulibus iniuriam patiuntur inducũtur.Quid ergo res huiuſcemodi mihi vtilitatis adferunt:nõne officiunt potius? Propterea migraui ego in montes:liberatus ſum a laqueo venantium.Et in hac quidem Eremo ago,vbi nulla praua cogitatio: vbi etiam Dominus cõmoratus eſt. Hic aſcendens in cęlum ſchala,& Angelorum acceſſus & receſſus a Iacob viſa.Hic Eremus inquã in qua populus ſanctior factus legem accepit, & ſic in terra promiſſionis Deũ vidit. Hic mons Carmelus,in quo Helias commorans Deo placuit.Hic campus,in quo ſecedens Eſdras omneis ſacros libros ex Dei mãdato reſtituit. Hic locus in quo beatus Ioannes locuſtas edens pœnitentiã hominibus prędicauit.Hic mons Oliueti in quo Chriſtus orauit, nos item orare docens. Hic magiſtri & Prophetę in ſolitudinibus errantes in montibus & ſpeluncis terræ.Hic Apoſtoli & Euãgeliſtę,ac demũ Monachorum ſolitaria vita.Hęc itaq; libenter amplector,vt ea quæ martyribus Chriſti & aliis ſanctis promittũtur accipiam: vt & ego quoq; vere dicere valeam:Propter verba labiorum tuorũ ego cuſtodiui vias duras. Quid multa? Vbi demũ ipſe ſeruator cruci adfixus, vt nos per eius mortẽ immortalitate donaret,& ad patiẽtiam ſuo exemplo inuitaret. Ad hũc itaq; propero:partem,ac ſpiritum ſanctũ legitime inuenire contẽdo:me rebus huius mundi indignũ,vt ſupra narraui exiſtimans:q̃q̃ nõ ego mũdi cauſa: ſed mei potius cauſa mũdus eſſe noſcitur. Hæc ergo tecum cogitãs ac loquẽs,quẽadmodũ monui,omni ſtudio perficere,ac pro veritate iuſtitiaq; vſq; ad mortem certare contẽde.Nã & ipſe Dominus factus eſt obœdiẽs patri vſq; ad mortem. Et Apoſtolus ait:Videte ne in vobis cor prauũ exiſtat,vt a Deo viuo deficiatis: ſed inuicẽ adhortamini,& in idipſum ædificate vſq;quo hodie dicite.Hodie nãq; totum vitæ noſtræ tempus ſignificat.Sic igitur agens frater,& teipſum ſeruabis: & nos lętos & Deo gloriam reddes,in ſecula ſeculorum.Amen.

Tragœdiarum mala.

Eremi bona.

Hodie.

¶AD GRAEGORIVM NAZIANZENVM DE VITA SOLITARIA AC PERFECTA.



VA ilico mihi nota epiſtola,quemadmodũ amicorũ filii ex parẽtum ſimilitudine facile cognoſcũtur.Loci nãq; diſpoſitio preparatioq; ad bene beateq; viuendum nihil admodũ facit, niſi vitæ modũ noſtræ genuſq; diſcas: Tuę deinde partes qđ tibi videbitur deliberare: An nobiſcum degere,& ad promiſſam tendere beatitudinẽ velis. Ego vero quæ hic ago ſcribere erubeſco. Vrbis enim conuerſationem & mille malorum occaſiones reliqui: Meipſum relinquere nondũ potui. Sed iis cõparari poſſum qui in mari ob nauigandi imperitiam periclitantur:quũq; nauigii magnitudinẽ,vt multã maris turbationẽ præbentẽ metuant:inde in lembum vel acatiũ migrantes, nihilominus ac in magna naui naufragantur & vacillant. Tale quid & nobis contingit. Nã vrbanas domeſticaſq; turbas,quas omnino relinquere ſtudui,me ſequi in hac ſolitudine cõſpexi: vt nõ valde ex hac quiete proficere, aut fructũ capere videar. Veſtigiis eñ illius qui me huc deduxit inhęrere ante omnia oportuit: Siquis,inqt,vult venire poſt me,abneget ſeipſum,tollat crucem ſuã,& ſequatur me. Hęc ſunt q̃ ſeruare i quiete eos q̃ ſapiũt oportet. Sicut eñ oculus circũductus cõtinuo nũc in obliquũ,nũc ſupra iſraq; retortũ videre ocioſe rẽ placẽtẽ minime valet:ſed lumẽ rei viſę firmiter inhęrere,vt optime conſpiciat atq; diſcernat erit opus:Sic & humana mens mille orbis curis diſtracta,perq̃ difficile rerũ veritatẽ cũ ocio contemplatur:& hanc quidẽ nondum matrimonii vinculis adligatam rabidę cupiditates & indomitæ libidines, ac amores ſine charitate dilacerant.Coniugio vero auctoratam alter tumultus excipit. In his q̃ filiis carent,liberorũ deſideriũ.Vbi autẽ ſunt filii,curę mordaces:vxoris cuſtodia,domus diligẽtia:ſeruorũ pfecturę.In cõmerciis ac negociis damna. Cũ vicinis cõtẽtiones.In iudiciis congreſſus.Mercaturę picula.Agriculturę labores.Dies oĩs venit ꝑprias ferẽs animę tenebras

Pulchrã nauis ſimilitudo.

Altera ſilitudo.

Coniugarorũ curæ.

Nox vero cottidianas excipit curas:phantasias hominū miserorum deludēs. Horum itaq; vnū refugium:A mundo toto separatio. Hic enim secessus,non tam corpore q̄ anima fit: dum anima a corporis seruitute liberatur, viuereq; sponte discit, fine ciuitate,fine domo, sodalibus,rebus deniq; communi vitæ necessariis:humanas quoq; doctrinas prę diuinis & spiritalibus disciplinis nihili pendere: Omne profani studiū,vanāq; cogitationem a corde repellere:Seculariū literarū,antiqui viuendi ritus,prauaq; cōstitutionis omnino obliuisci. Neq; enim in cęra quis scribere poterit,nisi characteres prius impressos deleuerit. Sic nec animo diuina dogmata degustare, nisi pristinos ex animo mores penitus extinxerit. Post hæc maximā nobis vtilitatē solitudo pręstat,nostras sopiēs perturbationes ac rationi prorsus ociū tribuēs,vt animę prauos affectus facile exscindere valeamus. Veluti enim ferę per silentē syluā ociose vagantes,minimeq; exagitatę,captu faciles existūt: sic cupiditates,iræ, timores,dolores,amicitię,cūcta venenata mala per quietē quasi dormitantia,nec a cōsueto pruritu & æstu exasperata:expugnatu longe faciliora virtute rationis iuuante existūt. Sic itaq; locus talis,qualis est noster,ab omni liber ac solutus impedimēto eo℞ quę sunt extra: tū exercitatione sancta animū continuo nutrit ac corroborat. Quid enim beatius q̄ Angelorum choreas in terris imitari? Statim quidem incipiente die a diuinis precibus exordiri, Deūq; orare oportet. Hymnis quoq; ac canticis omniū conditorem laudare. Deinde quū sol effulserit alius,ad opera cōuerti,precibus alioqui ad Deum,hymnisq; cōtinuo comitātibus,quæ opera negociaq; tāq̄ sal cibos,condiant. Nam sæpe quū nec lingua hominū facta loquatur,neq; oculus corporum pulchritudinem ac decorem conspiciat:nec aures in canticorum & melodiarum lasciuis acroamatis mentis robur ac fortitudinē soluāt:nec demū verba ridiculorum & facetorum hominū (quæ maxime cordis cōstantiam ac seueritatem contaminare solent) pręsto sint:Animæ omnino hilaritas atq; iucūditas in solitudine viuentibus alioqui quietis aderit. Mens quidem minime distracta ad exteriora,neq; a sensibilibus,quę in orbe sunt,distorta & diffusa:ad sese facile reuertit,per se ad Dei cogitationem ac cōtemplationem ascendit:illiusq; pulchritudine tota splendet atq; fulget. Proprię demū quis naturæ oblitus,nec cibi cura tangitur:neq; ob vitæ necessaria animam distrahit, aut occupat: sed a rebus curisq; fragilibus omnino vacat, studiūq; omne in æternis collocat bonis,continuoq; meditatur quonā modo temperantiā,fortitudinēq; tractet:quomodo iustitia,& prudentia,reliquęq; virtutes recte gubernētur:quotve alię sub his generalibus compensę ad vitā perfectā viro iusto seruandę sint. Maxima autē via ad officii obseruationem sacræ scripturæ meditatio. In hac enim & hipothecę & pręcepta viuendi tradūtur,& beatorū virorū vitæ ac exēpla conscripta reperiūtur,quæ tāq̄ imagines quædā viuę ad imitationē bonorū operū nobis proponūtur. Siqua igitur aliquis ope ad propriā curā morbūq; indigeat: hinc funditus tāq̄ ex aliquo promptario paratū subitaneūq; remedium reperiet. Nam pudicitiæ amator,Ioseph legat historiā:in ea se oblectet, illius pudicos gestus facile edificat:nec solū eū a voluptate abstinentē inueniet,sed in virtute,firmo stabiliq; proposito perseuerantē. Fortitudinē ac patientiā ex Iob adsumat:qui non solū in tot vitæ incōmodis in quæ incidit pauper ex diuite,& orbus ex filiorū multitudine vno tēpore factus, inuictū animū altūq; propositū continuo seruauit:sed nec ob aduentū amico℞ consolantium,ac ei acerbitates & ærumnas commemorantium,exulceratior aut tristior propterea factus est. Verū siquis considerauerit,quomodo mansuete,aut qua animi magnitudine in his omnibus se gessit: profecto ad illius imitationē omni studio incēdetur,& ita indignationeq; aduersus peccatū vtetur. In mansuetudine autem erga homines Dauid inuenies generosum plane forteq; virū. In inimicorū vero cōuitiis facilē ac mitē. Talis quoq; & ipse Moses erat: magno nāq; animo contra peccātes in Deū insurgens:proprias iniurias ac calumnias facili benignoq; animo tolerauit. Qui enim imaginē ex virgine referūt,diligēter exemplar inspicientes characterem inde ad propriā artē ac studium suū transferre conantur. Sic item qui sese omnibus virtutis partibus perfectum & absolutū reddere contendit,oportet vt ad statuas quasdam viuas sancto℞ ritus ac mores inspiciat,& illo℞ bonū,propriū facere quęrat. Preces rursus ac supplicationes ad Deum lectionibus succedentes viridiorem animā vegetioreq;,& ob desiderium Dei ardentiorem reddūt. Ea demū vera pulchraq; oratio, quæ de Deo cogitantem animā reddit:quæve continua memoria Deum insidentem inhabitantēq; habet. Sic enim Dei templū sumus : quando nostra memoria curis terrenis minime inter-

Vitę solitariæ bona.

De lectionis sacrę vtilitate.

Ioseph pudicitia.

Iob patiētia.

Dauid māsuetudo.

Mosis zelus & lōganimitas.

Precum vtilitas.

polatur:quando improuisis perturbationibus mens minime commouetur. Sed qui Deum
amat,cuncta fugit,in Dei portum se recipit:& expellens protinus omnia,quæ nos ad vitiũ
facile prouocant:studiis omnino ad virtutem inducẽtibus se tradit atq; immoratur. Ante
omnia vero circa sermonis vsum studere opus,ne sine disciplina fiat:sed modeste ac sine cõ Loquẽdi
tentione interrogare.Respondere autem humaniter. Locutionem eius qui aliquid vtile di ratio.
cat,minime abrumpere,aut intercidere.Nec proprium ab re inserere.Discere autẽ sine pu- Docẽdi
dore.Docere vero sine inuidia.Siquid itẽ ex alio discitur minime cęlandum,more prauę modus.
mulieris,quæ partus nothos clam supponit.Quamobrem sermonis & doctrinæ pater inge Not. Fa
nue manifestandus.Tonus vocis mediocris probandus,vt nec auditum fugiat ob paruita tẽdũ per
tem,nec rursus ob altitudinem fastidium pariat.Quæ dicturus es aliis prius cogita:emis- quẽ pfe-
sum semel verbum amplius reuocari nõ potest.In disputationibus facilem esse. In homiliis ceris.
& congressibus dulcem non tam oblectare q̃ iuuare : nec tam per facetias & vrbanitates,q̃ Irascẽdi
per beneuolam quandam exhortationẽ & lenitatem hominũ aures , atq; animos ad se alli- modera
cere oportebit.Omnino si irasci tandem quandoq; sit opus: asperitas abiicienda,per huma tio.
nitatem enim acceptiorem proximo cura indigenti te reddes . Sæpe nãq; nobis vtilis Pro-
phetæ mos:quũ Dauid peccanti Deus minime per se cõdemnationem seu pœnam intulit:
sed eius personę suppositione vtens ipsum proprii peccati iudicẽ constituit, vt propria sen
tentia sese condemnaret,nullãq; querendi causam haberet,quũ quæ sponte facimus liben-
tius ac alacrius,q̃ ab aliis inflicta faciamus.Signa nãq; illius,qui per humilitatem superbiã
dimittit:Oculi mœsti,& humũ adspicientes:forma corporis neglecta,coma squalida,vestis
sordida.Ex quo omnia quæ lugentes faciunt de industria,hæc casu illi apparẽt.Tunica per
zonam corpori constringatur.Zona vero ipsa,nec supra latera more mulierum,nec laxa ni De zo-
mis,vt tunica molliter fluat,more debacchantiũ,existat. Incessus nec tardus:ne animi dis- na.
solutionem,ac fastum ostendat.Nec valde citus,aut vehemens,ne impetum,aut anxietatẽ De in-
præ se ferat. Vestis vsus,finisq; vnus, corporis operimentum: q; satis ad æstus, frigoraq; cessu.
arcenda sit:neq; in hac,aut color,aut sumptus adsit,neu molle aliquid,seu tenue requira- De gene
tur opus.Coloris nãq; lętitiam in vestibus appetere:simile fuerit ornatui fœminarum,quę re vestis
alieno adcersitoq; colore genas,crinesq; inficiunt . Verum ita densa tunica existat, vt non ferẽdę.
aliam vestem sociam ad calefaciendum requirat.Calcei frugales quidem necessario tm̃ vsui
seruiant. Et in summa, vt in vestibus tm̃ qđ vsui suppeditet satis esse decet : sic & in cibis De gene
panis famem expleat:aqua vero sitim homini alioqui valẽti sedet:& quęcũq; ex seminibus, re & mõ
terraq; nascentibus proueniũt,robur corporis,naturęq; vim sustentare poterũt.Edere aũt ciborũ.
decet nõ cũ impetu,vt gulę rabiem quãdã præ se ferat,sed honeste paulatimq; mandere. In Edendi
qua quidem re sicut in aliis vitę necessariis,quibus coniuncta est voluptas, continentia ser forma.
uanda est.Nec tunc mens ociosa circa Dei contemplationem habenda,sed ipsorum ciborũ
naturam,& nutriti corporis præparationem gloriæ, laudisq; diuinę meditandæ materiam
existimet:quomodo varia nutrimentorum genera corporibus conuenientia ab eo, qui omnia
distribuit,excogitata cottidie sunt.Preces ante cibum ad Deũ parochum, id est præbitorẽ Paro-
pro iis,quæ tunc tribuit,& in futurum administrabit : Item aliæ post cibum, quæ gratias chus cõ
reddant,faciendę.Totius autẽ temporis diei ac noctis vna tm̃ sit hora cibo dicata: reliqua uiuii p-
mẽtis ac spiritus actionibus tradere,Asceten & eum qui Deo seruit,oportet.Somni breues bitor.
leuesq; ac facile excitabiles naturalem sequantur formulę viuẽdi mediocritatẽ:de industria Ho.in-
sæpe a curis rerum maiorũ interrupti.Profundus nãq; somnus membra soluit,& absurdis uertere
phantasiis,deniq; in morte fere cottidiana dormitantes constituit. Nam quæ solet esse cæ- pallor,
teris aurora,iis qui in via Dei se exercent,media sit †nox:quũ nocturna quies,noctis silen- tũ paro-
tium sanctum animæ ocium magnopere tribuat:quo præsertim tempore,nec oculorum in chi faciẽ
sanos adspectus,nec autiũ noxios auditus mens excipit : sed sola per se Deo coniũcta inui- †dies.
gilat,in memoriãq; præteritarũ culparũ venit:hisq; tandẽ finem ac terminũ statuit,pœni-
tet,dolet.queritur,luget,sperat,amat,principium finẽq; tuetur suũ, ac demũ ex Deo auxi
lium ad ea quæ conatur perficienda precibus omnibus contendit.

INSTITVTIO VITAE RELIGIOSORVM QVI SIMVL VIVVNT AC PRIMVM DE LAVDIBVS EORVM.

DE LAVDE COENOBITARVM.



Coenobitarum regula.

Vita naturalis.

QVANDO de vita solitaria ac priuata eorũ, qui sanctiorẽ viuendi formulam, & a cæterorũ se cõmuni semita abduxere, quẽadmodũ quis in ea sine querela exercere, ac se plane in dogmate Christianũ verũ prębere valeat, supra nonnulla diximus: par erat, & de iis qui in cõmuni cõgregationis alicuius degunt vita, pauca itẽ narrare: eosq; ante omnia monere, vt plane noscant quale quantũve aggrediantur, ac ineant bonũ. Sic enim propriũ deprendendo statũ, in eo perfectiore, vehementioreq; studio perseuerabũt. Primũ quidem ii qui societatem inter se, vitãq; seruant cõmunẽ: ad antiquũ secũdũ naturã reuerti bonũ videntur. Hanc ego appello in qua possessionũ proprietas abiicitur: sententiarũ dissensio ac pugna remouetur: deniq; turbatio omnis, & lis & cõtẽtio expellitur. Cõmunia sunt omnia, animi sentẽtię, corpora, & ea quæ corpora nutriũt atq; curãt. Cõmunis Deus, Pietatis administratio, salus, certamẽ, labor. Cõmunes inquã animę vbi multi sunt. vnus & vnus: nõ solus, sed in pluribus. Quid igitur huic vitę par? quid beatius? quid cõiũctione in vna serie & vnitate, firmius ac tutius? Quid morũ ac mẽtiũ conspiratione iucũdius? Homines diuersis moribus e diuersis patriis veniẽtes in tãtũ venire cõsensum, vt vnã animã pluribus corporibus, & multa corpora vnius sentẽtię organa cõspicere liceat: harmonia cõcordię quadã eos cõciliante? Nã qui corpore ægrotat multos pietatis opera adsistẽtes, pręstoq; habet. Qui etiã animę sanitate viribusq; excidit, plures remedia ferẽtes, cõseruos eiq; aduigilãtes sibi adesse videt. Inter se demũ vt in libertate inexpugnabili volũtariã p̃ se ferũt seruitutẽ: quã nulla rerũ instãs necessitas ad vim aliquã deducit. Tales ab initio nos Deus esse voluit ac cõstituit. Tales inquã antiquũ in orbe patris nostri Adam, qui nos eo priuauit, renouantes bonũ. Diuisio nãq; & discordia & bellũ in hominibus nõ essent: nisi pæccatũ naturã violasset. Hi demũ Seruatoris nostri institutũ imitantur. Velut enim ille q̃ discipulos sibi delegit cõmunia his fecit omnia, cõmuneq; se Apostolis tradidit, & hi magistro obtẽperãtes fuere: sic & hi pulcherrimę vitę formulã custodiẽtes, & Apostolorum & Domini institutũ diligẽtissime seruãt. Quin & Angelorũ vitam æmulantur. Non est in Angelis cõtẽtio, nõ lis, nõ iurgiũ, sed qlibet ea quę sunt omniũ habet, & omnes apud se bona omnia de cõmuni promũt. Non enim materia circũscripta est, Angelorum substãtia seu diuitię partibus, vel diuisione opus habẽtibus: sed materia, possessio, & mẽtis opes apud quẽlibet pates. Contẽplatio nãq; superni boni, & virtutũ clarissima cõprensio angelorum est thesaurus, quem omnibus spectare licet, cum omniũ ipsorũ notitiã & possessionem quilibet accipiat. Tales itaq; sunt ii: qui in statu huiuscemodi cõmuni viuũt. Non res terrenas, sed sibi cęlestes inter se vidẽt, & indiuisibilibus partibus eadẽ oẽs apud se quilibet omnia thesaurizantes. In virtutis enim possessione, & benefactorum diuitiis, auaritia laudabilis, & honesta rapina, & insatiabilitas innoxia est. Nec reus q̃ rapit, ac vim adfert. Quũq; omnes rapiant, nullus tamen vim aut iniuriam patitur. Hi perfectam paupertatem seruare videntur, cum nihil proprium possideant. Cõmunia inter se bona cũcta custodiãt. Quãtaq; seruatoris humanitas nobis largitus fuerit palam faciũt, ac plane ostẽdũt hominũ naturã in mille diductã partes in primũ statũ reduci posse, quem Dominus Iesus prius ordine viuendi suo diligenter restituit. Quemadmodũ bonus medicus corpus luxatum, & in plures distractũ ex morbo aliquo partes, remediis salutaribus simul colligit ac reducit. Quid itaq; huic tãto bono cõparari potest? vbi pater quidẽ vnus, supernũ imitatur parẽtẽ: Filii vero multi mutuo concordię, charitatisq; certamine inter se superate conãtes: nõ naturam tñ coniũctionis causam existimant: sed naturæ coniunctionẽ vna cũ sancti spiritus vinculo cõnectentes firmissimũ cõcordię vinculũ & custodẽ fecerũt. Quã ergo virtutis formã huiuscemodi viri referent? nõ profecto humanã, sed cęlestẽ. Aduersus tales athletas tã strenue militãtes, atq; charitatis spiritu certãtes nihil omnino Diabolus poterit, q̃ ne morã quidẽ, aut ansam illius cõsiliis p̃beãt. De his Dauid in Cãticis ait. Ecce q̃ bonũ, & q̃ iucũdũ habitare fratres in vnũ. Bonũ qdẽ, vt p̃batissimũ ac vitã reddens p̃fectã: Iucũdũ vero vt ex cõcordia simul & vnitate lętitiã adferẽs. Sed alacritate opus, animoq; prõpto. Nã q̃ sponte hoc institutũ nõ suscipiũt, aut semel cepisse nollent: in multas se miserias conicient: vnde perpetuo tristes erũt: Sponte vero & hilariter in eo p̃seuerãtes, perpetuo lęti, cũ eos liberos

Imitatio Christi.

Angelorum.

Auaritia beatorum.

Ecce q̃ bonũ.

omnino charitas inuicem reddat,ac continuo tueatur.Ego vero hæc pauca narraui: non vt eloquentia,magnitudineq; sermonis eorum dogma,qui in huiuscemodi sunt vitę statu meritis laudibus extollere posse putẽ:sed vt officio fungerer,ac ꝑ ingenii viribus quæ suc currebant in medium adducerem.

¶PRAECEPTA GENERATIM VITAE RELIGIOSORVM.



Alis nãq; vitæ genus omnibus palam, ac exemplo esse debet: vt in oculis omniũ agentes omnis facinoris,aut prauę sectę careant suspitione:nec nu mero minus duodecim esse Apostolorũ imitatione. Collegioq; huic princeps vita & moribus in primis instituatur ætate grauis,cũ in vita antiqui tas & senilis auctoritas sic lõge venerabilior. Hic itaq; in rebus,benefactis, & his quæ ad ornatum & diligentiã vitæ pertinent,tantã habeat inter fratres potestatẽ,vt nulli eorũ qui semel cõuenerũt contra eius iussa,volũtatẽq; venire liceat. Sed vt ait Apostolus:Potestatibus a Deo ordinatis nolite resistere. Omnis enim potestas a domino Deo est. Si in secularibus negociis,quãto magis in spiritualib⁹? Gloria vero illius qui præsidet,est bene regere subditos,& ad virtutem perfectam omni diligentia deducere. Subditorum vero omni patientia & modestia auscultare. Consilia ac iussa excipere. Partes autẽ præsidis huius inspiciendę dum eligitur,vt exemplo viraq; cæteris pręstet, & (vt ait Apostolus) sobrius,castus,tradendę doctrinæ idoneus. Nec tã ætas q̃ mores,ingeniumq; inspicienda:cum sæpe in canitie & ruga mores incidant iuueniles. Vitæ sanctitas & altum propositum canos venerabiles reddũt,vt qđ ab ipso emanat factorum aut dictorũ omnino pro canone putetur. Victus autẽ,vitęq; cogitatio tale institutũ exorsis ea debet esse quam Apostolus monere videtur,vt operantes manibus suũ panem sine querela manducent. Sic illud exsequũtur mandatum:In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Senem aliquem rebus aptum agendis, operi distribuendo,ac ad quęstũ ad vsus necessarios dispensandum eligere oportebit. vt omnibus sane qđ opus,suppeditetur. In victus genere optimus canon mediocritas,vt nec ad delitias tendat, nec sane ad corporis incommodum intolerabile deducat. Aeque nãq; sagina molesq; carnis,ac tenui ob nimiã abstinẽtiam valetudine corpus, bonis est actionibus impedimento. Par item ex vtroq; extremo animæ damnũ:cum quis ob nimiũ bonã valetudinẽ exultãs,in absurdos animi impetus erumpit: & quãdo extrema debilitate confectus hæret animo atq; torpet. Nec in tali corporis cõstitutione spiritus ocium agere sanctũ:nec ad superiora libere respicere aut leuare oculos in montes valet, doloris necessitate oppressus atq; prostratus. Sit itaq; vitę vsus mediocris:Nec vinũ omnino abominabile si iusti laboris auxilio,naturęq; necessitati nõ voluptati seruiat:quę ratio in reliquis vitę actionibus est similiter habẽda. Orationis tẽpus vita sit tota. Psalmodię vero ac flectẽdi genua cõtinuatio quibusdã interuallis cõpescatur ac quiescat. Horę a sanctis viris precibus ad Deũ ac laudibus dicatę sequẽdę sunt. Ait enim magnus Dauid. Media nocte surgebam ad confitendũ nomini tuo sup iudicia iustitię tuę. Rursus ait. Vespere & mane & meridie. Sed & sancti spiritus præsentiã,tertia refert hora,quemadmodũ in actibus didicimus,quũ admirantibus linguarum varietatem Pharisęis, Petrus ait. Non enim ebrii sunt hi,sicuti putatis,cũ hora sit diei tertia. Nona vero crucis dominicę memoriã testatur. Quũ aũt ipse Dauid:Septies,ait,laudaui te:Restat ergo alia hora,quę oratiõis hebdomadã impleat hęc meridiana fuerit cæteras diuidens,ante cibũ obeunda. Vt omnino septies laudandi Deum periodus absoluatur. Ingressus autẽ loci vbi viri tales in via Dei exercẽtur mulieribus interdicatur. Viri etiam non omnes admittantur:sed hi tñ quibus a magistro permittitur. Quũ sępe contingat,vt plebs sine discrimine admissa tumultũ faciat:narrationũ sermonũq; inutilium turbam quietorum cordibus excitet: Vnde Dei charitas & actionũ bonarũ perseuerantia torpescat. Quamobrẽ cõmunis sit lex,ante omnia custodẽ rogare,vt qđ opus sit narret adire volẽs:reliquis vero sermonibus,& verbis inanibus si forte frustra longeq; protrahantur minime respondẽdũ. Apotheca sit omnibus cõmunis, vt nihil propriũ cuilibet censeatur. Non vestis,nõ calceus,nõ aliud vsq; ad vsum pertinens humanũ:sed in custodis sit omnino potestate cuiuslibet, vt necesse fuerit vsibus ex cõmuni copia distribuere. Pręter omnia qui huiusmodi sunt charitatis vinculo cõmuni coniũcti priuatas nõ sequãtur amicitias. Neu priuatim vnam partẽ magis altera fauore aut gratia cõplectãtur. Aequali nãq;

Cœnobitarũ numerus. Senũ auctoritas. Laborandum manibus. De genere vict⁹. De habitudine corporꝫ. Vini vsus. De horis diei celebrãdis. Mulierũ virorũq; cautio. Apotheca cõis.

adfectus mensura omneis prosequi conuenit,ac respicere: Vnuq charitatis modum omnibus statuere.Siquis autem alium magis alio:iure vel consanguinitatis,vel alterius nō tam spiritualis q̃ humani respectus diligat:hic reliquos vt amore indignos tacite accusare videbitur.Siquis autem deliquerit aut errauerit,mulcta pro peccati mēsura inferatur: verbi gratia,a Psalmœdia prohibere cōmuni:a societate in orando, edendoq excludere,& horū similium verecūdia notare.Qd ,sicuti cętera,eius arbitrio atq imperio fiat,qui ordini praerit. Ministeriū vero ac opus fit æque pro portione omnibus in societate degentibus distributum bis in hebdomade: qua sane periodo cuncta quæ inter eos necessaria fuerint, facile obibunt.Sic & humilitatis & obœdientiæ par meritum,& quietis interuallū æquale omnibus fuerit.Nam & partim laborare,partim quiescere,faciliorem iis,qui in dura exercentur vita,perseuerantiam reddit . Iuuenes siqui forte sunt ætatis flore,valetudinis robore,forma & colore vegetiores aliquantulum ac præstantes, carnis superbiam abstinentia curent ac reprimant.Oris speciem ac pulchritudinem de industria obscurent, ac in religiosiorem concinnēt adspectum,ac modum.Irę aut iniuriarum,vel inuidiæ seu contētionis nulla inter eos significatio,nullum signum existat. Non ab re verbum,non oculorum ineptus motus,non personæ adfectus, vel aliquid aliud qd vitium aut inconsiderantiam inesse ostendat,omnino adsit. Siquis autem iram aut litem excusat, q prouocatus ac prius lacessitus iniuria,nō idoneam erroris causam adfert: cum malum quocunq modo,seu tempore,aut quauis de causa tentatum aut inflictum,malum omnino censeatur. Iuramētum insuper in hoc maxime vitæ genere omnino absit.Capitis tm̄ nutus pro adfirmatione dicenti,audiētiq habeatur.Siquis autem tenui adfirmatione non credat,accusationem incōstantię proprię præ se feret: Vt & ipse verum in loquendo minime seruet . Quamobrem siquis in hoc vitio reperitur a custode,pœnæ curatione ad sanitatem reducatur.Elapsa iam die,& omni iam opere tam corporeo, q̃ spirituali ad finem perducto anteq̄ quiescat, aut cubitum eat, quisq propriam secum examinet:deinde coram proximo accuset conscientiam:siquid contra fas aut officium fecerit : siquam iniuriam intulerit : sicui exemplo non bono extiterit: si pigritia in oratione : in Psalmœdia defecerit : si per concupiscentiam a recta via exciderit:Medicina vna nobilis confessio fuerit, ac proximis palam ea facere, vt per communem eorum orationem huiuscemodi vitia facilius curentur . Et hæc in vniuersum de talium statu a nobis dicta.

Religiosorum punitio. Iuuenū normę. Iuramenti vitatio. Nec pri⁹ in dulcē declinet lumina somnum &c. Cōfessio

DE OBEDIENTIA Q; SIT NECESSARIA RELIGIOSO.

Obœdiēdum.



Vnc reliqua quę castra huiuscemodi ingredienti sint opus obseruare breuiter percurram.In primis obtemperantem Pręsidi esse oportebit:quo sine nihil perfectum,nihil sanctum pręstabit. Difficilis nāq conatus,& præter naturam quæ libertatem in primis appetit , attamen cunctis præstantior. Quod enim difficilius hoc præclarius.Relinquere enim diuitias:præterea continentiam ac castitatem seruare, multis quidem philosophis datum: Se autem propriūq arbitrium negare,ex libero seruū facere: nulli prorsus nisi qui crucem Christi sequitur,concessum:qui nō propriam,sed patris volūtatem est exsecutus.Nec solū obtemperandum,sed alacri animo & perpetuo obtemperandum. Apostolorum hæc in primis virtus fuit:qui missi ad prædicandū quo ipsi forte recusabant, fuere. vt de Petro Euāgelium plane docet : Quū consenueris (inquit) alius præcinget te,& ibis quo tu non vis. Apostolis vero cęteri discipuli paruere, diuersa in loca ad Euāgelium distributi. Itaq virtus hæc alii subiectum esse,præter cōmunia pręcepta maxime ab initio Ecclesię fulsit adeo: vt idem sublimioris existat meriti iussum , q̃ sponte facere . Hac insuper virtute maxime Luciferi,ac protoplasti peccatū cōpēnsamus:qd superbię vitium,proprięq voluntatis fuit. Nec Angelorum aliud est opus,nisi Deo obtēperare. Hoc in rerum natura animaduertere licet,quēadmodū minora cūcta maioribus subiecta cōspiciūtur.Planetę inferiores superioribus.Et animalia brutaq ducem sequūtur.Aues item vna cūctas ducit.Apes in ministerio regi obœdiunt.In corporibus quoq animaliū,caput cætera tuentur ac venerantur mēbra. Et in partibus animæ rationi appetitus subiicitur: qd si ab eo desciscat in præceps nō solū animū,sed etiam corpus trahet.

Iussum q̃ spōte facere melius. Ordo rerum.

Q; AMBITIO RELIGIOSO VITANDA , NEC PRAEESSE CVPIENDVM.


D autem maxime cauẽdum,ne fratribus in hoc vitæ genere preſſe vllo modo quæramus,cupiamuſve. Morbus eñ diabolic⁹ ambitio principatuſq; cupido,quo ille in primis e cælo ruit. Qui hoc igitur tenent,illi ſe ſimiles reddi neceſſe fateantur.Ex hoc ferme fonte multa oriuntur mala:Sectę,contentiones,obtrectationes,maledicta,inuidiæ. Qui eñ dominari cupit ſeſe indignis ſępe ſubiicere,aut adſentari ſeu famulari nõ verebitur.Adſecla eſt,adulator,miniſter licentioſus. Ex altera parte virtutes oſtentar, iactat:videri cupit magiſq̃ eſſe: humilitatem ore prę ſe ferens multa intus cupiditate attollitur.Bonorũ laudibus ſi nõ aperte ſaltem ſignificatione aliqua obtrectat:ſæpe ipſorum interitum,aut ad res agendas impedimentum exoptat.In ſuffragio ferendo eorum repulſę dat operam.Deniq; factione,opera,ſententia,voluntate, indignis ſe ſubiicit:dignis omnino reſiſtit. Fugiamus igitur hanc peſtem: quæ adeo in animis noſtris graſſatur, vt quum reliqua ſæpe vitia ſuperauerimus ab hac ipſi tñ ſuperemur.Et reliqua quidem vt vitia fugiuntur,hæc vna tñ virtuti inſidiatur.Et vt eſt omnium tutiſſimum ſeſe in omnibus innocentem, ac probatum reddere:ſic omnium periculoſiſſimum ab innocentię virtutiſq; pręmio:quod eſt ipſa gloria,decipi:& ob breuis honoris dulcedinem,velle honore perpetuo priuari. Ambitio mor bus diabolicus.

❡NE RELIGIOSI PROPINQVOS CVRENT AVT CVM ILLIS ALIQVO MODO CONVERSENTVR.


Ropinquorum etiam non ſolum cura ſed conuerſatio & congreſſus maxime vitandi:qui vitę ſimplicitati ac diuinę contemplationi ſunt maxime impedimento. Tantũq; eos ſpiritu diligendos, ac bona ex animarũ ſalute ipſis optanda cenſeo. Cupere autem aliter aut dare operam, vt facultatibus aut honoribus extollãtur:omnino pernicioſum ac ſuperuacuum. Memorię proditum iam quoſdam fuiſſe qui paupertatem parentibus precarentur:vt hac exerciti breui tempore,pœnam perpetuam ac duraturam vitarent. Sunt etiam exemplo plures in Eremo degẽtes: qui poſtq̃ id vitæ genus ingreſſi ſunt nunq̃ ſuos viſere ſunt paſſi.Nec mirum:quum ſemel Chriſto dediti & mũdo crucifixi, propinquos tñ exiſtimare debent:qui eadem & profeſſione & voluntate appareant.Patrem vero pręſidem:fratres reliquos ſimul eidem iugo ſubiectos, ac in vno obœdientię ſpiritu cõgregatos:quemadmodum Euangelium teſtatur.Quicunq; fecerit voluntatem patris mei:hic meus frater & pater & ſoror eſt.Quæris quid mali in eorum conuerſatione ſit? Sane plurimũ. Conſcientiã turbant:Memoriã ſenſus ac carnis excitant:Propoſitum illorum perſuaſione ac dilinimento frangitur ac debilitatur:Seueritas diſciplinę in ſermonis progreſſu remittit.Et q̃q̃ verba ſpiritualia,exhortatioq; ad cœpta proſequenda exiſtunt:attamen cõtinuo mollius eſt aliquid quod ſeculari terrenoq; admiſcetur:& dum verbis magnificis ad conſtantiam diuinorũ accendere videntur,ſæpe remiſſum aliquid aut blandum interponunt.Et quo tanto hi periculoſius animam labefactant, quanto magis officii aut cõfirmationis opinione decipiuntur.Nec omnes aut lachrymis cognatorum in miſeria forte degentium,aut vanę lętitię in aliqua felicitate conſtitutorum,reſiſtere ſatis valent.Euenitq; ſępe vt ſi egeſtatis ſuorum dolore perculſi ſubuenire velint,ſacrilegi ſit:quum ex iis quæ pie ab aliis miniſtrantur concedant.Exemplo ſunt nobis Seruatoris verba illi primum diſcipulo:qui domus cauſa diſponendę ſpatium tñ redeundi petiit.Alteri qui patrẽ tumulare volebat:vtraq; iuſta petitio viſa.At huic dixit.Sine mortuis ſuos mortuos ſepelire.Illi vero.Nemo mittẽs manum ad aratrum,ac retro reſpiciens,aptus eſt regno Dei. Quãto igitur magis in iis dicemus quæ ſuperuacuam omnino curam habere videntur. At forte dicis:lege quidem admoneor ne ex genere noſtro natos negligam. Et item Paulus. Si quis ſuorum & maxime domeſticorum curam non habet,fidem negauit,& eſt infideli deterior: Facilis quidem ac breuis reſponſio. Illos admonent ambo qui diuitias ex Deo poſſident:vt egentibus ſuis ſubueniant. Nec hi omnia reliquerũt:nec ope viuunt aliena.& vt breuiter dicam:ad viuos nõ mortuos hęc pertinet norma.Mortui enim religioſi ſunt homines, qui mundo crucifixi,ac ab eo pręcepto liberi ac exempti omnino exiſtunt:quibuſve nulla penitus alia debet eſſe cura q̃ ſeſe relictis cęteris Deo tradere:ac illius beatiſſimę contemplationi omni hilaritate prorſus vacare.Demum ſuis ac aliorum peccatis Dei pacem expoſcere. Propinqui religioſis.

❡ PEREGRINATIO VISITATIOQVE LOCORVM FREQVENS SPONTE SVSCEPTA MVLTOS DE STATV PACIS DEIICIT AC INQVIETOS REDDIT.

Vagabūdos taxat.

SVNT insuper nonnulli:seu soli sint,seu cum aliis in cœnobio degētes,qui huc illuc circumcursant ac vagantur: nihil stabile, nihil sanctum, nihil ex Dei spiritu secum habentes: sed tm̄ carnis desiderio propriisq́ sensibus satisfacere cupientes. Mendaciis ac vaniloquiis inflati veluti vespertilionum volatus minime se attollunt:serpunt humi:multa conātur:nihil proficiūt, multum locorum corpore obeunt & inquirunt:animæ vero profectu nihil mouentur aut progrediuntur:haud aliter q̄ iumenta molam trahentia:quæ toto die ingrediuntur,ac in eodem se loco reperiunt:laborant assidue trahendo,nec e gyro egrediuntur: Sic hi continuo circa corporis affectus propriasq́ cupiditates versantes, nihil ad spiritualē profectum contendunt.In ima valle,mentis proposito iacentes,in montes oculos minime leuant. Ouili quoq́ specie sunt extrinsecus:Intus vero sub pectore vulpem retinent:non recta semper suadēt,sed religionis scripturęve nomine auctoritateq́ animas euertere quęrūt:proprię tm̄ cupiditati studēt. Igitur omnibus viis inquieti vt pestes fugiendi: ac ab iis qui præsunt omnino admonendi,frenandiq́. Hos Paulus probe notat. Sunt,inquit,inter vos quidā minime laborantes ac domos circumeuntes:quibuscum vt plane conuertantur & ad sanitatem redeant,nullo modo censeo conuersandum.

Cōparatio apta.

❡ OCCASIONE SANCTIVS AGENDI,NEMO A CONGREGATIONE SANCTA DISCEDAT.

SAEPE etiam contingit vt a congregatione ac societate sancta discessus prę ter officium fiat. Siquis forte dyscolum aliquem siue improbum in ea repe riat,ita fastidiet, ita offendi se dicet:vt sumpta occasiōe quietius ac sanctius agendi in alium se locum velle migrare dicat. Ex quo totam societatem faci le infamat. Hi proculdubio propriæ excusationem infirmitatis, ac laborum fugam honesta de causa præ se ferunt.Et dum vnum aut alterum accusant, omnibus notam infligunt.Alterius se dicunt vitare contagium, & propriam ostendunt ma nifesto inconstantiam.Non enim Petrus aut Iacobus seu Apostolorum alius Iudæ malignitatis excusatione,Christi chorum subterfugit.

❡ EPISTOLA AD MONACHVM QVI CASTITATE EXCIDERAT.

SALVTEM in Epistolis solitam præfari minime curamus, q̄ impiis hominibus nequāq̄ salus conueniat.Nam & ex iis quæ de te accepi:nec omnia sane posse credere adducor: nec tale facinus detestabileq́ factum quod ausus es,in cor meum ascendere potest. Si tamen vt palam est omnibus sic res ha bet:non satis admirari possum,quonāmodo tanta sapientia in præceps abierit:quomodo tanta diligentia soluta fuerit:vnde tanta cęcitas diffusa, vt quantum animarū tecum perdideris minime noueris. Si em̄ verum hoc,in altissimā ruinam nō solū dedisti salutē tuā:sed omnium eorum qui hanc audiuere impietatē, continentiā soluisti:fidem euertisti:vitę laudabilis omne certamen debilitasti.Quamobrem quin maxime doleam,agere non possum.Quis em̄ sacerdos audiens non plorabit? Quis clericus nō disrumpetur?Quis laicus non mœrebit?Quis ascetes non vlulabit?Sol fere tenebris obductus in tua ruina:& cæli virtutes in tui perditione commotę sunt. Insup lapides q̄q̄ sine sensu, lachrymas in tua insania effuderunt. Inimici demum lętitia ob ingētē tuā iniquitatē fremuerūt. O magnam cęcitatem!O rem crudelem!Non Deum timuisti:Non homines es veritus! Non amicos curasti!Ideo rursus sup te miser doleo,qui regnum Dei omnibus adnunciare solebas,regno Dei excidisti.Qui diuinę doctrinę omnibus timorē iniiciebas:Dei timorem minime retinuisti.Qui sanos mores prędicabas:scelestus repente inuētus es. Qui Christi disciplinam per

sermonis sublimitatem monstrabas:ipse contra te disciplinam,& meritam prouocasti pœnā. Quomodo te lugebo?Quomodo super te dolebo?Quomodo cecidisti Lucifer qui mane oriebaris?& auditorum ambas aures tuo sermone implesti?Quomodo Nazareus refulgens auro pulchrior,tenebris fuligineq́ obscurior factus es?Filius Sion honorat⁹,quomodo vas inutile factus es? Eius item cuius memoria in exponēdis sacris voluminib⁹ supra omneis viguit: hodie memoria cum sonitu periit.Qui veloci spiritu menteq́ fuerat:velociter est a maligno spiritu absumptus.Qui magno fuit animo:magnum indignūq́ facinus perpetrauit. Qui tua doctrina quondam profecerunt,rui rursus perditione sunt læsi.Qui tuis sermonibus & Homiliis aures præbere sunt soliti:aures rursus isti tuo facto obstruxere. Ego vero & lugens & mœrens & demisso obductoq́ vultu:& cinerem tanq̄ panem manducans:& saccum in plaga mea disrumpens,tales tibi laudes emitto.Epitaphiū quasi tibi ac funebrem componēs orationem:sine cōsolatione vlla,sine cura remedioq́ reperior.Exhortatio nāq́ consolatioq́ ex oculis meis omnino abierunt:nec est medicabile fomentū adponere,nō oleum,non aliquid aliud vt vulnus coeat.Est eñ plaga mea dolenda,vnde curabor?Siqua igitur salutis spes tibi relinquitur:siqua breuis circa Deum memoria: siquod bonorum futurorū desiderium:siquis deniq́ pœnarum impœnitentibus debitarum timor : Resipisce velociter. Leua oculos tuos in mōtes.Reuertere in amissum sensum.Desine a tanta iniquitate.Abiice circūfusam tibi ebrietatem.Insurge contra eum qui te deiecit.Conare ex humo te attollere.Fuge ab eo qui te violauit.Reminiscere Dei misericordię.Ne salutē despera. Volue tecum animo quæ sunt scripta Cadens resurgit:& auertēs cōuertitur.Qui plaga percussus est curatur. Vir pertinax in delicto ferę similis:Qui fatetur crimen nō reiicitur:Non vult Deus mortē peccatoris sed magis vt cōuertatur & viuat.Si despexeris:ad summū venies malorū.Tempus nunc induciarū est: tempus item longanimitatis,securitatis,retractationis.Excidisti?resurge:peccasti?iam desine. In via peccatorū ne steteris.Quando cōuersus ingemiscęs:tunc demū seruaberis. Est eñ ex laboribus sanitas:& ex sudoribus salus. Vide ergo nequando pacta valeas multorum custodire:in Deum pacta quę professus semel es,prętereas. Ne igitur ob quasdam humanas cogitationes ad me venire verearis. Ego eñ meum recipiēs inimicū lugebo:ego curabo:ego inquā flebo in contritione filię generis mei.Omnes te excipient.Omnes misericordia prosequētur. Noli differre.Reminiscere dierum antiquorum.Est salus:est retractatio.Confide:ne despera. Nō est lex nostra quę sine misericordia,capitis damnet.Tibi pœnam sponte impone. Te iam admissi pudeat.Non clausa est ianua.Audit sponsus.Non dominetur peccatum. Rursus noli te negligere.Tui demum ac nostrorum omnium reminiscere.

Ad resipiscētiā & pœnitentiam hortat.

¶Q; MANDATA PRAETERIMVS TAM EA QVAE PRAECIPIVNTVR OMITTENDO:Q; QVAE PROHIBENTVR ADMITTENDO.

DOMINVS noster Iesus Christus:vt e cordib⁹ nostris omneis errores amoueret:ne per ignorantiam atq́ imprudentiam peccare contingeret:non solum verbis sed etiam exemplis ad veritatem atq́ fidem magis facientibus nos plane docet : vt non tam mala quæ damnat vitare : sed quæ præcipue bona sunt,omnino facere debeamus.Ait enim. Si non abundauerit iustitia vestra plusq̄ Scribarum & Pharisęorum, non intrabitis in regnum cælorum.Item.Omnis qui audiuerit sermones meos & non fecerit eos, similis erit homini stulto qui ædificauit domum suam supra arenam & descendit pluuia & venerunt flumina,& irruerunt venti in eam,& cecidit domus illa:& fuit ruina eius magna.Et rursus.Arborem plantauit quidam in vinea sua,& venit quærens fructum eius & non inuenit:& ait vinitori.Iam tres anni sunt quibus venio quæsitum in ea fructum & non inuenio: excide illam,ne terram occupet. Alibi vero clarius hoc iudicium ostendere videtur,dicens:Discedite a me maledicti in ignem æternum. Esuriui,non dedistis mihi edere.Sitiui,non dedistis bibere:& quæ sequuntur.Hic enim non aliquid eorum quæ prohibentur : sed eorum quæ sunt imperata negligentiam atq́ omissionem infert.Multa quoq́ similia inueniemus:quibus facile ostenditur q̄ non solum qui malefaciunt digni sunt morte ac igne inextinguibili cruciabuntur:sed etiā qui officium deserunt ac benefacere minime curant:cum eis vna damnabuntur.Nec item so-

lum ii sed etiam qui quod boni agunt, negligenter agunt: pœnas omnino dabunt. Scriptum est enim. Maledictus homo qui opera domini negligenter fecerit. Ioannis item exemplũ huic quadrare proposito videtur: qui remissionem peccatorum per baptismum accipientibus ait. Genimina viperarum quis vos docebit fugere a futura ira? Facite ergo fructus dignos pœnitentię: & ne dicatis: Patrem habemus Abraam. Dico autem vobis φ potens est Deus e lapidibus his suscitare semen Abraam. Iam & securis ad radicem arboris posita est. Omnis arbor quæ non fecerit fructus suos, excidetur: & in ignem mittetur. In his itaq; omnibus: nõ opus aliquod malum, sed ocium & bonarum negligentiam actionum ostẽdit. Est autem operępretium discere quid diligenter agendum: quid non agendum: aut quomodo agẽdum. Au pręter locũ, tempus, personã, rem, modũ, ordinem, affectum. In primis multa quę pręter locũ videntur facta inuenies. Vt in foro edere ac bibere. In mari seu inter saxa iactare semen. Sacrificare aut orare vbi nõ fas. In lege veteri Hierosolymis adorare tñ Deum licebat. Nobis vero vbiq;. Sacrorũ vero ministeria sacrificiaq; tñ in loco sacro: extra oĩno nefas. Tãta est loci obseruãtia vt nec alterius officiũ quod pro loco est vsurpare liceat: quũ gratię gratis datę, donaq; cuilibet ex Deo cõcessa sint. Vt etiã Apostolus se nõ omnia scire fateatur: ait eñ. Dico vobis per gratiã quæ data est mihi inter vos, non plus sapere q̃ oportet sapere, sed sapere ad sobrietatẽ. Itẽ alibi. Sicut eñ in vno corpore multa mẽbra habemus, omnia autẽ membra nõ eundem actum: sic & multi vnum corpus sumus in Christo: Alter vero alterius mẽbra. Quilibet autẽ, vt Deus diuisit mensuram fidei & charismatum dona, sic in proximũ exerceat: vt ad vnũ scopum ac finem Deo placendi tendat, nec propriũ donum, gratiæq; locum excidere patiatur. Q2 si quæ nostri sunt officii egredi non liceat: quãtomagis loca rebus contrariis & alienis apta discernere, ac vitare debemus? Ex quibus sane omnibus apparet, nosq; scire oportet: vt actio pręter locum: cõtrariũ nostro proposito ac fini effectum exerceat. Pręter tempus autẽ facta Dominus ostendit dicens. Simile est regnũ cælorum decem virginibus: quę ornantes lampadas suas exiuerunt obuiam sponso & sponsę: & quę sequuntur. Nã quinq; fatuæ φ pręter horã venerãt reiectę sunt: propterea inquit, Vigilate: quia nescitis diem neq; horã. Et multa alia in hanc sententiam dicta. Apostolũ quoq; Prophetam adducentem testem audiamus. Tẽpore, inquit, accepto audiui te: & in die salutis adiuui te. Ecce nũc dies salutis. Item. Dum tempus habemus operemur bonum. Siquid vero deest, Dauid quoq; reminiscamur dicti. † Propter hoc (ait) orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno. Et Solomonis dicẽtis. Omnia bona in tẽpore suo. Pręter personã vero in veteri testamẽto legim⁹ filiis Chore accidisse. Qui audentes contra fas sacerdotium eis inconcessum attingere: ob irã Dei in terrę latus viui ruerunt. Demum ab ipso Domino instruimur: personarum rationẽ habere oportere: cum ait. Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt Israel. Et ad Chananęam. Non est bonum sumere panem filiorũ & dare canibus. Pręter rem siue ab re. Quando dicta factis aut ostẽtatio rei nõ responder. Siue pro aliis alia. Adulterina pro veris & synceris: & mala ꝓ bonis reddũtur: vt in lege veteri quãdo sacrificium ex puris & immaculatis offerri mãdatur: nõ ex his tribuit. Ipse Dñs in Iudęos ait. Bene prophetauit de vobis Esaias. Populus hic me labiis honorat: cor autem eorũ longe est a me. Apostolus item cõscientię Iudęorum testimonium adfert. Tñ eos damnat opinionis officii: & iustitię differentię. Sic enim scribit. Zelum quidem fidei habent: minime tamen agnoscunt. Ignorantes eñ Dei iustitiã & propriam statuere quęrentes, a Dei iustitia exciderunt. Quamobrem idem ostendit Apostolus se illis contraria fecisse. Christi causa, inquit: Omnia nugas arbitrat⁹ sum: omnia vt stercora putaui, vt Christum lucrifacerem: vt inueniar in ipso non meam habens iustitiam: sed per fidem Iesu Christi ex Deo iustitiam agnoscere: & quæ sequuntur. Pręter modum seu mensuram. Quando peccamus nos monet dominicum pręceptum veteris charitatis mensurã interpollans, ac corrigens. Scriptum est eñ. Amabis proximũ tuũ. Ego autẽ dico. Diligite inimicos vestros. Itẽ. Maiorẽ hac charitatẽ nemo habet, q̃ vt animã suã ponat qs ꝓ amicis suis. Itẽ. Si nõ abũdauerit iustitia vestra plus q̃ Scribarum & Pharisęorum, nõ intrabitis in regnum cælorum. Ordinem vero rerũ in benefactis non seruamus, quando prima cũ secundis: & secunda ac tertia cũ primis confundimus. Vt quando charitatis ordo præposterus fuerit: vt plus ignorus q̃ notus & familiaris, cęteris paribus, diligatur. Quando corpus proprium plus alterius anima. Quando a consiliis priusq̃ a mandatis Dei viã exordimur. Nã ei qui dixit: ab adolescentia sua se Dei mandata custodiisse: Dominus addidit. Vnũ tibi deest. Si vis ꝑfectus esse: vende

Pręter locũ facta. Loco suo facienda

Pręter tẽpus.

† Pro hac.

Pręter ꝑsonã.

Præter rem.

Præter modũ.

Pręter ordinẽ.

omnia & sequere me. Quisnã ei qui nihil eorũ quæ iussa sunt faciat, secundum hoc arduum statim suaserit? Sequere me. Nã ante hoc plura suadenda. Mãdata prius obseruet. Deinde vt vendat omnia. Postremo vt tollat crucem suã & sequatur Dominũ. Multi namq; Philosophi bonis cesserunt: non tamen ppria se voluntate priuauerunt: nec Christũ ppterea secuti sunt. Ex quo palã est ꝙ non satis benefacere, nisi ordine fiat: vt ait Apostolus. Omnia secundũ modum & ordinẽ fiant. Postremo quãdo pręter finẽ rectũ, honestũ aliquid agimus vt ad humanam potius q̃ Dei gloriã: iure a Domino dãnamur. His demum dicitur. Receperunt mercedem suam. Eadẽ sunt in causa qui odio vel amore, ira, auaritia, aliave aliqua libidine potiusq̃ Dei amore incensi, res gesserint pręclaras: nec solũ laborũ mercede priuãtur: sed poenę ac futuro iudicio remanẽt obnoxii. Quos & Dominus clarius notat, quũ ait. Multi veniẽt in illa die dicentes. Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus? Nõne dæmonia eiecimus, & tecum comedimus & bibimus: & in plateis nostris docuisti? Tunc respondebo illis. Discedite a me: nescio vos operarii iniquitatis. Ex his itaq; ac similibus palã est, & virtutẽ & dona recepta: & mandata seruata omnia facile peritura, si eo pposito fineq; quem Deus iussit omnino carebũt. Ex quo Paulus ait. Siue editis siue bibitis, siue quid aliud agitis: omnia in gloriã Domini nostri Iesu Christi facite: qua contẽpta charitas tollitur: hac demũ sublata nihil est reliqui etiã si cętera adsint. Vnde ait. Si linguis loquar hominum & Angelorum charitatẽ nõ habeã, factus sum sicut ęs sonãs, aut cymbalũ tinniens: & quæ sequuntur. Alibi rursus idem clarius affirmat. Si hominibus (inquit) placerẽ, Christi seruus non essem. Si veteris testamẽti testimonia quæris, audi Mosem. Amabis dñm Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua: & proximum tuum sicut teipsum. In his enĩ duobus tota lex pendet & prophetæ. Adstipuletur & Apostolus. Plenitudo legis, inquit, est dilectio. Q; autẽ intelligas bene facientes si aliud q̃ Deũ respexerint, non solum laborum meritis excidere, sed ęterno supplicio fore obnoxios, clamat Moses dicẽs. Maledictus homo q nõ manet in his oĩbus quæ scripta sunt in libro hoc. Dauid etiã. Si iniquitatẽ meditabor in corde meo, nõ exaudiet dñs. Et alibi rursus. Ibi trepidauerunt timore vbi non erat timor. Dñs dissipat omnia ossa eorũ qui hominibus placẽt. Multa ergo diligentia opus: non solum in cauẽdis malis, sed & iis bonis obseruandis quę conamur: Ne pręter modũ eorũ quę scripta sunt aut dicta, faciamus. Vt nõ solũ studiorũ & vigiliarũ nostrarũ pręmia nõ amittam[9]: sed ne in ęternas poenas ac minas incidamus.

Pręter finem.

Charitatis æstimatio.

¶QVOMODO EX APOSTOLI SENTENTIA CVM OPERIBVS INFRVCTVOSIS NON SIT COMMVNICANDVM.



INIQVVS est quidem omnis qui legẽ omnĩ ex parte minime obseruat, vel qui vnũ tm̃ neglexerit mãdatũ. Vnũ inquã q̃uis minimũ si desideratur in lege: tota excidisti lege. Quod enĩ poene factũ est, nõ est factũ. Qui aũt poene vixit: nõ viuit, sed interiit. Et poene ingrediẽs nõ est ingressus: sicut illæ quinq; fatuę virgines. sic & poene custodiẽs legẽ: nõ custodiit, sed iniquus est. Quãob rem tutissimũ fuerit hos fugere qui Deũ nõ timẽt: nec legẽ eius aut mãdata seruare nõ curãt. Credẽdũq; Apostolo dicẽti. Siqs frater moechus existimat[9], vel auarus, aut ebrius, seu maledicus, aut alieni appetens: cũ hoc ne cibũ sumite. Ob hęc enĩ inquit, venit ira Dei in filios diffidẽtię. Et rursus. Abstinete ab omni fratre nõ ordine ac bene, nec secũdũ traditionẽ: quã a nobis accepit ambulãte. Et alibi multoties similiter. Quoniã igitur nõ cõmunicare cũ operib[9] infructuosis ab eodẽ Apostolo iubemur: id quomodo vitemus: quomodove in erroris alieni societatẽ incidamus, a sacris voluminibus trifariã edocemur. Aut enĩ re peccatis alienis adsentimur: vt in Prouerbiis dicitur. Veni nobiscũ & cõmunica sanguinẽ. Apostolus vero: Consortes vos, inquit, omnes charitatis existentes & cõmunicãtes mecum in tribulatione. Cõmunicat enĩ instructus atq; institutus in sermone cũ eo qui instruit atq; instituit in omnibus bonis. Ex quo humanus auditor ęque fere ac docens meritorũ est particeps. Sic rursus in malis, cum contrariorũ eadem sit disciplina. Dauid etiã dicti reminiscamur. Si videbas furẽ currebas cum eo: & cum adulteris portionẽ tuã ponebas. Sedẽs aduersus fratrẽ tuũ ponebas scandalum: hæc fecisti & tacui: existimasti ꝙ ero tui similis. Arguã te & statuã contra faciẽ tuã. Secũdus vero modus, quando pposito tm̃ atq; animo adsentimur: vnaq; in eo-

Qui in vno peccat, ẽ omnium reus.

Nota tripliciter malis alienis adsentimur.

dem sumus actu, dum crimen alterius vel absentis vel quãdoq; ignoti mente probamus. Cõtra hos loquitur Propheta: Væh vobis qui dicitis bonum malum: & malum bonum: Amarum dulce, & dulce amarum. Dicimus enim dum etiam taciti probamus. Tertium genus eorum qui nec re nec animo quidem culpam probant alienam: attamen seu negligentia quadam seu inepta verecundia: siue etiam timore, siue amore, vel alia quauis inexcusabili causa repressi: eos quos aut verbis aut factis modisve aliis castigare aut compescere debuerunt, omnino pręteriere. Quo sane errore Apostolus Corinthios notare videtur. Non enim luxistis cum hoc faceret: nec operam dedistis vt e vestri medio separaretur. Modicum namq; fermentum totam massam corrumpit. Igitur cauendum & omni studio nobis inuigilandum: recta mente, synceroq; animo mandata quemadmodum Deus iubet, ex omni parte seruare: maximeq; illud animaduertendum, ne proximi contaminati contagione, modis quos supra narrauimus, prauis ac infructuosis operibus communicemus. Sic tandem Apostoli præceptum diligenter seruabimus: & a domino diligentiæ pręmium adsequentes, illud audire merebimur: Euge serue bone & fidelis: quia in pauco fuisti fidelis, supra multa te constituã: Intra in gaudium Domini tui.

¶FINIS OPERVM DIVI BASILII MAGNI PER. R. VOLAterranũ traductorũ. Sequitur Regula & quędam alia per Ruffinum tralata. Quorum similia fere in superioribus habentur opusculis.

¶RVFINI PRESBYTERI IN LIBRVM. B. BASILII MAGNI CAESAREAE Episcopi de institutis Monachorum a se transferendum, Pręfatio.



ATIS libenter charissime frater Vrsaci aduentantes de partibus orientis: & considerantes iam fratrum consueta consortia, monasterium tuum ingressi sumus: quod suppositũ angusto arenosi tramitis dorso huc atq; illuc passim: & incerti maris vnda circumluit. Rara tamen modo latentes locos eminus arguit pinus: ex qua Pini do etiam loco nomen dedit. Eo tamen maxime delectati sumus: ꝙ nõ (vt aliquibus mos est) vel de locis vel de opibus oriẽtis, sollicite percunctatus es: sed quęnam ibi seruorum Dei obseruatio habetetur: quæ animi virtus: quæ instituta seruantur in monasteriis, inquisisti. Adhęc ergo nequid tibi minus indigne: non dico q̃ geritur, sed q̃ geri debet exponerem, sancti Basilii Cappadociæ Episcopi, viri fide & operibus & omni sanctitate satis clari, instituta Monachorum: quæ interrogantibus se monachis velut cuiusdam viri responsa statuit, protuli. Cumq; diffinitiones ac sententias eius mirareris, magnopere poposcisti: vt hoc opus in latinum verterem: pollicens ꝙ per vniuersa occiduę partis monasteria si hęc sancti & spiritualis viri sancta & spiritualia innotescerent instituta: ille seruorum Dei profectus, qui ex huiusmodi institutionibus nasceretur, vel eorum meritis, vel orationibus, aliquid mihi gratię vel mercedis afferret. Exhibui ergo vt potui ministerium meũ, imple & tu: & omnes qui legitis & obseruatis gratiam: vt & agentes & orantes sic quemadmodum instituta hęc continent: mei quoq; memores sitis. Tui sane sit officii etiam aliis monasteriis exemplaria præbere: vt secundum exemplar Cappadociæ omnia monasteria, eisdem & non diuersis vel institutis vel obseruationibus viuant.

¶Finitur Pręfatio.

¶Sequitur opus ipsum.


VMANVM genus diligens Deus & docens hominem scientiam:iis quidem quibus docendi contulit gratiā præcepit per Apostolū permanere in doctrina:iis vero qui ædificati diuinis institutionibus indigēt:per Mosem protestatur dicēs,Interroga patrem tuū & annunciabit tibi:presbyteros tuos & dicent tibi. Propter qđ necesse est nos quidem quibus ministerium verbi creditum est in omni tempore paratos esse ac promptos ad instructionē perfectionemq; animarum:& quædam quidem in communi ecclesiæ auditorio simul omnibus de præceptis Domini cōtestari:quædam vero secretius perfectiusq; discere & inquirere, & manifestare atq; interrogare volentibus de fide & veritate Euangelii Domini nostri Iesu Christi: & de conuersione perfecta copiam nostri sermonis facultatemq; præbere : quo possit ex his perfectus effici, & consummatus homo Dei. Vobis autem conuenit nullum tempus vacuum præterire:quo minus ad ea quæ communiter cum omni ecclesia discitis, etiam secretius de eminētioribus & perfectioribus inquiratis: vt omne æuum vitę vestrę in inquirendo de melioribus transigatis. Quoniam & in hoc nos cōgregauit Deus:vt paululum quid a molestiis turbarum silentii agamus & quietis: neq; in aliud opus animum demus:neq; residuum tempus somno rursus,& remissioni corporeę mācipemus:sed inquisitione & sollicitudine meliorū noctis hoc, quod superest, spatium exigamus:adimplentes illud quod scriptum est per Dauid. Qui in lege eius meditabitur die ac nocte.Si quid ergo vnusquisq; vestrum deesse sibi ad scientiam putat, ad cōmunem id proferat inquisitionem. Facilius em̄ pluribus simul conferentibus:si quid illis difficile, vel obtectum esse videtur,clarescit:Deo sine dubio inueniendi gratiā largiente.Sicut ergo nobis necessitas eminet:sicut illud Apostoli, Vęh mihi erit si non euangelizem:ita in vobis si ab inquisitione & interrogatione cessetis:vel si remissiores ac solutiores ad ea adimplenda quę recta inuenta fuerint existatis,simile discrimen impendit.Propterea tm̄ Dominus dixit:Quia sermo quem locutus sum vobis,ille iudicabit vos in nouissimo die.Et iterum.Seruus qui ignorauit volūtatē Domini sui & non fecit digna,plagis vapulabit paucis:qui autē cognouit & fecit cōtra voluntatē Domini,vapulabit plurimis.Oremus ergo misericordiā Domini:vt & nobis verbi inculpabile tribuat ministerium, & vobis fructuosum doctrinę cōcedat euētum. Tanq̄ ergo sciētes,quoniā stabunt ante faciē vestram verba hęc ante tribunal Christi, Arguā te,inqt, & statuā illa cōtra faciem tuā:Intendite animum diligenter ad hęc quę dicuntur,& ad opus dignū quę audistis festināter adducite:q̄a nescimus qua die vel hora Dn̄s noster veniat.

Doctoris necessaria conditio.

Religiosi debent semp perfectiora inquirere & sectari.

Inuicem cōferēdi vtilitas.

ℭDe ordine mandatorum Dei. Cap.I.

ℭInterrogant autē MO.i.Monachi:& Respondet BA.i.Basilius. MO.


Voniam fecit nobis sermo tuus potestatē vt interrogaremus:primo omniū doceri quæsumus, vtrum ordo aliquis sit in mandatis Dei, & aliud quidem sit primum,aliud vero secūdum,& sic per ordinem cętera:an omnia mandata sibi inuicem cohæreant, vt sint æqualia : & vnde voluerit possit quis initiū sumere,tanq̄ in modum circuli & coronæ.BA.Interrogatio vestra antiqua est & olim proposita in Euāgelio in eo quū accedens ad eum quidam legis doctor ait:Magister quod est primum mādatum in lege? Et Dominus respondit. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo:& ex tota anima tua,& ex totis viribus tuis.hoc est primum & magnum mandatum. Secundum autē simile est huic: Diliges proximū tuum tanq̄ teipsum. Ipse em̄ Dominus ordinem mandatis imposuit:primū dicens & magnum esse mandatū,Deum ex toto corde,ex tota anima,& mente diligere:Secūdum vero ordine & cōsequentia,& quod illi esset simile per virtutem:imo quod illud expleret & quod penderet ex primo,diligere proximū sicut semetipsum.Sed & de aliis similiter in sanctis scripturis inuenies:& obseruatur(vt ego arbitror)in oībus mādatis ordo quidā & cōsequētia pręceptorū.

In oībus mādatis ordo seruatur.

ℭDe charitate Dei:quare & quomodo diligendus sit. Cap.II. MO.

QVoniam igitur(vt ais)de charitate Dei primum esse mandatum : inde conuenit nobis primum omniū discere.Nam q̄ oportet diligi audiuimus:quomodo tamen oporteat impleri,desideramus addiscere. BA. Optimum sumpsistis sermonis exordium : & pro-

posito vestro valde conueniens: Deo itaq; iuuante nos vt dicitis, faciemus. Sciendum ante omnia est: ꝙ mãdatum istud vnũ quidem videtur: sed omniũ mandatorũ in se virtutem cõplectitur & constringit ipso Domino dicẽte: Quia in his duobus pręceptis omnis lex ꝑendet, & ꝓphetię. Nec tamen nos ꝑ singula discutere aggredimur ordinẽ mandatorũ: alioqui videbimus totũ opus introducere in partem. Sed quantũ ad ꝓpositũ sufficit: & præsens ratio postulat, inquirimus. illud ante omnia designantes, ꝙ omniũ mandatorum quę a Deo accepimus, virtutes in nobisipsis insitas gerimus: quo. s. neq; difficultas nobis sit tanq̃ nouum aliqd a nobis & alienum expectetur: neq; rursum elationis dari nobis aliqua videatur occasio, si putemus nos plus aliquid offerre Deo q̃ ab ipso in natura nostri creationis accepim⁹. Quoniã quidem ea quę a Deo nobis insita sunt, si recte competenterq; moueamus in opus: hoc est secundũ virtutem viuere. Si vero naturæ beneficia corrũpamus: hoc est in malitiã vertere. Est ergo mali ista diffinitio: nõ recte vti motibus animi, a Deo nobis insitis. Et rursum virtutis ista diffinitio est: recte vti. s. secundũ mandatum Dei: & secundum conscientiam animi motibus a Deo nobis insitis. Quum ergo hęc ita se habeãt: hoc idem inuenimus etiã de charitate constare. Mandatũ accepimus diligere Deum. Dilectionis virtutẽ a Deo anima sibi insitã gerit: in quo nec extrinsecis testimoniis indigemus. Vnusquisq; enĩ in semetipso & ex semetipso horum quę dicimus sumit indicium. Omnis homo cupit qđ bonum est: & affectu quodã naturali constringimur ad omne qđ bonũ putamus: sed & erga consanguineos & carnis proximos (nullo docẽte) in amore constringimur: hisq; quorũ beneficia accipimus, omni affectu & officiis copulamur. Et quid habetur tã bonũ q̃ Deus? immo qd aliud bonũ nisi Deus solus? Qui decor: q splẽdor: q̃ pulchritudo: q̃, qua naturaliter diligere ꝓuocamur quosq; taleis gr̃a? Quæ amoris flãma: quæ animo secreta, & interiora succedant: sicut amor Dei inflãmare debet arcana mentis: præcipue si sit munda anima, si sit omni pollutione purgata: & quæ vero affectu dicat: Quoniã vulnerata charitate ego sum? Ineffabilẽ prorsus ego sentio amorem Dei: & qui sentiri magis q̃ dici possit. Inenarrabilis quædã lux est: etiã si fulgura: si coruscationes cõparet vel adhibeat sermo, nõ patietur auditus. Si luciferi fulgoris, si lunę splẽdoris, si ipsum Solis lumen assumas ad cõparationẽ glorię ipsius obscura sunt omnia: multo tetriore, q̃ si cęca nox obscuritate profundę caliginis mersa, limpidissimi meridiani Solis lumini cõparetur. Decor iste corporeis oculis non videtur: anima sola & mente cõspicitur. Qui decor si cuius forte sanctorũ mentem animãq; ꝑstrinxit: flagrantissimũ in eo amoris stimulũ defixit. Pręterea deniq; velut amoris cuiusdam ignibus tabescentes: & pręsentẽ vitã ꝑhorrescentes, dicebant aliqui ex eis. Quando veniã & apparebo ante conspectum Dei? Et iterum dicebat istius amoris ignibus flagrans & succensus: Sitiuit anima mea ad Deũ fontem viuum: quando veniã & apparebo ante eum? Et insatiabiliter habens eius desideriũ: orabat vt videret voluntatẽ Dei: & ꝓtegeretur in tẽplo sancto eius. Ita ergo naturaliter & cõspicimus quę bona sunt, & amamus. Nihil autem (vt diximus) tã summũ bonũ est q̃ Deus: & ideo vt debitum quoddã exsoluimus hanc quã ab eo expetimur charitatẽ. Quę vtiq; si denegatur & minime exsoluitur: irę nos inexcusabiliter obnoxios facit. Et qd dico irę obnoxios? Quę enim poterit maior esse ira, quę vltio grauior: q̃ hoc ipsum si accidat, nos alienos effici a charitate Dei: quę est in Christo Iesu domino nostro? Q; si parẽtibus inest naturalis affectus erga nos quos genuerunt: & non solũ hoc in hominibus, verumetiã in multis animalibus inuenitur: Ratioq; dictat vt mutuus & reciprocus sit prolis in parentes amor: Videte ne forte inueniamur pecudibus hebetiores vel feris beluis immaniores: si nullo erga genitorẽ cõstringamur affectu. Quem etiãsi qualis & quantus sit, scire nõ possumus: ex hoc tamen ꝙ ex ipso sumus venerari & diligere, parẽtis debem⁹ affectu: atq; indesinẽter erga eius pẽdere memoriã, sicut erga genitrices suas paruuli faciũt: sed & multo amplius multoq; promptius, quãto nos maioribus eius in nos beneficiis obnoxios scimus. Quod & ipsum cõmune esse puto cũ cęteris animalibus. Meminerunt namq; etiã illa si quid eis quis contulerit boni. Si mihi non credis: audi Prophetã dicentẽ. Cognouit bos possessorẽ suũ: & asinus præsepe domini sui. Absit autem de vobis dici ea quę sequuntur: Quia Israel autẽ me non cognouit: & populus meus nõ intellexit. Q; si etiam eos qui beneficii aliquid contulerunt: nullo docẽte diligimus, & omni studio quantũ fieri potest referre gratiã nitimur: quomodo sufficeremus referre gratiã de beneficiis Dei: q̃ tanta sunt vt effugiant numerũ? Et tamen sufficiat aliquod vnũ ex oĩbus illis ꝑ totã vitam nostram efficere nos obnoxios largitori. Nam omitto cętera omnia, quę qui-

Oẽs virtutes insitas nobis habemus.

Secũdũ virtutẽ viuere.

Malum.

Virtus.

Dilectio nobis insita

Deus est omne bonum.

Dei amãdi ratio.

De⁹ lux estincõparabilis.

Deũ ex debito amam⁹.

Ira grauissima separari a charitate christi.

Amor parentũ & natorum mutuus.

Innumera dei beneficia.

dem & ipsa magna sunt & prçclara:verũ a maioribus & melioribus velut stellę quędã splen dentioribus solis radiis obteguntur.Quoniamquidem nec tempus nobis est amplius dilatã di sermonem vt possimus etiam de uniuersis erga nos diuina enumerare beneficia. Sileamus ergo quotidianos Solis ortus:& vnius lampadis fulgore illuminatum vniuersum mũdum. Sileamus lunæ circuitus:aeris permutationes,vicissitudinesq; : imbres ex nubibus:flumina, fontesq; de terra:latitudines & altitudines maris:vniuersitatẽ terrę:& natiuitates animãtiũ quæ in aquis gignuntur,& quæ coalescunt vel oriuntur in terris, nostris desideriis vel vsibus deputata.Hæc omnia vt cætera innumerabilia,prætermitto . Hoc solum qd' ne volenti quidem præteriri possibile est, præterire non possumus & q̃uis reticere gratiam non sit possibile,multo tamen impossibilius est vt dignum est & competit proloqui: hoc inquam quantum est q; scientiam suam donauit hominibus Deus , & rationabile animal esse fecit in terris,& ineffabili paradisi couti voluptate ac decore concessit:quẽq; serpentis arte deceptum, & in peccatum lapsum ac per peccatum in mortem deuolutum,nequaq̃ despexit : sed legẽ in adiutorium dedit,præfecit Angelos,destinauit Prophetas, conatus malitiæ comminationũ seueritate compescuit:bonorum desideria munificentissimis repromissionibus prouocauit, & finem vtriusq; viç in multis imaginibus prçsignauit.Verum quum post hæc oĩa in malis nostris & in incredulitatibus duraremus:non est auersus, neq; dereliquit nos impios Domini bonitas:neq; cum beneficiis eius essemus ingrati,vertere potuimus,& excludere misericordiam eius a nobis:sed reuocamur a morte,& iterũ reuiuificamur per Dominum nostrum Iesum Christum:qui quum in forma Dei esset,non rapinam arbitratus est esse se ęqualẽ deo: sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens.Infirmitates nostras accepit,ęgritudines nostras portauit:& pro nobis vulneratus est,vt liuore eius sanaremur: & a maledicto nos redemit,factus pro nobis maledictum: & morte turpissima condemnatus est,vt nos reuocaret ad vitam.Non suffecit reuocare nos mortuos,sed & diuinitatis suæ participium tribuit, & munus æternitatis indulget:& supra omne quod vel petere vel intelligere possumus,credentibus vel diligentibus se præparat,qđ oculus non vidit,nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit.Quid ergo retribuemus Domino pro omnibus quæ retribuit nobis? Verum ille ita benignus & clemens,vt ne retributionem quidem reposcat:sed sufficit ei vt pro iis oĩbus quæ largitus est,diligatur.Quis ergo tam irremediabiliter ingratus est,vt post talia ac tanta beneficia non diligat largitorem.

Elegãter dei dona describit

Maximũ dei beneficium.

Opus redẽptiõis commemorat.

Mirã dei benignitatẽ cõmendat.

¶De charitate proximi quare & quomodo diligendus sit. Cap.III. BA.

PRopositum est superius fratres non omnia dicere possibile esse,sed breuiter & succincte commemorare ea quę amorem Dei inserere animę ac suscitare sufficiant . Consequens iam nunc est etiam de eo mandato quod ordine ac virtute secundum diximus,explicare. Et quidem quoniã vt lex eas virtutes quę animæ a creatore insitę sunt,elimet & excolat iam superius diximus:Quia ergo prçcipimur diligere proximos sicut nosmetipsos: videamus si etiã nobis virtus & facultas ad huius quoq; mandati expletionem est. Et quis ignorat quoniam humanum animal & communicabile est homo:& non agreste aliquod ac ferum?Nihil enim tam proprium est nostrę naturę q̃ indigere: & requirere inuicem ac diligere quod requirit. Quia ergo Dominus harum virtutum in nobis seminaria inseuit : sine dubio horum etiam fructus requiret,& testimonium uostrę erga se dilectionis dilectionem accipiet proximorũ. In hoc enim,inquit,scient omnes q; mei estis discipuli,si dilectionem habueritis adinuicem: Et ita in omnibus duo ista mãdata coniungit,vt etiam opera misericordię quę in hominem fiunt,transferat in semetipsum. Esuriui enim inquit & dedistis mihi manducare : & reliqua quę in proximo gesta sunt se dicit esse perpessum quum dicit.Q̃ diu fecistis vni ex minimis istis fratribus meis,mihi fecistis.Ergo per primum completur & secũdum,per secundum vero ascenditur & reditur ad primum,vt qui diligit Dominum diligat & proximum.Ait eñ Dominus.Qui diligit me:mãdata mea custodit.Hoc est ingt,mandatũ meũ vt diligatis inuicem.& qui diligit proximum implet Dei charitatem, quia ipse iu se recipit quicquid confertur in proximum.Et quidem iis qui initia habent ad timorem:Dei & ad primos aditus religiouis accedunt,prima institutio est vtilis per timorem,secundum scientiam sapiẽtissimi Solomonis dicentis,Initium sapientiæ timor Domini.Nam idipsum etiam in Psalmista legitur Vos vero fratres quia iam paruuli in Christo esse destitistis:neq; vltra lacte indigetis,cibos solidos ex dogmatum firmitate perquirite ad nutriendum & pascendum interiorẽ hominẽ

Quale aial hõ.

Mutuæ dilectionis ratio

Duorũ mãdatorum con iunctio.

Magnitudo grē dānationis occasio ingratis est.

quousq; ꝑ eminētissima queq; ꝑueniat ad ꝑfectū, & in omi quę in Christo est veritate firmet. Obseruandū sane est, ne forte copiosioris gratię pondus, grauioris nobis causa cōdēnationis existat: si ingrati inueniamur largitoris muneribus. Illud autē ante oīa cōsiderādū est: ꝙ neq; aliud vllū mādatū, neq; hoc qđ de charitate Dei & proximi præcipitur, implere quis poterit: si per varias & diuersas occupationes animus erret. Sed neq; artificium vllum vel vllius disciplinę industriam adipisci possibile est eos, qui frequenter ex aliis ad alia referuntur.

Obest ad ꝑfectū ꝑ multa vagari.

Omi ergo custodia oportet nos seruare cor nostrum: ne forte desideriū Dei mala desideria & sordidę cogitationes depellant a nostris animis ac detrudant: sed econtrario assidua cogitatiōe & memoria Dei formam quodammodo eius ad figuram animæ nostræ signaculis insigam⁹: quæ nullis queat intus turbationibus aboleri.

Insigēda est mēti nr̄æ dei mēoria.

Sic enim & desideriū in nobis diuinæ charitatis accenditur, dum frequens eius memoria mentē atq; animos illustrat, & ad opus mandatorū Dei erigimur & suscitamur. Et rursus ipsis charitatis operibus vel conseruat in nobis Dei charitas vel augeť: & hoc puto ostēdere volentē Dominū dicere: aliquādo quidē si diligitis me mandata mea seruate: aliquādo si facitis quę dico vobis ꝑmanetis in charitate mea: sicut ego seruaui mandata patris mei, & maneo in eius charitate.

Prospectus aī nostri in quolibet opere ad deum.

Ex quibus docet nos ꝓspectum operis nostri debere ex sua voluntate pēdere: vt tanq̄ speculum quoddam ipsum habētes & semper ad ipsum respiciētes opus nostrum ad ipsum oculo dirigamus. Sicut enim artificia quæ in hac vita sunt ꝓspectum animi gerunt: & ita secūdum hoc qđ animo conceperint etiā in opere vtunť manuū ministerio, sic & in hoc nostro opere vnus manet nobis iste ꝓspectus, atq; vnus terminus est quo Deo placere debeamus. Secūdum hūc ergo ꝓspectū opus dirigamus mandatorū. Impossibile nāq; est aliter stare posse operis nostri formam: nisi volūtas eius qui iniunxit opus semper in memoria habeať: vt eius volūtate seruata, & laboris diligētia competenter expleta, semper iungamur Deo: dum semper eius memores sumus.

Similitudo aptissima.

Sicut eñi verbi causa, faber securim faciens aut falcē, meminit semper eius qui opus iniunxit: & retinet in corde suo cuius magnitudinis vel qualitatis vel formæ iniunxerit fieri securim: & illud semper intendens qđ sibi meminit a Domino operis iniunctū, ad hoc dirigit manuum ministerium: vt forma operis cū eius qui iniūxit animo ac volūtate conueniat: si autē obliuiscať qđ vel quale sit qđ sibi fuerat imperatum: sine dubio aliqđ aliud q̄ sibi fuerat iniunctū, faciet: Ita & Christianus omnē conatum & omne studiū in actibus suis adhibere debet: vt secūdū voluntatē Dei qui opus iniunxit, suum quoq; dirigat opus: vt & actus sui ornenť, & possit ei⁹ qui pręcipit voluntatē implere. Tūc etiā illud complere potest qđ dictū est. Siue māducetis, siue bibatis, siue aliud quid faciatis, omnia ad gloriā Dei facite. Si vero declinet aliquis a regula & corrumpat obseruātiā mandati, ex hoc ipso arguetur ꝙ sit immemor Dei.

Prodest loci solitudo.

Plurimū aūt prodest ad conseruandam memoriam Dei, etiam secretius & remotius habitare. Nam permixtim viuere cum iis qui negligentius agunt circa timorē Dei & contēptum habent mandatorum eius, plurimū nocet: sicut & Solomonis sermo testatur dicens, Cū homine iracūdo ne habitaueris: ne forte discas vias eius & accipias laqueos animę tuę.

Malorū societas vitanda.

Et item qđ dicit. Exite de medio eorū: & separamini dicit dn̄s: idipsum respicit. Igiť neq; ꝑ oculos, neq; ꝑ aures respiciamus illecebras ad peccatū: ne paulatim lōgo vsu inhęream⁹ in cōsuetudines pessimas, & rursum non possimus orationi vacare: oportet primo secretius habitare. Hoc eñi modo & pręcedentes consuetudines excidimus: in quibus contra mādatū Dei agebamus.

Difficile viciť cōsuetudo

Nō eñi paruus est labor: vt se aliqs a priori nō bona cōsuetudine reflectat ac reuocet: quoniāquidē mos longo tēpore cōfirmatus vim quodammodo obtinet naturę. Oportet ergo nos primū omnium negare nosipsos & tollere crucē Christi: & sic eū sequi.

Abnegare nosmetipsos quō debeamus.

Abnegamus eñi nos hoc modo: si per omia pręteritę cōsuetudinis obliti, voluntates ꝓprias abnegemus: ita vt nō solū ab omnib⁹ non recte agentibus, verūetiā a nostris ipsorū inordinatis & incōpositis motibus secedamus. Alioqui vt in eadem qs consuetudine atq; in priori conuersatione permanens, emendare se possit & corrigere difficillimum est: immo vt verius dicam, penit⁹ impossibile.

Tollere crucem qđ sit.

Sed & in hoc ipsum vt tollat quis crucem suam & sequatur Christum plurimum impedit societas & permixtio eorū, qui vitā dissimilē ducūt. Nam paratū esse ad mortem ꝓ Christo & mortificare mēbra quę sunt sup terrā: & ꝓ nomine Christi libēter ferre omē discrimē, hoc est tollere crucē suā. Ad qđ grāde impedimētū videmus posse nobis oboriri ab iis q dissimiles sunt: vel vita vel morib⁹: & ad cętera alia q̄ multa sunt. Accidit aūt hoc etiā vt respiciēs aīa ad multitudinē negrē viuētiū: primū qdē occupeť & impediať, ne suorū malorū capiat intellectū: vt possit

vel purgare per pœnitentiam quod deliquit, vel causas resecare emendatione vitiorum: in comparatione enim pessimorum aliquid se iam magis existimat profecisse. Tũ deinde in impedimentis & in turbationibus atq; occupationibus quas communis hominum vita habere solet: id quod maximum omnium est & preciosissimum, memoriam Dei non potest custodire: qua depulsa ab animis & exclusa, non modo omni lætitia & gaudio caret diuino, & dilectionis Domini sustinet detrimẽta: sed & dulcedinem non sentit diuini eloquii, vt dicat. Q; dulcia faucibus meis eloquia tua super mel & fauum ori meo. Verum in neglectum peruenit & obliuionem iudiciorum Dei, & in contemptus consuetudinẽ decidet: quo maius malũ & perniciosius pati nihil potest.

Respicere ad multitudinẽ peccãtiũ

¶De vtilitate vitę communis. Cap.IIII. MO.

QVoniam ostendit nobis sermo tuus periculosum esse cum iis qui mandata Dei contemnunt vitam ducere: nunc discere cupimus an oportet eum qui ab huiusmodi cõsortiis discesserit remotum esse & solum: an vero cum fratribus eiusdem ꝓpositi, & eiusdem animi vitam suam sociare? BA. In multis vtiles esse video vitam communem ducere: cũ iis q eiusdẽ volũtatis sunt atq; ꝓpositi. Primo quia ad vsus corporales victusq; ministeriũ vnusquisq; nostrum solus non sufficit: & ideo ꝓ iis quę ad vitę nostræ ministeriũ necessaria sunt, inuicem homines opera nostra egemus. Sicut enim pes in alio quidem suis viribus vtitur, in alio vero indiget alienis, & sine cęterorum adiutorio membrorum, nec explere opus suum, nec sufficere suis viribus potest: ita etiam vita solitaria mihi pati videtur, quum neq; qđ ei inest vtile est, neq; qđ deest alio quæri potest. Præter hoc autem ne ratio quidem charitatis vnumquẽq; permittit qđ suum est quęrere: dicente Apostolo: Charitas non quærit quæ sua sunt. Deinde sed nec culpas quidem suas vnusquisq; ac vitia facile dignoscit, quũ qui arguat nemo sit: & facile huiusmodi homini accidere potest id qđ scriptum est, Væh soli: quia si ceciderit non est alius qui erigat eum. Sed & mandata quidem a pluribus facilius adimplentur: ab vno vero dum vnum mandatum videtur impleri, aliud impeditur: vt puta quomodo solus visitabit infirmum? aut quomodo suscipiet peregrinum? Si vero omnes corpus sumus Christi: singuli autem alter alterius membra, per consonãtiam velut in vnius corporis compage in spiritu sancto aptari & coniungi debemus adinuicem. Q; si vnusquisq; nostrum solitariam eligat vitam: si non tali aliqua causa vel ratione quæ Deo sit placita: vel ad communem cæterorum pertineat dispensationem: sed propriæ voluntati & passioni satisfaciens: quomodo possumus vicissim adimplere: & integram assignare membrorum ad se inuicẽ cõsonantiã? Iste enim talis neq; cum gaudentibus gaudet: neq; cũ flentibus flet: quoniã separatus & diuisus a cęteris, neq; cognoscere quidẽ necessitates proximorũ poterit. Tũ deinde nec sufficere potest vnus ad suscipienda omnia dona spũssancti: quia secundum vniuscuiusq; mẽsuram fidei & donorum spiritualiũ distributio celebraƭ. Vt id qđ per partes vnicuiq; distributum est, rursum tanq̃ membrum ad ædificationem vnius corporis coeat & cõspiret. Alii autem datur sermo sapientię, alii sermo scientię, alii fides, alii prophetia, alii gratia curationum & cætera: quę singula vtiq; non tam pro se vnusquisq; q̃ pro aliis suscipit a spiritu sancto, & ideo necesse est vniuscuiusq; gratiam quã susceperit a spiritu Dei in commune prodesse. Accidit autem vt is qui remotus viuit & separatus vnamquamq; suscipiat gratiã, & hanc ipsam inutilem faciat dum nihil per eam operatur: sed fodit eam in semetipso: quod cuius & quanti sit periculi nostis omnes qui legitis Euangelium. Si autem cæteris communicat gratiam, & ea ipsa perfruiƭ quam ipse suscipit, & multiplicaƭ in eo dum communicaƭ cæteris: & ipse nihilominus fruiƭ gratia reliquorum. Habet autem & alia q̃plurima bona communis vita ista sanctorum: quę non est possibile nunc omnia dinumerare. Iterum interim vt diximus ad conseruãda spũssancti dona commodior est multo q̃ si degamus in solitudine. Sed aduersus insidias inimici quæ extrinsecus inferunƭ, multo cautior est & vtilior societas plurimoꝝ vt facilius suscitetur a somno: si quis forte dormierit somnum illum qui ducit ad mortem. Sed & delinquenti delictum suum facilius apparebit: quum a pluribus vel arguaƭ vel noteƭ: secũdũ qđ & Apostolus dicit. Sufficit ei qui eiusmodi est obiurgatio hęc quæ fit a pluribus. Sed & in oratione non paruum emolumentum a pluribus nascitur cum consensu & vnitate orantibus: vt ex multorũ ꝑsonis per gratiã quę in nobis est, gratia referaƭ. Sed & interdũ periculo ꝓxima est vita solitaria. Primũ qdẽ illi periculo subiacet: qđ certe grauissimũ est, in quo sibi placet: & neminẽ habẽs q possit ꝓbare opus suũ, videbiƭ sibi ad summã ꝑfectionẽ venisse.

Vtilitates cõis vitę.

Iniusta cã solitudinis appetendę.

Vniuscuiusq; gratia debet i cõi ꝓdesse.

Multiplicaƭ cõicata gratia.

Vitę cõmunis cõmoditates.

Orãtiũ vnanimitas ꝓdest

Multa vita solitarię picula.

Tū deinde sine vllo exercitio legēs: neq; quid sibi abundet vitii: neq; qđ virtutis desit agnoscit: neq; discretionem habere poterit in operum qualitate, pro eo ꝙ operandi materia omnis exclusa sit. In quo enim humilitatem suam ꝓbare poterit: neminē habēs cui se humilē exhibear? In quo eñ misericordiā demōstrabit, totius cōsortii & societatis alienus? Ad patientiā vero quō seipsum exercebit, nullū habēs q videat eius voluntatibus obuiare? Si qs aūt dicat sufficere sibi scripturę doctrinā & Apostolica pcepta ad emēdationē vitę formata: simile mihi videt aliqđ facere iis q semp fabrile artificiū discūt: nūq̄ tñ faciūt opus: vel iis q instructorum semper arte docent: nūq̄ tñ ędificādę domus operā dabunt. Ecce eñ Dñs non existimauit sibi sufficere solā verbi doctrinā: sed ope ipso voluit nobis tradere humilitatis exēplum, quū pcinctus linteo lauit pedes discipulorū suorū. Tu ergo cui9 pedes lauabis? quem curabis officiis? cuius infimus aut vltimus eris: quū solus viuas? Sed & illud qđ dicit: Bonū & iocūdum habitare fratres in vnū: qđ vnguēto pōtificali in barbā descēdēti spūssanctus comparauit: quomodo in solitaria vita complebit? Stadiū nāq; est quoddā Apostolico pcepto ad emēdationē morū vitęq; formatū: in quo p virtutis exercitium pficit: in quo meditatio diuinorū mādatorum effulget & clarescit. Amplius hęc cōmunis habitatio inter se vnanimorū fratrū habet in se illā similitudinē & exēplum: qđ in Actibus Apostolorū refert de sanctis scriptura diuina: ꝙ omnibus credentibus erat cor vnum, & habebant omnia communia.

Similitudo pulcherrima.

Vita cōmunis stadio cōparatur.

Quomodo renunciandum sit seculo? Cap. V. MO.

SEd vtrum oporteat primo renunciare omnibus: & ita venire ad hāc vitā vel cōuersionē, quæ secundum Deū est: Dño saluatore nostro Iesu Christo dicēte: Si qs venit ad me: abneget semetipsum & tollat crucē suā: & sequat me. Et iterum. Qui non renunciauerit omnibus quę possidet: nō potest meus esse discipulus. BA. Qui ad hoc opus venit vt Deū sequat, etiā semetipsum neget, & tollat crucē suā: certum est autem, quia & ante iā zabulon renunciauit, & operibus eius. Qđ tamē non ab iis q in pfectu vitę sunt, vel q iā ad pfectionē tēdūt: sed ab iis q prima statim cōfessione initiant, fieri solet. In hoc autē renūciat, sicut superius dixim9, etiā sibi homo. i. primę cōsuetudini vel vitę suę. Renūciat autē & moribus vel delectationibus seculi huius: sed & cōsanguinitati corporali, maxime ei q̄ impedire eius ppositū potest: & parētes quidē eos q se in Christo genuerūt magis putabit. Fratres autē eos qui eundē adoptionis spiritū acceperunt: possessiones vero oēs a se ducet alienas. Et vt breuiter dicā: hic cui p Christo oēs mundus crucifixus est, & ipse mūdo: quō potest seruus effici cogitationum & solitudinū mūdi, quū Dñs iubeat etiā animā suā esse abnegādam p se? Perfecta itaq; abrenunciatio in eo est: vt possessionibus ppriis careat, dū adhuc in corpore est. Sed hęc incipit agere ab iis primo q̄ extrinsecus sunt: id est a passionibus & inani gloria, & si qua sunt similia, vt ab iis primo efficiat extraneus. Et hoc est qđ nos docuerūt Apostoli Iacobus & Ioannes q reliquerūt patrē suū Zebedeū & nauē ipsam in qua erāt. Sed & Matthæus relinquēs vectigal, & exurgēs ac sequēs Dñm, qui nō solū lucra reliquerat vectigaliū, sed periculū contempserat, qđ vtiq; poterat euenire a principibus seculi, p eo ꝙ rationes vectigaliū imperfectas atq; incompositas reliquisset. Ita autē cupiditate sequēdi dominū ductus est: vt nullum prorsus huius vitę respectum vel cogitationem sibimet reseruaret. Qz autem neq; ad affect9 parentum si aduersantur Dominicis pręceptis, neq; ad vllam aliquam humanam delectationem oporteat aliquem respicere, & per hoc ab eo qđ proposuit impediri: Dominus nos docet, dicens. Si quis venit ad me & non odit patrem suum & matrem suam: aut vxorē, aut filios, aut fratres, aut sorores, insuper & animam suam, non potest meus discipulus esse, qđ est est simile illi quod dixit, vt deneget quis seipsum.

Perfecta abrenunciatio.

Quibus debeamus nostra relinquere.

Cap. VI. MO.

NVm oporteat eum qui seruis Dei sociari vult, relinquere indifferēter propinquis suis portionem facultatum suarum, cum contra Dominus dicat. Vade & vende oīa bona tua & da pauperibus & habebis thesaurum in cælo, & veni, sequere me. Et iterum. Vendite omnia quæ habetis, & date eleemosynam. BA. Arbitror quidē ꝙ is qui accedit ad Dei seruitium non debeat contendere, cuilibet relinquere ea quę sibi competunt, sed tētet omnia si fieri possunt, cum summa diligentia assumpta, tanq̄ ea quæ iam Deo consecrata sunt, quātum fieri pōt rationabiliter dispensare, sciens quia nō est absq; piculo in ope Dei agere negligēter. Si vero ppinqui eius vel parētes cōtra fidē veniāt, debet rursum reminisci dñi dicētis, qa nō

est qui reliquerit domũ, aut fratres: aut sorores, aut parẽtes, aut vxorẽ, aut filios, aut agros, ꝓpter me & ꝓpter Euãgeliũ, qui nõ recipiat cẽtuplũ in pſenti tẽpore, & in futuro vitã æternam. Verũtamẽ oportet eũ iis q sibi quę sua sunt denegãt & resistũt & desidem faciũt ꝓnũciare & testari, quia sacrilegii crimẽ incurrũt: secũdum mãdatũ Domini dicẽtis. Q; si peccauerit in te frater tuus: vade & argue eũ, & reliqua. Iudiciũ vero experiri de his apud iudices seculi abnuit religionis auctoritas: ꝓpter id qđ dixit Apostolus. Audet quis vestrũ negocium habens aduersus alium iudicari apud iniustos, & non apud sanctos! Et rursum. Quia iam quidem omnino delictum est in vobis, quia iudicia habetis inter vos. Declinãdũ religiõis seculare iudicium.

¶Qui debeant suscipi & quomodo probentur venientes. Cap. VII. MO.

VTrũ oporteat nos oẽs q veniunt suscipere cum ꝓbatione, & qualis ista debet esse ꝓbatio: quum Dei clemẽtia oẽs vocet p illã prædicationẽ qua dicit. Venite ad me oẽs qui laboratis & onerati estis: & ego vos reficiã! BA. Nõ decet absq discrimine abiicere quẽpiã venientẽ ad nos. Verũtamẽ illotis (vt aiunt) pedibus nõ cõsulẽdum est intrare quẽpiã in sanctã doctrinã, sed sicut Dñs noster Iesus Christus iuuenem illũ qui ad se venerat interrogauit de priori vita sua: & quum audisset quia recte transacta est, qđ deerat ei pcepit adimplere: & ita demũ iussit eũ sequi se: & ita etiã oportet nos inquirere de prꝛterita vita & de cõuersatione, ne forte simulata quis mẽte & fallaci animo accedat ad nos. Qđ ita demũ dignoscit: si facile omnem laborem corporis qui iniũgitur ferat, & ad castigationem vitę pronus inclinat: vel si etiã delictũ aliqñ suũ, quũ interrogatus fuerit, nequaq ꝓnũciare confundit, & medelam delicti quę adhibita fuerit gratãter assumat. & si ad omnẽ humilitatem absq verecundia inclinatur, ac vilioribus & abiectioribus artificiis: si ita ratio poposcerit, tradi se nõ aspernatur. Quum ergo ex his singulis documentis fuerit comprobatus: & firma mente & stabili consilio promptus animo fit: tunc eum suscipi oportet. Prius autem q corpori fraternitatis inseratur, oportet ei iniungi quædam laboriosa opera, & quæ videantur habere opprobria a secularibus. Et obseruari oportet an hæc libenter ac fiducialiter expleat: nec cõfusionẽ eorum grauiter ferat: vel etiam verum in labore piger inueniatur, an promptus. Probatio idonei ad ꝓfessionẽ.

¶Quæ ætas Dei seruitio opportuna sit. Cap. VIII. MO.

EX qua ætate oportet nosipsos offerre Deo! vel virginitatis ꝓfessionem quãdo oportet firmã & stabilẽ iudicare! dicente Dño! Sinite infantes venire ad me. Et Apostolo Paulo collaudante eum qui ab infantia sua sacras literas didicisset. & rursum pręcipiente edoceri filios in doctrina & correptione Domini. BA. Omne tẽpus primę ætatis opportunum esse dicimus ad suscipiẽdam eruditionẽ & timorẽ Dñi. Firma tamẽ erit ꝓfessio virginitatis, ex quo adulta iam ætas esse cœperit, & ea q solet nuptiis apta deputari. Oportet tamẽ infantes voluntate & cõsensu parẽtũ: immo ab ipsis parẽtibus oblatos, sub testimonio plurimorũ suscipi, vt oĩs occasio maledicti gratia excludat hominũ plurimorũ. Adhibere autem oportet eis summã diligẽtiã, quo possint ad oĩe virtutis exercitiũ ꝓbabiliter institui, tã verbo q intellectu & opere. Quicquid autẽ in tenero quis & paruo inseruerit, firmius & tenacius in posterũ conseruabit. Iniungẽda est ergo infantiũ cura iis q ante oĩa in veritate patiẽtię documenta sui ꝓbabiliter prębuerunt: qui possunt pro merito delicti & æquitatis singulis qbusq etiã correptionis adhibere mensuram: & qui seruent eos primo omniũ a sermonib⁹ ociosis, & ab iracundia atq incitamentis gulę, & a cunctis indecentibus atq inordinatis moribus. Si vero cum ætatis augmento nullus in eis deprenditur ꝓfectus industrię: sed vaga mens & animus cassus ac tumens, etiam post instituta ꝓbabiliora infructuosus permãserit, huiuscemodi abiici oportet: & maxime quum iuuenilis feruor rudẽ lacessit ætatem. Eorum vero qui ætate iã robusta accedunt ad seruitium Dei, oportet quærere (vt diximus) qualitatẽ vitæ prꝛteritæ. Et sufficere etiã hoc ipsum si satis instãter hoc expetũt: & si verũ & ardẽs desideriũ est eorũ erga opus Dei. Huiuscemodi vero documẽta fieri oportet valde prudẽter ab iis qui discurre potuerint & probare. Quũ autẽ fuerint suscepti si forte propositum suum transgressi fuerint: nec videre oportet eos amplius, tanq eos qui in Deum deliquerunt, & professionis suæ pactum transgressi sunt: docente sacro eloquio. Et si peccauerit homo in hominem: orabũt ꝓ ipso ad Dominum. Si autem in Deum peccauerit: quis orabit pro eo! Virginitatis ꝓfessionẽ ętas. Nouicio rũ institutor. Iuniorũ cohibitio. Qñ qs debeat repelli. Delinquẽtis post susceptũ religiõis ꝓpositũ peccatũ.

¶De continentia seruanda & modo seruandi. Cap. IX. MO.

AN oporteat eũ q se pie ac religiose vitę dederit etiã cõtinẽtiã obseruare! BA. Q; ĩ oĩb⁹ necessaria sit cõtinẽtia manifestũ ẽ, Prio oĩm ex eo q Apl's Paul⁹ ĩter fruct⁹ spũsctĩ ẽt

continentiam nominat:tum deinde & immaculatū miuisteriū p hanc seruari posse designat.
quū dicit:in laboribus,in vigiliis,in ieiuniis,in castitate.Et alibi.In labore & fatigatione, in
ieiuniis multis,in fame & siti,in vigiliis frequēter.Et iterū.Oīs q in agone cōtēdit:ab oīi
bus cōtinēs.Et rursum.Macero corpus meū & seruituti subiicio.Qd vtiq nō aliter q̄ p cōti
Feruor ætatis quō reprimat.
nentiā videt impleri.Et iuuētutis tumor ac feruor ætatis:velut freno quodā restringi & re
primi p solā cōtinētiā pōt.Nō em̄ expediūt stulto delitię:secūdū Solomonē.Et carnis curā i
qt Apl's,ne feceritis in desideriis.Et iterū.Vidua q̄ i delitiis est:viuēs mortua est.Sed & exē
plum id diuitis viuentis in delitiis:necessariā ostēdit esse nobis cōtinētiā: ne forte & nos au
Periculosa est icōtinētia.
diamus qd audiuit & diues:qa cōsecutus est bona in vita. Qz autē incōtinētia periculosa sit
etiā Apostolus edocet:quū eā pprie illis ascribit quos recedere a Deo dicit.Ait em̄. In no
uissimis autē dieb9 instabūt tēpora piculosa:erūt em̄ hoīes seipsos amātes. Et quū plura ma
Gulæ mala.
litię genera enumerasset:ad vltimū posuit comessatores,incōtinētes,immites.Sic Esau malo
rum suorū quasi fomitē quēdā habuit incōtinētiā:q p vno cibo vēdidit primitiua sua.Sed &
Vera cōtinentia quę sit.
ptima illa puaricatio nō aliūde homini,nisi p incōtinētiā accidit.Omnis vero sanctorū vita
atq ipsius dñi in carne positi psentia,q̄ nobis alia nisi cōtinētię pponit exēpla? Moses qdē cō
tinuato quadraginta dierū ieiunio semp astitisse indefessus dicit Deo, & meruisse legis auxi
Cohęrēt inuicē mādata dei.
lium humano generi deferri.Helias quoq visione Dei tūc dicit dignus effectus:cū & ipse si
mili spatio tēporū cōtinuisse a cibo pscribit.Sed & Danielis & triū puerorū meritū apud deū
quo de oībus inimicis:& de ipso tyráno triūphū fecerūt,nō aliūde nisi p cōtinētiā venit.Ioā
Cōtinentia conti net virtutes omnes.
nis autē oīs vita cōtinētia fuit.Ab hac etiā Dñs manifestationis suę initia patefecit. Cōtinen
tiam autē dicimus nō q a cibo penitus abstinēdū sit,hoc est em̄ violēter vitā dissoluere : sed
eā qua vitę vsus nō supfluus,sed necessarius cōstat.Quū refugimus qd suaue est,& expetim9
ea q̄ sola corporis necessitas poscit:&(vt breuiter dicā)oīa q̄ passibilē concupiscentiā relique
runt,ab iis abstinere virtus est cōtinētię.Et ideo nō solū erga cibi libidinē continētię virtus
Signū I cōtinētię
agnoscit:sed & quū ab oībus in qbus delectamur quidē corpore,sed in aīa lędimur, abstine
mus.Verus ergo cōtinēs est,q nec gloriā humanam desiderat,sed & a vitiis se cōtinet, & ab
Indecorū risum sugillat.
ira,& tristitia,& ab oīb9 q̄ occupatas tenere cōsueuerūt ineruditas mētes & incautas. Poene
autē in oībus mādatis Dei inuenim9:q vnū alteri cohęret,& separatū ab alio cōpleri impos
sibile est.Id tñ pcipue in hac ipsa cōtinētia deprehendit.Q̄m quidē humilis ille iudicabit:q se
Risu abstinuit domin9.
a supbia cōtinet, & ille q renūciat oībus facultatibus suis, & secundū Euāgeliū vēdit sua oīa
& diuidit:iste sine dubio cōtinet se a pecunię desiderio. Sed & māsuetus ille est q irā cōtinet
& cohibet furorē.Iā vero vagos oculos visum & auris auditū & intēperātiā vitę,qd aliud q̄
Risus quō accipiat in scripturis.
cōtinentia moderat & cohibet?Sed & intēperatū risum cōtinentia coercet. Sicut incontinē
tię signū est inordinatis & incōpositis moribus agere:sic & in risu.Quū itaq subridēdo tm̄
modo lętitiā mentis oporteat indicare,Indecorum est,crepitantem cū sonitu eleuare risum:
qd certū est per incōtinentiā mentis accidere solere etiā inuitis:quę res grauitatē & cōstātiā
animi emollire ac resoluere cōsueuit.Vnde Solomon,Risum inquit dixi amētiā:& sicut vox
Quis pfecte continēs dicat
spinarū sub ola,ita risus stultorū.Et iterū.Stultus in risu exaltat vocē suā: vir aūt sapiēs vix
tacite ridebit.Ostēdit autē Dñs in semetipso necessarias quidē carnis se habuisse passiones.i.
quę virtuti testimoniū ferrēt velut laborē ac fletū & tristitiā: Nusq̄ autē inuenit etiam risu
Libido toti9 fomes pcti
vsus quātū ad historiā ptinet Euāgelii:sed & deflere magis īuenitur eos q ridēt,dicēs. Væh
vobis qui ridetis:qa flebitis.Nec sane seducere nos debet similitudo nominis risus.Mos nā
q est scripturę interdū lętitiā animę & affectū quēdā lętiorē risum nominare:sicut ibi.Sarra
Cōtinentia vitiorum.
risum inquit mihi fecit Deus.Et ipse Dñs.Beati q nūc flent:quia ridebūt.Et in Iob qd dictū
est?Os autē veraciū implebit risu.Hęc oia noia p gaudio animę accipiunt.Qui ergo liber est
ab omī passione, & nihil ad incitamēta libidinū gerit: sed cōtinēter ac sobrie aduersus oē qd
Cōtinentia ciborum.
pōt lędere nitit,hic pfecte cōtinēs dicit:qa sine dubio p hoc alienus inuenit ab oī genere pec
cati.Libido nāq est totius mali muscipula:& p hanc omnes decipimur ad peccatū,& p quā q
non resoluitur neq inclinatur ab ea,omnis ex se peccati pessimum germē excidit.

Idē mod9 abstinēdi statui oib9 non pōt.

¶De mensura continentię. Cap.X. MO.

QVę est mēsura cōtinētię? BA.Quātū spectat ad vitia & passiones penitus abstinere,nec
vnq̄ superari.Quātū aūt ad cibos put vsus deposcit:vel ętas,vl' labor, vl' robur corpis,
vel cōmoditas est.Ita etiā & mod9 & q̄litas tēpabit cibi.Neq em̄ possibile est oēs fratres vnū
ordinē ac modū vel regulā custodire.Hi vero q sani sunt,possunt oēs eādē mēsurā tenere in

abstinentia. Immutari autē oportet per singulos in qbus causa aliqua diuersitatis existit, pui dentia ac puisione eorū: qbus dispēsandi cura hęc pmissa est. Neq singula p sermonē cōplecti possumus: sed ea tm̄ cōprehēdimus, q̄ ad cōmunē vel generalē ptinēt institutionē. Solatia vero in cibis incōmodorū: vel eorū q iā fessi sunt, ex opere cōtinētię suæ vel aliis qbusq laboribus quos p religione ptulerūt: ii q pręsunt secūdū q res & ratio deposcit, adhibebunt. Neq eñ tēpus reficiēdi oībus idē statui pōt, neq modus cibi, neq qualitas: sed pfectus iste vnus sit oībus, vt nō vsq ad satietatē psistamus in edēdo. Repleri eñ vētrē & grauari ex ciboval de inutile est etiā corpori ad oē tēpus. Tū deinde qa & grauat in somnū: & qa etiā lædi ex his facile potest. Sed ne suauia qdē in fame ciborū sectāda sunt: sed sufficit vsum explere viuēdi, refutata luxuria. Si eñ libidini seruiamus: nil aliud est q̄ deū facere vētrē nostrū. Quia qdē corpus humanū semp exolescit & defluit: idcireo & repleri indiget & reformari: pter qd & naturale est cibi desideriū, id qd secūdū rectā rationē vsus ipse ad reparationē poscit eorū q exinanita fuerint & absumpta tā aridi q̄ etiā humidi alimēti. Siqd ergo est qd potest vel breuius vel facilius explere hāc necessitatē corporis in cibis, id potius eligēdū est. Sed & hoc opinor ostēdit dn̄s quū esurientes refecit in deserto: qa cū vtiq maiore miraculo copiosiores eis cibos parare posset, nihil horū fecit: sed simplicē eis exhibuit victū. Et secūdū Ioannē q panes ordaceos & pisciculos apponit duos: de potu quidē nec mētio vlla fuit. Ex quo id sine dubio designat, q oībus sufficiēs esse possit aq vsus & pnecessarius, nisi forte aliqs p infirmitatem corporis ex hoc lędi videat: quū sine dubio secūdū cōsiliū Apostoli Pauli ad Timot. scribēris, cauēdū est qd nocet: Sed & q̄ manifestā inferūt noxā corpori deuitāda sunt. Absurdū eñ videtur pter sustētationē corporis cibū sumere: & rursum p ipsum corpori inferre pnicię: & inutile id reddere ad ministeriū mādatorū Dei. Oportet tñ oīmodo illis vti cibis q & facilius & vilius cōparant: vt ne occasione abstinētię inueniamur pciosiora quæq & difficiliora sectari, dū suauitate cōdimētorū vilis natura cibos in delicatū saporē conamur extollere: sed qd in vnaquaq puincia facilius & vilius cōparat, & qd in vsu oīū cōmuniter habet, hoc ad vsus nostros oportet assumi: & ea tm̄modo deferētes inferētesq quæ ad vitā pnecessaria sunt id est oleum & alia huiuscemodi, vel siqua etiā ad infirmantium solamen adhibentur.

Cibus nimius nocet etiā corpori. Appetitus cibi naturalis ē Quid maxīe in cibis eligēdū sit. Aq vsus potui sufficit. Pulchra ratio de abstinentia. Vilitas cibi sectanda. Vsus cōmunis amādus.

¶De loco in conuiuio eligendo. Cap. XI. MO.

QVomodo oportet nos obseruare circa cathedras & accubitus: quū tps poposcerit: qm̄ pceptū dn̄i habemus, q nos i oībus instituit ad humilitatē: i quo etiā de hoc pnūciat, vt si ad cōuiuiū eamus, discūbēdi locū nouissimū regramus, & nō occupēmus locū primū. BA. Illud oportet nos obseruare, qa vbi oēs eodē psectu ac pposito cōuenimus, maxie si i multis ac maioribus humilitatis nrę documēta iā dedimus: cupere qdē puenire vnūquēq inferiorē locū secūdū Dn̄i mādatū cōdecēs est: sed rursum si res ad cōtētionē veniat de hoc, & vnus aliū detrudere velut de loco iferiori conet, valde est iprobabile. Causa eñ ex hoc pturbatiōis & inquietudinis nascit, si incipiat nemo alteri cedere. Et si p hoc certamina moueant: simile erit tanq̄ de primatibus cōtēdat. Propter qd oportet etiā in hoc cōsiderātibus puidere, vel qd vniuicuiq nostrū cōpetit, vel certe indulgere ei cui cura cōmissa est, & in cęteris, & in recūbēdo ordinē custodire & obtēperare, & vt ipleat i nobis qd dictū ē, oīa vestra honeste & secūdū ordinē fiāt.

Improbāda est cōtētio.

¶De vestimentis vel calceamentis. Cap. XII. MO.

QVis est dignus vel decēs habitus Christianis? BA. Quoniā in superioribus sermo humilitatē docuit esse necessariā: vult ergo vt qui religiose ac pie viuere cupit, in oībus humilitatem ac simplicitatem requirat. i. ea quę paruo sumptu acquiruntur: Id obseruādum puto in corporalibus vsibus, per qd occasiones nobis maiorum occupationum minime fiāt. Hoc ergo etiā in obseruatione indumentorum custodiendum puto. Si enim nobis studium habendū est vt omniū simus nouissimi, certū est in indumētis omnium nouissimos deputare nos debere. Nam sicut si qui gloriam sibi ex indumētorum splendore conquirunt, satagūt quomodo preciosis & magnificis vestibus videant induti: ita consequēs est qui de vltimo & nouissimis. i. p nimiā humilitatē placere studet, eligere debere hoc in quo omniū nouissimus & vltimus appareat, sicut ille q ecōtrario ē de summis & pciosis videri clarus & nobilis gestit. Si eñ in publica cœna arguūtur Corinthii q p copiā suā cōfūdūt eosq nō habēt: certū est q in hoc simplici & communi omniū indumēto, qui ad communem habitum vel vsum pertinet, si alter altero pręferat habitus, vel pciosior inueniat ex ipsa comparatione confundimus non habētes. Sufficiēter quoq Apostolus in huiuscemodi vsibus breui sermone regulā po-

Vestimētorū luxuriam damnat. Breuis regula de indumēti ratione. Debent habitus moresq; pariter conuenire. Reptēsibiliores sunt religiosi siv͏̄ paululū deliquāt. Religiosus habitus infirmiorib9 vtilis. Ordinatus habitus qs fit. De zona & calceamento. Vsus zonę cōuenientia. Contra variā vestimētorū supellectilem.

fuit dicēs.Habētes autē victum & vestitū,his contenti simus.Ostēdit indumēto solo quo cō tegamur indigere nos,& nō varietate aliqua vestis & ornamēto ei9 ac decore iactati: q̄ vtiq; postmodū introducta sunt humanę vitę artificiis luxurięq; ingenio cōquisita.Sed & primus ille indumēti vsus hęc eadem indicat:quum dicitur Deum fecisse primis hominib9 pelliceas tunicas.Sufficiebat em̄ ad confusionē tegendam huiuscemodi indumenti vsus.Verū quoniā nobis pfectus in indumentis etiā calefieri & foueri necessarius videtur,ad vtrumq; vsus ipse reperetur:quo & cooperiri nuditas videatur,& vis frigoris vel omne qđ extrinsecus lędit arceri.Sed quoniā in his ipsis alia qdē sunt meliora,alia inferiora:cōsequēs est ea eligere quę nobis vsum exhibeant longiorē:ita tamē q̄ in nullo lędatur regula volūtariæ paupertatis.i.ne alia quidē nobis sint vestimēta ad pcedendum parata:& alia ad vsum domesticū: & rursum alia ad aliqđ tēpus:vel alia in nocte,alia in die. Sed oportet vnū illud ipsum tale esse idumētum qđ nobis sufficiat ad oīa:vt in die honestū videaē indumentū: & in nocte expleat necessitatem.Ex hoc em̄ fiet:vt & habitus noster cōmunis & similis atq; vnius formæ sit omnium:& Christianū etiā visio ipsa designet.Ea em̄ quę vno pspectu ac pposito gerunē, similia immo eadē esse oībus debēt.Vtile est autē etiā ex ipsa pprietate vestis aut habitus intelligi vnūquēq;,& pfessionē eius agnosci in ea vita qua secundū Deū viuit: vt sciat sibi etiā actus similes esse debere,& ad eos qui nos vidēt secūdū habitū nostrū æquales & in actibus apparere debere.Non similiter em̄ turpe est in quolibet alio si inhoneste quid agat:sicut in iis q vitam sobriā etiā ipso habitu pfitenē.Si em̄ quis videat in triuio aliquē hominē cędentē aliū: aut vapulantē publice vel turpiter pclamātē,aut in tabernis aliisq; locis vitā cū dedecore ducentē:nec obseruabit quidē facile huiuscemodi hominē,vel notabit,sciens eū consimiliter in reliqua vita sua agere.Si vero eū qui religiosam vitā pfitet,videat quis vel paruum aliquid contra q̄ condecet facere:obseruant omnes & increpāt,& ad religionis opprobriū ducūt. Ita q̄ velut pędagogus quidā ē est infirmiorib9 habitus iste religiosior: vt etiā inuitos eos ab opere inhonesto indecētiq; custodiat.Deinde & Apostolus Episcopū ordinatū esse designat:quęres ad habitū magistri reuocatur.Sed & de mulieribus dicit in habitu ordinato eas esse debere.Ordinatus autē habitus Christiani esse dicitur is,qui secūdū propositū ac pfessionē ei9 aptus intelligiē.Sicut em̄ est pprīū aliqđ militi in habitu vestimētū:& alius est habitus senatoris:ex quo pręcipue intelligiē,vel q̄ iste senator est,vel q̄ ille miles est:ita etiā Christianus habere aliquid pprīū ex ordinatione indumēti ipsius debet.Sed & de calceamētis eadē ratio obseruabiē:qđ simplex est & parcius & aptū pposito & vsibus suffíciēs id assumaē. Zonę quo q̄ vsum ostendūt necessariū esse etiā qui pręcesserūt nos:sancti Ioannis zona pellicea cōstringere lumbos eius dicitur:& Helias antea quasi quidā pprii habitus ipsius designatur quū dicitur:Vir hirsutus & zonā pelliceam circa lumbos habēs.Sed & Petrus zona vsus ostendiē: sicut ex verbis Angeli quæ ad eū dicta sunt recognoscimus.Accingere inquit & calcea te caligas tuas.Sed & beatus Paulus vsus zona ostēdiē per Agabi Prophetiā dicētis:Virū cuius est zona hęc:sic alligabūt in Hierusalē.Sed & Iob audiuit a Domino. Accinge sicut vir lumbos tuos.Virtutis nāq; cuiusdam & prompti ad opera animi signū videtur esse vsus cinguli. Sed & discipuli Domini vsi vidēt eadē ex more:qbus phibebaē ne pecuniā haberēt in zonis suis.Reuera em̄ necessariū videē eū qui manuū opere vti in aliquo debet succinctū esse vt in omnibus pręparatū,ac sine vllo inueniri impedimēto ad oīe boni operis ministeriū. Vti cingulo indiget:vt vel colligata circa corpus sit tunica Christiani:vt quę sic magis confoueri possit,quū vndiq; cōstricta sit:vel nō impediri ad omnē rem quā agere parat.De numero autem indumētorū nihil possumus dicere:quū manifesta definitione pscriptū sit: in quo dicit, qui habet duas tunicas,det nō habēti.Ex quo sine dubio plures habere illicitū est.Quib9 ergo habere duas tunicas nō licet,iis quomodo aliqđ de diuersitate indumētorū pcipi potest?

¶De eo q̄ non debeamus nostro sensu ambulare.

Cap.XIII. MO.

VTrū liceat alicui ex pprio dicere qđ sibi videē bonū absq; testimoniis scripturarū:dño Christo Iesu dicēte de spū sctō:Nō em̄ loqueē a se,sed qcūq; audierit hęc loqueē.De se ipso autem.Nō potest filius a seipso facere quicq̄.Et iterum.Ego a meipso non sum locutus sed q misit me pater,ipē dedit mādatū qđ dicā & qđ loquar:& scio q̄ mādatū eius vita æterna est.Quæ ergo loquor,sicut dixit mihi pater,ita loquor. BA.Quis potest in tātum temeritatis pgredi:vt audeat a se qcq̄ loq vel cogitare?Immo vero sciēdū est,q̄ oēs duce itineris

gemus spiritu sancto:vt ipse nos dirigat in via veritatis,& in cogitatione,& in verbis,& in actibus. Cæcus est enim,& in tenebris degit omnis, qui est absq; sole iustitiæ:qui est Dominus noster Iesus Christus:cuius mandatis,velut radiis illuminamur.Mandatũ enim Domini lucidum inquit illuminãs oculos.Quia ergo in omnibus negociis quę inter nos versantur,vel verbis:quędam quidem per mandatũ Dei in diuinis scripturis distinguuntur:quędã vero reticētur:de his quidem quę scripta sunt nulla prorsus licentia permittitur cuiq̃,vel admittere quod prohibitum est, vel omittere quod pręceptum est:quum ipse Dominus ita pręcepe rit dicēs:Et custodi verbũ hoc qđ ego mãdo tibi hodie, nõ adiicies ad illud, neq; auferes ab eo.Sed & terribilis quędã expectatio iudicii:& ignis zeli qui cõsumpturus est aduersarios,& eos qui ausi sunt tale aliquid operari.De his vero quę scriptura reticuit,regulam nobis Apostolus posuit dicens euidenter.Omnia licent:sed non omnia ædificant.Omnia licent:sed non omnia expediunt.Nemo quod suum est quęrat:sed quod alterius.Itaq; omnino non quæ nobis licita sunt:sed quæ ædificant proximos,agere demus:& non nobis placere, sed proximis ad ædificationem.Scriptum est enim.Subiecti inuicem in timore Christi.Sed & rursum Dominus ait:Si quis vult in vobis esse maior:fiat omniũ nouissimus,& omnium seruus.Quod vtiq; qui implere vult,amputat sibi proprias voluntates,secundum imitationem ipsius Domini dicentis:Descendi de cælo,nõ vt facerem voluntatem meam:sed voluntatem eius q̃ misit me patris.Et iterũ pręcepit Dñs:Si quis angariauerit te mille passus,vade cũ illo alia duo.

Nihil oportet scripturę sanctę addere vel minuere.

¶De obœdientia quibus obœdire oporteat. Cap.XIIII.

AN oporteat omnibus,vel quibuscunq; obœdire? BA. Morum quidem qui imperãt differentia vel diuersitas, non debet impedire obœdientium propositum:quia neq; Moses intemperans extitit socero suo Ietro : quum vtilia moneret & iusta. Commonitionum sane non parua est diuersitas.Alię namq; contrarię videntur esse mandatis Dei:alię vero interrũpere mandatum vel contaminare videntur:alię vero ad explendum id, atq; ædificandum veniunt.Necessarium est ergo meminisse Apostolici præcepti dicentis. Prophetias nolite spernere.Omnia autem probate:quod bonũ est tenete:ab omni specie mala abstinete vos. Et iterum.Cogitantes,purgantes,vel destruentes omnem altitudinē extollentem se aduersus scientiam Dei,& captiuantem omnem intellectum ad obœdiēdum Christo.Si quid ergo est quod conueniat cum mandato Dei & animæ expediat, & hoc nobis ab aliquo fuerit imperatum, velut volũtatem Domini prompte & libenter debemus accipere & explere quod dictum est: obtemperantes inuicem in charitate Christi. Si autem contrarium aliquid mandatis Christi,vel quod illa corrumpere videatur,aut cõtaminare,iubemur ab aliquo facere:tempus est nos dicere.Obtemperare oportet Deo magis q̃ hominibus. Et rursum meminisse Dñi dicentis:Alieni aũt vocē nõ sequũtur,sed fugiũt ab eo:q̃a nesciũt vocē alienorũ.Sed & sancti Apl'i meminisse debemus:qui ad cautelam nostrã ausus est ne angelis quidem parcere,dicens.Etiã si aut angelus de cęlo euangelizet:pręterq̃ quod euangelizamus vobis,anathema sit.Ex quo docemur etiam si valde nobis charus sit aliquis,si magnificus habeatur, & in admiratiõe sit positus qui prohibet nos facere quod a domino præceptũ est:vel rursum imperat quod dominus fieri prohibuit:execrabilis debet esse qui eiusmodi est,oĩbus qui diligunt Deum.

Cõmonitionũ diuersitas & quib⁹ obœdiēdũ sit.

De affectu quo seruire & obœdire debemus. Cap.XV. MO.

QVali affectu seruire debet qui seruit Deo? & ipse affectus quid est? BA. Affectum bonum vel animum,illum esse ego arbitror : quum desiderium vehemens & inexplebile atq; immobile inest nobis placendi Deo.Impletur autem iste affectus scientia:per quã intueri & respicere possumus magnificentiam glorię Dei : & per cogitationes pias & puras:& per memoriam eorum bonorum,quę a Deo nobis condita sunt: ex quorum recordatione venit animę dilectio domini nostri Iesu Christi:vt eum diligat ex toto corde suo:& ex tota anima sua:& ex tota mente sua:scđm illum,qui dicebat.Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te deus.Cum hoc ergo tali affectu seruire oportet domino,sicut ab Apostolo dictum est.Quis nos separabit a charitate Christi? Tribulatio:an angustia:an fames:an nuditas:an periculum:an gladius?

¶De eo qui pręesse habet qualis debeat esse. Cap.XVI. MO.

QVid sentire debet de se is qui pręest : & qualis esse in eos, quibus pręcipit vel imperat? BA. Apud Deum quidem sicut minister Christi: & dispensator ministeriorum Dei,

timens ne pręter voluntatem Dei:vel pręter quod in sanctis scripturis euidenter pręcipitur, vel dicat aliquid vel imperet & inueniatur tanq̃ falsus Christi testis,aut sacrilegus:vel intro ducens aliquid alienũ a doctrina Dei:vel certe subrelinquẽs & pręteriens aliquid eorum quę Deo placita sunt.Ad fratres autẽ esse debet tanq̃ si nutrix foueat paruulos suos:paratus au tem secundum voluntatem domini, & secundum quod vnicuiq; expedit communicare cum eis:non solum Euangelium,sed & animam suam:memor pręcepti Domini,ac Dei nostri dicentis:Mãdatum nouum do vobis,vt diligatis inuicem,sicut & ego dilexi vos.Maiorem hac charitatem nemo habet,vt animam suam ponat quis pro amicis suis.

¶De modo corripiendi. Cap.XVII. MO.

PEccantem quomodo corripiemus,vel emendabimus pater? BA. Sicut scriptum est domino dicente:Si peccauerit in te frater tuus:vade corripe eum inter te & ipsum solum. Si audierit te,lucratus eris fratrem tuum. Si vero nõ te audierit:assume tecũ aliũ vel duos, vt in ore duorum vel trium testiũ stet omne verbũ.Q̃ si etiã ipsos nõ audierit,dic Ecclesiæ. Si autem ecclesiam non audierit:sit tibi sicut ethnicus & publicanus:si forte hæc increpatio quæ fit a pluribus eueniat ei in salutem.Et sicut dixit Apostolus.Argue,obsecra,cõsolare in omni patientia & doctrina. Et rursum. Siquis nõ obœdit verbo,per Epistolã hunc notate:& non commiscemini cum eo:sine dubio ad mensę participationem.

¶De minimis non contemnendis:sed corrigendis. Cap.XVIII. MO.

SIquis etiam in paruis delictis affligere voluerit fratres dicens:ꝙ deberis pœnitere per singula:an ne forte & ipse immisericors videatur, & dissoluere charitatem? BA. Cum affirmauerit Dominus ꝙ iota vnũ,aut vnus apex non transibit a lege donec omnia fiant,& rursum deffinierit ꝙ de omni sermone ocioso quod locuti fuerint homines reddent de eo rationem in die iudicii:nihil oportet contemni tanq̃ paruum.Qui autem spernit minima,paulatim defluit.Sed & quomodo quis audebit breue dicere,aut paruum delictum:quum Apostolus dicat, manifesteq; definiat ꝙ p pręuaricatiõnẽ legis Deus exhonoratur? Sed & aculeus mortis peccatum esse dicitur.Et nõ dicit ꝙ tali vel tali peccato.Magis ergo irrisor est,qui intermittit & negligit q̃ qui arguit:sicut is qui in morsu serpẽtis permittit delitescere venenũ: q̃ ille qui educit & abstrahit. Sed & charitatem destruit illam, qui secũdum quod scriptum est parcens baculo odit filium:qui autem diligit,diligenter corripit.

Nullum delictũ ẽ paruũ dicendum.

¶De pœnitentis affectu. Cap.XIX. MO.

QVomodo quis debet pœnitere in vnoquoq; delicto? BA. Affectum illum in se recipiẽs quem gerebat ille qui dixit:Iniquitatem odio habui,& abominatus sum.Sed & ea quę scripta sunt in sexto Psalmo, atq; in aliis q̃plurimis. Sed & illa quæ Apostolus dixit ad eos: qui secundum Deum cõtristati sunt. Quantam operatus est inquit,in vobis sollicitudinem? sed indignationem:sed æmulationem: sed vindictam. In omnibus exhibuistis vos castos esse negocio. Sed & in hisipsis in quibus deliquit agens multa contraria.

¶De dignis pœnitentię fructibus. Cap.XX. MO.

QVi sunt fructus digni pœnitentię pater? BA. Opera contraria sunt peccato,quæ debet auferre ille qui vult secundum quod scriptũ est,in omni opere bono fructificare. MO. Qui se verbo dicit pœnitere: peccatum autem suum nõ emendat, quid est? BA. De isto scriptũ est.Si te interrogauerit inimic[9] tuus magna voce, nõ acquiesces ei:septẽ eñ neqtię sunt in aĩa eius.Et alibi.Sicut canis reuertẽs ad vomitũ suũ,ita homo permanẽs in malitia sua.

¶De confessione quibus fiat. Cap.XXI. MO.

QVi vult cõfiteri peccata sua:an oĩbus debet cõfiteri & q̃buslibet, an sacerdotib[9] tm̃,an cęteris q̃busq;? BA. Clemẽtia Dei erga eos q deliq̃runt manifesta est,scd̃m qđ scriptum est:Qui nõ vult mortẽ peccatoris,sed vt magis cõuertat & viuat.Quia ergo cõfessiõis mod[9] ad hoc aptus est:& conuertens se a peccato fructus dignos ostendere debet pœnitentię secũdum quod scriptum est:Omnis arbor quę non facit fructum bonum, excidetur:& in ignem mittetur:necessarium videtur iis quibus dispensatio ministeriorũ Dei commissa est:confitẽda esse peccata.Sic enim & ii qui antiquitus pœnitebãt,inueniuntur apud sanctos cõfessi esse peccata sua.Scriptũ est eñ in Euãgelio:ꝙ Ioanni Baptistę confitebantur populi peccata sua. Et in actibus Apostolorum,Apostolis:ii qui baptizabantur.

Cõfessio institutionis est antiquissime.

¶De perfecta curatione post pœnitentiam delinquentium.
Cap.XXII. MO.

QVi pœnituerunt de aliquo peccato si rursum in hoc ipsum peccatũ inciderunt, quid facient pater? BA. Is qui semel deliquit, & iterum in idem peccatum incurrit: iudicare de se videtur hoc primum, ꝙ ab illo peccato priori non fuerit expurgatus: ex quo velut a radice quadam pessima eadem quę ante pullularunt. Sicut enim quis arboris ramos excidens si radicem reliquerit: vbi radix fuerit virgulta eiusdem seminis germinabit: ita etiam peccatum facere probatur: quoniam omnes qui delinquunt ex ipsis peccatis initium sumunt sed & ex aliis interdum delicti occasio nascitur. Necessarium ergo ei est qui vult omnimodo purgare se a peccato: primas ipsas causas culpę excidere. Verbi gratia. Si ex cõtẽtione vel inuidia fuerit: nõ a se sumpsit exordium: sed radicem habet, arrogantiam ex cupiditate humanę glorię venientem. Dum enim gloriam quęrit ab hominibus: aut cõtentionibus studet, aut recte agẽtibus inuidet: huic inuidet, scilicet per quem videtur ipse minus in laude, vel in admiratione haberi. Si quis ergo semel notatus fuerit inuidię vel contentionis vitio: & rursum in hoc ipsum inciderit, sciat se primam illam causam, de qua superius diximus, ex qua ĩuidia vel contentio nascitur, in interiorib⁹ medullis habere recõditã. Oportet ergo eum & p cõtraria atq; aduersa curari. i. per humilitatem. Exercitationes vero humilitatis sunt: si se vilioribus officiis subdat, & ministeriis vioribus tradat. Ita namq; arrogantiæ & humanæ glorię vitium curare poterit, vt cõsuetudine humilitatis affectus, vltra iã non incidat in arrogãtię & vanę glorię delictum. Sed in singulis huiuscemodi vitiis cura similis adhibeatur.

Similitudo aptissima. Recidiuatio peccati vnde oriatur. Inuidiæ radix. Remediũ contra arrogantiã.

¶De affectu corripientis, & eius qui corripitur. Cap. XXIII. MO.

QVali affectu, vel quali sensu oportet increpare eum qui increpat, Abba? BA. Ad Deum quippe tali mente debet esse qualem indicat beatus Dauid dicens. Vidi pręuaricantes & tabescebam: quia eloquia tua non custodierunt. Ad eos autem quos increpat hunc debet affectum seruare: quem pater & medicus erga ægrotantem filium: & tunc maxime quũ qualitas curæ tristior videtur & grauior. MO. Quali affectu quis debet suscipere correctionem, Abba? BA. Sicut ęger filius patris, & medici de vita sua solliciti, qui si etiam asperum aliquid offerat, vel amarum ad curandum filium: scit vtiq; filius, ꝙ nec pater in aliquo negligere potest de salute filii, nec medicus falli. MO. Qui tristatur aduersus eũ, qui se increpat qualis est? BA. Neq; periculum peccati agnouit iste, neq; damnum, neq; lucrum pœnitentiæ, nec credit illi qui dixit: quia qui diligit, diligenter corripit. Sed & seipsum alienum facit ab illa vtilitate dicentis. Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me. Sed ad lęsionem cęterorũ iste talis permanet inter fratres. Exoluit eñ, & impedit animos eorum qui possunt proficere.

¶De iis qui ostentant peccata sua: & de iis qui vere aut non vere pœnitent: quales erga eos simus. Cap. XXIIII. MO.

QVale iudicium debet esse de iis qui peccantes defendunt opera sua pater? BA. Vt mihi videtur grauius ab illo quod dixit Dominus. Quia expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius: & pręcipitetur in mare: q̃ vt scandalizet vnum de minimis istis. Non enim iam ad emendationem & correptionem: sed defensionem ad confirmandum peccatum suum suscipit qui delinquit. & alios ad simile prouocat malum: ita vt conueniat eis qui peccantes defendunt: illud quod scriptum est. Quia si nõ ostenderitis fructus dignos pœnitẽtiæ excidemini, & in ignem mittemini. Vel rursum quod Domin⁹ dicit: ꝙ si oculus tuus dexter scandalizet te: erue eum, & proiice abs te. Expedit eñ tibi, vt pereat vnum membrorũ tuorũ, & non omne corpus tuum mittatur in gehennam ignis ardẽtis. MO. Pœnitens ex corde quo modo debet suscipi pater? BA. Sicut Dominus ostendit quum dicit: qui cõuocauit amicos suos & vicinos dicens: Congratulamini mihi: quia inueni ouem meam quã perdideram. MO. Erga eum qui pœnitet, nõ pro peccato qualiter esse debemus pater? BA. Sicut pręcipit Dominus dicens. Sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus. Et sicut Apostolus docuit dicẽs: Subtrahite vos ab omni fratre ambulante immoderate & nõ scdm traditionẽ quã tradidim⁹ vobis.

¶De proprietate non habenda. Cap. XXV. MO.

AN debeat habere aliquid proprium qui inter fratres est? BA. Hic contrarius est illi testimonio quod in actibus Apostolorũ de illis qui credebant primitus scriptum est. Ibi enim ait: quia nemo quicq̃ & eis suum proprium dicebat esse: sed erant illis omnia communia. Siquis ergo propriũ sibi esse dicat aliquid, sine dubio alienum se facit ab electis, & a charitate Christi: qui docuit verbo, & opere compleuit, & qui aĩam suam posuit pro amicis suis.

Si ergo ipse animam suã posuit pro amicis suis:quomodo nos etiã ea quæ extra animã sunt ꝓpria vendicabimus? MO. Si qs dicat:qa neq; accipio a fratribus, neq; do:sed contẽtus meis propriis, quid in hoc seruare debemus pater? BA. Hic non acquiescit doctrinę Domini dicentis, Diligite inuicem sicut ego dilexi vos. Acquiescẽdũ est, & Apostolo dicenti. Auferte malum ex vobis:ne forte accidat, vel modicum fermentum totam massam corrumpere.

¶De his quę dantur a parentibus quomodo dispensanda sint. Cap. XXVI. MO.

AN debeat a carnalib9 propinquis accipere aliquid? BA. Propinquos quidẽ reddere quę sua sunt iis qui ad seruitium Dei accedunt necessarium est, & nihil subtrahere:vt nõ crimen sacrilegii incurrant. Verumtamen hęc pręrogari in cõspectu eorũ ad quos visa sunt pertinere:& illisipsis præstet occasionem elationis ac superbiæ & aliis fratribus eiusdem propositi pauperibus tristitiam generet:ita vt accidat illud in quo arguuntur Corinthii, Apostolo dicente:quia confunditis non habentes. Et idem:qui per loca singula Ecclesiis pręsunt: si sunt fideles & prudentes dispensatores ipsis offerri debent secundum imitationem eorum qui in actibus Apostolorum id fecisse describuntur:de quibus dicitur:quia afferentes precia prędiorũ suorũ ponebãt ante pedes Apostolorum. Certe quoniam non est in huiuscemodi dispensationis officium, fidelitet illis offerri conuenit:qui apud omnes in hoc probati inueniuntur. Verũtamen etiam de his probabit ille qui pręest per quem debeat dispensari.

¶De modo quo nos gerere debemus erga parẽtes vel familiã. Cap. XXVII. MO.

QVomodo debemus videre eos qui aliquando, vel familiares, vel consanguinei fuerunt & proximi? BA. Sicut Dñs ostẽdit quum ei nunciauerunt:ꝙ mater & fratres tui foris stant volentes te videre:ad quos cum increpatione respondit dicens:Quę est mater mea: & qui sunt fratres mei? Qui enim fecerit voluntatẽ patris mei qui in cælis est:ipse meus frater & soror & mater est. MO. Quod si deprecantur nos, vt eamus cũ ipsis ad domos suas, an debeamus acquiescere? BA. Si quidẽ pro ędificatione fidei, aliquis ire potest, si probauerit ille qui pręest, mittatur:Si vero propter aliquam humanam gratiam, audiat Dominum dicentem ad illũ qui dixit:Magister permitte mihi primum ire, & renūciare iis qui in domo sunt: quia nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro:aptus est regno cælorum. Quod si dictũ pro renunciando volenti ire vt renunciaret:quid dicemus de cęteris?

Qñ legitime possit qs parẽtes visere.

¶De vagatione mentis. Cap. XXVIII. MO.

VNde ergo vagatur mens nostra, & cogitationes diuersę ascendunt in corda nostra? & quomodo hæc possumus emendare? BA. Vagatur quidem mens nostra:interdũ ocio dum non occupatur in necessaria sollicitudine, sed in remissione posita, & securitate nõ crepit pręsentem esse Deũ scrutantem corda & renes. Si enim hoc crederet, faceret hoc qđ scriptum est: Prouidebam Dominũ in conspectu meo:quoniam a dextris est mihi ne cõmouear. Qui enim hoc agit, vel horũ similia, neq; vagabitur vnq̃, neq; habebit ocium vanis cogitationibus indulgere, vel aliquid cogitare quod non ad ædificationem fidei, & ad aliquam humanam vtilitatem pertineat & spectet:quãto magis nihil audebit quod aduersum est Deo, & non ei placeat, cogitare?

¶De nocturnis illusionibus. Cap. XXIX. MO.

VNde & nocturnę phantasię inhonestę & turpes accidunt nobis? BA. Veniunt quidem hęc maxime ex diurnis animę motibus & actibus indignis & incongruis. Si enim vacet in iudiciis Dei:expurgatur anima per meditationem legis diuinę, & studium verbi Dei: ibiq; si indesinenter curam gerat, semper requirens & scrutans quid sit quod placeat Deo:talia habebit etiam somnia.

¶De infirmis quõ eis ministretur, & qualiter ipsi debeãt suscipere obsequia. Cap. XXX. MO.

QVali affectu debemus infirmis fratribus ministrare? BA. Sicut ipsi Domino offerẽtes obsequiũ qui dixit:quia quandocunq; feceritis vni ex his minimis fratribus meis, mihi fecistis. Expedit autem ad conseruandum huiuscemodi affectum in obsequiis: vt & ii qui obsequia a nobis suscipiunt tales sint quibus merito deferri obsequium debeat. Et ideo oportet eos qui pręsunt curam gerere:vt ne ii quibus ministratur tales sint, qui carni indulgeant & ventri:sed potius in amorem Dei & Christi eius probabiles inueniãtur, & per patientiam suam, ac vitæ meritum fratrum mereãtur obsequia:habeãtur ad gloriam Christi, & opprobrium zabuli:sicut fuit & sanctus Iob. MO. Cum quali humilitate debet quis suscipere a fra

Nota q. bus maxime ser uiẽdũ sit

tribus obsequium patet! BA. Sicut seruus a domino: & sicut ostendit Petrus Apostolus: quũ ei Dominus ministraret. In quo etiam periculum eorum ostẽdit, qui nolunt obsequium recipere fratrum.

¶De charitate inuicẽ habẽda, & qualiter eã ꝓximis exhibeamus. Cap. XXXI. MO.

QValem debemus habere charitatem adinuicem! BA. Qualem Dominus ostendit dicens, Diligite inuicem: sicut & ego dilexi vos. Maiorem hac charitatem nemo habet, q̃ vt animã suam quis ponat pro amicis. Si autem & animã poni oportet, quãto magis in aliis votum & studium debet ostendi! Sine dubio non secundum humanas voluntates: sed secundum illum prospectum in quo est omnium commune propositum placendi Deo. MO. Quomodo potest quis implere charitatem circa proximum, pater edissere nobis! BA. Primo quidem metuens iudicium præuaricantis mandatum Dei: quia ipse dixit, Qui non crediderit filio nõ habebit vitam: sed ira Dei manet super illum. Tum deinde, velut cupiens ad ęternam vitam peruenire: quia mandatum eius vita ęterna est. Primum enĩ magnum mandatum est, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo: ex tota anima tua. Simile vero huic est secundum: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Et si quis desiderat similis effici domino dicenti: Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, sicut ego dilexi vos. Sed ex cõmuni sensu hoc sentire possumus: ꝙ cum beneficium consequamur a fratre: in eo ꝙ diligimur a fratre, debitores efficiamur, vt eum merito diligamus. Quod etiã inter gentiles obseruari solet: sicut in Euangelio Dñs dicit: Si diligitis eos qui vos diligunt: quæ vobis gratia! quia & peccatores & gentiles diligentes se diligunt. Si enim vel lędit nos, vel aduersatur quis nobis hũc non solum propter mandatum, sed propter hoc ipsum: quia plus nobis pręstat in quo lędit, diligere debemus. Si quidem credimus domino dicenti: Beati estis quũ exprobrabũt vos & persequentur, & dicent omne malum aduersum vos mentientes propter me: Gaudete & exultate, quoniã merces vestra multa est in cælis.

¶De sermone ocioso. Cap. XXXII. MO.

VSq; ad quem modum sermo iudicabitur ociosus pater! BA. Generaliter omnis sermo qui non proficit ad aliquam gratiam fidei Christi, ociosus est: & tãtum est periculum huiuscemodi sermonis, vt etiã si bonum esse videatur quod dicitur: tamen si ad ędificationẽ fidei nõ pertineat: non in sermonis bonitate ille qui locutus est, periculum effugiat: sed in eo ꝙ non proficit sermo prolatus contristat spiritum sanctum dei. Hoc enim manifeste demonstrauit Apostolus dicens: Omnis sermo malus de ore vestro non procedat: sed si quis bonus ad ędificationem fidei, vt det gratiã audientibus: & super hæc adiecit. Nolite cõtristare spm̃ sanctũ Dei in quo signati estis in die redẽptionis. Quo vtiq; grauius malũ nullũ esse poterit. Periculũ ociosi sermonis.

¶De maledico sermone, & detractione. Cap. XXXIII. MO.

QVis est maledicus sermo pater! BA. Omnis sermo qui ob hoc ꝓfertur, vt infamet aliquem aut deroget alicui, vel male cõmendet, maledicus est: etiam si videatur non esse iniuriosus. De hoc manifestum est ex sententia Euangelii quum dicit de Iudęis: ꝙ maledixerunt ei dicentes: tu sis discipulus illius. MO. Quę est detractio, vel derogatio abba! BA. Duas opinor esse causas in quibus licet aliquem dicere & retractare aliena mala. Si quando consiliũ habere necesse est cum cęteris qui ad hoc ipsum vidẽtur assumi, quomodo corrigatur is qui peccauit, vel mali aliquid egit. Et rursum, si quãdo necesse est pręuenire aliquem, & cõmonere ne forte incurrat in cõsortium alicuius mali, dum eum putat esse bonum: quia Apostolus dicit. Nolite commisceri cum huiuscemodi homine. Et Solomon. Noli manere cum homine iracundo: ne forte eius vias discas & sumas laqueum animę tuę. Quod & ipsum Apostolum fecisse inuenimus per hoc quod scribit ad Timotheum dicens: Alexander ærarius multa mihi mala ostendit: quem & tu deuita. Valde enĩ restitit nostris sermonib⁹. Pręter huiuscemodi necessitates quicũq; dicit aliquid aduersus alium, vt vel deroget ei, vel obtrectet: istud est detrahere, etiam si vera videantur quæ dicit. Duę causę quib⁹ põt aliqs alioꝝ mala cõmemorare.

¶De pœna detrahentis vel respondentis qñ corripitur. Cap. XXXIIII. MO.

QVi detrahit fratri, aut prælato: vel qui audit detrahentem, & libẽter patitur: item qui correptus, insolenter respondet, qua pœna dignus est pater! BA. Excommunicari debet detractor. Detrahẽtem enĩ occulte ꝓximo suo hunc persequebar. Et alibi dictum est. Noli libenter audire detrahẽtem, ne forte eradiceris. MO. Q; si de eo qui pręest quis detraxerit?

quomodo eum obseruabimus? BA. Et in hoc manifestum est indicium iracūdię Dei sup Mariam quę detraxit Mosi: quia peccatum eius ne ipso quidem Mose orante inultum deus esse non permisit. MO. Siquis acriori sermone, vel insolētiori voce respōdeat, & admonitus dicat φ nihil mali habeat in corde suo: an oporteat ei credi? BA. Nō omnes passiones animę manifestę sunt omnibus, nec ipsis quidem qui patiuntur eas. Sicut enim sapientissimis medicis signa quędam dantur absconsa & occulta ex corporum motibus, quę ipsos qui patiūtur effugiunt & latent: ita etiam in animo sunt quędam vitia, etiam si non sentit ille qui peccat. Sed & credere oportet domino dicēti: φ malus homo de malo thesauro cordis sui profert mala. Et ideo fieri non potest, vt malus de corde malo proferat bonū sermonem: nec bonus de corde bono malum proferat verbū. Sed iterum quidem potest esse mali cordis bonitas simulata: bonum autem cor malum non potest simulare. Dicit enim Apostolus: Prouidentes bona nō solum coram deo: sed etiam coram hominibus.

¶De ira quomodo possit aliquis non irasci: & quis sit mansuetus: & de aliis quibusdam breuiter. Cap. XXXV. MO.

QVomodo possit aliquis non irasci? BA. Si deum credat omnia inspicere, & dominum pręsentem semper intueatur: quandoquidem neq; is qui iudici suo subiectus est, audet in oculis iudicis sui aliquid suæ indignationis ostēdere, id est cum non ipse sibi alium putat esse subiectum: sed se parat ad alterius obœdiētiam: hoc est ēm omnes ducere superiores sibi. Si enim nō ad omnes vsus suos, vel ad suam vtilitatem obœdire quęrit eos qui obœdiūt: scire debet φ sermo domini vnūquemq; docet aliis obsequi vel ministrare. Quod etiam implet si videt aliquem mandatum domini pręterire: & non erga eum ira moueatur: sed miseratione & compassione: secundū eum qui dicit. Quis infirmatur, & ego nō vror? Mo. Quis est mā- suetus? BA. Qui non transfertur a iudiciis suis, quibus statuit & studet deo placere. MO. Quomodo quis nō vincatur in voluptate ac libidine ciborum? BA. Si statuit sic expectandū esse non id quod delectat, sed id quod expedit, & quod vsui non voluptati sufficiat.

Mansuetus.

¶De malo desiderio amputando. Cap. XXXVI. MO.

QVomodo excidemus mali desiderii appetitum? BA. Desiderio meliore si magis ignimur & accendimur ad amorem dei: secūdum illum qui dixit. Eloquium domini igniuit eum, & iudicia dei iustificata in semetipsa: desiderabilia super aurū, & lapidem preciosum multum & dulciora super mel & fauum. Semper enim desideriū melius est si in opere sit, & in re: & possideat totos aīos nsos: atq; iis q̄ desideram⁹ pfrui cōtendam⁹. Contēnere nos facit & despicere inferiora sicut docuerūt nos oēs sancti, quanto magis ea si mala sunt & turpia?

¶De tristitia & gaudio malis & bonis. Cap. XXXVII. MO.

QVę est tristitia secundum deum? & quę est secundum seculum? BA. Secundum deum tristitia est: quū pro mandatis neglectis, vel pręuaricatione tristamur, secūdum quod scriptum est. Tristitia tenuit me: pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam. Seculi autē tristitia est: quum aliquid de rebus humanis, vel quę ad seculū ptinent, contristamur. MO. Quid est in domino gaudium, vel quid facientes gaudere debemus? BA. Si secundum mādatum Domini gerimus, vel in gloriā dei agimus, hoc est in domino gaudium: vel quum pro nomine domini aliquid patimur & gaudemus: vel aliis sancte agētibus cōgratulamur. MO. Quomodo lugere debemus, vt beatitudinem consequamur? BA. Cum illa interrogatione in qua exposuimus, quæ est secundum deum tristitia, etiam ista interrogatio cōtinetur: id est si pro peccatis lugemus, vel si eos deflemus, qui per præuaricationem legis inhonorant deum, vel propter eos qui periclitantur in peccato: quia anima quæ peccauerit ipsa morietur: secūdum illum qui dixit. Et lugeam multos ex iis qui ante peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam. MO. Vtrum ex toto corde ridere non liceat? BA. Cum dominus eos qui nūc ridēt, cōdemnet: manifestum est: φ nunq̄ tempus est risus fidelis animę: & maxime quum tam pluris mi sint, qui per pręuaricationem legis deū exhonorent, & in pęccatis suis moriātur: pro quibus vtiq; tristari indesinenter conuenit & lugere.

Nūq̄ est tēpus ridēdi in hac vita.

¶De sollicitudine seculari, & negligentia quomodo accidat. Cap. XXXVIII. MO.

QVæ est sollicitudo secularis abba? BA. Omnis sollicitudo secularis etiā si nihil videatur habere illicitum: tamen si ad religionem nō pertineat & ad virtutem, secularis est. MO. Vnde nobis accidit importune dormitare, & quō hoc possumus abiicere pater? BA.

Venit quidem importune dormitare, tunc cum languidior est anima erga memoriam domini, & quum iudiciorum eius eam incessit obliuio. Abiicere autem id possumus, quũ dignam de deo assumpserimus cogitationem, & ad volũtatem eius extẽderimus desideria nostra: secundum illum qui dixit: Si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationẽ: & requiem temporibus meis, donec veniam in locum domini tabernaculum Deo Iacob.

De operibus nostris, quomodo oĩa in gloriam dei faciamus. Cap.XXXIX. MO.

QVomodo ad gloriam dei quis faciat omnia pater? BA. Quum omnia propter deũ, vel ex mandato dei facimus, & in nullo sectamur hominum laudes, & in omnibus meminimus domini dicẽtis, Luceat lux vestra coram hominibus, vt videant bona opera vestra, & magnificent patrem vestrum qui in cælis est. MO. Quomodo mãducat quis, & bibit in gloriam dei? BA. Si in memoria semper habeat a quo pascitur deum: & si non solum animo, verum etiam corpore per singula contestetur se ei gratias agere, & se per eum manducare. Sed & quasi operarium dei ab ipso refici ob hoc, vt ad laborem vel expletiõnem sufficiat mandatorum dei. MO. Quomodo facit dextera quod non cognoscat sinistra? BA. Quũ intenta mẽte, & fixo desiderio placẽdi deo agimus opera dei, & omni sollicitudine cõstringimurne discedamus a via recta, & ab opere legitimo: tunc nullius prorsus extrinsecus, neq; membri nostri recipimus cogitationem, nisi solius dei, & eius operis qđ explemus: tanq̃ si artifex faciens vas, indesinenter & eius meminit qui opus iniunxit: & vas quod versat in manib⁹, si recte & fabre veniat intuetur. MO. Quomodo apparebit quempiam hominibus velle placere? BA. Quum præsentibus quidem iis qui laudare possunt, agit aliquid operis boni: nullo autem tali præsente, vel etiã iis qui vituperare possunt astãtibus, segnior & pigrior est in opere. Si enim domino placere velit: semper vtiq; & in omni loco idem esse, atq; eadẽ gerere studebit: adimplens id quod scriptum est. Per arma iustitiæ a dextris & a sinistris: per gloriam & ignobilitatem: per infamiã & bonam famam, per seductores & veraces. MO. Quomodo quis effugiet vitium placendi hominibus, vel captandi laudem ex hominibus? BA. Si certus sit de præsentia domini, & fixam habeat sollicitudinem deo placendi, & multo desiderio teneatur earum beatitudinum quæ a domino repromissæ sunt. Non enĩ oportet sub præsentia domini placere cõseruis ad iniuriam domini, vel sui perniciem: non domino, sed cõseruorũ nutibus annuẽdo.

Pulchra expositio quõ impleatur quod dictum est, Nesciat sinistra. &c.

Argu. qñ qs cupiat hominũ laudes.

Remediũ contra laudis appetitum.

¶De superbia, & eius curatione. Cap.XL. MO.

QVomodo intelligitur superbus, vel quomodo curatur pater? BA. Intelligitur quidem ex eo q; semper ea quæ eminẽtiora sunt quærit: curatur autem si credat sententiæ eius qui dixit. Superbis deus resistit: humilibus autem dat gratiã. Illud sane sciendum est q; quomodocũq; quis timeat dãnum supbiæ, impossibile est curari hoc vitium, nisi abstrahat se & secedat ab omnibus occasionibus elationis, sicut impossibile est extingui linguæ alicuius vel gẽtis loquelam, vel artificium aliquod, nisi quis omni genere se penitus abstrahat, nõ solum ab agendo & loquẽdo, sed etiam ab audiendo eos qui loquuntur: vel videndo eos qui agunt id quod obliuisci cupit: & ita obseruandum est de omnibus vitiis.

Signum superbi. Remedium superbiæ.

¶De humilitate & ea implenda: & de honore nõ requirendo. Cap.XLI MO.

QVid est humilitas, & quomodo eam possumus implere? BA. Humilitas quidẽ est hæc: vt omnes homines existimemus superiores nobis, secundũ definitionem Apostoli. Implere autem id possumus si memores fuerimus domini dicentis: Discite a me, quia mitis sum & humilis corde. Quod in multis sæpe ostendit, & docuit. Et credere ei debemus promittenti: q; qui se humiliauerit exaltabitur. Deinde vt indesinenter, & absq; vlla cessatione in omnibus actibus, & in omni negocio humiliores cæteris inueniri studeamus: & in hoc exercitium nostrum ponamus. Vix enim sic poterimus pristinã arrogantiã a nobis abolere, ac memoriã & affectum humilitatis assumere. sic enim etiã in artificiis fieri solet: idemq; modus erit etiã in cæteris virtutibus obtinendis: quæ ex mandato domini nostri Iesu Christi veniunt. MO. Vtrum liceat honorem quærere? BA. Reddere quidem cuiq; honorem edocti sumus: requirere autem honorem prohibiti, domino dicẽte: Quomodo potestis credere gloriam ab inuicem quærentes, & gloriam quæ est ab vno Deo non quæritis? Itaq; requirere gloriam vel honorem indicium est infidelitatis, & alienos esse a pietate dei: maxime quum Apostolus dicat. Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. Si ergo ii qui oblatam sibi ab hominibus gloriam accipiũt, ita cõdemnantur: qui nec oblatã requirunt quali iudicio digni sunt?

Humilitas quid sit.

Acquirẽdę humilitatis difficultas.

¶De Obœdientia: de modo videlicet & affectu obœdiendi, & aliis quibusdam ad id pertinentibus. Cap.XLII. MO.

QVomodo inuicem obœdire debemus pater? BA. Sicut serui dominis secundum quod pręcipit dominus: quia qui vult in vobis esse magnus fiat oim nouissimus & omnium seruus. Quibus verbis addidit, vt inclinet magis ad humilitatem, Sicut filius hominis nō venit ministrari, sed ministrare. Sed & illud quod ab Apostolo dictum est: per charitatem spiritus seruite inuicem. MO. Vsq; ad quem modum oportet progredi eum qui placēdi deo implere regulam cupit? BA. Apostolus ostendit proponens nobis obœdientiam domini. Qui factus est (inquit) obœdiens vsq; ad mortem: mortem autem crucis: & prędixit. Hoc sentite in vobis quod & in Christo Iesu. MO. Qui piger est erga mandatū quomodo potest industrius & vigilans effici? BA. Si certus sit pręsentiam domini esse vbiq; & omnia intueri, & comminationem illam quę aduersus pigrum prolata est ante oculos habeat, & spem multę retributionis domini, qui repromisit per Apostolum dicens: ꝙ vnusquisq; propriā mercedem accipiet secundum suum laborem: & siqua similia in scripturis sanctis inuenimus: quae de labore patientię & operum sollicitudine ad dei gloriam referuntur. MO. Si quis non contentus est quotidie aliquid sibi iniungi ab iis qui pro mādato domini incedunt: sed artificiū vult discere: quali vitio ęgrotet: & verū oporteat ei acquiescere? BA. Iste talis & praesumptor est, & sibi placens & infidelis: qui non timuit sententiam domini dicentis: Estote parati: quia qua hora non putatis filius hominis veniet. Si enim quotidie quis expectat dominum, sollicitus est & trepidus quomodo praesentem diem nō transeat ociosus, & nihil amplius quęrit. Si autē imperatur ei artificium discere: obœdientia sua habet lucrū, & nō in eo ꝙ sibi placet artificium iudicio. MO. Si quis industrius sit promptus ad implenda mandata: agat autem non quod ei iniungitur, sed quod ipse vult, quam mercedem habet pater? BA. Merces eñ eius illa ipsa est: ꝙ sibi placet. Quum autem dicat Apostolus: Vnusquisq; nostrū proximo suo placeat in bonum ad ędificationē. & vt amplius inclinaret & cōstringeret audientes addit & dicit: quia ipse Christus nō sibi placuit: scire debet vnusquisq; periculum suum esse in eo quod sibi vult placere. Simul eñ & inobœdiēs inuenit̄. MO. An liceat alicui excusare opus quod ei iniungitur & aliud quaerere: quum diffinita sit obœdientia, siue obœdientię mensura vsq; ad mortē esse: edissere nobis pater? BA. Qui deuitat hoc quod ei iniungitur & aliud quaerit: primo omniū inobœdientię reus est: & manifeste ostēditur, ꝙ nondum abnegauit semetipsum: & insuper multorum malorum causa efficitur tam sibi q̄ caeteris: quia aditum cōtradictionis plurimis aperit, & seipsum ad contradicendum assuefcit. Et quum non possint singuli discernere quod melius est & eligere: potest fieri si talis sit licentia, vt aliud deterius eligat. Tum deinde etiam suspitionem dabit fratribus ꝙ passione aliqua, vel ad opus quod eligit astringatur, vel certe erga eos cum quibus necesse est operari. Itaq; omnimodo non obœdire multorū malorum causa est. Si autē ratio est aliqua qua sibi recte excusari videatur opus id quod excusat: ponat hanc ipsam huic qui pręest: & relinquat eius iudicio, vt ipse probet: an excusatione dignum est quod eligit. MO. Si iniunctum fuerit aliquid fratri & contradixerit: postea aūt sua sponte obierit & fecerit quid est? BA. In eo ꝙ contradixit quasi non obtemperās iudicandus est, & velut caeteros ad simile prouocans malum. In quo sciat se illi sententię obnoxium quae dicit. Contradictiones suscitat omnis malus: Dominus autem Angelū immisericordem mittet ei. Quum autem certus sit ꝙ homini non obtemperat, sed Domino dicenti: Qui vos audit me audit: & qui spernit vos, me spernit: si compunctus est recordatione mandati prius satisfaciat: & ita si permittitur impleat quod iussum est. MO. Si vero obœdiat quis & murmuret? BA. Apostolo dicente: Omnia facite sine murmurationibus & hęsitationibus. Alienus sit a fratrum vnitate qui murmurat, & opus eius abiiciatur. Manifestum est enim ꝙ iste qui talis est infidelitate aegrotat, & certam spei fiduciam non gerit.

Remedia contra pigritiam.

Obœdiētia nō est in iis quę nobis placent.

Nō debemus nobisipsis placere.

Mensura obœdiētię.

Cōtra excusantes qñ aliqd eis iniungitur.

Excusatio nostra stare debet pñ dētis arbitrio.

Cōtradicētis malum.

Murmurare q̄ graue.

¶De iis qui offendunt aut offendūtur: quomodo satisfaciant, aut recipiant satisfactionem. Cap.XLIII. MO.

SI frater fratrem contristauerit quomodo debet emendare? BA. Si contristauit quidem sicut Apostolus dicit: Cōtristati enim estis, ita vt in nullo detrimentum patiamini ex vobis: non ille qui contristauit emendare debet: sed illi qui contristatus est, indicia eius tristitię quae est secundum deum ostendere debet. Qui vero ipsum indifferēter contristauit .i. non secundū Deū: memor sit Apostoli dicentis: Si autem propter escam frater tuus scandalizatur:

Salutaris cōtristatio.

iam non secundum charitatem ambulas. Et quum cognouerit tale delictum esse suum: impleat illud qđ a Domino dictum est: Si offers munus tuum ad altare, & recordatus fueris ꝙ frater tuus habet aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo: & tunc veniens offeres munus tuum. MO. Qꝫ si non acquiescet vt satisfaciat, quid agendum est pater? BA. Implere debemus in eo illud qđ a domino dictum est de eo qui peccauit, & non egit pœnitentiam quum dicat: Si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. MO. Si satisfaciente eo qui contristauit, noluerit reconciliari is qui contristatus est? BA. Manifesta est in hoc Domini sententia, quæ refertur in illa Parabola de seruo: qui rogatus est a conseruo suo, & noluit patiēter seu misericorditer agere: & videntes inquit, conserui renunciauerunt Domino suo: iratus autem Dominus reuocauit omnem gratiam debiti quam concesserat: & tradidit eum tortoribus vsquequo redderet omne debitum. MO. Qꝫ si contristatur ille qui excitatur ad vigilias? aut etiam irascitur: quid ei facere dignum est? BA. Interim excommunicari debet & non manducare: si forte cōpunctus agnoscat quantis & qualibus bonis semetipsum insipienter defraudet: & ita conuersus recipiat eius gratiam qui dixit. Memor fui Dei, & delectatus sum. Qꝫ si permanserit in stultitia non intelligens gratiam: abscindatur tanq̄ putrefactum membrum a corpore. Scriptum est enim: quia magis expedit, vt vnum membrorum tuorum pereat: q̄ totum corpus tuum mittatur in gehennam.

Noletis satisfacere vindicta.

¶De iudicio: quare & quomodo debemus iudicare. Cap. XLIIII. MO.

QVid est: nolite iudicare, vt non iudicemini pater? BA. Cum Dominus aliquando dicat: Nolite iudicare vt non iudicemini: aliquando vero iustū iudicium iudicate: non vtiq; omni modo iudicandi prohibet facultatem: sed differentiam iudicii nosse nos docet, vt sciamus in quibus iudicemus. Vnde hoc manifeste Apostolus nobis tradidit & dicit de iis causis quæ in vniuscuiusq; arbitrio esse debent. Tu autem quare iudicas fratrem tuum? Et iterum. Non inuicem iudicemus. In his vero actibus quæ Deo non placent: notat eos qui iudicantur: & ipse suam sententiam prodit per hæc quæ dicit. Ego quidem sicut absens corpore, præsens autem spiritu iam iudicaui tanq̄ præsens eum qui hæc ita operatus est: In nomine Domini nostri Iesu Christi congregatis vobis, & meo spiritu cum virtute domini nostri Iesu Christi tradere huiuscemodi hominem Satanæ in interitu carnis: vt spiritus saluus fiat in die Domini. Siquid ita in nostra potestate, vel arbitrio positum & incertum est: non oportet de his iudicare fratrem secundum hoc qđ dicit Apostolus, tanq̄ de iis quæ ignorantur. Itaq; nolite ante tempus iudicare, vsquequo veniat Dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Dei autem iudicia iudicare omnimodo necessarium est: ne forte & nos simili ira absorbeamur si quiescamus erga peccantes & sileam⁹, nisi forte quis eadem faciens fiduciam non habeat arguendi, neq; auctoritatem iudicandi fratrem, dicente Domino: Eiice primum trabem de oculo tuo, & tunc valebis eiicere festucam de oculo fratris tui.

Non omnimō iudicare phibemur.

Definit de qb⁹ iudicandū non sit. Iudicandi necessitas.

¶De zelo & ira. Cap. XLV. MO.

QVomodo intelligit quis vtrum zelo Dei moueatur aduersus peccātem fratrem: an ppria iracundia? BA. Si ad omne peccatum fratris patitur illud qđ scriptum est. Consumpsit me ze. do. tuę, quoniam obliti sunt verborum tuorum inimici mei. Manifestus est ēm & in hoc Dei zelus. Verumtamen etiam in his oportet omnia prudenter dispensare. Si ergo hunc affectum etiam non habuit in anima sua, motus suos sciat magis ex passione q̄ ex deo descendere, & in nullo posse officium pietatis implere. MO. Vtrum vt dicunt quidā impossibile sit non irasci hominem? BA. Si possibile est militi in conspectu regis sui nō irasci, sed nec sic quidem habebit rationem hoc quod dicitur: Humanus enim vultus eiusdem formæ est hominis ad hominem propter vnitatem naturæ: vbi q̄uis sola dignitas sit, eminentia tamē prohibet passionē irascēdi: q̄a nos sic magis veremur Deū quē certi sumus etiā cordi nostro præsentem esse, & motus nostros inspicere: cuius manifestum est quanta sit eminentia hoc ipso ꝙ scrutatur corda & renes: & motus videt animæ.

Quō cognoscamus mot⁹ nsos ex passione descēdere. Nō est impossibile hominē nō irasci.

¶De perfecta subiectione, ꝙ in omnibus oportet nos subiicere, & quo affectu. Cap. XLVI. MO.

VTrum liceat ire quocunq;, non commonito illo qui præest? BA. Cum dicat dominus. Non veni vt a me faciam quicq̄, sed ille qui me misit ipse facit: quanto magis vnusq;q;

nostrum non sibi permittere debet aliquid? Qui em̄ sua auctoritate aliquid agit manifestissi mę superbię morbo detinetur: & subiectus est illi sententię quę dicit: quoniam in hominibus superbientibus abominatio est apud Deū. Sed in omnibus sua sponte, vel auctoritate aliquid agere culpabile est. MO. Anne volenti literas discere, vel lectioni vacare quod vult indulgendum est? BASI. Apostolo dicente: vt non quæcunq; vultis illa faciatis: in omni negocio sua voluntate permittere vnumquenq; agere perniciosum est. Sed oportet illud suscipere: qđ ab iis qui pręsunt iniūgatur, etiā contra voluntatem eius cui iniungitur: secundū exēplum Domini dicentis. Pater non mea volūtas, sed tua fiat. MO. Verū liceat vnicuiq; vitare opus quod grauius videtur? BA. Qui fideliter & pure deum diligit, & certus est de retributione domini, nec sufficere sibi putat ea quæ iniungūtur: sed semper augumenta operis quærit, & maiora q̃ iniunguntur desiderat & exoptat: etiam si supra vires videatur esse quod facit. Nec aliquando securus est tanq̃ opere expleto, sed econtrario sollicitus est & anxius: tanq̃ si nihil dignum præceptis Euangelicis egerit: memor illius dominici sermonis dicentis: Quum autem feceritis omnia quæcunq; præcepi vobis, tunc dicetis: serui inutiles sumus: quod debuimus facere fecimus. Sed & imitabimur Apostolum: cui quum mundus esset crucifixus, & ipse mūdo, non erubescit dicere: quia ego meipsum nondum existimo apprehendisse. Vnum autem ea quidem quæ retro sunt obliuiscens ad ea quæ antea sunt me extendens, secundum propositum sequor ad palmam supernæ vocationis dei in Christo Iesu. Et qui quum haberet potestatem: quia Euangelium annuncians, de Euangelio viuere: magis in labore & fatigatione inquit: Nocte & die operans vixi: non quia non haberemus potestatem: sed vt nos formam daremus vobis ad imitandum nos. Quæ quum ita sint, quis ita vel stultus est vel infidelis: vt putet se maioribus q̃ debet oneribus prægrauari: quum hanc quoq; mensuram nondum possit implere? MO. Quomodo quis promptus fiat etiam ad pericula sustinenda propter mādata domini Abba? BA. Primo quidem vt consideret: quia & ipse dominus obedit patri pro nobis vsq; ad mortem. & certus sit: quia mandatum domini vita æterna est sicut scriptū est. Tum deinde etiam vt credat Domino dicenti: quia qui voluerit animam suam saluam facere, perdet eam. Qui autem perdiderit animam suam propter me, saluam eam faciet. MO. Cū quali affectu obedire oportet ei qui nos ad opus mandati cohortatur? BA. Eo affectu quo esuriens paruulus nutrici obtemperat ad vbera inuitanti: vel quo affectu omnis homo ea quę ad vitam pertinent, immo & siquid amplius, pro eo: ꝙ multo preciosior est futura vita q̃ præsens sicut dixit Dominus: quia mandata mea vita æterna sunt. Sicut ergo præsens vita constat in cibo panis, ita & futura vita constat in opere mandati: sicut & ipse dominus dixit. Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius quæ misit me patris.

[Margin: Volūtas propria culpā h3.]

[Margin: Qua cogitatiōe reddamur ad oē opus prōptissimi.]

[Margin: Nemo putet se pl⁹ iusto grauari.]

[Margin: Quę nos picula paratos facient.]

[Margin: Similitudo de obœdiendi promptitudine.]

De gratia quam habere debemus pro eo ꝙ ad Dei seruitium vocati sumus. Cap. XLVII. MO.

QVali animo debet esse quis pro hoc ipso ꝙ dignus habitus est in opere Dei inueniri? BA. Eo quo erat ille qui dicebat: Quis ego sum domine, aut quæ est dom⁹ patris mei sed quoniam dilexisti me. Explēs per singula id quod scriptum est. Gratias agentes deo patri qui idoneos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine: quia liberauit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regum filii claritatis suæ.

De iis qui nouiter accedunt ad dei seruitutem: quomodo ab aliis instruantur. Cap. XLVIII. MO.

QVomodo debent ii qui præcesserunt in labore operis Dei instruere eos qui nuper accesserunt? BA. Si quidem corpore adhuc vegetes sunt: per hoc ꝙ impigre ad cuncta humilitatis officia semetipsos paratos exhibent, ædificent eos, & formam eis vtilem ad omnem profectum præstent. Si vero infirmiores sunt corpore, per hoc ædificent eos: ostendentes eis se in omnibus vel actibus vel motibus, vel etiam cogitationibus ipsius vultus dei semper habere & cogitare præsentiam. Sed & in iis qui ab Apostolo enumerati sunt specialibus affectibus charitatis de quibus ait. Charitas patiens est: benigna est, non zelatur, non agit perperam, non inflatur, non dehonestatur, non quærit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate. congaudet autem veritati. Omnia sustinet, omnia sperat, omnia patitur: charitas nunq̃ cadit. Hæc enim omnia etiam in infirmo corpore impleri possibile est.

¶De iis qui in monasterio ad tempus esse volunt, quomodo cum ipsis agendum sit. Cap.XLIX. MO.

SI dicat quis: volo apud vos paruum aliquid facere, vt proficiam ex vobis: vtrũ oporteat eum suscipi pater, an non? BA. Dominuo pronunciante, ꝙ venientem ad me non eiiciã foras: & Apostolo nihilominus dicente, propter subintroductos, aut falsos fratres: qui subintroierunt explorare libertatem nostram quã habemus in Christo Iesu: quibus nec ad horam cessimus subiectioni: vt veritas Euangelii permaneat apud vos: concedi ei quidem conuenit ingressum propter incertos exitus rerum. Interdum enim potest fieri, vt per tempus ꝓficiat & delecteť sanctitate vitę & ꝑmaneat incœptis, sicut frequẽter factum scimus. Sed etiã vt manifesta fiat veritas institutionum nostrarum: de quibus homines opinantur: oportet tamen circa eum cautius agi, & diligentius: vt siue in veritate permaneat vel proficiat: siue institutionum nostrarum libertas exploretur: probabilis inueniatur, ac pura. Ita namq́ & nos deo placebimus: & ille aut proficiet si verax est, aut si simulator erubescet.

Fieri potest vt q non firmo ꝓposito cœperit, tpe ꝓficiat.

¶De abstinentia & mensura eius, ac ratione ieiunii. Cap.L. MO.

SI quis supra vires vult abstinere, ita vt etiam in opere mandatorum impediatur per nimietatem abstinentiæ, an deceat ei concedi? BA. Interrogatio vestra nou mihi videtur competenter adhibita. Non enim iam cõtinẽtiam in cibis solam esse diximus. Nam hęc ab Apostolo etiam culpari inuenitur, si nõ cum fide & oratione fiat: quum dicit. Abstinentes se a cibis quos Deus creauit. Sed illam diximus esse perfectã abstinentiam: qua se quis a prioribus suis voluptatibus continet. Quantum autem habeat periculi, qui voluntatem propriam facere vult, & non Domini: certum est ex iis quæ Apostolus dicit. Facientes voluntates carnis & cogitationum, eramus natura filii iræ sicut & cæteri. MO. Qui satis ieiunat, & in refectione nõ potest communem cibum cum omnib⁹ sumere: vtrũ magis eligere debet: ieiunare cũ fratribus & cum ipsis refici, an propter maiora ieiunia alios cibos requirere? BA. Ieiunii mẽsura non debet ex vniuscuiusq́ voluntate pendere, sed ex iussu & institutione eorum qui cõmuniter deo seruiunt: sicut & illorum iu omnibus humanitas & consonãtia refertur, qui in actibus Apostolorum cor & animam vnam habuisse signãtur. Si quis ergo rationabiliter ieiunat & fideliter: & iam virtutem vt sustinere possit petit a domino, consequetur: fidelis est enim qui repromisit. MO. Quomodo oportet ieiunare quum necessarium ieiunium iniungitur, si aliquando aliquid quod religio deposcit explendum est, tanq̃ ex necessitate an voluntarie? BA. Domino dicente: Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam. Omne quod ad religionẽ pertinet, nisi ex proposito & deuotione fiat: ꝑiculũ generat. Debet ergo ieiunio sociari deuotio. Qꝫ ergo necessarium sit ieiunium in talibus quibusq́ causis & maxime quum desideramus aliquid impetrare a domino: etiam sanctus Apostolus docet, qui inter cæteras suas virtutes addidit etiam hoc dicens, quia in ieiuniis. MO. Qui non vult vti ex iis cibis ex quibus fratres reficiuntur sed alios quærit, num recte facit pater? BA. Specialiter hoc ipsum relinquere cibum contra domini mandatum est dicẽtis: Nolite quærere qd mãducetis, aut qd bibatis. Et vt magis uos attentos faceret ad ea quæ dicebat addidit. Hęc enim omnia gentes inquirunt. Sane debet sollicitus esse is qui præest, vt impleat illud quod dictum est. Diuidebatur autem singulis secundum id quod opus erat. MO. Qui dicit: cibus lædit me, & contristatur si ei alius cibus non fuerit datus? BA. Apparet ꝙ nõ est fixus in spe illa quam & Lazarus habuit, nec de charitate eius qui pręest, & tam sui q̃ omnium sollicitudinem gerit, certus est. Verumtamen absolute neq́ de iis quæ prosunt permittitur vniuscuiusq́ iudicio vel voluntate aliquid agere, sed eius qui præest iudicio committendum est, vt vnicuiq́ put res vel necessitas expetit consoletur. Primo omnium in iis quæ animæ prosunt, tum deinde secundo loco etiã in corporalibus vsibus secundum Dei voluntatẽ modereť. MO. Si vero iam quis murmuret ꝓpter escã, quę erga eũ sententia seruabiť? BA. Ea quę circa illos qui murmurauerunt in deserto. Dicit eñ Apostolus. Neq́ murmurauerit is sicut quidam eorũ murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. MO. Vtrum deceat eum qui plus laborat requirere plus a consuetudine? BA. Si propter retributionem dei laborem suscipit, uon hic requirere debet laboris sui mercedem vel requiem sed pro his ad promissa Domini festinare, sciens ꝙ sicut ꝑ laboribus mercedes parauit dominus, ita etiã ꝑ angustiis consolationes. Verũtamen ii qui pręsunt obseruabunt regulam illam quę dicit, Diuidebať vnicuiq́ prout ei opus erat: Debẽt vnumquemq́ præuenire, vt secundum laborem, & solatia refectionis inueniat.

Perfecta abstinẽtia.

Propriæ voluntatis malũ

Nõ debemus ex nr̃a volũtate mẽsurare ieiunium.

Qñ etiã in bono opere periculũ sit

Necessariũ est ieiunium.

Prelati cura.

Oĩa pñidẽtis iudicio cõmittẽda.

Contra murmurãtes de cibo.

Nõ hic reqrẽda est reqes nostra.

¶De vestimentis & calceamentis, & aliis quæ dantur: quomodo recipiantur. Cap. LI. MO.

Q; etiã necessaria vere cũde pe-tẽda sũt.

QVali affectu oportet recipere, vel vestimentum, vel calceamentum qualecunq; fuerit? BASI. Si quidem breue aut grande est ad mensuram staturę suæ hoc indicare debet: sed cum omni verecũdia & mansuetudine. Si vero pro abiectiori vel viliori mouetur, q̃a nõ est nouum: meminerit mãdata domini dicẽtis: Quia dignus est nõ quicũq; sed operarius mercede sua. Discutiat ergo seipsum an digne operatus est opera Dei, & adimpleuit omnia quæ præcepta sunt. Et tunc non aliquid requiret: sed de eo ipso qđ ei datur erit sollicitus: q̃a meritum suum accepit. Hoc autem quod de vestimento dictum est: etiã de omni re quę ad vsus corporis pertinet, eadem forma obseruari potest. MON. Siquis iratus fuerit nolens suscipere aliquid eorum, quæ ad vsus communiter prębentur? BA. Iste talis dignus est: vt etiam si quęrat non accipiat vsquequo probet is qui præest: & quum viderit vitium animi curatũ, tunc etiam quod corporis vsibus necessarium est, præbebit.

¶De iis qui tarde ad mensam vel alibi occurrant. Cap. LII. MO.

SI necesse est omnes conuenire ad horam prandii: eum qui remanet, & post prandium venit, quomodo trãsigem⁹? BA. Si quidẽ necessitate vel loci vel operis remãsit a cõmuni ordine: qui pręest pbabit & ignoscet. Si vero quũ posset occurrere nõ satisfecit, fateač culpã negligẽtię suę, & maneat sine cibo vsq; ad illã horã qua conueniť ad cibum in posterum diem.

De iis quę distribuenda sunt: a quibus distribuantur. Cap. LIII. MO.

PAuperes si veniũt ad ostiũ, petẽtes: quõ tractẽť & an debeat eis vnusq̃sq; porrigere panem, vel quodcunq; aliud: an oporteat hoc ad eũ qui pręest pertinere? BA. Cum Dominus dixerit: Non est bonũ sumere panem filiorum, & mittere canibus, sed & canes de micis quę cadunt de mensa puerorum libenter accipiunt: is cui dispensatio iniuncta est cum consideratione debet hoc facere. Si quis autem pręter illius voluntatem hoc pręsumit facere, tã q̃ inquietus & indisciplinatus corde regatur vsquequo discat loci sui ordinem custodire: secundum quod Apostolus dicit: Vnusquisq; in quo vocatus est in eo permaneat. MO. Vtrum liceat vnicuiq; veterem tunicam suam, aut calceamẽtum dare cui voluerit misericordię causa propter mandatum? BA. Dare aliquid mandati gratia non est omnium: sed eorum quibus officium creditum est. Sic ergo ad quem pertinet dispensatio: siue nouum, siue vetus vestimẽtum, ipse det cui dari debet: & ipse suscipiat a quo suscipi debet.

¶De ratione habenda ad eũ qui pręest vt nihil nisi de eius volũtate fiat. Cap. LIIII. MO.

SI frater iunior iussus fuerit docere seniorem secundum ætatem: quo modo debet agere cum illo? BA. Tanq̃ ministerium exhibens ad implendum Domini præceptum cum omĩ reuerentia, timens illam sententiam quę dicit: Maledictus qui facit opus Dei negligẽter. Obseruet autem ne elatus in iudicium incidat diaboli. MO. An possint peregrini intrare vsq; ad

Eorũ q ordinẽ p turbant monasterii grauis vindicta.

illa loca vbi fratres operantur: vel etiam vtrum alii de eodem monasterio possint relictis locis suis intrare ad alios præter illum cui creditum est requirere operantes: id est ad quẽ opera pertinet dispensatio? B A. Siquis inuentus fuerit hoc faciens tanq̃ interturbans disciplinam & ordinem fratrum, a communi conuentu excludatur: & omnino etiam a licitis gressibus inhibeatur: & sedens in vno loco in quo iudicauerit is qui præest aptus ad correptionẽ & vindictam, nunq̃ permittatur abscedere: sed vrgeatur in opus multo plus q̃ cõsuetudo est & quotidie exigatur: vsquequo discat implere quod Apostolus dixit. Vnusquisq; in quo vocatus est: in eo permaneat. MO. An liceat eis qui nouerunt, suscipere ab aliquo opus absq; cõscientia vel iussione eius qui præest, & operũ sollicitudinem gerit? BA. Furti eiusmodi reus, est vel similis iis qui furibus concurrunt.

¶De cura habenda: de vtensilibus & rebus monasterii. Cap. LV. MO.

QVomodo debent ii qui operãtur curam gerere ferramentorum, vel vtensilium eorum quibus operantur? BA. Primum quidẽ illis sicut vasis Dei, vel quæ iã Deo consecrata sunt vti debent: deinde tanq̃ qui non possunt sine ipsis deuotionis & studii sui emolumenta consequi. MO. Quid si per negligentiam pereat aliquid ex iis, aut per contemptum dissipetur? BASI. Is quidem qui contemnit, velut sacrilegus iudicandus est: & qui perdit per negligentiam & ipse simile crimen incurrit: pro eo q̃ omnia quæ ad vsus seruorum dei deputata sunt, deo sine dubio cõsecrata sunt. MO. Quid si a seipso commodare voluerit alicui, aut accipere ab aliquo? BA. Tanq̃ insolens & temeratius habendus est. Hæc enim eorum qui præ

Magna seruorũ dei commẽdatio

sunt,& curam dispensationis gerunt,officia ꝑpria sunt.MO.Quomodo si necessitas poscat, vt is qui pręest,requirat ad aliquo eorum vas vel ferramentum,& contradixerit?BAS.Qui seipsum & membra sua tradidit in alterius potestatem propter mandatum domini:quomodo licebit ei de vtensilibus contradicere,huic pręcipue,cui cura commissa est?

Vbiq; p sequit a seipis ali qd psu mentes:

¶De iis qui in aliis occupati non possunt occurrere ad opus vel ad orationem Cap.LVI. MO.

SIquis circa cellarium vel coquinam,vel alia huiuscemodi occupatus non occurrat adesse in ordine psallentium,vel ad orationem,nūquid nihil damni patiē in anima,abba?BASI. Vnusquisq; in opere suo obseruare debet propriam regulam,sicut membrū in corpore: & si damnum habebit si neglexerit in eo qđ iniunctū est ei:de communi fratrū vtilitate negligēs amplius periclitabitur:& ideo mente & deuotione complere debet id quod scriptum est:Cātantes & psallentes in cordibus vestris domino. Si enim corporaliter non occurrit adesse cū cæteris ad orationis locum:in quocunq; loco inuentus fuerit,qđ deuotionis est expleat. Oportet tamen obseruare ne forte quis possit complere in tempore suo qđ complendum est & occurrere:sed dum loqui vult occasiones nectit tanq̃ in ministerii opere occupatus. Q đ qui facit:offendiculum cęteris pręstat:& ipse negligentis crimen incurrit.

Cōis vtilitas pfe rēda ē deuotiōi propriç. Contra negligē res ad op9 dei q libēter occasiones a... prant.

¶De reuerentia orationis,& vagatione mentis. Cap.LVII. MO.

QVomodo obtinebit quis,vt in oratione cor eius non vagetur pater?BA. Si certus sit se assistere ante oculos dei.Si enim quis iudicem suum vidēs aut principem,& loquēs cum eo:non sibi credit licitum esse vagari oculis,& aliorsum aspicere dum ipsi loquitur:quāto magis qui accedit ad dominum nusq̃ debet mouere oculos cordis:sed intēt us esse in eum qui scrutatur renes & corda:vt impleat illud quod scriptum est: Leuātes sanctas manus sine ira & disceptatione.MO.An impossibile sit obtinere hominē,vt in omni tempore & loco nō vagetur mens eius,vel quomodo id fieri potest?BA. Q; hoc possibile sit ostendit ille qui dixit.Oculi mei semper ad dominum.Et iterum.Prouidebam dominum in conspectu meo semper,quoniam a dextris est mihi ne commouear.Quomodo possibile sit pro re diximus:id est si non demus animæ ociū,sed in omni tempore de Deo,& de operibus , ac de beneficiis eius & donis cogitemus:& hæc cum confessione & gratiarum actione semper voluamus in mente sicut scriptum est. Psallite sapienter.MO.Et quid est psallire sapiēter pater?BA. Quod est in omnibus cibis gustus:vt vnūquodq; dignoscatur cuius saporis sit:hoc est & in sanctę scripturę prouidentia sensus.Fauces enim inquit,escas gustabūt:sensus autem verba discernet: Siquis ergo ita animam suam intendat ad singula verba Psalmorum: sicut gustus intentus est ad discretionem saporis ciborum:is est qui complet hoc quod dicitur. Psallite sapienter.

Q; non sit ipossibile mētē ne vageč reprime re.

Pulchrū de psallē do sapiē ter.

¶De cellario monasterii,& iis quę ad eum pertinent. Cap.LVIII. MO.

QVa mensura temperare debet potestatem dispensationis suę is cui cellarii cura cōmissa est?BA.Erga eum quidem qui ei tradit huiuscemodi dispēsationem,meminisse debet Domini dicentis:Non possum ego facere a meipso quicq̃. Ad cæteros vero sollicite scire debet:quid vtiq; vnusquisq; opus habeat:vt compleat illud quod dictum est, Diuidebaē vnicuiq; prout opus erat.Eadem enim ratio obseruari debet ab omnibus:quibuscūq; aliqua ministerii,vel dispēsationis sollicitudo cōmissa est.MO.Quę sentētia obseruabiē erga dispensantem,si aliquid secūdū personę acceptationē vel contemptionē faciat?BA.Apostolo pręcipiente:aliquādo quidē ne quid facias secūdū fauorē,vel in aliā partē declinādo:Aliquādo aūt dicente:qa siquis videē contētiosus esse,nos talē consuetudinē non habemus,neq; Ecclesia dei Siquis hoc facit,noteē vsquequo corrigaē:verūtamen oportet cū summa diligentia & pbatione discutere & cōsiderare,ad quā partē vnusquisq; aptus sit vel opportunus:& ita iniūgi quodcūq; illud est operis vel officii,vt neq; illi qui iniūgūt ex hoc ipso condēnentur,q anon aptum alicui iniūxerint officiū:& inueniantē mali esse dispensatores animarū, siue mādatorū domini:neq; illiipsi quibus iniungiē occasionē peccati ex hoc habere videantur,vel volūtate aliquid agere,sed eius qui pręest iudicio committēdū est,vt vnicuiq; vt res vel necessitas expedit consulat,primū omniū in iis quę animę prosunt, deinde secūdo loco etiā in corporalibus vsibus secundū volūtatem Dei moderēē.MO.Si autē neglexerit dare fratri qđ opus est? BA.Manifesta est de hoc sententia domini dicētis. Discedite a me maledicti in ignē æternū, q preparatus est Diabolo & Angelis eius.Esuriui eñ,& nō dedistis mihi manducare, sitiui,& nō dedistis mihi bibere,& ea quę sequunē.Et.Maledictus homo q facit opus dei negligēter.

Notāda doctrina de distri buendis

Notent prælati. Iudiciū mali dispensatoris.

¶De iis qui præferendi sunt. Cap.LIX. MO.

VTrum in pfectibus mandatorũ dei vna mẽsura est omniũ:an alius amplius,alius min⁹ debeat aliquid?BA.Q₃ non sit vna mẽsura in omnibus:sed ꝙ alii plus creditur alii mi nus:manifestũ est ex ipsius domini verbis nũc quidẽ dicẽtis. Aliud semẽ cecidit in terrã bo nam,& hic est qui audit verba mea,& intelligit,& fructũ affert:aliud cẽtesimũ:aliud sexage simum:aliud trigesimũ.Hoc idẽ aũt in iis qui a dño mnas susceperũt,inuenit quũ dicit. Alii quidẽ data sunt quinq₃ talenta:alii duo:alii vnũ.MO.Vtrũ oporteat æqualiter haberi eos q plus pficiunt,& eos qui minus?BA.Illud obseruandũ est in hoc qd de remissione peccatorũ dominus statuit dicẽs.Remissa sunt ei peccata multa,quoniã dilexit multũ.Cui autẽ parum dimittit,parũ diligit.En iterũ qd de pſbyteris Apostolus statuit dicẽs.Qui bene pſunt pſby teri duplici honore honorent,maxime qui laborãt in verbo,& in doctrina domini:hoc in o mnibus huiuscemodi causis obseruati consequẽs puro.MO.si cõtristat is q minus honorat: quũ præferri sibi viderit eũ q in timore dñi præcedit:quomodo eũ habebimus pater?BAS.Is qui talis est:certũ est ꝙ malignitatis vitio nõ caret: secundũ Euãgelii Parabolã: in quo dñs dicit ad eos qui contristati sunt:qua æqualiter cum nouissimis honorati sunt,An(inquit) oculus tuus malus est : quia bonus sum?Et manifesta est de talibus Dei sententia, quæ dicit p Prophetã.Ad nihilũ deduct⁹ est ĩ cõspectu eius malignus:timẽtes aũt dominũ glorificat.

Contra maleam biẽtes ho nores quosli bet.

¶De iis qui accedunt ad Deum,quomodo pœniteant. Cap.LX. MO.

ANima post multa peccata,& post multas vitæ miserias:cum quali timore.& cum quali bus lachrymis debet recedere a peccatis,& cum quali spe & affectu debet accedere ad Deum?BA.Primo quidem odisse debet illã suã priorẽ voluptariã vitã, & ipsam memoriam eius phorrescere atq₃ execrari.Scriptũ est eñ.Iniquitatẽ odio habui,& abominat⁹ sum: legẽ autẽ tuã dilexi.Deinde vt maiorẽ timorẽ habeat:magistro vtat ignis æterni pauore, & me tuat pœnã pꝑtuã.Sed & lachrymarũ tẽpus agnoscat p pœnitẽtiã:sicut Dauid docuit in se xto Psalmo purgationẽ peccatorũ posse fieri vbertate lachrymarũ in sanguine Christi p po tentiã misericordiæ eius,& p multitudinẽ miserationũ dñi:q dixit.Quia si fuerint peccata ve stra sicut phœniciũ,vt niuẽ dealbabo.Si autẽ fuerint vt coccinũ,vt lana cãdida efficient.Et post hæc recepta virtute & facultate placendi Deo dicit.Conuertisti planctum meũ in gau dium mihi:conscidisti saccum meum,& circũdedisti me lætitia. Vt cantẽ tibi o gloria mea, & non compungar:ita accedens ad Dominum psallat & dicat.Exaltabo te domine:quoniam suscepisti me,nec delectasti inimicos meos super me.

Timor magister pœniten tis.

¶De iis qui non habent vnde eleemosynas tribuant. Cap.LXI. MO.

QVoniã scriptũ est:Redẽptio animæ viri ppriæ diuitiæ eius:nobis quibus forte non ac cidit dispergere pro animæ redẽptione diuitias:qd faciemus pater?BA.Si quidẽ volui mus & non potuimus memores simus responsionis Domini ad Petrũ:quũ de hoc sollicitus esset & diceret.Ecce nos reliquimus oĩa & secuti sumus te,quid ergo erit nobis? Et respõdit ei dicens.Omnis qui reliquerit domũ,aut fratres,aut sorores,aut patrẽ,aut matrẽ,aut vxo rem,aut filios,aut agros propter nomen meũ,cẽtuplũ accipiet & vitã æternã possidebit.Q₃ si per negligentiam accidit cuiq₃ amisisse diuitias:vel nunc adhibeat propensius studiũ operi manuũ largiens,neglectũ resarcire censum.Q₃ si ne tunc quidem vel tempus superest vel vir tus ad huiusmodi ministeriũ,cõsolet nos Apostolus dicẽs.Nõ q̃ro q̃ vestra sunt:sed vos.

Cõsola tio eorũ q nihil habẽt ad tribuen dum.

¶De ignorãtia an excuset:& de iis q cõsentiũt peccãtibus. Cap.LXII. MO.

SI quis audiens sermonẽ Dñi dicẽtis,ꝙ seruus qui cognouit voluntatẽ dñi sui, & nõ fecit secundũ voluntatẽ eius,vapulabit multũ:Qui vero non cognouit & fecit cõtra volunta tem eius,digne plagis vapulabit paucis.Et si quis negligat & dissimulet se scire volũtatẽ do mini sui,vtrũ habet aliqd excusationis?BA. Manifestũ est qui huiusmodi est ꝙ simulat igno rantiã,nec vllo genere effugiet peccati sententiã.Si eñ nõ venissem (inqt Dñs) & locutus eis nõ fuissem,peccatũ nõ haberẽt.Nũc autẽ excusationẽ nõ habẽt de peccato suo.Si ergo sacra scriptura omnibus & vbiq₃ volũtatẽ Dei denũciat,cur inter eos q ignorãt iste iudicet, & nõ cũ aliis magis de qbus scriptũ est,Q₃ sint sicut aspides surdæ & obturãtes aures suas,ne exau diant vocẽ incãtãtiũ,& curent medicamẽto qd cõponit a sapiẽte vito?Verũtamẽ is q præest & verbi Dei ministeriũ exhibet,si neglexerit annũciare vnicuiq₃ & ĩtimare de singulis,velut homicida animarũ iudicabit secũdũ scripturas.MO.Si quis facit voluntatẽ alicuius,nũquid est etiã particeps eius vel soci⁹,pater?BA.Si credimus Dño dicẽti,qa qui facit peccatũ,est ser

Cõtra si mulãtes ignoran tiam.

Cuius opa faci m⁹ illius serui su mus.

uus peccati.Et iterū.Vos ex diabolo patre estis,& desideria patris vestri facere vultis:scimꝰ ꝙ non solū sociū & participē,sed & dominū sibi & patrē ascribit eū cui opera facit.Testaꝛ autem de his Apostolꝰ dicēs.An nescitis quoniā cui exhibuistis vos seruos,serui estis eius cui obœdiuistis:siue peccati in mortē,siue obœdiētię ad iustitiā?MO.Vtrū is q cōsentit alterius peccato,etiā ipse peccati reus est Abba?BA.Hęc sentētia dñi manifesta est ex verbis ipsius: qbus ait ad Pilatū dicēs.Qui tradidit me tibi:maius peccatū habet.Manifestū est igiꝛ ex hoc ꝙ & Pilatus acquiescēs iis q tradiderāt Dominū peccatū habebat:licet minus q̄ illi.Ostēdiꝛ aūt hoc etiā ꝑ illud ꝙ Adā acqeuit vxori suę vel cōsensit:quę acqeuerat serpēti.Nullꝰ em̄ ex ipis aut innocēs iudicatus est,aut impunitus abscessit.Sed & ipsa dñi indignatio quæ aduersus eos habita est:hoc ipsum indicat.Quū em̄ Adā ꝑ excusatione sua obiecisset:ꝙ mulier quam dedisti mihi,ipsa mihi dedit,& mādu caui.Quare inquit Deus,audisti vocē mulieris tuæ: & comedisti de ligno qđ pręceperā tibi ne māducares?maledicta terra in operibus tuis.

Maledicti sunt nō solū q faciunt sed q cōsentiunt faciētibꝰ

¶De peccātibus fratribus admonēdis & de periculo nō arguēdi. Cap.LXIII. MO.

VTrū deceat peccātibus fratribus silere vel acquiescere pater?BA.Qꝫ nō deceat manifestū est ex ipsis Dñi ꝓceptis qbus in veteri testamēto docet.Argues ꝓximū vt non assumas ex eo peccatū.In Euāgelio autē dicit.Si peccauerit in te frater tuus: vade & argue eū inter te & ipsum solū.Si te audierit:lucratus eris fratrē tuū.Si autē te nō audierit assumes adhuc aliū tecū aut duos:vt in ore duorū aut triū testiū,stet oē verbū. Si autē & illos nō audierit:dic ecclesię.Si vero ecclesiā nō audierit:sit tibi sicut ethnicus & publicanꝰ.Quātū aūt sit crimē huius peccati:dignosciꝛ primo ex sentētia Dñi qua dicit.Qui incredulus est filio, non habebit vitā ęternā:sed ira Dei ascēdet sup eū. Tū deinde ex historiis q̄ vel in veteri vel ī nouo testamēto referunꝛ.Nā Achan ille quū furatus esset regulā aureā de anathemate Hierico:sup omnē populū facta est ira Dei.Et qdē populo peccatū qđ cōmiserat ignorante vsquequo manifestū est,& ꝓtulit cū om̄i domo sua horrēdū illū ac famosissimū interitū. Sed & Heli sacerdos de Silo & qdē quū nō siluisset peccātibꝰ filiis q erāt filii pestilētię:immo frequēter cōmonēs & castigās dicēs.Nolite filii:nō bene audio de vobis:& cętera q̄ vel peccatū arguerent,vel de Dei iudicio cōmonerēt:tñ qa nō diiudicauit, neqꝫ digno zelo Dei aduersus eos cōmotus est:intātū irā Dei ꝓuocauit,vt etiā vniuersus populus pariter cū filiis extingueretur,& archa testamēti ab alienigenis rapereꝛ:& ipse insup oībus amissis miserāda morte corrueret.Qꝫ si vel in populū ignorātē de vnius peccato,vel in patre q cōmonuerat & corripuerat,q̄uis segniter ꝓ peccato,tāta Dei iracūdia accensa est:qd sperādū est de iis q agnoscūt aliorum delicta:& retinēt vel reticent,nec qualēcūqꝫ adhibēt correptionē? Quos vtiqꝫ conueniret obseruare illud qđ Apostolus ad Corinthios dicit:Quare nō magis luctum habuistis,vt tollaꝛ de medio vestrū q hoc opus fecit?Vel illud.Ecce em̄ hoc ipsum secundū Deū cōtristari quantum operatum est in vobis,sed sollicitudinē,sed excusationem, sed indignationē,sed timorem,sed desiderium,sed æmulationē, sed vindictam. Vnde & metuere debent,ne forte etiā nunc similem veteribus interitum sumant ii qui similiter negligunt : immo & grauius, quāto perniciosius est spernere legem Christi q̄ legem Mosi.Et his competit illud aptari, qđ dixit.Septies vindicatum est de Cain:de Lamech vero septuagiessepties.

Tremendū iudicium qđ ad ꝓprietatios monachos refertur.

Exēplū diri iudicii cōtra agētes remissius cū his q delinquūt nec eos arguētes

¶De deuotione & cōpūctione quō eueniat aut nō eueniat nobis. Cap.LXIIII. MO.

CVr aliquoties aīa si nō satis agat spōte:tamē quodā genere incidit ei dolor qdā cordis & cōpūctio timoris Dei:aliqñ aūt tāta securitas & negligētia animū tenet,vt etiā si cogat se hō nō possit dolorē aliquē vel cōpūctionē cordis assumere?BA.Huiuscemodi quidem cōpūctio ex Dei dono venit ad ꝓuocādū desideriū: vt gustās aīa de huiuscemodi cōpūctiōe vel dolore ꝓuoceꝛ,& inuiteꝛ ad imitādū similē gratiā.Ostēdiꝛ em̄ ꝙ si datur etiā nō satagētibus,quāto magis dabiꝛ iis q desiderāt & laborāt semp esse in cōpunctione timoris Dei?Et vt sint inexcusabiles q per negligentiā gratiā istā perdūt.Qꝫ vero aliquoties cōpellimus nosmet ipsos & nō possumus obtinere:indicaꝛ ex hoc ꝙ in alio tēpore multū neglеximꝰ.Nō em̄ possibile est,vt is q nec meditationibus diuinis seipsum iugiter exerceat, subito veniat ad orationem,& cōtinuo obtineat qđ requirat.Sed & ostēdiꝛ per hoc,huiuscemodi animā aliis vitiis vel passionibꝰ ꝓgrauari:quorū dominatione ad ea quę vult habere impediꝛ: secūdū illud qđ Apostolus tractat dicēs.Quoniā ego carnalis sum venūdatus sub peccato. Non em̄ qđ volo hoc ago:sed qđ odi hoc facio.Et iterū.Nūc autē iā ego nō operor illud,sed qđ habitat in me peccatū.Qđ & ipsum ꝑmittit nobis Deus ꝓ nostra vtilitate ꝓuenire,vt ꝑ hāc ipsam quā con

Duplex rō quare nō q̄rētibus qñqꝫ daꝛ gr̃a.

Quare aliqñ nō obtinemꝰ qñ ēt diligēter postulamus & q̄rimus.

tra voluntatem anima patitur contrarietatem corrigatur & conuertatur aliquãdo ad eum qui releuet eam ab oneribus suis,& cognoscat tãdem semetipsam ac respiciat:& intelligat,ꝙ in laqueis diaboli capta detinetur.In quos quidem sua sponte incidit: sed iam quasi captiua non quod vult agit,sed quod odit illud facit.Sed si cõuertatur ad Dominum qui liberet eã de corpore mortis huius,statim inueniet misericordiã:si tñ integre ex toto corde poeniteat.

Nota doctrinã. Alia rõ q̃re multã cõtrarietatem patiatur aĩa ẽt in bono. Statĩ iuenit mia domini. Qñ necdũ meremur do nũ spũs. Qui sũt paupes spiritu.

De dono spiritussancti:& qui sint pauperes spiritu. Cap.LXV. MO.

QVomodo quis dignus efficitur vt sit particeps spiritussancti Abba?BA. Dominus Iesus Christus docuit nos,dicens.Si diligitis me,mandata mea seruate : & ego rogabo patrem & alium paraclitum dabit vobis spiritum veritatis,quẽ hic mundus non potest accipere.Donec ergo non seruamus mandata Domini:nec sumus tales vt & ipse de nobis testimonium ferat dicens:ꝙ non estis de hoc mundo,spiritussancti participium habere non possumus.MO.Qui sunt pauperes spiritu?BA.Dño dicẽte aliquãdo quidẽ ꝙ verba quę ego locutus sum vobis spiritus & vita est: aliquãdo vero ꝙ spiritussanctus ipse vos docebit & cõmonebit oĩa quę dixi vobis.Nõ eñ loquet a semetipso:sed quęcũꝙ audiet hęc loquetur. Isti sunt pauperes spiritu q nõ alia causa pauperes sunt:nisi ꝑpter doctrinã Dñi dicẽtis. Vade & vẽde omĩa quę habes:& da pauperib⁹.Et si autẽ etiã qs quacũꝙ ex causa impositã sibi paupertatẽ secundũ volũtatẽ Dñi dispẽsat & suffert sicut ille Lazarus:etiã iste a beatitudine nõ erit alienus,dicẽte Dño.Nolite solliciti esse quid mãducetis:vel qd bibatis:vel qd induamini.

De tempore & modo adimplendi mandata. Cap.LXVI. MO.

VSꝙ ad quẽ finẽ est obseruatio mandati:vel quomodo adimpleri potest?BASI. Mãdati q̃dẽ obseruatio est vsꝙ ad mortẽ:adimpleri vero potest ꝑ hoc ꝙ habet vnusquisꝙ desiderium & amorẽ Dei. Dominus autẽ quum exclusisset sollicitudinẽ seculi coniunxit statim ꝓmissionis spem dicẽs.Scit eñ pater vester ꝙ his indigetis.Sed & Apostolus dixit: ꝙ nosipsi in nobis responsum mortis habuimus vt non simus fidentes in nobis:sed in Domino q suscitat mortuos.Secundum ergo propositum nostrum & animę preparationẽ quotidie morimur:voluntate autẽ Domini reseruamur.Propter quod & Apostolus cum omni fiducia dicebat.Vt moriẽtes,& ecce viuimus. Iuuat autẽ huiuscemodi propositum etiam circa mandarum Domini ardẽs animus & desiderium insatiabile : quo qui constringitur non habebit ocium nec tempus occupati erga corporales vsus vel actus.

Quõmo ri quotidie debeamus. Remedium quo nõ occupemur circa terrena.

De labore manuum:vtrum fieri oporteat. Cap.LXVII. MO.

SI ergo neꝙ sollicitudinẽ habere oportet de necessariis vsibus ad vitam:& aliud pręceptũ est Domini dicentis.Operamini non cibum q perit:nonne superfluum est manibus operari?BA.Ipse Dominus in Euangelio pręceptum suum explicauit.Nã ibi ipse q dixit: nõ oportere quęri aliud ad vitam,quum dicit.Nolite quęrere quid manducetis aut quid bibatis:hęc omnia gẽtes inquirunt:addidit.Quęrite autem regnum Dei & iustitiam eius . Et quomodo oporteat quæri indicauit. Quum enim dixisset.Nolite operari cibũ qui perit:addidit,sed eũ qui permanet in vitam æternam:& hoc quid esset ostendit in alio loco,dicẽs.Meus cibus est vt faciam voluntatẽ eius qui me misit patris. Voluntas autẽ patris est esuriẽtibus cibum dare:sitiẽtib⁹ potum,nudos cooperire,& cætera huiuscemodi. Tum deinde necessarium est & Apostolũ imitari dicentẽ.Omnia ostẽdi vobis:quia laborãtes oportet suscipere infirmos. Et quum iterum docet.Magis autẽ laboret vnusquisꝙ manibus suis operãs quod bonum est:vt possit impertiri necessitatẽ patiẽtibus.Quũ vero hęc ita nobis,vel in Euãgelio Dñs,vel Apostolus tradat:manifestũ est quidem ꝙ pro nobisipsis quidẽ solliciti esse non debemus neꝙ laborare,propter autem mandatũ Domini & propter necessitatem proximorũ solliciti esse debemus & operari attentius,& maxime quia Dominus in seipsum recipit ea quę in seruos ei⁹ fecerimus,& regnum cælorum pro huiusmodi promittit obsequiis.

Quare debeam⁹ manib⁹ laborare

De cogitationibus:vanis& vagę mentis indicio. Cap.LXVIII. MO.

SI quis in corde cogitet de cibis,tum deinde notet seipsum & arguat, an & hic quasi cogitans de talibus iudicandus sit?BA.Si q̃dẽ non id tẽporis est quo naturaliter requirere cibos famis necessitate commonemur,manifestum est id esse vagę mentis indiciũ & animæ erga pręsentia affectum gerẽtis,erga volũtatẽ Dei desidis & remissę,ꝓximã tamẽ habẽtis misericordiam Dei,& pro hoc ipso ꝙ semetipsum arguit & notauit,nota criminis exuit,si tamen caueat de cętero cogitationum lapsus,memor Domini sermonis quo dixit.Ecce sanus factus es iã noli peccare,ne quid tibi deterius fiat.Si autẽ id tẽporis fit quo naturaliter de ci

Criminis nota exuimur si nosipsos arguamus.

bis appetēdis admonemur: mens autē in melioribus occupata inferiora spernit & despicit, non cogitatio ciborum notabilis sed contemptus laudabilis inuenitur.

Nō nocet subrepēs cogitatio cōtēnitur.

¶De mēsura vel mō vestimētoꝝ, vocis, laboris & cōdēnatiōis. Cap.LXIX. MO.

VTrum liceat post nocturnā tunicā habere & alterā, vel ciliciū, vel aliā qualibet? BA. Cilicii qdē vsus habet propriū tēpus. Nō enim propter vsus corporis sed propter afflictionē carnis inuētū est huiuscemodi indumentū, & propter humilitatē animę. Quū aūt duas tunicas habere ꝓhibuit sermo diuinus: quomodo potest hoc suscipi nisi ad eos vsus: de qbus supra diximus? MO. An licet ei q ministrat maiori voce, id est cum clamore loqui? BA. Vocis mēsurā deffiniuit audiēdi modus. Si ergo breuior fuerit & cōpressior vox q̄ res poscit, supereſt vt murmur potius vel susurratio videatur q̄ sermo. Si vero maior sit q̄ res requirit quū possit audire ille cui loquimur etiā si lenius loquamur: hęc iā nō erit vox, sed clamor: qd est notabile, nisi forte grauior sit auditus eius cui loqmur & necessitas nos cogat ad clamandū. Propterea enim & de Domino scriptū est: quia Iesus, inquit Euangelista, clamabat, dicēs. Si quis credit in me: nō in me credit, sed in eū qui me misit. Clamare autē dicitur iis quoq; interior auditus surdus erat & obduratus. MO. Si qs eoꝝ qui ministrāt in coquina supra vires laborauit: ita vt impediat, & nō possit reliquis diebus exercere officiū suū: an deceat imperari ei etiā huiuscemodi opus? BA. Iam supra diximus quia is cui iniūcta est operū cura: & qui pręest cōsiderātius obseruare debet vniuscuiusq; vires vel possibilitatem: & prout qs aptus est, ita etiam opus iniūgere, ne audiat & ipse qd scriptū est: Qui fingit laborē in pręcepto. Ille tamē cui iniūgitur cōtradicere nō debet: quia obœdiētia vsq; ad mortē seruanda est. MO. Si quis cōdemnatus est vt eulogiam .i. benedictionē non accipiat & dixerit: ꝙ si nō accepero eulogiam nō manducabo: an debemus eum audire pater? BA. Si quidē tanti modi est culpa pro qua cōdemnatus est: vt dignū sit etiā cibū ei vetare, probet ille qui pręest. Si autē sola benedictione suspēsus est aliquis, & indulgetur ei cibus: cōdemnatus inobœdiēs est: & etiā in hoc contentiosi notam suscipere debet & cognoscere: ꝙ per hoc non curat nec purgat culpam, sed auget delictum suum.

Vsus cilicii rō.

Regula optima ꝑmendæ vocis.

Clamare dicitē deus.

Cura p̄lati ī iniūgēdis officiis.

¶De fide & deuotione habēda in sumptione sacrę eucharistię. Cap.LXX. MO.

QValí timore vel fide vel affectu percipere debemus corporis & sanguinis Christi gratiā pater? BA. Timorē qdē docet nos Apostolus dicēs: Qui māducat & bibit indigne iudiciū sibi māducat & bibit, nō diiudicās corpus Domini. Fidē vero edocet nos sermo dñi dicētis. Hoc est corpus meū qd pro multis datur: hoc facite in meā cōmemorationē. Et iterū sermo Ioānis dicētis, ꝙ Verbū caro factū est & habitauit ī nobis. & vidimus gloriā eius gloriā quasi vnigeniti a patre plenū gratia & veritate. Sed & Apostolus scribens. Qui quū in forma Dei esset nō rapinā arbitratus est esse se æqualē Deo: sed semetipsum exinaniuit formā serui accipiēs in similitudinē hominū factus, & habitu inuētus vt homo: humiliauit semetipm factus obœdiēs vsq; ad mortē: mortē aūt crucis. Quū ergo fidē habet his dictis vt cōsiderat magnificētiā glorię ipsius, & admirat nimietatē humilitatis: quomodo tātus & talis obœdiēs fuit patri vsq; ad mortē ꝓ nostra vita: puto ꝙ possit ꝓuocari anima ad affectū & ipsius Dei patris, q vnico filio suo non ꝑpercit, sed pro nobis oībus tradidit eū: & ad amorē vnigeniti eius eo amplius ꝓuocabitur, quo eū videat mortē turpissimā ꝓ nostra redēptione tolerasse: sicut & Apostolus de eo dicebat. Q; charitas Dei cōstringit nos iudicantes hoc, ꝙ si vnus pro oībus mortuus est: ergo oēs mortui sunt, & pro oībus mortuus est: vt & qui viuūt iam nō sibi viuāt, sed ei q pro ipsis mortuus est & resurrexit. Talē ergo affectū & fidem preparare debet in animo suo qui de pane & de calice participat.

Efficax incitamētū ad deuotionē præcipue ad dominici corporis sacramentū.

¶De bono thesauro & malo. Cap.LXXI. MO.

QVis est bonus thesaurus, & quis est malus thesaurus, Abba? BA. Prudentia quidem & sensus qui in Christo est: & virtus animi quæ ad gloriam Dei pertinet, thesaurus est bonus. Prudentia autem & sensus malitiæ & in iis sapere quæ Deus fieri non vult, thesaurus est malus: ex quibus proferunt secūdū Dei vocem suo quoq; tēpore vtriq; fructus, vel mali, vel boni in operibus & verbis.

¶De silentio vel taciturnitate. Cap.LXXII. MO.

VTrum bonum est penitus tacere pater? BA. Silentiū & taciturnitas tunc bonum est, quū vel ad personas vel ad tēpus aptatur: sicut a sacra scriptura docemur quæ dicit. Aliquādo quidē q intelligit, pro tēpore tacebit: quia tēpus malū est. Aliquādo autē posui

ori meo custodiam:dum consisteret peccator aduersum me obmutui,& humiliatus sum & silui a bonis.Et alibi.Qđ si alii sedēti reuelatū fuerit:prior taceat.Et iterū. Mulieres vestræ in ecclesiis taceant.Sed & alio tēpore iis qui incontinētē linguam habent,dicit. Omnis sermo malus de ore vestro nō ꝓcedat:sed si quis bonus ad ędificationē fidei catholicę.Necessāria vero taciturnitas vsquequo vitia si qua illa sunt resellant, & linguę vel sermonū temeritas resecet,& discat opportune,& in tēpore vtiliter loqui:vt sicut scriptum est,Sermo eorū sale conditus sit,vt det gratiam audientibus.MO.An deceat tēpore orationū vel Psalmorū loqui aliquē in choro,Abba?BA.Nō,præter eos q ministerii sollicitudinē gerūt,vel eos quibus disciplinę cura commissa est,vel dispensationes operum:qui & ipsi ita considerantꝰ agere debēt:vt quātū necessitas exigit,hoc solū loquant: & hoc ipsum cū quiete & honestate, ne interturbent aut offendiculū faciāt:cæteris cunctis silētiū habere cōuenit:Prophetis eñ in ecclesia docētibus Apostolus dicit:quia si alii sedenti reuelatū fuerit prior taceat,quanto magis in tēpore Psalmorum vel orationum tacere & silentiū agere cūctis conuenit: nisi quę forte(vt superius diximus)communis prouidentiæ causa aliquid proloqui cogit?

Vsquequo necessaria sit taciturnitas

Nota distictionē silētii pcipue in choro.

De timore iudiciorum Dei. Cap.LXXIII. MO.

Quō excitemur ad timorē dei.

Quomodo possumus timere iudicia dei?BA.Naturaliter expectatio omnis mali timorē incutit (Ita nāq bestię timent:& principes)sciētibꝰ imminere ī his aliqđ qđ ad vitæ exitium pertineat.Si ergo credamus ꝙ veræ sunt comminationes futuri iudicii Dei:& cogitemus futuri illius examinis tribunal;timebimus iudicia Dei nostri.

De via lata ducēte ad mortē:& angusta ad vitam. Cap.LXXIIII. MO.

Aptissima cōparatio de latitudine viæ malæ.

Quō arctari dicitur vita nra ī hoc seculo.

Quomodo lata est & spatiosa via quę ducit ad mortē?BA.Dominus pro multa clementia sua & nominibus & verbis his vtit quibus possit nobis in notitiam adducere dogmata vitæ.Sicut ergo qui ambulāt in via si a recto declinant itinere quod certis lineis & manifesto calle cōcluditur,ꝑ spatia multa & vaga incedūt:ita & is q recesserit de via quæ ducit ad regnum cęlorum,multam latitudinem erroris incurrit:per quod ad perditionem peruenit.MO.Quomodo angusta porta & arcta via est,quæ ducit ad vitā? BA.Et hic similiter angustum & arctum hoc indicat:quia via hæc,id est vita nostra angustat & coarctatur in tribulationibus.Constringimur enim ex vtraq parte nos qui iter agimus:ne prorsus inde ad aliud declinemus.Periculū est eñ ad vtrālibet partem declinare:sicut in exigui pontis transitu:vbi ex vtraq parte eum q pontem declinauit, cuncti fluminis vnda rapiat & auferat.Propterea ergo scriptum est.Non declinabimus in dextram,neq in sinistram.Et Dauid.Iuxta semitam,scandalum posuerunt mihi.

De auaritia & conuenienti ornatu & aliis quibusdam: videlicet quid sit agere perperam:& de inani gloria. Cap.LXXV. MO.

Auaritia vsq ad quē modum definit pater?BA.Quum trāsgressus quis fuerit modum
2. legis statutum:qđ designat secūdū quidē vetus testamētū in eos qui plus se diligunt: qui vel plus in pecunia,in necessariis de se sit sollicitus q̄ de proximo.Scriptū est eñ: Diliges ꝓximū tuū sicut teipsum.Secūdū euangeliū vero.Si qs plus sollicitus sit q̄ de ꝓsenti die sui videlicet causa vel corporis:iste sine dubio audiet,Stulte hac nocte animā tuā repetēt abs te:& quę pręparasti cuius erunt?Quibus addidit dñs dicens.Ita erit & ei qui sibi thesaurizat & nō est in deū diues.MO.Quid est perperam agere? BA.Quicquid nō ꝓpter vsus necessarios:sed vel decoris vani causa,vel ornatus alicuius fit:hoc est perperam agere.

De habitu ornato & decenti. Cap.LXXVI. MO.

Honestꝰ vsus gnāliter.

Iactantię malū & qñ fit:in qbus vtimur.

Racha qđ sit.

Quis ergo est qui ab Apostolo dicit,habitus ornatus?BA.Is qui secūdum propositū vniuscuiusq vsus honestus est,vel secundū locū,vel secundum tempus,vel secundū personā.Nō eñ vsus hominū idē esse pōt in tempore hyemis,& in tēpore ęstatis:neq idē habitus est operātis & quiescentis:nec militis idē est qui priuati:neq viri idē q mulieris.MO.Si quis preciosas vestes abiiciat:ipsa autem indumenta viliora quibus vtit vel calceamenta ita cōposite vtatur:vt studeat decorē inde aliquē capere,an peccat,aut vitio aliquo id facere putandus est?BA.Qui vult p decorē habitus placere hominibus: manifestum est eū huius vitii ægritudine laborare,id est hominibꝰ placēdi, & certū est mētē eius a deo lōgius euagari.Sed & hoc ipsum est vitiū perperā agēdi: quū indumentis vel calceamentis nō vsus causa vtitur sed decoris.MO.Quid est Racha?BA.Prouincialis.i.gētis illius sermo velut conuicii leuioris,quod domesticis vel iis quorum fiduciam quis gerit,dici solet.

¶De cupiditate inanis glorię & hoībus cōplacēdi studio. Cap.LXXVII. MO.

QVid est qđ dicit Apostolus:Non efficiamur inanis glorię cupidi?Et iterum:Non ad oculū seruientes quasi hominibus placentes. Quis est inanis glorię cupidus,& quis hominibus placēs?BA.Puto ꝙ inanis glorię cupidus est qui ꝓpter solā gloriā seculi, id est propter eos qui vident vel audiūt aliqđ de eis, quo vel laudare possint vel admirari, facit aliqđ vel dicit. Hominibus aūt placens est,qui ad volūtatē alicuius hominis vt placeat ei, facit aliquid & dicit:etiam si indignū sit & iniuriosum hoc ipsum quod facit.

Inanis gloriæ cupidus & hoīb9 placens differūt

¶De inquinamēto carnis & spiritus & cordis mūditia. Cap.LXXVIII. MO.

QVid est inquinamentū carnis & inquinamentū spiritus,& quomodo ab iis mundari possumus,& qđ est sanctificatio:& quomodo possumus eā obtinere?BA.Inquinamērū carnis est cōmisceri iis q illicita & nefanda cōmittūt.Spiritus aūt inquinamentū est quū indifferēter habemus cōmisceri eis qui de fide impie sentiūt,Emūdamur aūt ab iis quū implemus illud qđ Apostolus dixit.Cū huiusmodi nec cibū sumere,& quęcūq similia statuit. Vel certe quū illud patimur in corde nostro,qđ ait Dauid. Tristitia tenuit me pro peccatoribus derelinquētibus legem tuam.Vel quū ostēderimus talem nostrā tristitiam qualem Corinthii ostenderūt quū obiurgarentur a Paulo:quū erga eum qui peccauerit indiscrete egissent,quū dicit:In omnibus exhibuistis vos cōtaminatos esse negocio. Sāctificatio autē est adhęrere Deo ex integro,& sine aliqua intermissione in omni tēpore sollicitū esse & studiū gerere placere ei,quoniā neq pollutū aliqđ in donis Dei offerri potest,alioqui & sacrilegū erit & impium.MO.Quis est mūdo corde?BA.Qui seipsum reprehendit,vel pręuaricatus non sit mandatum Domini,neq contempserit vel neglexerit.

Sāctificatio nostra quę sit.

¶De peccato odio habēdo,& mandatis Dei diligendis. Cap.LXXIX. MO.

QVomodo potest aliquis odiū habere aduersus peccatū? BA. Si semper ex iis quę finē habēt tristē vel infestū odiū nascitur hominibus aduersum illos q causas sibi huiuscemodi negocii extiterint:Si qs ergo certus sit quantorū & qualiū maloꝝ nobis causę fiūt peccata:sponte & sine vlla cōminatione ex intimo affectu odiū ei aduersum ea nascatur,sicut ostēdit ille qui dicebat.Iniquitatē odio habui & abominatus sum : legē autē tuā dilexi Domine.MO.Quomodo potest aliqs ex animo,& affectu facere mādata Dei?BA.Naturaliter delectamur in iis quę bona sunt & prosunt.Si ergo credimus de iis quę promissa sunt ex eo ipso quia speramus:inseretur animę nostræ affectus & desideriū ad explēda ea a qbus id cōsequi possumus qđ desideramus.Si qs ergo odiū habuerit & execratus fuerit iniquitatem & emūdauerit se ab omni peccato:ex quo sicut corpus a languore delectationē nō habet cibi,ita & anima detēta peccati morbo nō habet desideriū erga mādatū Dei.Si recordetur quia mandatū Dei vita æterna est, & omnibus q custodiūt istud permanet adimpletio promissionū,potest ꝑ hęc nasci animę affectus ille q dicit: Iudicia Dei vera iustificata in semetipsa:desiderabilia super aurū & lapidē preciosum multū,& dulciora super mel & fauū. Nā & seruus tuus custodit ea,in custodiēdis illis retributio multa nimis.

Per seipsa nobis debent displicere peccata. Fides & spes dilectionē in nobis ferūt & desideriū mandatoꝝ.

¶De mensura charitatis quomodo habeatur,& de indiciis quibus cognoscimus nos Deum diligere. Cap.LXXX. MO.

QVę est mensura in charitate Dei? BA.Vt supra vires extendat quis animam suam ad voluntatem Dei proficiens & desiderans ea quæ ad gloriam Dei pertinent. MO. Quomodo quis obtineat vt possit habere in se charitatem Dei? BA.Si grati & fideles existamus erga beneficia eius,qđ in mutis animalibus facile videmus:nam canes interdum diligunt eos qui cibum sibi prębent. Sed & Esaias Propheta hoc dicit: quū arguit ingratam gentem & dicit ex persona Domini , Filios enutriui & exaltaui:ipsi autem spreuerunt me. Agnouit bos possessorem suū & asinus præsepe Domini sui:Israel autem me nō cognouit: & populus meus me non intellexit.Si enim boui & asino pro eo beneficio ꝙ pascuntur,dilectio spontanea nascitur erga pastorem,ita nos etiam si grataner & fideliter beneficia dei suscipiamus,sine dubio diligemus beneficiorum præbitorem Deum: & absq vlla doctrina naturali quodam instinctu in eius concitamur affectum:si tamen sanitas nostræ animę pręsto fit.MO.Quæ sunt indicia,in nobis esse charitatē Dei?BA.Quę Dominus docuit dicēs. Si diligitis me,mandata mea seruate ! MO. Quid est seipsum diligere,vel quomodo vitiū sui agnoscit q seipsum diligit?BA.Multa abusiue dicuntur,sicut & illud.Qui amat animā suam perdet eam,& qui odit animam suam in hoc mūdo,in vitam æternam custodit eam.

Etiā bruta cognoscūt bñfactores suos. Naturaliter īcli namur ad amorē dei ni si insani simus.

φίλαυτος. Argumẽtũ ꝙ quisq́ se ipsm diligat.

Philautus ergo græce dicitur: qui seipsum diligit. Intelligi autẽ potest qui talis est hoc modo: si ea quæ facit, pro semetipso facit: etiam si videatur secũdũ mãdatũ Dei esse quæ facit. Qui enim pro sua requie patitur deesse aliquid necessitati, vel sibi vel fratri siue eorũ quæ ad animam necessaria sunt, siue ad corpus: hic manifeste philautus. i. seipsum diligens deprehenditur: cuius vitii finis interitus.

¶De indiciis quibus cognoscimus nos proximũ diligere propter Deum. Cap. LXXXI. MO.

Præcipua fraternæ in nobis charitatis signa

QVomodo apparet qui diligit fratrẽ secũdũ mandatũ Domini: & quomodo arguitur qui non diligit? BA. Charitatis duo ista pręcipua signa sunt: quũ tristamur & grauiter ferimus in iis in quibus lęditur ille quem diligimus: & quũ vel satagimus vt nõ fiant, vel gaudemus si prouenerint aliqua in quibus vtilitas vel profectus est eius qui diligitur. Beatus ergo est qui luget super eum qui delinquit: cuius videt vitæ imminere periculũ & gaudet pro eo qui proficit, & suũ lucrum deputat profectus proximi sui. Si patitur vnum membrũ cõpatiũtur omnia membra: qđ vtiq́ secũdũ rationẽ charitatis Christi dicebat: et si glorificatur vnũ membrum congaudent omnia membra. Qui autẽ hunc habet affectum erga fratrem: certũ est ꝙ secũdũ charitatem Dei diligit proximum suum.

¶De inimicis diligendis. Cap. LXXXII. MO.

Pctõres pcipue inimici nostri dicũtur. Qđ non sit ipossibile diligere inimicos. Nihil deus pcipit ipossibile. Magnũ bñficiũ de inimicorũ dilectione.

QVi sunt inimici quos diligere iubemur, & quomodo diligimus inimicos nostros, pręstantes eis beneficia tãmodo: an etiã affectũ exhibentes, & an hoc possibile est fieri? BA. Inimici propriũ est lędere, & insidiari: & ideo omnis qui quoquo modo lædit aliquem inimicus dicitur: maxime autẽ ii qui peccant. Isti enim qđ in se est lędunt diuersis modis & insidiantur, vel iis qui se vident, vel iis qui simul viuũt. Et quoniã ex corpore & anima cõstat homo: secũdũ animam quidem diligimus arguentes, commonentes, & omni modo ad conuersionem eos prouocantes. Secũdũ corpus vero pręstãtes eis beneficia & misericordiã et si indigent, victum. Nemo autẽ dubitat: quin charitas in affectu fiet. Qz autem possibile sit affectu inimicũ diligere, docuit Dominus per charitatem Dei patris, & per suã obœdientiam vsq́ ad mortẽ, quã vtiq́ pro inimicis adhuc & impiis nobis sustinuit, sicut & Apostolus testatur, dicens. Commendat autem Deus suam charitatem in nobis, quoniam quũ adhuc peccatores essemus Christus pro nobis mortuus est. Sed & nos adhuc ipse cohortatur dicẽs. Estote imitatores Dei sicut filii charissimi, & ambulate in dilectione sicut & Christus dilexit nos, & tradidit seipsum pro nobis, hostiam & oblationẽ Deo. Nũq́ autẽ præciperet hoc iustus & clemens Deus, nisi vtiq́ etiã possibilitatẽ nobis donasset. Inesse enim hoc nostrę naturę dignoscitur: quũ etiã bestiis & brutis animalibus erga eos qui beneficii aliquid pręstiterint insit naturalis affectus. Quis autẽ tãtũ beneficii amicis suis pręstat, quantũ nobis inimicus noster: quũ nobis causa beatitudinis efficiatur, illius de qua Dominus dicit: Beati estis quũ persequũtur vos & exprobrant, & dicunt omne malũ aduersum vos, mentientes propter me: Gaudete & exultate, quoniam merces vestra multa est in cęlis.

¶De ira, & diuersis eius speciebus. Cap. LXXXIII. MO.

QVid est qđ dicit Apostolus: Irascimini & nolite peccare? Et, Sol nõ occidat super iracundiam vestram, quũ in aliis dixerit. Omnis amaritudo, vel ira, vel indignatio tollatur a vobis? BA. Arbitror in hoc loco Apostolum secũdũ imitationem Domini hoc locutum fuisse. Sicut enim in Euãgelio Dominus dicebat. Audistis quia dictum est antiquis illud vel illud: & ipse addebat dicens. Ego autẽ dico vobis hoc vel illud. Ita etiã Apostolus sic: quũ prius meminisset antiquitatis, per hoc qđ dicit: Irascimini & nolite peccare, paulo post addidit qđ dixerat & qđ nobis conueniet dicens. Omnis amaritudo & ira & indignatio & clamor tollatur a vobis. MO. Quid est, date locũ iræ? BA. Non resistere malo secũdũ quod scriptum est. Sed ei qui percusserit te in dexteram maxillam, præbe & alteram: & implere ea omnia quæ sequũtur: vel illud. Quũ persecuti vos fuerint in vna ciuitate fugite in aliam. MO. Quæ est differentia amaritudinis, & furoris, & irę, & indignationis? BA. Furoris quidẽ & irę differentiã puto cõstare in animo & in motu: quia q irascitur intra animũ suũ, adhuc vitiũ voluit, sicut ex hoc ipso indicatur qđ dicitur. Irascimini & nolite peccare. Qui vero furit amplius aliqđ p motũ gerit. Furor eñ, inqt, secũdũ similitudinẽ serpentis. Vehemẽtius vero furorẽ concitare irritatio nominatur. Amaritudo autẽ illa est malitia in corde: quæ etiam arte quadam componitur & armatur.

Furoris & irę differentia. Irritatio Amaritudo.

¶De pace & quis sit verus pacificus: & quomodo efficiamur sicut paruuli Cap.LXXXIIII. MO.

QVis est qui a Domino beatificatur: pacificus? BA. Qui Christi adiutor est, secūdū qđ dicit Apostoluo. Pro Christi legatione fungimur tanq̄ ex Deo exhortante: per nos hortamur: per Christū reconciliamur Deo. Et iterum. Iustificati igitur ex fide, pacem habemus ad Deū. Illa enim alia pax repudiata est a Christo dicēte, Pacem meam do vobis: nō sicut hic mūdus dat do vobis. MO. Quomodo conuerti qs potest & effici sicut infans? BA. Si tales fuerimus ad doctrinam Domini qualis est infans in discendo: qui neq; contradicit Doctoribus: neq; rationes & verba cōponit aduersum eos resistens: sed fideliter suscipit qđ docetur: & cum metu contemperat, & acquiescit Doctoribus suis. Similitudo ad paruulū.

¶De diuersis speciebus superbiæ: & de bona & mala gloriatione. Cap.LXXXV. MO.

DOmino dicēte: Qui se exaltat humiliabitur: & Apostolo pręcipiēte: Noli altū sapere. Et alibi. Arrogantes, superbi, inflati. Et iterum. Charitas non inflatur. Quis est elatus: & quis iactans vel arrogans: quis vero superbus & quis inflatus, vel quis tumens? BA. Elatus est q̄ seipsum effert pro iis quæ forte recte vel prospere gesta sunt, & p hoc magnus sibi videtur & elatus: secūdū illum pharisęum, qui & ipse inflatus dici potest. Sicut etiam Apostolus Corinthios arguit: quibus dicit: & vos inflati estis. Iactans aūt vel arrogans est ille qui nō acquiescit iis quę a patribus vel a maioribus instituta sunt p vtilitate cōmuni: nec acquiescit verbis Apostoli dicētis. Vt idē sapiatis, & idem sentiatis, sed propriā quādā viam iustitiæ ac sanctitatis inquirit. Superbus vero est, qui etiam nil vsq̄ in se virtutis aut rectorum gestorum habens, elatus est, & rectus videri vult plus esse q̄ est. Similis aūt huic esse potest etiā hic qui inflatus dicitur vel tumens, secūdū qđ Apostolus dicit. Sed inflatus est nihil sciens. MO. Quid est, charitas non dehonestatur? BA. Sicut quis dicat de statu honestatis suæ non deducitur. Est enim quædam propria honestas charitatis & habitus eius atq; ornatus: ille sine dubio per quē singulas charitatis virtutes enumerat Apostolus, quæ singulę honestates quędā eius sunt & ornatus. MO. Scriptura dicente. Nolite gloriari neq; loqui alta, & Apostolo confitente: quia quę loquor sicut in insipientia in hac substātia gloriandi. Et rursum. Factus sum insipiēs gloriando. Et iterum ipso dicente: Qui gloriatur in Domino glorietur. Quę est gloriatio in Domino, & quę est culpabilis gloriatio? BA. Apostoli quidem manifestū est propositū q̄ aduersum vitia loquebatur. Nō enim vt seipsum cōmendaret hoc dicebat: sed vt quorūdā insolentiā arrogantiamq; retunderet. Gloriatio est in Domino, quū quis si recte egerit non sibi sed Domino ascribit dicens. Omnia possum: sed in eo qui me confortat Christus. Culpabilis autem gloriatio duplici ratione dignoscitur, vel secūdū qđ dicitur: quia laudatur peccator in desideriis animę suę: & Quid gloriatur in malitia, qui potens est in iniquitate. vel secūdū illud, quū faciunt aliquid boni operis, vt videantur ab hominibus, & pro hoc ipso q̄ volunt laudari, gloriantur in iis quæ fecerūt. Sed huiusmodi omnes sacrilegi designantur: quū gratiam quæ a Deo data est propriam faciunt: & gloriam quæ Deo debetur in semetipsos conuertere volunt.

Elatus quis sit. Inflatus. Iactans. Arrogans. Sup̄bus. Inflatus. Tumēs. Ornat⁹ charitatis. Gloria⁹ ri ī dño. Culpabilis gloriatio. Sacrilegi appellant qui non dei gloriam sed propriā quęrunt.

¶De intelligentia a Deo petenda & modo ipsam promerendi. Cap.LXXXVI. MO.

QValem intelligentiam vel prudentiam a Deo petere debemus, vel quomodo eā possumus promereri? BA. Intellectus quidem quis sit ab ipso Domino discimus per Prophetam dicentem. Non glorietur sapiens in sapientia sua: nec fortis in fortitudine sua: nec diues in diuitiis suis: sed glorietur qui gloriatur in intelligendo & cognoscendo Deum. Et iterū per Paulum Apostolum sic dicitur: sed intelligentes quæ sit voluntas Dei. Possumus autem hoc modo illam promereri si faciamus illud qđ scriptum est. Vacate & videte quoniam ego sum Deus. Et si credamus omne verbum Dei verum esse. Si enim (inquit) nō credideritis non intelligetis. MO. Si Dominus dat sapientiam, & a facie eius scientia & intellectus est, & alii quidem per spiritum datur sermo sapientiæ: alii sermo scientiæ, quomodo increpat Dominus discipulos suos, qa & vos adhuc insensati estis & non intelligitis? BA. Si quis scit voluntatem Dei volentis omnes homines saluos fieri: & in agnitionē veritatis venire: & studiū spiritus sancti didicit gratiā Dei: iste cognoscit raritatē intellectus, nō ex culpa eius descēdere qui dona distribuit: sed ex eorū desidia qui infidelitate sua id suscipe-

Quō intelligentiā cōsequamur a dño. Ex quo pueniat raritas ī tellectus.

Quali affectu nos geram⁹ erga benefactores nostros.

re non meretur. Et idcirco recte inculpatur īsipiēs vel insensatus: qui veluti Sole orto claudit oculos suos ne videat: sed in tenebris ambulat. MO. Si ab aliquo aliqd beneficii cōsequamur: quomodo poterimus & Domino digne & integre gratias agere & ei qui beneficium cōtulit: quali mensura vti debemus in vtroq;? BA. Si Deum omniū auctorem bonorum & conditorem esse credamus: eum vero per quem boni aliquid consecuti sumus, vt ministrū Dei gratiæ & muneris agnoscamus.

¶De quorundam nominū differentia: & de nonnullis scripturę dictis, quid significent. Cap. LXXXVII. MO.

Sanctū. Iustum.

QVid est dignū & sanctū qd græci osion dicunt: & quid est iustū? BA. Osion quidem, id est sanctū arbitror qd decet & debetur ab inferioribus deferri superioribus, secūdū hanc ipsam rationē quæ ab eminentioribus videtur. Iustum aūt hoc qd pro operis merito vnicuiq; retribuitur. Et in illo quidē ab alio optimorum quoq; indicatur obsequiū: in hoc vero tam boni q̄ mali designatur retributio. MO. Quomodo dat quis sanctum canibus, & mittit margaritas ante porcos? aut quomodo accidit illud qd additur: ne forte conculcent eas pedibus suis, & canes conuersi disrumpant vos? BA. Manifeste nobis Apostolus tradidit ex iis quæ aduersus Iudæos dicit. Qui in lege gloriaris: per præuaricationem legis Deū inhonoras. Iniuriam ergo hanc quā per pręuaricationē verbo Dei inferre dicūtur ii de quibus sermo est: prohibet hic & abdicat Dominus. Et quia euenit vt infideles & nō credētes quū vident nos præuaricari mandata, contemptū habeant religionis & doctrinę Domini: & ex ipsis arguūt nos quæ sunt scripta in lege nostra, ac velut rumpant & effringant & exprobrent, confutantes nos tāq̄ legis nostræ transgressores. MO. Quomodo aliquādo quidē Dominus prohibet sacculū vel peram in via: aliquādo dicit: sed nūc qui habet sacculū tollat similiter & peram: & qui nō habet gladiū, vendat tunicā & emat gladiū, cū mox dicat: Conuerte gladium tuū in locū suū? BA. Hoc explanauit ipse Dominus dicēs: quia oportet adhuc compleri in me qd dictum est: quia cum iniquis deputatus sum. Deniq; postq̄ completa est prophetia de gladio ait ad Petrum. Conuerte gladium tuū in locum suū: Omnes qui acceperint gladium gladio peribunt: ita vt non videatur præceptū esse qd dicitur: nūc qui habet sacculum tollat similiter & peram: sed potius prophetia prædicentis Domini qa futurum erat, vt Apostoli obliti gratiæ Domini & legis eius illa assumerent. Qd autem videtur quasi imperatiuo modo dici: pro positiuo accipit. hęc verbi figura in scripturis propheticis satis frequenter inuenitur. Sicut est illud. Fiant filii eius orphani, & diabolus stet a dextris eius. & multa similia. MO. Quid est, panem substantiuū da nobis hodie: qd in oratione Dominica iubemur dicere? BA. Quū operātes manibus memores sumus Domini dicentis: Nolite solliciti esse animæ vestrę: quid manducetis aut quid bibatis, & Apostolo p̄cipiente: Operamini, vt habeatis vnde possitis pręstare necessitatem patienti, id est quū nō ad proprios vsus, sed pro mandato Domini operamur: quoniā dignus est operatius mercede sua: tunc substantiuū panem, id est qui vitam quotidianam substantię confert, a Domino poscimus, & non a nobis præsumimus: sed vt necessitati inquantū sufficiat satisfaciat, & agnoscamus eum qui sufficientiam præstat.

Modus loquēdi propheticus.

Panē nostrū da nobis, qd sit.

¶De accessu ad sorores. Cap. LXXXVIII. MO.

Magna cautela & districtio con uersatio nis mu tuę.

VTrum omni volenti accedere ad sorores oportet indulgere: an certis quibusq; personis & tēporibus, vel quomodo videndę sunt sorores? BA. De his superius iam sufficienter diximus: quia nec vir ad virū accedere vtcūq; sine causa ex arbitrio suo vel potestate debet, sed cū omni obseruatione probante eo qui pręest, id est vt vel proficit quis & quē videt q̄ proficiat ex eo: quāto magis erga mulieres id obseruari conuenit maiori cautela? Si quis ergo meminit Domini dicentis: quia de omni sermone ocioso reddetis rationē in die iudicii: timebit in omni negotio hanc sententiā. Acquiescendū est enim & sancto Apostolo dicenti, Siue mānducetis, siue bibatis, siue aliquid aliud faciatis, omnia cū gloria Dei facite. Et iterū. Omnia ad ædificationem fiant. Nihil ergo ociose vel inutiliter agendum est: sed certus quis, & certo tēpore, & certo in loco, & certis personis, vel apparere, vel loqui debet (vt excludatur omnis nefanda suspicio, & seruemus nos sine offensione etiā apud omnes) & ad ædificationem fidei vnicuiq; appareat. Sed certe solum ad solam suā accedere, nulla religionis ratio permittit. Melius est enim duos q̄ vnū, simul enim & fidelius est, & tutius res geritur: etenim vęh soli, quia si ceciderit non est qui erigat eum.

Nihil a gēdū sine causa

Not. de cōuersatione ad mulieres dignā rationē.

¶De iis qui sæpius correpti non emendantur. Cap.LXXXIX. MO.

SI quis habet aliquod vitium qđ corrigi nõ potest:& frequenter notatus in peius ꝓficit: an expediat illum intermitti? BA. Et de hoc alibi iam diximꝰ:quia oportet peccãtes corripere patiẽter, secũdũ eũ quem supra diximus modum a domino ꝓpositum. Q̄ꝫ si nõ sufficit ei ad emendationem sicut illi de Corintho, obiurgatio hæc quæ fit a pluribus: sicut gẽtilis de reliquo & publicanꝰ haberi debet, q eiusmodi est:quia ei parcere quẽ dominus condemnauit, nulli tutum est:maxime quum dominus dicat: quia expedit vnicuiq; vt vnũ oculum, aut vnã manũ, aut vnũ pedẽ pdat:& ita intret in regnũ, q̄ dum parcit vni ex his mẽbris:totum corpus mittatur in gehennam ignis:vbi est fletus & stridor dẽtium. Sed & apostolus de his ipsis testatur dicẽs:quia modicum fermẽtũ totã missam corrũpit. MO. Si quis cõtristat φ ei nõ pmittit facere id qđ nõ põt apte & recte facere:an id debemus ei pmittere? BA. Et de his quidem iam dictum est in multis:quia propria voluntate nulli quicq permittendum est:sed iudicio & probatione multorum, vel hoꝝ qui p̄sunt. Qui autẽ non obtẽperat, iste sententiam præsumptoris & contradicentis excipiat.

Singularis expositio eius qđ dicit expedit cũ vno oculo &c.

Nihil ꝑpria voluntate agendũ.

¶De portandis inuicem infirmitatibus. Cap.XC. MO.

QVomodo debẽt fratres infirmitates infirmorum portare? BA. Portare est tolerare & curare:secũdũ qđ scriptũ est. Ipse ĩfirmitates nostras tulit: & ęgritudines nostras portauit. Non φ ipse in semetipsum susciperet infirmitates:sed φ abstulit eas ab iis qui busarant, & curauit eos. Ita ergo in hoc pœnitẽtia interueniente curabunt infirmiores ex cõstantia & integritate fortiorum:qui dicunt portare.i.exportare & auferre infirmitatẽ eorum qui inualidi sunt. MO. Quid est:inuicẽ onera vestra portate:& quã legẽ Christi adimplebimus hoc facientes? BA. Hoc est quod superius explanauimꝰ. Grauia eñ onera sunt peccata quę trahunt animam in profundum inferni:quæ a nobis inuicem auferimus & portamus.i.exportamus ad confessionẽ prouocando eos q peccant. Portare autẽ ꝑ auferre & exportare cõsuetudo est e ritu ꝓuincialium dici:sicut & egoipse audisse me memini. Legẽ aũt Christi replere illius q dixit:Non veni vocare iustos:sed peccatores ad pœnitentiam.

Portare infirmitates qđ sit.

Portare pprie.

¶De tẽtationibꝰ in qbus orãdũ est:& de aduersario nostro. Cap.XCI.MO.

DOmino dicente nobis orandum esse, vt ne intremꝰ in tentationẽ:an oportet nos orare ne accedãt nobis dolores corporales: vel si ĩciderimꝰ in eos quomodo oportet fieri? BA. Non distinxit tẽtationũ qualitatẽ:sed generaliter pręcepit orandum esse, ne intremus in tẽtationẽ. Si vero inciderimus:vt det nobis exitũ euadendi:& vt sustinere possimus a dño posci oportet, vt possimꝰ implere qđ dictum est:quia q perseuerauerit vsq; in finẽ hic saluus erit. MO. Quis est aduersarius noster:& quomodo ei consentire debemꝰ dum sumus in via? BA. Tunc specialiter dominus eum qui aufert a nobis aliquid vel auferre conatur:aduersarium nominauit. Consentimus autem si seruamus præceptum domini dicentis. Si quis autem voluerit tecum contendere in iudicio & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium:quod & in omnibus obseruari oportet.

Aduersarius cui cõsentiẽdũ est qs sit.

¶De definitione in agendis:& si semel statuta ĩpleri debẽt. Cap.XCII. MO.

VTrum bonũ est statuere ad certum tẽpus, verbi causa, abstinere se a tali cibo vel a tali potu:domino dicente. Non vt faciam voluntatem meam:sed eius q me misit patris? BA. Oĩs huiuscemodi definitio congrua:qđ sciẽs Dauid dicebat:Iuraui & statui custodire iudicia iustitię tuę, nõ meę voluntatis. MO. Si quis voluntate peccauerit cõdemnat: sed an ille qui per ignorantiam veritatis fuerit aliquid locutus? BA. Iudicium domini in iis q per ignorantiã peccant:manifestũ est quũ dicit. Qui nescit & non fecit, digne plagis vapulabit paucis. Vbiq; tamen digne gesta pœnitentia, spem p̄sumat. MO. Si quis cogitauerit tñ facere & non fecerit:an & ipse mendax iudicandus est? BA. Si secundum mandatũ est qđ cogitauit vt faceret:non solum vt mendax, sed vt contemptor a domino condemnatur. MO. Si qs præuentus fuerit vt definiat agere aliquid eorũ quæ non placent Deo:verũ oportẽat magis irritũ reuocare quod male fuerat definitum:an timore eo, ne mendax sit, implere peccatum? BA. Quum dicat Apostolus:Nunquid ex nobisipsis idonei sumus cogitare aliquid quasi ex nobis? Et dominus nihilominus:Q̄m̄ non possum a meipso facere quicq̄. Et iterum. Verba quę ego loquor vobis:a meipso non loquor. Et in alio loco. Descendi de cælo:nõ vt faciam voluntatem meam:sed eius qui misit me patris. Pœnitentiam debet agere primũ:quia aliquid temere definiuit quodcunq; fuerit quod definitum est, quia ne ipsa quis

Pœnitẽtię cõmẽdatio.

Violator boni ꝓpositi.

Doctrina optima an oporteat adimpleque male statuimꝰ

dem bona ppria auctoritate facere oportet:multo autem magis ea q̃ nõ placẽt deo statuẽre non licet.Q; autem oportet irrita reuocare quæcunq; ex præsumptione contra mandatum Dei statuuntur:manifeste ostenditur in Apostolo Petro,qui temere quidẽ statuerat & dixerat:Non lauabis mihi pedes in ęternum.Audiuit autem a Domino definita sententia, Quia si non lauero tibi pedes,non habebis partem mecum.Statim vero mutauit definitionem suam & ait:Domine non tm̃ pedes meos,sed & manus & caput.

¶De rerum distriburione & dispensatione. Cap.XCIII. MO.

VTrum is cui commissa est dispensatio eorũ quę dño offerunt,necessitatẽ habet iplẽdi mãdatũ illd qđ dicit: Oĩ petẽti te da:& eũ q vult mutuũ a te sumere nõ auertes.BA. Hoc quod dictum est:omni petenti da,& volẽtem mutuari abste,nõ auertes:quasi tẽtationis habet locum,sicut ex cõsequẽtibus demõstratur.Propter malos enim pręceptũ est non principaliter,sed qđ in necessitate fieri debeat.Principale em̃ pręceptum dñi est: Vende omnia bona tua,& da pauperibus.Et iterum.Vendite bona vestra,& facite misericordiam. Qđ ergo aliis delegatum est vel deputatum,in alios deferri,non est absq; discrimine: domino dicente:Non sum missus,nisi ad oues perditas domus Israel,& q nõ est bonũ sumere panem filiorum,& mittere canibus.Sed & de reipso debes iudicare qđ iustũ est.MO.Q; si frater nihil habens proprium, petatur ab aliquo hoc ipsum qđ vestitus est: quid debet facere, maxime si nudus est ille qui petit? BA.Siue nudus siue malus.i.siue necessitatẽ paritur:siue fallit:siue quid aliud est:semel dictum est q dare vel accipere nõ est oĩm:sed solius illius cui cõmissum est istud officium.Qui vtiq; cum oĩ prouidentia & cautela huiuscemodi dispensationem debet implere,vt possit vnusquisq; in eo ad quod vocatus est,permanere.

Neq; opꝰ pietatis ppria auctoritate debet monachus attentare.

¶De fide sine charitate quõ habeatur,& de qbusdã aliis breuiter. Cap.XCIIII. MO.

QVomodo potest quis sine charitate tantã fidẽ habere,vt montes transferat:aut substantiã suam diuidat:& corpus suum tradat vt ardeat? BA.Si memores sumus Dñi dicentis:Faciũt em̃ oĩa vt videanẽ ab hoĩbus.sed & illud illis dicẽtibꝰ quid respõdit? Dñe,nõne in noĩe tuo dęmonia eiecimus,& in tuo noĩe virtutes multas fecimꝰ? cum ait ad eos:Nescio vos vnde sitis.Non quia mentiti sunt:sed quia Dei gratia abusi sunt ad pprias voluntates:quod vtiq; alienum est a charitate Dei.Si ergo horũ meminerimꝰ, facile aduertimus quæ dicta sunt.Q; aũt gratiam dei,vel donum etiã indigni accipiant:non est nouum aut mirum.Deus em̃ & in tẽpore hoc benignitatis & patiẽtiæ etiam Solem oriri iubet sup bonos & malos.Interdum aũt etiam ad profectum eorum qui adhuc infideles sunt:etiã gloria eius multiplicatur:secũdum qđ dicit Apostolus, Quia quidã per inuidiam & contentionem:quidam autem propter bonam voluntatem Christũ annunciant:& addidit dicens.Verũtamen omnino siue occasione,siue voluntate Christus annuncietur: in hoc ego gaudeo. MO.Quis dicitur abscondere talentum,& propterea condemnatur? BA.Quicũq; gratiam dei detinet,& assumit in suis vsibus,& non ad eorum vtilitatem: iste tanq̃ de occultati talẽti crimine condemnatur.MO.Quid est immunditia & impudicitia? BA.Immunditia quid sit lex ostendit.Hoc enim nomine vtitur super iis qui inuiti naturalem necessitatem, sicut homines pati consueuerunt.Impudicitia vero mihi videtur esse: quum quis naturalem libidinis motum impudentius & inuerecundius concitat & inuitat.

Quare dona dei etiã indigni accipiant.

Quis dicat talentũ abscõdere.

Immũditia & impudicitia differunt.

¶De furore & indignatione,& de bono affectu corripiendi. Cap.XCV. MO.

QVid est pprium furoris:& quid est propriũ indignationis iustę,& quomodo aliquoties quasi ab indignatione incipiẽtes inuenimur decidere in furorem? BA.Furoris quidem ppriũ est incitatio animæ mala meditãtis aduersum eum qui se concitat & irritat.Indignationis vero iustę est peccantem corripere eo affectu vel proposito quo auertimꝰ a peccatis,& quo displicet nobis quod non recte gestum est.Q; autem interdum a bono incipiens anima decidit in malum:nihil mirum est.multa etenim inuenies huiuscemodi:propter qđ reminiscere sanctæ scripturæ dicentis:Iuxta iter scandalum posuerunt mihi.Et iterum.Nisi enim quis legitime certauerit:non coronabitur.Et ideo in omnibus obseruãda est rerum varietas,mens,vita,tempus,& ordo:quia ex aliqua horum causa accidit,vt quod videt bonum:id inueniatur malum.MO.Ex quibꝰ fructibꝰ probari debet is,qui ex affectu arguit fratrem peccantem? BA.Primo omnium ex eo quod præcipuum est: si cum misericordia rem gerit,& est in eo id quod dicit Apostolus:quia si patitur vnum membrum,compatiũtur omnia membra.Vel illud.Quis infirmatur,& ego non infirmor? Quis scãdalizatur:

Furor.

Indignatio iusta.

Magna obseruãtia in nostris actibus adhibenda.

Signa bono affectu corripientis.

& ego non vtor? Tum deinde: si in omni peccato similiter affligitur & contristatur erga oẽs qui peccant. Vel si in se delinquat aliquis, vel in alium, similiter contristatur & luget. & si arguens obseruabit illam regulam quã dominus posuit: id est: vt vel inter se & ipsum solum: vel in alio vno, aut duobus adhibendis. Super omnia autem si obseruat quod dicit Apostolus: hoc est cum omni patientia. MO. Vtrum oporteat eos qui ingrediuntur ad fratres statim artificia discere? BA. Qui præest, probet. MO. Si quis non ex desiderio corrigẽdi fratres arguat eum qui delinqt: sed sui vitii explẽdi gratia, quomodo oportet & hũc corrigi: si post multam commonitionem in eisdem permanet? BA. Iste velut suis cõmodis ꝓspiciens & primatus desiderãs notetur, & emẽdationis ei modus ex institutionum disciplinis intimetur. Qꝫ si permanserit in obstinatione: manifesta est eorum sententia: qui non pœnitent pro delicto. MO. Qualibus correctionibus vti oportet inter fratres ad emendationem eorum q delinquunt? BA. Hoc sit in iudicio positum eorum qui præsunt, vel quanto tempore, vel quali modo corrigi debeat: quia & ætas & eruditio multam facit differentiam.

Nota pulchrũ de affectu corripiẽtis. Malaquẽ piã corripiẽdi occasio.

Aetatis habẽda ẽ ratio in correctione.

De occasionibus quibus ex nobis ad nos decipiendos abutitur inimicus. Cap. XCVI. MO.

AN in omni peccato suo secundum cogitationem, siue secundũ verbum, siue secũdum actum Sathã in causa conueniat dici? BA. Generaliter arbitror ꝙ Sathã ipse ꝑ seipm̃ causa peccati existere nulli potest: sed motib⁹ animi nostri, siue naturalib⁹, siue etiã ex vitio conceptis abutitur ad voluntatẽ malitiæ suę, & nostris motibus nos si forte nõ vigilamus, tradit in hoc quod ipsi gratum est: id est in peccatum. Naturalib⁹ ergo motib⁹ nostris abutitur: sicut illud qđ in domino facere conatus est: quum sensisset esurire, & ait ad eum. Si filius dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Motibus autem ex vitio conquisitis abutit: sicut fecit in Iuda: quoniam quem cupidum vidit, & auaritiæ morbo ægrotantẽ: abusus hoc vitio vsqꝫ ad perditionis domini ruinam: ob triginta argenteorum lucrum eum pertraxit. Qꝫ autem mala ex nobis oriuntur manifeste ostendit dominus dicens: ꝙ de corde malo procedunt cogitatiões malę, & reliqua. Hoc autem accidit iis, qui per negligẽtiã inculta & squalentia naturaliũ in se bonorum semina relinquunt, sicut ait Solomon. Quia sicut agricultura, ita vir insipiens: & sicut vinea, ita homo cui deest prudentia, & sic relinquẽs eam fiet deserta, & ascendent in ea spinę, & erit derelicta. Huic ergo animæ q̃ ex huiuscemodi negligentia squaluerit, & in desertum deuenerit: consequens est suscipere illam sentẽtiam quę dicit: Spinę & tribuli orientur in ea. Et pati illud quod scriptum est. Expectaui vt faceret vuas: & fecit labruscas. de qua dixit. Plantaui vineam Soret. Et tunc merito dicitur ad eam quod dictum est per Hieremiam a domino dicente. Ego plantaui te vineam fructiferam totam veracem: quomodo conuersa es in amaritudinem vitis alienæ?

Nihil in nobis ex se põt inimicus.

Malũ ex nobis oritur.

Negligẽ riç malũ.

De iis qui de secularibus negociis ad conuersionem veniunt. Cap. XCVII. MO.

SI quis relinquẽs fiscalia debita intret ad fratres, & patẽtes eius ꝓ ipso exigantur & tribulentur: an non affert hoc culpam aliquã, vel iis qui eum susceperũt, vel ipsi illi q ita egerit? BA. Dominus noster Iesus Christus iis qui eum interrogauerũt si licet censum dare Cæsari an non? ostendite inquit mihi numisma census: Cuius imaginem habet & superscriptionẽ? Quum autem dixissent ꝙ Cæsaris, respondit dicẽs: Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cęsari, & quę sunt dei deo. Ex hoc manifeste docemur: qa ii obnoxii sunt tributis Cæsaris: apud quos inuenitur census Cæsaris & imago. Si quis tale quid etiam iuste veniens ad fratres secum detulit: obnoxius est ad soluendum debitum. Si vero omnibus derelictis in manibus propinquorum abscessit: nullus vel ipsi, vel fratribus scrupulus debet existere.

Qui sint tributis obnoxii. Norãda decisio qñ cõuersus ad religionẽ teneatur ad debita seculi.

De modo quem seruare debet is qui præest cum sororibus, & maxime circa confessionem. Cap. XCVIII. MO.

AN deceat eum qui præest ei quæ sororibus præest loqui aliquid quod ad ædificationẽ fidei pertineat virginibus? BA. Etiam si modo seruabit præceptum illud Apostoli dicentis: Omnia vestra honeste, & secũdum ordinem fiant. MO. An conueniet eum qui præest cum ea q̃ sororibus præest frequenter loqui, & maxime si aliqui de fratribus pro hoc læduntur? BA. Bonum est imitari Apostolum dicẽtẽ. Et quid em̃ libertas mea iudicetur ab alia conscientia? & bonũ est imitari eum dicentem: ꝙ non vsus sum potestate mea ne offendiculum aliquod darem in Euãgelio Christi. Et quantum fieri potest, rarius videndæ sunt: & breuius est sermocinatio facienda. MO. An deceat cum soror aliqua confitetur quodcũqꝫ

Notẽt q b⁹ sancti mõiales curę sũt.

Egregia delictum suum presbytero: etiã matrem monasterii adesse? BA. Honestius mihi videtur esse & religiosius vt per seniorem matrem presbyter si quid illud videt sibi statuat, & modum & tempus pœnitentiæ imponat ad emendationem eius quã corrigi desiderat a peccato. MO. Vtrum decet gesta turpia confiteri, vel obscœna inuerecundius annunciare omnibus aut certis quibuslibet aut quibuscũq;? BA. Confessio peccatorũ hãc habet rationem, quã habet vulnus aliquod corporis vel passio quę medico demonstranda est. Si ergo non omnib⁹ quis vitia vel vulnera corporis sui reuelat, nec quibuslibet: sed iis tantummodo qui summę peritię & testimonium habẽt & curę ac medelę disciplinam: ita confessio peccatorum fieri debet apud eos tñmodo qui curare hæc præualent, & emendare secũdũ qd scriptum est. Vos qui fortiores estis, infirmitatem infirmorum portate: hoc est auferte & exportate p curationẽ. MO. Si ignorante matre seniore, presbyter pręcipiat aliquid fieri sororibus: nũquid recte indignatur mater senior? BA. Etiam recte: cui dubium? quoniam ille male agit.

(Margin: Similitudo de modo cõfessionis. Cõfessio nõ oĩbus est faciẽda.)

¶ De impedimentis qu[a]e nobis potest dæmon inferre. Cap. XCIX. MO.

VTrum potest impedire propositum sancti hominis Sathanas: qa scriptum est. Ego quidem Paulus: semel & bis impediuit me Sathanas? BA. Eorum quæ in domino geruntur: quędam quidem proposito & iudicio animi efficiũtur: quædam etiam per corpus adimplentur: id est vel labore, vel patientia corporis. Quæcunq; igitur in animæ proposito consistunt: hæc impedire nullo modo potest Sathanas. Ea vero quę etiam ministerio corporis adimplentur: frequenter (permissione tamen dei) impediri possunt, ad probationem eius qui impeditur, vt appareat si a bono proposito nequaq̃ per huiuscemodi impedimenta mutetur. Sicut ii qui supra petram seminati dicuntur, q̃ præsentes quidem audientes verbum cum gaudio susceperunt: Facta autem tribulatione vel persecutione continuo recesserunt. Sed certe si permanerẽt in bonis: maiorib⁹ præmiis digni sunt quasi qui in certamine vicerint, sicut & ipse Apostolus quum frequenter proposuisset Romam proficisci, & prohibitũ se fateretur: tamen non recessit a proposito: vsquequo quod proposuerat expleret. Sed & vt patientiam habeant sicut & sanctus Iob, qui tanta a diabolo passus est, & cogente loqui aliquid impie aduersus Deum: in nullo penitus ne in sermone quidem regulam pietatis excessit: quominus sentiret contraria de Deo sicut scriptum est, Quia in his omnibus non peccauit Iob labiis suis: neq; stultum aliquid contra deum locutus est.

(Margin: Bona diuersimo de adimplentur. Quare ĩ bonis opib⁹ qñ q̃ sancti ĩpediant. Alia rõ tẽtatiõis sanctoɋ.)

¶ De bona stultitia in hoc seculo. Cap. C. MO.

QVomodo fit animus in præsenti seculo stultus? BA. Si timeat sententiam domini dicentis. Vęh qui prudentes sunt apud semetipsos, & in cõspectu suo sunt sapiẽtes. Et imitet eũ qui dixit. Vt iumentum factus sum apud te: & ego semper tecum. Et omnẽ arrogantiam prudentiæ abiiciens non prius credat sensibus suis inesse aliquid boni q̃ mans to dei illuminet, & intelligat quid est qd placeat deo, siue in opere, siue in verbo, siue in cogitatione: secundum qd Apostolus dixit. Confidentiam autem talem habem⁹ in Christo ad Deum: non quia a nobis idonei sumus cogitare aliquid a nobis quasi a nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est. Cui est honor & gloria in secula seculorum. Amen.

(Margin: Aurea doctrina)

Explicitę sunt Institutiões Monachorũ sancti BASILII MAGNI Cæsariensis episcopi. Sub cuius regula militãt oẽs Monachi oriẽtales, & in Asia ferme & Gręcia, & olim etiã Carmelitæ, vt & nunc, nõ sane multis mutatis. ¶ Epistola diui Basilii ad B. Gregoriũ Nazianzenum prius inter translata ab R. Volaterrano posita est. ¶ Hæc sunt quæ de operibus eiusdẽ diui Basilii Magni quasi fragmenta quędam in hos cophinos colligere potuimus.

Impressa autem sunt rursus, opera, industria & recognitiõe Iodoci Badii Ascensii ad Idus Maias. Anni dominici. M.D.XXIII. Cum gratia & priuilegio in superiore impressione expressis.

